BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
20 — M
34

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

71
3
G
14

35-G-10

CATECHISMVS,

Hoc eſt,

CATHOLICA CHRISTIANÆ Iuuentutis inſtitutio, à Magiſtro Emondo Augerio Societatis IESV Theologo, primùm editus:

NVNC VERO SACRÆ SCRIPTVRÆ; Sacrorumq́; Conciliorum, ac SS. Patrum authoritatibus illuſtratus & locupletatus per Patrem Franciſcum Antonium eiuſdem Societatis IESV.

Ad Sereniſſimum Principem Albertum Cardinalem Archiducem Auſtriæ.



CVM LICENTIA ET PRIVILEGIO.

Madriti apud Petrum Madrigal Typographum, Anno 1592.

SVMMA TOTIVS OPERIS.

CAP. I. De Fide, Lectiones habet ſeptemdecim: quibus Symbolum Fidei explicatur. A pag. 1.

Cap. II. De Lege, Lectiones quatuordecim complectitur, quibus tùm Decalogus, tũ Eccleſiæ præcepta explanãtur. A pag. 145.

Cap. III. De Oratione, decẽ Lectionibus diſtinctũ eſt, quibus de Oratione Dominica, & Angelica ſalutatione agitur. A pag. 283.

Cap. IIII. De Sacramentis, Lectiones continet viginti, quibus ipſa ſeptem Eccleſiæ Sacramenta elucidantur. A pag. 368.

EL REY.

POR Quanto por parte de vos el Padre Franciſco Antonio de la Compañia de Ieſus nos fue fecha relacion, que vos auiades rõpueſto vn libro intitulado Caterhiſmus, hoc eſt, Catholica Chriſtianæ iuuentutis inſtitutio, à Magiſtro Emondo Augerio Societatis Ieſu Theologo, primùm editus: Nunc verò ſacræ Scripturę, ſarrorumq; Conciliorũ, ac Sanctorũ Patrum authoritatibus illuſtratus & locupletatus per Patrem Frãriſcum Antonium eiuſdem ſocietatis Ieſu: el qual dicho libro era de grande vtilidad y prouecho, del qual haziades preſentacion, y nos ſuplicaſtes vos mãdaſſemos dar licencia para le poder imprimir, y priuilegio por diez años, o como la nueſtra merced fueſſe, y por los del nřo Conſejo viſto, por quanto enel dicho libro ſe hizo la diligencia q̃ la prematica por nos vltimamẽte ſobre ello ferha diſpone, fue acordado q̃ deuiamos mãdar dar eſta nueſtra cedula enla dicha razon, y nos tuuimos lo por bien: por la qual vos damos lirencia y facultad para que por tiempo y eſpacio de diez años cumplidos primeros ſiguientes, que corren y ſe cuentan deſde el dia de la data deſta nueſtra cedula en adelante, vos ò las perſonas que para ello vueſtro poder huuierẽ, y no otra alguna, podays imprimir y vẽder el dicho libro que de ſuſo ſe haze mencion, y por la preſente damos licencia y facultad a qualquier impreſſor deſtos nueſtros Reynos, que vos nombraredes, para que por eſta vez le pueda imprimir, con que deſpues de impreſſo antes que ſe venda ſe traiga al nueſtro Conſejo juntamente con el original que enel fue viſto, que va rubricado y firmado al fin de Luras de Camargo nueſtro eſcriuano de Camara, y vno de los que enel nřo Cõſejo reſidẽ, para q̃ ſe vea ſi la dicha impreſsion eſtà conforme a el, o trayga fee en publica forma, en como por corretor por nos nõbrado ſe vio y corrigio la dicha impreſsiõ por el dicho original, y ſe imprimio conforme a el, y que quedan anſi miſmo impreſſas las erratas por el apuntadas para cada vn libro de los que anſi fueren impreſſos, y ſe os taſſe el precio que por cada volumẽ huuieredes de auer, y con que anres que ſe venda ſe imprima en principio de cada volumen de los q̃ imprimieredes la taſſa que del ſe hiziere, ſo pena de caer e incurrir enlas penas contenidas enlas leyes de nueſtros Reynos, que ſobre ello diſponen. Y mandamos, que durante el dicho tiempo perſona alguna ſin vueſtra lirenria no lo pueda imprimir ni vender, ſo pena que el que lo imprimiere y vendiere aya perdido y pierda qualeſquier libros, moldes, y aparejos q̃ del tuuiere, y mas incurra en pena de cincuenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere. La qual dicha pena ſea la tercia parte para el que lo denunciare, y la otra tercia parte para el juez que lo ſentenciare, y la otra tercia parte para la nueſtra camara. Y mandamos à los del nueſtro Conſejo Preſidente y Oydores de las nueſtras Audiencias, Alraldes, Alguaziles de la nueſtra caſa Corte y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Aſsiſtente, Gouernadores, Alcaldes mayores, y ordinarios, y otros juezes y juſticias qualeſquier de todas las ciudades villas y lugares de los nueſtros Reynos y ſeñorios, y a cada vno en ſu juridicion, anſi à los que agora ſon, como a los que ſeran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan eſta nueſtra cedula y merced que anſi vos hazemos, y contra ella no vos vayan ni paſſen, ni conſientan yr ni paſſar en manera alguna, ſo pena de la nueſtra merced y de diez mil marauedis para la nueſtra camara. Dada en ſan Lorenço à diez dias del mes de Otubre de mil y quinientos y nouenta años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nueſtro ſeñor.

Iuan Vazquez.

EGO Gundiſaluus Dauila Societatis Ieſu in Prouincia Toletana Prouincialis, poteſtate ad id mihi facta à Reuerendo admodũ Patre Claudio Aquauiua Præpoſito noſtro Generali, facultatem cõcedo, vt Catechiſmus à Magiſtro Emondo Augerio Societatis Ieſu primùm editus: nunc verò ſacræ Scripturæ, ſacrorumq; Conciliorũ, ac Sanctorum Patrum authoritatibus illuſtratus, & locupletatus per Patrem Franciſcum Antonium eiuſdem Societatis, & grauium doctorumq; hominum noſtræ Societatis iudicio approbatus, typis mandetur. In quorum fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, ſigilloq; noſtro munitas dedimus. Compluti die. 24. Martij Anni. 1590.

Gonçalus Dauila.

CENSVRA.

IVSSV Regij Conſilij, ſupremiq; Senatus, vidi & perlegi libentiſsimè hũc Catechiſmum in quatuor diuiſum capita, quem reuerendus admodùm Pater Frãciſcus Antonius Societatis Ieſu, vſq; adeò reſperſit floribus diuinæ Scripturæ; ac tam perſpicua Sanctorum Patrum doctrina illuſtrauit, vt iam ipſemet iure optimo eiuſdẽ Catechiſmi author haberi, ac cenſeri poſsit. Eſt quidem opus exquiſitæ authoritatis, in ſplendorem, ac vtilitatẽ ſanctæ Eccleſiæ, & ad reuincendas vafricies, atq; technas hæreticorũ, ipſasq; eradicandas vtiliſsimũ. Idcirco poteſt, imò & debet typis ac prælo mãdari. Inſuper pluris æſtimentur, neceſſe eſt, illi Patres, qui in lucem illum nobis dedere, pro ipſorum Chriſtianiſsimo zelo, ac incredibili labore. In hoc noſtro conuentu ſancti Franciſci Madriti die. 24. Auguſti anni. 1590.

Fr. Petrus
de Sãtander.

TASSA.

YO Alonſo de Vallejo eſcriuano de Camara del Rey nr̃o ſeñor delos q̃ reſiden en ſu Conſejo, doy fee, q̃ auiendo ſe viſto por los ſeñores del vn libro intitulado Catechiſmus, Hoc eſt, Catholica Chriſtianæ iuuentutis inſtitutio, à M. Emõdo Augerio Societatis Ieſu Theologo, que con ſu licencia fue impreſſo, le Taſſaron a tres mr̃s y medio cada pliego en papel, y mandaron que eſta taſſa ſe ponga al principio de cada volumẽ de los dichos libros, para que ſe ſepa y entiẽda en lo que ſe ha de vender. Y para q̃ dello conſte de mandamiento de los dichos ſeñores di eſta fee, Que es fecha en la villa de Madrid a dos de Iulio de. 1592. años.

Alonſo de Vallejo.

SERENISSIMO PRINCIPI
Alberto Cardinali, Archiduci Auſtriæ,

Franciſcus Antonius Societatis Ieſu.

AVSTRIACAM familiam duris his Chriſtianę Reipub. temporibus diuinitus eſſe datam, quę incēdium hoc reſtingueret, quod vniuerſam penè Europam peruaſit, nemo eſt, qui non cum magno ſuo bono, quotidianis probet experimētis. Ex ea tu familia, Alberte Princeps Ampliſſime, indies magis ac magis verę virtutis laudibus ſic effloreſcis, vt omnium in te oculos animosq; cōuerteris. Nam Imperatoris Caroli Quinti aui tui (cuius victorias ac triumphos, & in Eccleſiam Dei promerita, nulla vnquā ſilebit antiquitas:) & Cęſaris Ferdinādi ſimiliter aui (cuius omnes curę & cogitationes in Eccleſia tuenda, & comprimendo hęreticorū furore feliciſsimè euigilarūt:) & Philippi Regis auunculi, (qui Chriſtianam Rempub. nūc hoc tēpore ſuis humeris ſuſtinet, quod eſt pro memoria inauditū) veſtigijs ingreſſus, nobiliſſimū Luſitanię Regnū ab eo tuę curę commiſſum ſapientiſſimè gubernas. Cuius rei multa & perſpicua ſunt argumēta, ſed illud inprimis, quod Fidei Cenſor, tàm vigilanter curas; ne, cùm ſemper Religionis purè & caſtè conſeruatę laude floruerit, vlla omnino falſę opinionis aut erroris, periculoſiſſimo hoc tempore aſpergatur infamia: & ſimul celſo & inuicto animo ab hoſte immani, qui Deo & Eccleſię inuiſus illud iam ſpe deuorauerat, tàm fortiter defendiſti, vt ad ſempiternū generis tui, & Chriſtianę Reipub. decus, diffidentem ac deſperantem rebus ſuis, cum mœrore ac luctu abire compuleris, amiſſa magna & claſſis & militum parte. Ex qua re quantam ego in communi omnium gaudio voluptatem ceperim, facilè is intelliget, qui nouerit, permultos eſſe annos, cùm ego hic & in Germania à te & ab Auguſta matre tua,

(cuius

(cuius vita præclariſſimũ eſt omniũ virtutum exemplum) multa & eximia habeo beneficia. Quibus cùm par eſſe nullo modo poſſem, rationẽ iniui, vt aliquã ſaltem grati animi ſignificationẽ darem. Itaq; liber non ita pridem in nomine tuo apparuit, quo milites (quorũ opera nunc ſummè neceſſaria eſt) Chriſtianis moribus & præceptis à me ſunt inſtituti, vt quãtò fuerint Deo magis grati & accepti, tantò eorũ ſit militia fructuoſior. Nunc autem cùm intellexerim laborẽ illum meum tibi non ingratũ extitiſſe, auſus ſum hunc Catechiſmũ tuo nomini ampliſſimo dedicare, ſcriptum quidem ante plures annos, ab Emõdo Augerio, viro è Societate noſtra inſigni pietate ac doctrina, nunc autẽ ſacra ſcriptura, Conciliorũ, & Patrũ teſtimonijs auctũ à me & locupletatũ. Tantopere autẽ liber hic illi alteri præſtat, quantopere animi corporibus antecellunt, & quãtò præſtabilius eſt illos à ſeruitute Satanæ & interitu ſempiterno, quã hæc à breuiſſimi temporis incõmodis liberare. Eſt enim Catechiſmus plana, & dilucida inſtitutio & doctrina myſteriorũ ſanctiſſimæ noſtræ Religionis, quæ viua olim voce Catechumenis tradebatur, vt vox ipſa declarat, poſteà autẽ ſcriptis mãdari cœpta eſt, vt rudes & imperiti (quorũ multò maximus eſt numerus) haberent ad manum remediũ ſalutare ignorãtiæ, ex qua intolerabiles in Religione naſcuntur errores. Fuiſſe autẽ hoc docendi munus iam inde ab Apoſtolorũ tempore in maximo habitũ pretio, perſpicuè declarat id, quod ad Galatas ſcribit Paulus: Cõmunicet is

Galat. 6. *qui catechizatur verbo ei, qui ſe catechizat in omnibus bonis. Quem locũ ſic exponit eruditiſſimus eius interpres Chryſoſtomus, Hic (inquiens) iã de Doctoribus loquitur: vult enim diligenter curari ab his quos inſtituunt. Itaq; viri & ſanctitate & doctrina præcellentes hoc munus cupidè exercuerunt, vt Polycarpus diſcipulus Beati Ioannis Apoſtoli: vt Iuſtinus martyr, vt Quadratus & Ariſtides Athenis: vt Alexãdriæ Panthenus & Clemens: vt Anatolius, Origenes, Heraclas, Dionyſius Alexandrinus, & Athenodorus, alijq; cõplures. Quod ſi quãdo aliàs, nũc multò magis omnia vndiq; ſunt medicamenta conquirenda aduerſus hæreticos, funeſtas Chriſtianæ Reipub. faces ac peſtes, qui omnibus penè omniũ ætatũ, quaſi in vnã ſentinam collectis pernicioſis erroribus, omnes neruos contendunt, vt mortiferum ſuæ impietatis venenũ cunctis mortalibus propinent. Tũ verò quem Princeps rerũ omnium Chriſtus verus homo, & verus Deus, tam multis ac magnis corporis & animi dotibus exornauit, præter generis ſummã amplitudinem & claritatem, perge, vt cœpiſti, ſanctiſſimã eius Religionẽ tueri,*

Eccli. 44 *vt Ioſias alter, vt tui quoq; memoria omni ori, in modum mellis ſit dulcis.*

AD

AD LECTOREM.

HVIVS Catechiſmi & laboris noſtri rationem, amice Lector, paucis accipe. Ediderat olim in Germania ſuaſu optimi Cęſaris Ferdinandi (quē pro dignitate nemo vnquā poterit ſatis laudare) breuem Catechiſmum P. Petrus Caniſius Societatis noſtræ Theologus & concionator egregius. Qui libellus quantū vtilitatis attulerit Chriſtianæ Reipublicæ, vel illud probat quòd tam auidè exceptus eſt, vt omnium fermè nationum linguis poſteà ſit excuſſus. Quare quod ille in Germania tanto cum fructu præſtitit, imitatus eſt in Gallijs P. Emondus Augerius Societatis etiam noſtræ Theologus & Concionator. Nam cum Caniſius aduerſus Lutheranos in Germania graſſantes feliciter decertaſſet, operæpretium putauit Augerius ſi Galliam vaſtantes Caluiniſtas;& Hugonotas ſimilibus armis appeteret, & expugnaret. Nec ſpes eū, Deo opem ferente, fefellit. Sed quia auctus poſtea Caniſij Catechiſmus, & ſacræ Scripturæ Sanctorumq; Patrum teſtimonijs locupletatus, mirificè Catholicos recreauit, & hæreticos torſit: maiorē in modum idem mihi in Augerij Catechiſmo faciendum eſſe putaui, vt quæ ille ex ſacris literis ac Patribus antiquiſsimis ad marginem citat, ego proprijs verbis plenè referrem, ad eorum præſertim vtilitatem, qui vel libris carent, vel non facilè Catholicis fidem habent. Quam certè quidem prouinciā eò libentius atq; alacrius ego ſuſcepi, quòd à fidei noſtræ iurato hoſte ad id ſum non leuiter incitatus. Nam cum Viennæ Auſtriæ agerē, fortè incidi in hominē natione Gallum, fide ſeu potius perfidia Caluiniſtā: cui cum obtuliſſem legendum Augerij Catechiſmum, quo hominem ab Hæreſi ad ſanitatem reuocarem, & ad Eccleſiam Catholicam traducerem, legit ille libellum attentè multis in locis: nec multò poſt, Si ita ſe res habet (inquit) vti Augerius docet, & ſacræ literę, ſanctiq; Patres in margine citati ei adſtipulātur, miror vos Ieſuitas ipſa Scripturę

ſacræ

ſacræ verba ac Patrũ ſententias adamuſsim minimè recitare: ſic enim magnum negotium Caluini ſectatoribus proculdubio facietis. Arripui verbum ex ore hominis vt ſuo gladio (quod aiunt) dementis Caluini inſani diſcipuli iugularentur, & annuentibus his quorum iuſsis loco Dei ego libenter pareo, conſiliumq; approbantibus, tẽpus ex aliis aſsiduis curis ereptũ huic cœpi operi impendere. Quod quidem multis abhinc annis inchoatum, propter aſsiduitatẽ tum itinerum, tum aliarũ occupationum, quibus continenter fui diſtentus, abſoluere in hodiernum vſque diem nequaquam licuit. Spero autem, Deo benè fauente, non inutilem hunc noſtrum laborem futurum, graſſantibus iam paſſim, Luthero penè exploſo, Caluiniſtis, & in morem flammæ cuncta populantibus non in Gallia modò, ſed etiam in vtraq; Germania, Vngaria, Bohemia, Tranſyluania, Polonia, Suecia, Dania, aliiſq; prouinciis: quibus non parum emolumenti hic liber adferet. Illud autẽ ſedulò curatum eſt, vt Catechiſmi verbis & ordini nihil vel adderemus, vel detraheremus: ſed quæ Augerius ad marginem indicauit Scripturæ ac Patrum loca, nos integra recitamus, additis nonnunquã pluribus Sanctorum teſtimoniis ad rem maximè conducentibus, quæ ne ſignare quidem voluimus, quoniã non noſtram, ſed Dei gloriam quærimus & ſpectamus. Paſsim etiã ob Typographorũ incuriam, perperã citata loca, non exiguo cum labore emendauimus. Porrò ſi ad conuincendã quamlibet hæreſim multa ſunt euoluenda ſacrorum Conciliorum & Sanctorum Patrum volumina, deuorauimus nos hoc legendi tędium, & ex eis ſelectiſsima quæq; in hoc opus transfudimus, quod propterea plurium librorum loco eſſe poterit, ſi non omnibus, certè pauperibus iter facturis, & occupatis, quibus tot libros vel habere vel euoluere minimè, aut licet aut vacat. Sicubi verò (quæ humana fragilitas eſt) lapſus ſum, veniam ſupplex peto, meq; ac mea omnia Sanctæ Romanæ Eccleſiæ volens ac lubens ſubmitto, Deum Opt. Max. precatus, vt hoc opus & Chriſti gloriæ ſeruiat, & lectoribus non exiguam vtilitatem pariat. Vale.

CATECHISMVS, ID EST, Catholica Chriſtianæ iuuentutis inſtitutio.

DE FIDE CAP. I.

LECTIO PRIMA.

DOCTOR.

AGE, ò Adoleſcens, quorſum nos à Deo in hunc mundum quotidiè producimur, in eoq; conſeruamur?

ADOLESCENS.

Primùm quidem vt intelligamus [a] ſummam beatitudinem ac fœlicitatem noſtram in eo ſitam eſſe: Deinde verò, vt eius voluntati morem gerentes,[b] ab eo expectemus ea, quæ nobis olim eſt pollicitus: Poſtremò deniq; vt ab eo, calamitati ac miſeriæ noſtræ opem & auxilium flagitemus.[c]

a Hier. 9. Ioan. 17. Act. 17. Rom. 1.
b Deut. 9. Ioſue. 21. 3. Reg. 2. 2. Corint. 7. 2. Petr. 3.

DOCTOR.

Tu ſanè paucis admodùm, ſumma Religionis noſtræ capita complexus es.

c Deut. 33. 2. Reg. 12. Roman. 10. Iacob. 1

ADOLESCENS.

Sic Apoſtolus,[d] Accedẽtem, inquit, ad Deum, oportet credere, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. Hac enim tam breui periodo vniuerſam ille Chriſtianæ vitæ rationem perſtrinxit.

d Heb. 11.

DOCTOR.

Sed cur primo tu loco Dei cognitionem enumeras?

ADOLESCENS.

Propterea quòd ea ſi deſit,[e] neq; vlla nobis in Deum ſpes eſſe, neq; aliqua in eius legem obedientia noſtra conſiſtere poteſt,[f] neque ab eo expectare licet benefacti alicuius noſtri remuneratione ac mercedem.

e Iſai. 54. Ioan. 1. et. 5 Act. 14. Epheſ. 2. 1. Petr. 1. Rom 14. 2. Theſ. 1. 1. Cor. 2.
f Exod. 32 Deut. 30. Pſalm. 1. Ioan. 16.

DOCTOR.

Quo vero tu ſenſu dixiſti, ſummam beatitudinem ac fœlicitatem noſtram in Deo ſitam eſſe?

ADOLESCENS.

Sanè, quòd in eo ſit ſumma perfectaq; collectio [g] bonorũ omnium; quibus perfruendis vtendiſq;, nos ille produxit, nullaq; in re vnquam alia quàm in eo ipſo cór noſtrum planè conquieſcat.

g Matth. 6. 1 Corint. 2. Hebræ. 11. 1. Petr. 1. 1. Petr. 1. Aug. de ciuit. Dei lib. 11. c. 30.

DOCTOR.

Qua porrò ratione huius nos tàm præſtantis boni cognitionem ſumus conſecuti?

ADOLESCENS.

Vnigenitus Dei Filius IESVS CRISTVS nobis illud reuelauit [h] homo factus idcircò, vt in eo nobis, & Magiſter & Mediator eſſet is, ſine cuius ope nunquàm eò nos animi noſtri cogitationes intendiſſemus.

h Deut. 18. Iſa. 9. Ioel. 2. Matth. 3. Luc. 3. Ioan. 1. Act. 3. Coloſ. 1. Galat. 3. 1. Corint. 4. Iuſti. Apolog. 1. Clem. Alex. Pedago. lib. 1. c. 1.

DOCTOR.

Sed nunc vndè nos iſtam cognitionem conſequemur, qui coràm & præſentem eum docentem non habemus?

ADOLESCENS.

Ex eodem ipſius verbo [i] primùm quidem ab Apoſtolis prædicato: Scriptura deinde ab eiſdem expreſſo, & ad nos vſq; ſumma Fide conſeruato, vt in eo certiſsimam Religionis noſtræ normam haberemus.

i Matt. 18. Marc. 16. Ioan. 15. Act. 1. et. 10. 1. Cor. 15. 2. Cor. 5. & 13. Galat. 1. 2. Petr. 1. 1. Ioan. 1.

DOCTOR.

Vis ergo iam hoc ex tuis verbis effectum eſſe, Deum Fide cognoſci oportere [k].

ADOLESCENS.

Sanè: eſt enim primus hic, teſte Apoſtolo, ad eum acceſſus.

K Iſa. 7. Hebræ. 11. 1. Petr. 1.

AVTHORITATES SCRIPTVRAE.

HIEREMIAE CAP. 9. Hæc dicit Dominus: Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur diues in diuitijs ſuis: ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire & noſſe me, quia ego ſum Dominus, qui facio miſericordiam & iudicium & iuſtitiam in terra: hæc enim placent mihi, dicit Dominus.

IOANNIS CAP. 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti IESVM Chriſtum.

ACTORVM CAP. 17. Deus, qui fecit mundũ, & omnia quæ in eo ſunt, hic cœli & terræ cùm ſit Dominus, non in manu ſactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, cùm ipſe det omnibus vitam & inſpirationem, & omnia: fecitq; ex vno omne genus hominum, inhabitare ſuper vniuerſam faciem terræ, definiens ſtatuta tempora, & terminos habitationis eorum, quærere Deum ſi fortè attractent eum aut inueniant, quãuis non longè ſit ab vnoquoq; noſtrum. In ipſo enim viuimus, & mouemur, & ſumus.

AD ROMANOS Cap. 1. Inuiſibilia Dei, à creatura mũdi, per ea quę facta ſunt intellecta, conſpiciuntur: ſempiterna

quoq;

quoq; eius virtus & diuinitas : ita vt ſint inexcuſabiles. Quia cũ cognouiſſent Deũ, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: ſed euanuerũt in cogitationibus ſuis, & obſcuratũ eſt inſipiẽs cor eorũ.

B DEVTERONOMII Cap. 9. Audi Iſrael, tu tranſgredieris hodie Iordanẽ, vt poſsideas na iones maximas, & fortiores te, ciuitates ingentes, & ad cœlum vſque muratas, populum magnum atq; ſublimem, filios Enacim, quos ipſe vidiſti, & audiſti, quibus nullus poteſt ex aduerſo reſiſtere. Scies ergò hodie quòd Dñs Deus tuus ipſe tranſibit ante te, ignis deuorans atq; conſumens, qui conterat eos & deleat atq; diſperdat ante faciem tuam velociter, ſicut locutus eſt tibi. Ne dicas in corde tuo cùm deleuerit eos Dominus Deus tuus in conſpectu tuo. Propter iuſtitiam meam introduxit me Dominus, vt terram hãc poſſiderem, cùm propter impietates ſuas iſtæ deletæ ſint nationes. Neque enim propter iuſtitias tuas, & æquitatẽ cordis tui ingrediêris vt poſsideas terras earũ: ſed quia illæ egerunt impiè, introeunte te deletæ ſunt: & vt compleret verbum ſuum Dominus, quod ſub iuramẽto pollicitus eſt Patribus tuis Abraham, Iſaac, & Iacob. Scito ergò, quòd non propter iuſtitias tuas Dominus Deus tuus dederit tibi terram hanc optimam in poſſeſsionem, cùm duriſsimæ ceruicis ſis populus.

IOSVE Cap. 21. Ne vnum quidem verbũ, quod illis præſtiturũ ſe eſſe promiſerat, irritũ fuit, ſed rebꝰ expleta ſunt omnia.

TERTII Libri Regum Cap. 2. Appropinquauerũt dies Dauid, vt moreretur, præcepitq; Salomoni filio ſuo dicens, Ego ingredior viam vniuerſæ terræ: cõfortare, & eſto vir, & obſerua vt cuſtodias mandata Domini Dei tui, vt ambules in vijs eius, & cuſtodias cæremonias eius, & præcepta eius, & iudicia, & teſtimonia, ſicut ſcriptũ eſt in lege Moyſi: vt intelligas vniuerſa quæ facis, & quocunq; te verteris, & confirmet Dominus ſermones ſuos quos locutus eſt de me, dicens, ſi cuſtodierint filij tui vias meas, & ambulauerint coram me in veritate, in omni corde ſuo, & in omni anima ſua, nõ auferetur tibi vir de ſolio Iſraël.

POSTERIORIS Ad Corinthios Cap. 7. Has ergo habentes promiſsiones Chariſsimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei.

POSTERIORIS Epiſtolę D. Petri, Cap. 3. Non tardat Dñs promiſsionem ſuam, ſicut quidam exiſtimant: ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti.

C DEVTERONOMII Cap. 33. Audi Domine vocem Iudæ, & ad populum ſuum introduc eum: manus eius pugnabũt pro eo, & adiutor illius contra aduerſarios eius erit. *Et rurſum*, Non eſt Deus al us, vt Deus rectiſsimi: aſcenſor cœli, auxiliator tuus.

LIBRI 2. Regum, Cap. 12. Deprecatuſq; eſt Dauid Dominum pro paruulo: & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingreſſus ſeorſum, iacuit ſuper terram. *Et rurſum*. Propter infantem, dum adhuc viueret, ieiunaui & fleui: dicebã enim. Quis ſcit ſi fortè donet eum mihi Dominus, & viuat infans?

AD Romanos Cap. 10. Omnis qui credit in illum, non confundetur, nõ enim eſt diſtinctio Iudæi & Græci: nam idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicunq; inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit.

IACOBI Cap. 1. Si quis veſtrũ indiget ſapiẽtia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluẽter, & nõ improperat: & dabitur ei.

D AD Hebræos Cap. 11. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.

E ISAIAE Cap. 54. Quia dominabitur tui qui fecit te, Dominus exercituum nomen eius: & Redẽptor tuus ſanctus Iſraël, Deus omnis terræ vocabitur. *Et mox*. Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in ſapphiris, & ponã iaſpidem propugnacula tua: & portas tuas in lapides ſculptos, & omnes terminos tuos in lapides deſyderabiles: vniuerſos filios tuos doctos à Domino: & multitudinẽ pacis filijs tuis.

IOANNIS Cap. 1. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eũ non cognouit. In propria venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autẽ receperunt eũ, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui nõ ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.

ET Cap. 9. Pater enim diligit Filium, & omnia demonſtrat ei quæ ipſe facit: & maiora his demõſtrabit ei opera, vt & vos miremini. ET. Amen, amen dico vobis,

quia qui verbum meum audit, & credit ei qui miſit me habet vitam æternam, & in iudicium non venit, ſed tranſiet à morte in vitam. E T. Scrutamini ſcripturas, quia vos putatis in ipſis vitam ęternam habere: & illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me: & non vultis venire ad me, vt vitam habeatis.

A C T O R V M Cap. 24. Sic deſeruio Patri Deo meo credens omnibus, quæ in lege & Prophetis ſcripta ſunt: ſpem habens in Deum, quam & ipſi expectant, reſurrectionẽ futuram iuſtorum & iniquorũ.

A D E P H E S I O S Cap. 1. In quo etiam (nempe Chriſto) nos ſorte vocati ſumus: prædeſtinati ſecundùm propoſitum eius qui operatur omnia, ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ: vt ſimus in laudẽ gloriæ eius nos, qui ante ſperauimus in Chriſto: in quo & vos cum audiſſetis Verbum veritatis (Euãgelium ſalutis veſtræ) in quo & credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ, in redemptionem acquiſitionis, in laudem gloriæ ipſius.

P R I O R I S D. Petri, Cap. 1. Probatio fidei veſtrę multo pretioſior auro (quod per ignem probatur) inueniatur, in laudem & gloriam & honorem Ieſu Chriſti: quem cùm non videritis, diligitis: in quem nunc quoq; non videntes, creditis: credentes autem exultatis lætitia inenarrabili & glorificata, reportantes finem fidei veſtræ, ſalutem animarum.

A D R O M A N O S Cap. 14. Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt.

P O S T E R I O R I S Ad Theſſalonicẽſes Cap. 1. Gratias agere debemus ſemper Deo pro vobis fratres, ita vt dignũ eſt, quoniam ſupercreſcit fides veſtra, & abundat charitas vniuſcuiuſq; veſtrũ in inuicẽ: ita vt & nos ipſi in vobis gloriemur in Eccleſijs Dei pro patiẽtia veſtra, & fide in omnibus perſecutionibus veſtris & tribulationibus quas ſuſtinetis in exemplum iuſti iudicij Dei, vt digni habeamini regno Dei, pro quo & patimini.

P R I O R I S Ad Corinthios Cap. 2. Fides veſtra non ſit in ſapientia hominũ, ſed in virtute Dei. Sapientiam autẽ loquimur inter perfectos: ſapientiam verò non huius ſeculi, neq; Principum huius ſeculi, qui deſtruuntur: ſed loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt, quam prædeſtinauit Deus ante ſecula in gloriam noſtram, quam nemo Principum huius ſeculi cognouit: ſi enim cognouiſſent, nunquàm Dñm gloriæ crucifixiſſent.

F E X O D I Cap. 32. Audiens Ioſue tumultum populi vociferantis, dixit ad Moyſen, vlulatus pugnæ auditur in caſtris. Qui reſpondit, Non eſt clamor adhortantium ad pugnam, neq; vociferatio compellentiũ ad fugam: ſed vocem cantãtium ego audio. Cumq; appropinquaſſet ad caſtra, vidit vitulum, & choros, iratuſq; valdè, proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis. E T. Cui reſpondit Dñs, Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo: tu autem vade, & duc populum iſtum quò locutus ſum tibi, Angelus meus præcedet te. Ego autẽ in die vltionis viſitabo & hoc peccatum eorum. Percuſſit ergò Dñs populum pro reatu vituli quem fecerat Aaron.

D E V T E R O N O M I I Cap. 30. Cõſidera quòd hodie propoſuerim in conſpectu tuo vitam & bonum, & ècontrario mortẽ & malum: vt diligas Dñm Deum tuũ, & ambules in vijs eius, & cuſtodias mãdata illius ac cæremonias atq; iudicia: & viuas, atq; multiplicet te, benedicatq; tibi in terra ad quã ingrederis poſſidẽdã. Si autẽ auerſum fuerit cor tuũ, & audire nolueris, atq; errore deceptus adoraueris deos alienos, & ſeruieris eis: prędico tibi hodie, quòd pereas, & paruo tẽpore morêris in terra ad quã Iordane trãſmiſſo ingredieris poſſidendam. Teſtes inuoco hodie cœlum & terrã, quòd propoſuerim vobis vitã & bonum, benedictionem & maledictionẽ. Elige ergò vitã, vt & tu viuas, & ſemen tuũ: & diligas Dñm Deũ tuũ, atq; obedias voci eius, & illĩ adhæreas (ipſe eſt eñ vita tua, & lõgitudo dierũ tuorum) vt habites in terra pro qua iurauit Dñs patribus tuis Abraham, Iſaac, & Iacob, vt daret eam illis.

P S A L M O. 1. Beatus vir qui non abijt in cõſilio impiorũ, & in via peccatorũ non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Sed in lege Dñi voluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte. Et erit tanquàm lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo: & foliũ eius nõ defluet, & omnia quæcunq; faciet ſemper proſperabuntur. Non ſic impij, non ſic: ſed tanquã puluis quẽ proijcit vẽtus à facie terræ.

I O A N N I S Cap. 16. Pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis, quia à Deo exiui. E T. Hæc locutus ſum vobis,

vt in me pacẽ habeatis. In mũdo preſſurã habebitis: ſed confidite, ego vici mundũ.

G MATTHAEI Cap.6. Quærite primùm Regnũ Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.

PRIORIS Ad Corinth.Cap.2. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcẽdit, quæ præparauit Deus ijs, qui diligunt illum.

AD HEBRAEOS Cap.11. Iuxta fidẽ defuncti ſunt omnes iſti, non acceptis repromiſsionibus, ſed à longè eas aſpicientes, & ſalutantes, & confitentes, quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram. Qui eñ hæc dicũt, ſignificãt ſe patriã inquirere. Et ſiquidem ipſius meminiſſent de qua exierunt, habebat vtiq; tẽpus reuertendi, nũc autẽ meliorẽ appetũt, id eſt, cœleſtem. Ideò non confunditur Deus vocari Deus eorũ: parauit enim illis ciuitatẽ. ET. Fide, Moyſes grandis factus, negauit ſe eſſe filiũ filię Pharaonis: magis eligens affligi cũ populo Dei, quàm temporalis peccati habere iocunditatẽ, maiores diuitias æſtimãs theſauro AEgyptiorum, improperiũ Chriſti: aſpiciebat enim in remunerationem.

PRIORIS, Petri Cap.1. Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundùm miſericordiam ſuã magnam regenerauit nos in ſpem viuam; per Reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarceſsibilem, conſeruatã in cœlis in vobis, qui in virtute Dei cuſtodimini per fidem in ſalutem, paratam reuelari in tempore nouiſsimo.

ET Poſterioris Cap.1. Gratia vobis & pax adimpleatur in cognitione Dei & Chriſti Ieſu Domini noſtri: quomodo omnia nobis diuinæ virtutis ſuę, quæ ad vitam & pietatem, donata ſunt, per cognitionem eius, qui vocauit nos propria gloria & virtute, per quem maxima & pretioſa nobis promiſſa donauit: vt per hæc efficiamini diuinæ cõſortes naturæ, fugientes eius, quæ in mũdo eſt, cõcupiſcentiæ corruptionẽ.

H DEVTERONOMII Cap.18. Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui: & ponam verba mea in ore eius, loqueturq; ad eos omnia, quæ præcepero illi. Qui autem verba eius, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor exiſtam.

ISAIAE Cap.9. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis. ET. Paruulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius, Admirabilis, Conſiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri ſeculi, Princeps pacis.

IOELIS Cap.2. Filij Sion exultate & lætamini in Domino Deo veſtro: quia dedit vobis Doctorem iuſtitiæ, & deſcendere faciet ad vos imbrem matutinũ & ſerotinum ſicut in principio.

MATTHAEI Cap.3. Baptizatus autem Ieſus, confeſtim aſcendit de aqua: & ecce aperti ſunt ei cœli, & vidit ſpiritũ Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe: & ecce vox de cœlis dicẽs, Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mĩhi complacui.

LVCAE Cap.3. Ego quidem aqua baptizo vos: veniet autem fortior me, cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamentorum eius, ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igni. ET. Factum eſt autem cum baptizaretur omnis populus, & IESV baptizato & orãte, apertum eſt cœlum, & deſcendit Spiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum: & vox de cœlo facta eſt, Tu es Filius meus dilectus; in te complacuit mihi.

IOANNIS Cap.1. Deũ nemo vidit vnquàm, vnigenitus Filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit.

ACTORVM Cap.3. Moyſes quidem dixit, Quoniã Prophetam ſuſcitabit vobis Dñs Deus veſter de fratribus veſtris tanquàm me, ipſum audietis iuxta omnia quæcunq; locutus fuerit vobis. Erit autem, omnis anima quæ non audierit Prophetã illum, exterminabitur de plebe.

AD Coloſſenſes Cap.1. Cum gaudio gratias agẽtes Deo & Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum, in lumine: qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & trãſtulit in Regnũ Filij dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem, & remiſſionem peccatorum, qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturę: quoniam in ipſo condita ſunt vniuerſa, in cœlis, & in terra, viſibilia & inuiſibilia, ſiue Throni, ſiue Dominationes, ſiue Principatus, ſiue Poteſtates: omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant, & ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium, pri-

mogenitus ex mortuis: vt ſit in omnibus, ipſe primatum tenens: quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare: & per eum reconciliare omnia in ipſum, pacificans per ſanguinem Crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt.

AD Galatas Cap. 3. Quid igitur lex? Propter tranſgreſsiones poſita eſt, donec veniret ſemen cui promiſerat, ordinata per Angelos in manu Mediatoris. Mediator autem vnius non eſt: Deus autem vnus eſt.

POSTERIORIS Ad Corinthios Cap. 4. Deus qui dixit de tenebris lucem ſplēdeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei, in facie Ieſu Chriſti.

I MATTHAEI Cap. 28. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia quæcunq; mādaui vobis. Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſq; ad conſummationem ſeculi.

MARCI Cap. 16. Et Dominus quidem Ieſus poſtquàm locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet à dextris Dei. Illi autē profecti prædicauerunt vbiq; Domino cooperante, & ſermonem cōfirmante ſequentibus ſignis.

IOANNIS Cap. 15. Iam nō dicam vos ſeruos, quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius, vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunq; audiui à Patre meo, nota feci vobis. ET. Cum venerit Paraclytus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me: & vos teſtimoniū perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis.

ACTORVM Cap. 1. Et cōueſcēs, præcepit eis, ab Hieroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent promiſsionem Patris, quam audiſtis (inquit) per os meum: quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu ſancto non poſt multos hos dies. Igitur qui conuenerant, interrogabant eum dicentes, Domine, ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſraël? Dixit autē eis, Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate: ſed accipietis virtutem ſuperuenientis Spiritus ſancti in vos, & eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſq; ad vltimum terræ.

ET Cap. 10. Orationes tuę, & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriā in conſpectu Dei. & nūc mitte viros in Ioppen, & accerſi Simonem quendam, qui cognominatur Petrus: hic hoſpitatur apud Simonem quendam coriarium, cuius eſt domus iuxta mare. Hic dicet tibi quid te oporteat facere.

PRIORIS Ad Corinthios Cap. 15. Notū autem vobis facio fratres, Euangeliū quod prædicaui vobis, quod & accepiſtis, per quod & ſtatis, per quod & ſaluamini, qua ratione prædicauerim vobis ſi tenetis, niſi fruſtrà crediditis. Tradidi eñ vobis in primis quod & accepi: quoniā Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundum ſcripturas. ET. Gratia Dei ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua nō fuit, ſed abūdantiùs illis omnibus laboraui: non ego autē, ſed gratia Dei mecū. Siue enim ego, ſiue illi: ſic prædicamus, & ſic crediditis.

POSTERIORIS Ad Corinthios Cap. 5. Et ſi cognouimus ſecundùm carnem Chriſtū, ſed nunc iam non nouimus. Si qua ergo in Chriſto noua creatura, vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua. Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtum: & dedit nobis miniſterium recōciliationis: quoniam quidem Deus erat in Chriſto mūdum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum, & poſuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tāquàm Deo exhortāte per nos. Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo.

ET Cap. 13. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur, Chriſtus: qui in vobis non infirmatur, ſed potens eſt in vobis? Nam & ſi Crucifixus eſt ex infirmitate, ſed viuit ex virtute Dei. Nam & nos infirmi ſumus in illo: ſed viuemus cum eo ex virtute Dei in vobis. Vos metipſos tentate ſi eſtis in fide: ipſi vos probate. An nō cognoſcitis voſmetipſos, quia Chriſtus Ieſus in vobis eſt? niſi fortè reprobi eſtis.

AD Galatas Cap. 2. Deinde poſt annos quatuordecim, iterum aſcēdi Hieroſolymam cum Barnaba, aſſumpto & Tito. Aſcendi autem ſecundum reuelationem: & contuli cum illis Euāgelium quod prædico in gentibus.

POSTERIORIS Petri, Cap. 1. vt ſuprà litera. G.

PRIMAE Ioannis, Cap. 1. Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ

noſtrę contrectauerunt de verbo vitæ; (& vita manifeſtata eſt, & vidimus, & teſtamur, & annũtiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis) quod vidimus & audiuimus, annuntiamus vobis, vt & vos ſocietatẽ habeatis nobiſcũ, & ſocietas noſtra ſit cum Patre, & cũ Filio eius Ieſu Chriſto.

K ISAIAE Cap.7. Si non credideritis, non permanebitis.

AD Hebræos Cap.11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.

PRIORIS, Petri Cap.1. In virtute Dei cuſtodimini per fidem in ſalutem, paratam reuelari in tempore nouiſsimo.

AVTHORITATES PATRVM.

G 1 AVGVSTINVS tom.1. Confeſſionum lib. 1. Cap.1. Quia feciſti nos Domine ad te, & inquietũ eſt cor noſtrum donec requieſcat in te. *Cor hominis in ſolo Deo conquieſcit.*

2 IDEM Tom. 5. de Ciuitate Dei lib. 22. cap. 30. Quanta erit illa fœlicitas, vbi nullum erit malum, nullum latebit bonum, vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus. Nam quid aliud agetur, vbi neq; vlla deſidia ceſſabitur, neq; vlla indigentia laborabitur, neſcio. *Et poſt pauca.* Vera ibi gloria erit, vbi laudãtis nec errore quiſquã, nec adulatione laudabitur. Verꝰ honor, qui nulli negabitur digno, nulli deferetur indigno, ſed nec ad eũ ambiet vllus indignus, vbi nullus permittetur eſſe niſi dignus. Vera pax ibi eſt, vbi nihil aduerſi, nec à ſeipſo, nec ab alio quiſquam patietur. Præmium virtutis erit ipſe qui virtutem dedit, & qui ſeipſum, quo melius, & maius nihil poſsit eſſe, promiſit. Quid eſt enim aliud, quod per Prophetam dixit, Ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi plebs: niſi, ego ero vndè ſatientur, ego ero quæcunq; ab omnibus honeſtè deſiderãtur, & vita, & ſalus, & victus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia bona? Sic enim & illud rectè intelligitur, quod ait Apoſtolus, vt ſit Deus omnia in omnibus. Ipſe finis erit deſyderiorum noſtrorũ, qui ſine fine videbitur, ſine faſtidio amabitur, ſine fatigatione laudabitur. *Gloria æternæ laus, & deſcriptio.* *1. Cor. 15.* *Hierem. 31.* *1. Cor. 15.*

H 1 IVSTINVS Martyr, Apologia.1. pro Chriſtianis. Res noſtræ omni humana doctrina ſunt præſtantiores, quòd Chriſtus totus rationalis propter nos factus ſit, corpore, mẽte, atq; anima. *Et paulò poſt.* Erat enim, & eſt ſermo ille diſponẽs omnia, qui per Prophetas futura prædixit, & per ſeipſum nobis factus ſimilis, ſuam doctrinam prodidit. *Chriſtiana Religio excellit omnes*

2 CLEMENS Alexandrinus. Pædago. lib.1. cap.1. Porrò autem dum gradu ſalutari nobis cõuenienti in efficaci diſciplina nos ſtudet perfectos & cõſummatos reddere, pulchra vtitur œconomia, omni ex parte benignus & hominũ amans Verbũ, è ſupernis adhortans, deinde fungens Pædagogi officio in omnibus, & nos edocens. *Chriſtus noſtri amans: & Patri ſimilis.*

3 ET Cap.2. Pædagogus autem noſter, ô vos pueri, eſt Deo Patri ſimilis, cuius eſt Filius, in quẽ nullum omnino cadit peccatum, eſtq; nulli reprehẽſioni affinis, & animo impatibilis. Deus in figura hominis, impollutus, paternæ voluntati ſeruiens, Deus Verbũ, qui eſt in Patre, qui eſt à dextris Patris, & cum figura Deus eſt.

LECTIO SECVNDA.

DOCTOR.

QVID verò eſt fides?

ADOLESCENS.

Donũ Dei, quo certiſsimè credimus [a] ea omnia eſſe veriſsima, quæ ab eo reuelata ſunt, & vt ab eo quoq; reuelata, [b] in Eccleſia, quã vitę noſtræ Parentẽ ac Ducẽ habemus, nobis proponuntur. [c]

DOCTOR.

Eſt'ne tibi breuis aliqua methodus eius fidei, quæ neceſſario nobis tenenda eſt?

a *Matth. 23. & 16. Marc. 4. Luc. 8. Ioann. 1. 3. 5. & 6. Actor. 13. 14. & 16. Aug. de prædeſt. ſanct. c. 2. 3. 5. 7. 8. & 9. & de fid. & oper. c. 8. & epiſtol. 105. & Cyril. Hieroſol. cat. 5.*

b *Ioã. 20. 1. Ioã. 1. 2. Theſ. 2. 1. Pet. 1. Gala. 1. Hebra. 1.*

c *Matthæi. 10. Act. 12. 1. Corinth. 12. Epheſ. 4. 2. Theſ. 1. 1. Tim. 3.*

ADOLESCENS.

Eſt: & quidem ab ipſis Apoſtolis [d] tradita, quæ ſymbolum ideò vocari ſolet, quòd ſit quædam illuſtris nota, qua Chriſtianos diſtinguimus ab iis, qui idololatrarum ſuperſtitionem, & hæreticorum impietatem conſectantur.

DOCTOR.

Agedùm, illud nobis recita, & quidē integrū.

ADOLESCENS.

1 *Credo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem Cœli & terræ.*

2 *Et in Ieſum Chriſtū Filiū eius vnicū Dñm noſtrū.*

3 *Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine.*

4 *Paſſus ſub Pontio Pilato, Crucifixus, mortuus, & ſepultus.*

5 *Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit à mortuis.*

6 *Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.*

7 *Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos.*

8 *Credo in Spiritum ſanctum.*

9 *Sanctam Eccleſiam Catholicam: ſanctorum communionem.*

10 *Remiſſionem peccatorum.*

11 *Carnis reſurrectionem.*

12 *Vitam æternam, Amen.*

DOCTOR.

Eſt'ne tibi diſtincta aliqua horum duodecim articulorum partitio?

ADOLESCENS.

Eſt: Cùm enim à Deo, vno quidem, [e] ſed perſonis tamē tribus diſtinctis, producta ſint omnia, primam huius Symboli partē nos Patri ad ſignamus, tanquàm ſummo rerum omnium opifici: [f] Secundam verò tribuimus Filio, mundi totius Redemptori: [g] Porrò tertia debetur Spiritui ſancto, ſingulari diuini huius Regni, id eſt, Eccleſiæ noſtræ, adminiſtratori. [h]

d *Cypria. ſeu Ruffin. in Symbol. Auguſt. ſerm. 181. Amb. epiſt. 81. Iren. lib. 1. c. 2. & lib. 3. c. 4. Hiero. ad Pammach. Leo. ſer. 11. & epiſt. 13. Maxi. de tradi. ſymb. Aug. autē illud paſsim explicat, vt de fide & Symbo. & in Enchirid. ad Lauren. & lib. 4. de ſymbo ad cate. & ſer. 115. de temp. cū multis alijs, & Chryſ. hom. 1. & 2. de ſymbo. Itē Cyril. Hieroſol. in cate. & ij de quibus infrà.*

e *Geneſ. 1. Pſal. 13. Eccleſiaſtici. 18. Ioan. 1. Heb. 11. Iacob. 1. Act. 14. Coloſſ. 1. Apocalyp. 1.*

f *Geneſ. 1. Malach. 2. Deuteronom. 32. Act. 17. Hebr. 3.*

g *Epheſ. 1. Coloſſen. 1. 1. Corinth. 1. Hebræ. 9.*

h *Rom. 5. & 8. 1. Cor. 1. & 12. 1. Tim. 3*

DOCTOR.

Cur tres hîc perſonas enumeras, cùm nuper vnum ſolum Deum nominaueris?

ADOLESCENS.

Vnum quidem Deum aſſerui, ſed tres tamen in eo perſonas diſtinxi, quæ licèt inter ſe [i] natura, bonitate, ac potentia ſint æquales, tamen Patris nomen, ſolius eſt Patris, quòd is ſolus Filium ſuum, Verbum, eiuſdem ſecum ſubſtãtiæ [k] genuerit: Nomen verò Filij, [l] ſoli Filio debetur, quòd ſolus ex Patris ſubſtantia ſit genitus: Porrò Spiritui ſancto hoc nomen ſoli tribuimus, quòd is ſolus à Patre & Filio ſpiretur, nullam deinceps aliam perſonarum rationem ſtatuentes, [m] cùm vna ſemper & eadem ſit vbiq; trium natura, ac ſimplex eſſentia.

i *Pſalm.104. Ioel.2. Ioã.17. 1.Cor.12. 2.Cor. 1.*

K *Gen.1.1.3.& 11. Matth.28. Ioã.16. 1.Ioann.5.*

l *Ioã.1.14.17.et.10 Coloſſenſ.1.& 1. Ioann.1. Hebr.1. Epheſ.1.*

m *Ioan.15. Hila.1. & 3. de Trinitate. Aug.de fide & ſymbol cap.1.3.& 5. & de Trinita.lib.1. 2.& 3.Tertul.contra Prax. Iuſtin. de expoſi.fidei. latiſsimè verò Athanaſ.*

AVTHORITAT. SCRIPT.

A MATTHAEI Cap.13. Et accedẽtes diſcipuli dixerunt ei, Quare in parabolis loqueris eis? Qui reſpondens ait illis, Quia vobis datum eſt noſſe myſteria regni cœlorum: illis autem non eſt datum.

ET Cap.16. Beatus es Simõ Bar-Iona: quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus qui in cœlis eſt.

MARCI Cap.4. Et dicebat eis, vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei: illis autem qui foris ſunt, in parabolis omnia fiunt.

LVCAE Cap.8. vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei, cæteris autem in parabolis.

IOANNIS Cap.1. vide ſuprà, lect. 1. litera. H.

ET Cap.3. Spiritus vbi vult ſpirat: & vocem eius audis, ſed neſcis vnde veniat, & quò vadat: ſic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu. Reſpondit Nicodemus, & dixit ei, Quomodo poſſunt hæc fieri? Reſpondit Ieſus, & dixit ei, Tu es magiſter in Iſraël, & hæc ignoras? Amen, amen dico tibi, quia quod ſcimus, loquimur, & quod vidimus, teſtamur, & teſtimonium noſtrum non accipitis. Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo ſi dixero vobis cœleſtia, credetis?

ET Cap.5. vt ſuprà, lect. 1. litera. E.

ET Cap.6. Hoc eſt opus Dei vt credatis in eum quem miſit ille.

ACTORVM Cap.13. Vobis oportebat primùm loqui regnum Dei: ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ: ecce conuertimur ad Gentes. Sic enim pręcepit nobis Dominus: Poſui te in lucẽ Gentium, vt ſis in ſalutem vſq; ad extremum terrę. Audientes autem Gentes gauiſæ ſunt, & glorificabant Verbum Dñi, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Diſſeminabatur autem Verbum Domini per vniuerſam regionem.

ET Cap.14. Cùm autem veniſſent (ſcilicet Paulus & Barnabas) & congregaſſent Eccleſiã, retulerunt quanta feciſſet Deus cum illis, & quia aperuiſſet Gẽtibus oſtium fidei.

ET Cap.16. Et quædã mulier nomine Lydia purpuraria ciuitatis Thyatirenorũ, colens Deum, audiuit: cuius Dominus aperuit os intendere his, quæ dicebantur à Paulo.

B IOANNIS. Cap.20. Quia vidiſti me Thoma, credidiſti: beati qui nõ viderũt & crediderunt. Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Hęc autem ſcripta ſunt, vt credatis quia Ieſus eſt Chriſtus Filius Dei: & vt credentes vitã habeatis in nomine eius.

PRIMAE Ioãnis, Cap.1. Vide ſuprà, lect. 1. litera. I.

POSTERIORIS Ad Theſſalonicenſes, Cap.2. Itaq; fratres ſtate: & tenete traditiones quas accepiſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram. Ipſe autem Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & Deus & Pater noſter qui dilexit nos, & dedit conſolationem æternam & ſpem bonã in gratia: exhortetur corda veſtra, & confir-

firmet, in omni cpere & ſermone bono.

POSTER. Petri, Cap.1. Quomodo omnia nobis Diuinæ virtutis ſuæ, quæ ad vitam & pietatem, donata ſunt, per cognitionem eius qui vocauit nos propria gloria & virtute. Per quem maxima & pretioſa nobis promiſſa donauit: vt per hoc efficiamini Diuinæ cōſortes naturæ, fugientes eius quæ in mundo eſt, concupiſcentiæ corruptionem.

AD GALAT. Cap.1. Gratia vobis & pax à Deo Patre, & Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, vt eriperet nos de præſenti ſeculo nequam, ſecúdùm voluntatem Dei & Patris noſtri: cui eſt gloria in ſecula ſeculorum, Amen. Miror, quòd ſic tā citò transſerimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Chriſti, in aliud Euāgelium: quod non eſt aliud, niſi ſunt aliqui quivos cōturbant, & volunt cōuertere Euangelium Chriſti. Sed licèt nos, aut Angelus de cœlo euangelizet vobis prætetquàm quod euangelizauimus vobis, anathema ſit. ET. Notum enim vobis facio fratres Euangelium quod euangelizatum eſt à me, quia nō eſt ſecundùm hominem. Neq; enim ego ab homine accepi illud, neq; didici: ſed per reuelationem Ieſu Chriſti.

AD HEBR. Cap.2. Propterea abundantiùs oportet obſeruare nos ea, quæ audiuimus, ne fortè pereffluamus. Si enim qui per Angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iuſtam mercedis retributionem: quomodo nos effugiemus ſi tantā neglexerimus ſalutem? quæ cùm initium accepiſſet enarrari per Dominū ab eis qui audierunt, in nos cōfirmata eſt, conteſtante Deo ſignis, & portentis, & varijs virtutibus, & Spiritus ſancti diſtributionibus, ſecundùm ſuam voluntatem.

C MATTH. Cap.10. Cùm autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: nō enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis. ET. Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me miſit.

ACTOR. Cap.12. Et Petrus quidē ſeruabatur in carcere. Oratio autē fiebat ſine intermiſsione ab Eccleſia ad Deum pro eo.

PRIORIS Ad Corinth, Cap.12, Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia primùm Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonum.

AD EPHES. Cap.4. Qui deſcendit, ipſe eſt qui aſcendit ſupra omnes cœlos, vt adimpleret omnia. Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdā autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem paſtores & doctores ad conſummationem ſanctorū in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti.

POSTER. Ad Theſſalon. Cap.2. Nos autē debemus gratias agere Deo ſemper pro vobis fratres dilecti à Deo, quòd elegerit vos Deus primitias in ſalutem in ſanctificatione ſpiritus, & in fide veritatis: in quā & vocauit vos per Euangelium noſtrum, in acquiſitione gloriæ Dñi noſtri Ieſu Chriſti.

PRIORIS Ad Timoth. Cap.3. Hæc tibi ſcribo fili Timothee, ſperans me ad te venire citò. Si autem tardauero: vt ſcias quomodo oporteat te in domo Dei conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui, columna & firmamentum veritatis.

E GENESIS Cap.1. In principio creauit Deus cœlum & terram. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erāt ſuper faciem abyſsi: & ſpiritus Dñi ferebatur ſuper aquas.

PSAL. 33. Domini eſt terra, & plenitudo eius: orbis terrarum & vniuerſi qui habitant in eo. Quia ipſe ſuper maria fundauit eum, & ſuper flumina præparauit eum.

ECCLESIASTICI Cap.18. Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul.

IOANNIS Cap.1. Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factū eſt nihil.

AD HEBR. Cap.11. Fide intelligimus aptata eſſe ſecula Verbo Dei: vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent.

IACOBI Cap.1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens à Patre luminū, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſsitudinis obūbratio. Voluntariè enim genuit nos Verbo veritatis, vt ſimus initium aliquod creaturæ eius.

ACTORVM Cap.14. Viri, quid hęc facitis? & nos mortales ſumus, ſimiles vobis homines, annuntiantes vobis ab his vanis

nis conuerti ad Deũ viuũ qui fecit cœlũ, & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt.

AD COLOSSEN. Cap.1. vt ſup. lect.1. litera. H.

APOCALYP. Cap. 1. Ego ſum, α, & ω, principium & finis, dicit Dñs Deus, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt omnipotens.

F GENES. Cap.1. vt ſuprà, litera. E.

MALACH. Cap.1. Ab ortu ſolis vſq; ad occaſum, magnum eſt nomen meum in Gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum eſt nomen meum in Gentibus, dicit Dominus exercituum.

DEVTER. Cap. 23. Nunquid non ipſe eſt Pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creauit te?

ACTOR. Cap.17. Deus qui fecit mũdum, & omnia quæ in eo ſunt, hic cæli & terræ cùm ſit Dominus, non in manufactis templis habitat.

AD HEBR. Cap.3. Qui autẽ omnia creauit, Deus eſt.

A AD EPHES. Cap. 1. Gratificauit nos in dilecto filio ſuo: in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius.

AD COLOS. Cap.1. vt ſup. lect.1. litera. H.

PRIORIS Ad Corinth. Cap. 1. Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio.

AD HEBR. Cap.9. Neque per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinẽ introiuit (*ſcilicet Chriſtus*) ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta.

AD ROM. Cap.5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis.

ET Cap. 8. Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt, vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu, ſi tamen ſpiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Si autem Chriſtus in vobis eſt: corpus quidem mortuum eſt propter peccatum, ſpiritus verò viuit propter iuſtificationẽ. Quòd ſi ſpiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, habitat in vobis: qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis viuificabit & mortalia corpora veſtra, propter inhabitantem ſpiritum eius in vobis. ET. Ipſe enim ſpiritus teſtimoniũ reddit ſpiritui noſtro quòd ſumus Filij Dei. ET. Similiter autem & ſpiritus adiuuat infirmitatẽ noſtram. Nam quid oremus ſicut oportet neſcimus, ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

PRIORIS Ad Corinth. Cap.2. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus ijs qui diligunt illum: nobis autem reuelauit Deus per ſpiritum ſuum. Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim hominum ſcit quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt? ita & quæ Dei ſunt nemo cognouit, niſi ſpiritus Dei. Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex Deo eſt: vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis: quæ & loquimur non in doctis humanæ ſapientiæ verbis: ſed in doctrina ſpiritus, ſpiritualibus ſpiritualia comparantes.

ET Cap. 12. Nemo poteſt dicere Dñs Ieſus niſi in Spiritu ſancto. Diuiſiones verò gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus: & diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus: & diuiſiones operationum ſunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus.

PRIORIS Ad Timotheum Cap. 3. Magnum eſt pietatis Sacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum eſt in ſpiritu.

I PSALMO. 104. Confitemini Domino, & inuocate nomen eius, annuntiate inter Gentes opera eius.

IOELIS Cap. 2. Ego Dominus Deus veſter, & non eſt amplius: & non confundetur populus meus in æternum. Et erit poſt hæc, effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem.

IOANNIS Cap. 17. Omnes vnum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint: vt credat mundus quia tu me miſiſti. Et ego claritatem quam dediſti mihi, dedi eis: vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Ego in eis, & tu in me.

PRIORIS Ad Corinth. Cap.12. vt ſup. litera. H.

POSTERIO. Ad Corinth. Cap.1. Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti. Pater miſericordiarũ, & Deus totius conſolationis. *Et in fine.* Qui autem conſolatur nos vobiſcum in Chriſto, & qui vnxit nos, Deus: qui & ſignauit nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris.

K GEN. Cap.1. Creauit Deus hominem

ad

ad imaginem & ſimilitudinem ſuam.

ET Cap. 2. Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.

ET Cap. 3. Fecit quoq; Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos, & ait: Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum.

ET Cap. 11. Deſcendit autem Dominus vt videret ciuitatem & turrim quã ędificabant filij Adam, & dixit: Ecce vnus eſt populus, & vnum eſt labium omnibus: cœperuntq; hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant; venite igitur, & cõfundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnuſquiſq; vocẽ proximi ſui.

MATT. Cap. 28. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

IOAN. Cap. 16. Exiui à Patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. ET. Non ſum ſolus, quia Pater mecum eſt.

PRIMAE Ioan. Cap. 5. Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus: & hi tres vnum ſunt.

L IOAN: Cap. 1. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.

ET Cap. 14. Nemo venit ad Patrem, niſi per me. Si cognouiſſetis me, & Patrem meum vtiq; cognouiſſetis: & amodò cognoſcetis eum, & vidiſtis eum. Dicit ei Philippus: Domine, oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis. Dicit ei Ieſus: Tanto tẽpore vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me? Philippe, qui vidit me, videt & Patrem meũ. Quomodo tu dicis, Oſtende nobis Patrẽ? Non M credis quia ego in Patre, & Pater in me eſt?

ET Cap. 17. Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet te. Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis, vt omne quod dediſti ei, det eis vitam ęternam. Hęc eſt autẽ vita æterna, vt cognoſcãt te, ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Ego te clarificaui ſuper terram, opus conſummaui quod dediſti mihi vt faciã: & nunc clarifica me tu Pater apud temetipſum, claritate quã habui priuſquã mundus eſſet, apud te.

ET Cap. 20. Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad Patrem. Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad Patrem meum & Patrem veſtrum, Deum meum & Deum veſtrum.

AD COLOS. Cap. 1. Gratias agimus Deo & Patri Dñi noſtri Ieſu Chriſti ſemper pro vobis.

ET Cap. 2. Inſtructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus in agnitionẽ myſterij Dei, Patris Chriſti Ieſu, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi.

AD PHILIP. Cap. 2. Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu, qui cũ in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo. ET. Omnis lingua confiteatur quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.

IOAN. Cap. 1. Quia vidi Spiritum deſcendentem quaſi columbam de cœlo, & manſit ſuper eum. Et ego neſciebam eum, ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris ſpiritũ deſcendentem & manentẽ ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto. Et ego vidi, & teſtimonium perhibui, quia hic eſt Filius Dei.

AD HEBR. Cap. 1. Multifariam multiſq; modis olim Deus loquẽs Patribus in Prophetis, nouiſsimè diebus iſtis locutus eſt nobis in Filio, quem conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit & ſecula, qui cùm ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius, &c. ET. Cui enim dixit aliquando Angelorũ: Filius meus es tu, ego hodie genui te? & rurſum: Ego ero illi in Patrem. & ipſe erit mihi in Filium?

AD EPHES. Cap. 1. Gratificauit nos in dilecto Filio ſuo. ET. Deus, Domini noſtri Ieſu Chriſti Pater, gloriæ, det vobis ſpiritum ſapientiæ & reuelationis.

IOAN. Cap. 15. Cùm venerit Paracletus quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis qui à Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me: & vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis.

AVTHORITAT. PATR.

A 1 AVGVST. tom. 7. lib. de Prædeſtinatione Sanctorum, Cap. 2. Vobis donatum eſt pro Chriſto non ſolum vt credatis in eum, verùm etiã vt patiamini pro eo. Vtrumq; oſtẽdit Dei donũ, quia vtrumq; dixit eſſe donatum. Nec ait: vt plenius & perfectius credatis in eum: ſed; vt credatis in eum. Nec ipſum miſericordiam conſecutum dixit, vt fidelior: ſed; vt fidelis eſſet, quia ſciebat, non ſe initium fidei ſuę priorẽ dediſſe

Philipp. 1. *Fides, eſt donũ Dei.* *1. Corin. 7.* *Rom. 11.*

dediſſe Deo, & retributum ſibi ab illo eius augmentum: ſed ab eo ſe factum fidelem, à quo & Apoſtolus factus eſt. *Et poſt pauca.*
Fides, pietatis exordiũ. Reſiſti non poteſt diuinis manifeſtiſsimis teſtimonijs, quibus & fides, vnde pietas exordium ſumit, donum Dei eſſe monſtratur. Quale eſt illud: Quòd vnicuiq; Deus
Rom. 12. partitus eſt mēſuram fidei. Et illud: Pax fra-
Epheſ. 6. tribus & charitas cum fide à Deo Patre, & Domino Ieſu Chriſto.

2 ET Cap. 3. Ac deinde ſubiunxi: Quòd enim credimus, noſtrum eſt: quòd autem operamur bonum, illius eſt, qui credentibus dat Spiritum ſanctum: profectò non dicerem, niſi iam ſcirem etiam ipſam fidem inter Dei munera reperiri, quæ dantur in eodem ſpiritu. Vtrumq; ergò noſtrum eſt propter arbitrium voluntatis, & vtrumq; tamen datum eſt per ſpiritum fidei charitatis. Neque enim ſola charitas, ſed ſicut ſcriptum eſt: charitas cum fide à Deo Patre
Epheſ. 6. & Domino Ieſu Chriſto.

3 ET Cap. 5. Non ait Apoſtolus: Quid
1. Cor. 4. autem potes habere quod non accepiſti vt poſſes habere? ſed ait, Quid autem habes quod non accepiſti? Proinde poſſe habere fidem, ſicut poſſe habere charitatem, naturæ eſt hominũ: habere autem fidem, quemadmodum habere charitatem, gratiæ eſt fidelium.

4 ET Capit. 7. Ipſam quoque fidem opus Dei dicit eſſe Ieſus, & hanc vt operemur iubet. Dixerunt enim ad eum Iudæi, Quid faciemus vt operemur opera
Ioann. 6. Dei? Reſpondit Ieſus & dixit eis: Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum quem miſit ille.

5 ET Cap. 8. Ergo trahi à Patre ad Chriſtum, & audire ac diſcere à Patre vt veniat ad Chriſtum, nihil aliud eſt, quàm donum accipere à Patre, quo credat in Chriſtum. Neque audientes Euangelium, à nō audientibus: ſed credentes à non credētibus diſcer
Ioann. 6. nebat, qui dicebat, Nemo venit ad me niſi fuerit ei datum à Patre meo.

6 ET Cap. 9. Fides igitur & inchoata & perfecta, donum Dei eſt: & hoc donum quibuſdam dari, quibuſdam non dari, omnino non dubitet qui non vult manifeſtiſsimis ſacris literis repugnare.

7 IDEM tom. 4. De fide & operibus,
Act. 2. Cap. 8. Cum dixiſſet (*Petrus*) Agite pœnitentiam, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum in nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti in remiſſionē peccatorũ, & accipietis donũ Spiritus ſancti (nobis enim hæc eſt promiſsio facta, & filijs noſtris, & omnibus qui ſunt longè, quoſcunq; aduocauerit Dominus Deus noſter) continuò ſubiecit qui librum ſcripſit, atque ait: & cæteris verbis pluribus teſtificabatur, dicens, Eripite vos à ſeculo hoc prauo.

8 IDEM tom. 2. Epiſtola. 105. ad Sixtum Presbyterum. Reſtat igitur vt ipſam fidē vnde omnis iuſtitia ſumit initium (propter quod dicitur ad Eccleſiam in Cantico Canticorum, venies & pertranſies, ab initio fidei) non humano quo iſti extolluntur, tribuamus arbitrio, nec vllis præcedentibus meritis, quoniam inde incipiunt bona quęcunq; ſunt merita, ſed gratuitum donum Dei eſſe fateamur ſi gratiam veram, id eſt, ſine meritis cogitamus. Quia, ſicut in eadem epiſtola legitur: Deus vni- *Rom. 12.*
cuiq; partitur menſuram fidei. Opera quippe bona fiunt ab homine, fides autem fit in homine, ſine qua illa à nullo fiunt homine. Omne enim quod nō eſt ex fide, pec- *Rom. 14.*
catũ eſt. *Et paulò poſt.* Fides igitur ad Chriſtum nos trahit, quæ niſi deſuper gratuito munere nobis daretur, non ipſe diceret: Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater qui miſit *Ioan. 6.*
me, attraxerit eum.

9 CYRILLVS Hieroſolymitanus Catecheſi quinta illuminatorum. Ocu- *Fides eſt*
lus omnem illuminans conſcientiam eſt fi- *oculus illu*
des, & intelligentiam efficiens. Dicit enim *minans.*
Propheta: Niſi credideritis, non intellige- *Iſai. 7.*
tis.

D 1 CYPRIANVS, ſiue Ruffinus, In Symbolum Apoſtolorum, poſt initium. Tradunt maiores noſtri quòd poſt Aſcenſionem Domini, cùm per aduentum Sancti ſpiritus ſuper ſingulos quoſq; Apoſtolos igneæ linguæ ſediſſent, vt loquelis diuerſis varijſque loquerentur, per quod eis nulla gens extera, nulla linguæ barbaries inacceſſa videretur & inuia, præceptum eis à Domino datum ob prædicandum Dei *Cur & quo*
Verbum ad ſingulas quemq; proficiſci na- *modo Apo-*
tiones. Diſceſſuri itaque ab inuicem, nor- *ſtoli ſymbo-*
mam prædicationis in commune conſti- *lum condi-*
tuunt, ne fortè alius ab alia abducti, di- *derunt.*
uerſum aliquid his qui ad fidem Chriſti inuitabantur, exponeret. Omnes ergò in vno poſiti, & Spiritu ſancto repleti, breui iſtud futuræ ſibi, vt diximus, prædicationis indicium, conferendo in vnum quod ſentiebat vnuſquiſq;, componunt, atque hanc credentibus dādam eſſe regulam

 ſtatuunt.

Symbolum, cur ita dictum.

1. Corin. 11.

ſtatuunt. Symbolum autem hoc multis & iuſtiſsimis ex cauſis appellare voluerunt. Symbolum enim Græcè, indiciū eſſe poteſt & collatio, hoc eſt, quod plures in vnū conferunt. Id enim fecerunt Apoſtoli in his ſermonibus, in vnum conferendo vnuſquiſq; quod ſenſit. Indicium autem vel ſignū idcircò dicitur, quia illo tēpore, ſicut & Paulus Apoſtolus dicit, & in actis Apoſtolorū multi ex circunciſis Iudæis ſimulabant ſe eſſe Apoſtolos Chriſti, & lucri alicuius vel ventris gratia ad prędicandū proficiſcebantur, nominantes quidē Chriſtum, ſed non integris traditionum lineis nunciantes. Idcircò ergò iſtud poſuere, per quod agnoſceretur is, qui Chriſtum verè ſecūdùm Apoſtolicas regulas prædicaret. Deniq; & in bellis ciuilibus hoc obſeruari ferūt: quoniā & armorū habitus par, & ſonus vocis idē, & mos vnus eſt, atq; eadē inſtituta bellandi, ne qua doli ſubrepto fiat, ſymbola diſcreta vnuſquiſq; dux ſuis militibus tradit, quæ Latinè vel ſigna vel indicia nominant: vt ſi fortè occurreret quis, de quo dubitetur, interrogatus ſymbolū prodat, ſi ſit hoſtis, an ſocius.

Symbolum non eſt ab Apoſtolis ſcriptō traditum.

Gene. 11.

Idcircò deniq; hæc non ſcribi chartulis atq; mēbranis, ſed retineri cordibus tradiderunt, vt certum eſſet, neminem hæc ex lectione quæ interdū peruenire etiā ad infideles ſolet, ſed ex Apoſtolorū traditione didiciſſe ſufficeret. Diſceſſuri ergò, vt diximus, ad prędicādum, iſtud vnanimitatis & fidei ſuæ indiciū Apoſtoli poſuêre, non ſicut filij Noë diſceſſuri ab alterutrum, turrem ex latere cocto & bitumine conſtruentes, cuius cacumen pertingeret vſq; ad cœlum, ſed munimēta fidei, quæ ſtarent aduerſùm faciem inimici, ex lapidibus viuis & margaritis Dominicis ędificantes, quæ neq; venti impellerent, neq; flumina ſubuerterent, neq; tēpeſtatum ac procellarum turbines permouerent. Meritò ergò illi ab inuicē ſeparandi, turrem ſuperbię ædificantes, linguarum confuſione dānati ſunt, vti ne vnuſquiſq; poſſet aduertere proximi ſui loquelam: iſti verò qui turrem fidei conſtruebant, omnium linguarum ſcientia & agnitione donati ſunt, vt illud peccati, hoc fidei probaretur indicium.

Duodecim ſentētijs Apoſtoli fidei regulam cōprehēderūt.

2 AVGVST. tom. 10. ſermo. 181. de tempore, qui eſt primus in Vigilia Pentecoſtes, In præfatione. Sancti Apoſtoli certam regulam fidei tradiderunt, quam ſecundùm numerum Apoſtolicum duodecim ſententijs cōprehenſam, ſymbolum vocauerūt, per quam credentes Catholicam tenerent vnitatem, & per quam hæreticam conuincerent prauitatem. Symbolum ergò tali ratione inſtitutum maiores noſtri dixerunt.

Quando & quomodo Apoſtoli ſymbolum compoſuerint.

Tradunt enim quòd poſt aſcēſionem Dñi & Saluatoris noſtri ad Patrem, cùm per aduentum Spiritus ſancti diſcipuli eius inflāmati, linguis omnium loquerentur, ad ſingulas quaſque nationes, vt Dei verbum prædicarent, ituri ac diſceſſuri ab inuicem, normam prius ſibi futuræ prædicationis in commune ſtatuerunt, ne localiter ab inuicem diſcedentes, diuerſum vel diſſonum prædicarent his qui ad fidem Chriſti inuitabantur. Omnes igitur in vno poſiti, & Spiritu ſancto repleti, breue ſuæ prædicationis indiciū conferendo in vnū, quod ſentiebat vnuſquiſque cōputabat, atque hanc ita credentibus dandam eſſe regulā inſtituerūt.

Symbolum breue verbis, magnū ſacramētis.

Symbolū ediſcāt, qui per ora geſtantium illud in baptiſmo ſunt profeſſi.

Symbolum breue eſt verbis, ſed magnum eſt ſacramentis: quidquid enim præfiguratum eſt in Patriarchis, quidquid denunciatum in ſcripturis, quidquid prædictum eſt in Prophetis, vel de Deo ingenito, vel ex Deo in Deum nato, vel de Spiritu ſancto, vel de ſuſcipiendo omni Sacramēto, vel de morte Dñi Reſurrectioniſq; eius myſterio, totum breuiter hoc Symbolum cōtinet, & continendo habet & confitendo. Diſcat ergò quiſq; fidem Apoſtolicam profeſſus per ora geſtantium in baptiſmo, cùm ad annos intelligibiles venerit.

Symbolum Apoſtolorū, Romana Ecclesia intemeratū ſeruat.

3 AMBROS. tom. 3. Epiſt. 81. ad Syricium Papā. Credatur ſymbolo Apoſtolorū, quod Eccleſia Romana intemeratum ſemper cuſtodit & ſeruat.

Ab Apoſtolis ſymboli capita profeſſa ſunt.

4 IRENAEVS aduerſùs hæreſes, lib. 1. Cap. 2. Eccleſia per vniuerſum orbem vſque ad fines terræ ſeminata, & ab Apoſtolis, & à diſcipulis eorum accepit eam fidē, quæ eſt in vnum Deum, Patrem Omnipotentem, qui fecit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt: & in vnum Ieſum Chriſtum Filium Dei, incarnatum pro noſtra ſalute: & in Spiritum ſanctum, qui per Prophetas prædicauit diſpoſitiones Dei & aduentum, & eam quæ eſt ex Virgine generationem, & paſsionem, & reſurrectionem à mortuis, & in carne in cœlos aſcenſionem Ieſu Chriſti Domini noſtri, & de cœlis in gloria Patris aduentum eius, ad recapitulanda vniuerſa, & reſuſcitandam omnem carnem humani generis.

Traditiones Apoſtolicæ non ſcriptæ.

IDEM lib. 3. Cap. 4. Quid autem ſi neque Apoſtoli quidem ſcripturas reliquiſſent nobis, non'ne oportebat ordinem ſequi tra-

traditionis, quã tradiderunt ijs, quibus committebant Eccleſias: cui ordinationi aſſentiunt multę gentes Barbarorũ, eorum qui in Chriſtum credunt, ſine charactere vel atramento ſcriptum habentes per ſpiritum in cordibus ſuis ſalutẽ, & veterẽ traditionẽ diligenter cuſtodientes in vnum Deũ credentes fabricatorẽ cœli & terræ, & omniũ quę in eis ſunt, per Chriſtũ Ieſum Dei Filiũ.

Symbolũ eſt ab Apoſtolis traditũ non ſcripto.

6 HIERON. tomo.2. Epiſt.61. ad Pammachium. In ſymbolo fidei & ſpei noſtræ, quod ab Apoſtolis traditum nõ ſcribitur in charta, & atramẽto, ſed in tabulis cordis carnalibus, poſt confeſsionem Trinitatis & vnitatem Eccleſiæ, omne Chriſtiani dogmatis ſacramẽtũ carnis reſurrectione cõcluditur.

Symbolũ eſt Apoſtolicæ inſtitutionis.

7 LEO Magnus, ſerm. 11. de Paſsione Dñi. Hac fidei regula, dilectiſsimi, quam in in ipſo exordio ſymboli per authoritatem Apoſtolicæ inſtitutionis accepimus, Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum, quem Filium Dei Patris Omnipotentis vnicum dicimus, eundem quoq; de Spiritu ſancto natum ex Maria virgine confitemur.

Duodecim articuli ſymboli reſpondent duodecim Apoſtolis.

Symboli perfectio. Apoſtolica fides nõ niſi vna eſt.

8 IDEM, Epiſtola.13. ad Pulcheriã Auguſtam. Ipſius Catholici ſymboli breuis & perfecta confeſsio, duodecim Apoſtolorum totidem eſt ſignata ſententijs tãquâm inſtructa ſit munitione cœleſti, vt omnes hæreticorum opiniones ſolo ipſius poſsint gladio detruncari. Cuius ſymboli plenitudinem ſi Eutyches puro & ſimplici voluiſſet corde concipere, in nullo à Decretis ſacratiſsimi Nicæni Concilij deuiaret, & hoc à Sanctis Patribus intelligeret conſtitutum, vt contra Apoſtolicã fidẽ, quæ non niſi vna eſt, nullũ ſe ingenium, nullum eleuaret eloquium.

Iudic. 12.

Symbolum cur ab Apoſtolis compoſitum.

9 MAXIMVS Taurinenſis Epiſcop. homil. de traditione ſymboli, & expoſitione eiuſdem. Cùm apud Patres noſtros, ſicut liber Iudicum refert, quędam Iſraëliticæ tribus, ciuili aduerſùm ſe prælio decertarent, nec propter conſimilem populi vnius habitum inter bellantes poſſet eſſe diſcretio: tribus illa, cuius iuſtior erat cauſa pugnandi, quia meritò per Dei auxilium victoriã prȩſumebat, ſignũ ſibi certo in ſermone conſtituit, vt quos vna armorum facies confundebat, ſecretioris verbi diſtingueret ſacramẽtum. Quod beati Apoſtoli, vt ego reor, exemplum ſequentes, Eccleſiæ Dei, quam aduerſùm militiã diabolici furoris armabãt, myſterium ſymboli tradiderunt, vt quia ſub vno Chriſti nomine credẽtiũ erat futura diuerſitas, ſignaculum ſymboli inter fideles perfidoſq; ſecerneret, & alienus à fide atq; hoſtis appareret Eccleſiæ, aut tanquàm baptizatus neſciſſet, aut tanquàm hæreticus corrupiſſet.

Dei Patris deſcriptio: quamuis de eo infinitus ſit ſermo.

Fides de Filio.

Matth. 11.

Matth. 17.

Luc. 3.

Ioann. 14.

Ibidem.

Ioan. 5.

Ioann. 16.

Ioann. 17.

Ioann. 13.

Coloſ. 2.

M 1 HILAR. Pictauorum Epiſcop. lib.2. de Trinitate. Pater eſt, ex quo omne quod eſt, cõſiſtit: ipſe in Chriſto, & per Chriſtum, origo omnium. Cæterum eſſe in ſeſe eſt, non aliunde quod eſt ſumens: ſed id quod eſt, ex ſe atq; in ſe continens. Infinitus, quia non ipſe in aliquo, ſed intra eum omnia: ſemper extra locum, quia nõ continetur in loco: ſemper ante æuum, quia tempus ab eo eſt. *Et poſt pauca.* Habet tamen, vt diximus, naturæ ſuæ nomen in Patre, ſed Pater tantùm eſt. Non enim humano modo habet aliunde quod Pater eſt, ſed potens in ſemetipſo habere quod Pater eſt. Ipſe ingenitus, æternus, habens in ſe ſemper, vt Pater ſemper ſit: ſoli Filio notus, quia Patrem nemo nouit niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare: neq; Filium niſi Pater: illis ſcientia mutua eſt, illis viciſsim cognitio perfecta. Et quia Patrem nemo nouit niſi Filius, de Patre vnà cum reuelante Filio, qui ſolus teſtis fidelis eſt, ſentiamus. Atq; hæc ſenſerim potius de Patre, quàm dixerim: nam me non fugit, quòd ad ea quæ eius ſunt eloquenda, ſermo omnis infirmus ſit. Sentiendus eſt inuiſibilis, incomprehenſibilis, æternus. *Et paucis interiectis.* Eſt pater vt eſt, & vt eſt, eſſe credendus eſt. Filium mẽs conſternatur attingere, & trepidat omnis ſermo ſe prodere. Eſt enim progenies ingeniti, vnus ex vno, verus à vero, viuus à viuo, perfectus à perfecto, virtutis virtus, ſapiẽtia ſapiẽtiæ, gloria gloriæ, imago inuiſibilis Dei, forma Patris ingeniti. Quam autẽ progeniẽ opinabimur vnigeniti ab ingenito? Clamat enim ſæpenumero Pater de cœlis: Hic eſt Filius meus dilectus in quo mihi benè complacui. Nõ eſt abſciſsio, aut diuiſio: impaſsibilis eſt enim ille qui genuit, & imago inuiſibilis Dei eſt ille qui natus eſt, & teſtatur: Quia Pater in me, & ego in Patre. Non eſt aſſumptio: ver⁹ enim Filius Dei eſt qui clamat, Qui me videt, videt & Patrẽ. Sed neq; eſſe vt cętera viſus eſt: namq; vnigenitus ex vno eſt, & in ſe habet vitã, vt habet in ſe vitam ille qui genuit. Ait enim. Sicut habet Pater vitã in ſemetipſo, ita dedit Filio habere vitam in ſe emetipſo. Sed neq; pars Patris in Filio eſt: teſtatur enim Filius, Omnia quę Patris ſunt, mea ſunt. Et rurſum. Et mea oĩa tua ſunt, & tua mea. Et: Quęcũq; habet Pater, dedit Filio. Teſtatur & Apoſtol⁹: Quia in ipſo inha-

bitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter. Neque natura habet omnia eſſe, quod portio eſt. Perfectus autē à perfecto eſt, quia qui habet oïa, dedit omnia: neq; idcircò exiſtimandus eſt nō dediſſe, quia habebat, vel nō habere, quia dederit. *Et prope finē libri.*

Fides de Spiritu ſancto. De Spiritu autē ſancto nec tacere oportet, nec loqui neceſſe eſt: ſed ſileri à nobis eorū cauſa qui neſciunt, nō poteſt. Loqui autē de eo nō neceſſe eſt, quia de Patre & Filio authoribus cōfitendus eſt. Et quidē puto, an ſit, nō eſſe tractandū. Eſt enim, quandoquidē donatur, accipitur, obtinetur: & qui cōfeſsioni Patris & Filij cōnexus eſt, non poteſt à cōfeſsione Patris & Filij ſeparari. Imperfectū enim eſt nobis totū, ſi aliquid deſit à toto: de quo ſi quis intelligentiæ noſtræ ſenſum requirit, in
Galat. 4. Apoſtolo legim⁹ ambo: Quoniã eſtis (inquit) Filii Dei, miſit Deus ſpiritū Filij ſui in cor-
Ephes. 4. da veſtra, clamantē, Abba, Pater. Et rurſum: Nolite cōtriſtare Spiritū ſanctū Dei, in quo
1. Cor. 2. ſignati eſtis. & iterū: Nos autē nō ſpiritū huius mundi accepimus, ſed ſpiritū qui ex Deo eſt, vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis.
Rom. 8. Et iterū: Vos autē nō eſtis in carne, ſed in ſpiritu, ſiquidē ſpiritus Dei in vobis eſt: ſi quis autē ſpiritū Chriſti non habet, hic non eſt
Ibidem. eius. Et rurſum: Si autē ſpiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, habitat in vobis, qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra propter ſpiritū ſuum qui habitat in vobis.

2 E T lib. 3. poſt initium. AEternitas Pa-
Fides de Patre & Filio. tris, vt in libro anteriore tractauimus, locū, tempora ſpeciē, & quidquid aliud humano ſenſu cōcipi poteſt, excedit. Ipſe extra omnia, in omnibuſq; capiēs vniuerſa, & capiendus à nemine, non acceſſu deceſſuúe mutabilis, ſed inuiſibilis, incōprehenſibilis, plenus, perfectus, æternus, non aliunde quod eſt ſumens, ſed ad id quod ita manet ſibi ipſe ſufficiēs. Hic ergò ingenitus ante omne tempus ex ſe Filium genuit, non ex aliqua ſubiacēte materia, quia per Filiū omnia: nō ex nihilo, quia ex ſe Filium: non vt partum, quia nihil in Deo demutabile aut vacuum eſt: non partem ſui vel diuiſam, vel diſciſſam, vel extenſam, quia & impaſsibilis, & incorporeus De⁹ eſt: hæc autem paſsionis & carnis ſunt, & ſe-
Coloſ. 2. cundùm Apoſtolū, in Chriſto inhabitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter. Sed incomprehenſibiliter, inenarrabiliter ante omne tempus & ſecula vnigenitū ex his quæ ingenita in ſe erant, procreauit: omne quod Deus eſt per charitatem, atque virtutē natiuitati eius impartiens, ac ſic ab ingenito, perfecto, æternoq; Patre, vnigenitus & perfectus, & æternus eſt Filius. *Et mox.* Igitur perfecti Patris perfectus Filius, & ingeniti Dei vnigenita progenies, quia ab eo qui habet omnia, accepit omnia, Deus à Deo, Spiritus à Spiritu, lumen à lumine, confidenter ait: Pater in me, & ego in Patre. Quia vt ſpi
ritus Pater, ita & Filius ſpiritus: vt Deus Pa *Ioan. 14.*
rer, ita & Filius Deus: vt lumen Pater, ita & Filius lumen.

3 A V G V S T I N V S, tom. 3. de Fide & ſymbolo. cap. 2. Credentes itaq; in Deum Patrem omnipotentem, nullam creaturam eſſe quę ab omnipotente non creata ſit, exiſtimare debemus. Et quia omnia per Ver
bum creauit, quod Verbum, & veritas dici- *Filius quomodo à Patre genitus.*
tur, & virtus, & ſapientia Dei, multiſq; alijs inſinuatur vocabulis, qui noſtræ fidei Chriſtus Ieſus Dñs commendatur, liberator ſcilicet noſter & rector Filius Dei. Non enim
verbum illud per quod ſunt omnia condita, *Sap. 7.*
generare potuit, niſi ille qui per ipſum condidit omnia.

4 E T Cap. 3. Verbum autem Patris ideò
dictum eſt, quia per ipſum innoteſcit Pater. *Filius Dei, cur Verbum dicatur.*
Sicut ergò verbis noſtris id agimus, cùm verum loquimur, vt noſter animus innoteſcat audienti, & quidquid ſecretum in corde gerimus, per ſigna huiuſmodi ad alterius cognitionem proferatur: ſic illa ſapientia quam Deus Pater genuit, quoniam per ipſum innoteſcit ſignis ſecretiſsimis Pater, Verbū eius conuenientiſsimè nominatur. *Et poſt pauca.* Deus autem Pater qui veriſsimè ſe indicare animis cognituris, & voluit & potuit, hoc ad ſeipſum indicandum genuit, quod eſt ipſe qui genuit: qui virtus etiam eius & ſapientia eſſe dicitur, quia per ipſum operatus eſt & diſpoſuit omnia. De quo propterea dicitur:
Attingit à fine vſq; ad finem fortiter, & di- *Sapien. 7.*
ſponit omnia ſuauiter.

5 E T Cap. 4. Quamobrem vnigenitus Filius Dei, neque factus eſt à Patre, quia, ſicut
dicit Euangeliſta, Omnia per ipſum facta *Ioan. 1.*
ſunt. Neque ex tempore genitus, quoniam ſempiternus Deus ſapiens ſempiternam habet ſecum ſapientiam ſuam. Neq; impar eſt Patri, id eſt, in aliquo minor, quia & Apoſtolus dicit, Qui cùm in forma Dei eſſet con
ſtitutus, nō rapinã arbitratus eſt eſſe æqua- *Philip. 2.*
lis Deo.

6 I D E M tom. 3. De Trinitate, lib. 1. Capit. 4. Omnes enim quos legere potui qui ante me ſcripſerunt, de Trinitate quæ

eſt

Summa Catholicæ confeſsionis de Trinitate.

quæ eſt Deus, diuinorũ librorum veterum & nouorum Catholici tractatores, hoc intenderunt ſecundũ ſcripturas docere, quòd Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, vnius eiuſdemq; ſubſtantię, inſeparabili æqualitate diuinã inſinuet vnitatem. Ideòq; non ſint tres dij, ſed vnus Deus: quãuis Pater Filium genuerit, & ideò Filius non ſit, qui Pater eſt: Filiuſq; à Patre ſit genitus, & ideò non ſit Pater qui Filius eſt: Spirituſq; ſanctus nec Pater ſit nec Filius, ſed tantùm Patris, & Filij Spiritus, Patri & Filio etiã ipſe coæqualis, & ad Trinitatis pertinẽs vnitatẽ.

1. Tim. 6.

Tota Trinitas, vnus Deus, habet immortalitatem.

7 E T Cap. 6. Hinc etiam conſequenter intelligitur, non tantummodò de Patre dixiſſe Apoſtolum Paulum: Qui ſolus habet immortalitatem: ſed de vno & ſolo Deo, quod eſt ipſa Trinitas. Neq; enim ipſa vita æterna mortalis eſt ſecundũ aliquam mutabilitatem, ac per hoc Filius Dei, quia vita æterna eſt, cum Patre etiam ipſe intelligitur, vbi dictum eſt: Qui ſolus habet immortalitatẽ. Eius enim vitæ æternæ & nos participes facti, pro modo noſtro immortales efficimur. Sed aliud eſt ipſa, cuius participes efficimur, vita æterna, aliud nos, qui eius participatione viuemus in æternum. Si enim dixiſſet: Quem temporibus proprijs oſtendet Pater beatus & ſolus potens, Rex Regùm, & Dñs Dominãtium, qui ſolus habet immortalitatẽ: nec ſic inde ſeparatũ Filiũ oporteret intelligi. Nec enim quia ipſe Filius alibi loquens voce ſapientię (ipſe eſt enim Dei ſapientia) ait, Gyrũ cœli circũiui ſola: ſeparauit à ſe Patrẽ: quantò magis ergò non eſt neceſſe, vt tantummodò de Patre præter Filium intelligatur quod dictũ eſt, Qui ſolus habet immortalitatem? cùm ita dictum ſit: vt ſerues (inquit) mandatum ſine macula, irreprehenſibile vſq; ad aduentum Dñi noſtri Ieſu Chriſti: quem temporibus proprijs oſtẽdet beatus & ſolus potẽs Rex Regum, & Dñs Dominantium, qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſsibilem, quẽ nemo hominum vidit, nec videre poteſt, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorũ, Amen. In quibus verbis nec Pater propriè nominatus eſt, nec Filius, nec Spiritus ſanctus, ſed Beatus & ſolus potens Rex Regum, & Dñs dominantiũ: quod eſt vnus ſolus & verus Deus ipſa Trinitas.

1. Timot. 6. *Eccle. 24. c.*

Filius dicitur, Deus de Deo, non autẽ Pater.

8 E T lib. 2. Cap. 1. Filiũ quippe dicimus Deum de Deo, Patrem autẽ Deum tãtùm, nõ de Deo. Vndè manifeſtum eſt, ꝙ Filius habeat de quo ſit, & cui Filius ſit: Pater autẽ nõ Filiũ de quo ſit, habeat, ſed tãtùm cui Pater ſit. Omnis enim filius de patre eſt quod eſt, & patri filius eſt. Nullus autẽ pater de filio eſt quod eſt, ſed filio pater eſt.

Tota Trinitas, vnus Deus, nec mutabilis, nec viſibilis.

9 E T lib. 3. Cap. 10. Secundũ ſpiritũ Dei miſsũ nobis de altiſsimis, & impartitã eius gratiã mẽtibus nr̃is, audeo fiducialiter dicere, nec Deũ Patrẽ, nec Verbũ eius, nec Spiritũ eius, quod Deus vnus eſt, per id quod eſt, atq; idipſum eſt, vllo modo eſſe mutabilẽ, ac per hoc multo minus eſſe viſibilem.

Deus, vnus eſt. *Ioan. 16.* *Ioan. 1.*

De Chriſto quid credẽdum.

10 T E R T V L L I A N V S aduerſùs Praxeã, Cap. 2. Nos verò & ſemper & nũc magis, vt inſtructiores per Paracletũ deductorem ſcilicet omnis veritatis, vnicũ quidẽ Deum credimus: ſub hac tamen diſpenſatione, quam οἰκονομίαν dicimus, vt vnici Dei ſit & Filius & ſermo ipſius, qui ex ipſo proceſserit, per quem omnia facta ſunt, & ſine quo factum eſt nihil. Hunc miſſum à Patre in virginẽ, & ex ea natum hominẽ & Deũ, filium hominis, & Filiũ Dei, & cognominatum Ieſum Chriſtum. Hunc paſſum, hunc mortuũ & ſepultũ ſecundùm ſcripturas, & reſuſcitatũ à Patre, & in cœlo reſumptum, ſedêre ad dexterã Patris, venturũ iudicare viuos & mortuos. Qui exinde miſerit, ſecũdùm promiſsionẽ ſuã, à Patre Spiritum ſanctum paracletũ, ſanctificatorem fidei eorũ qui credunt in Patrẽ, & Filiũ, & Spiritum ſanctum. Hãc regulã ab initio Euãgelij decurriſſe, etiam ante priores quoſq; hæreticos, nedum ante Praxeã heſternum, probabit tàm ipſa poſteritas omniũ hæreticorũ, quàm ipſa nouellitas Praxeæ heſterni.

Totius Trinitatis confeſsio neceſſaria ad ſalutem.

Tota Trinitas vnus Deus eſt.

11 I V S T I N V S martyr, in expoſitione fidei, in initio. Non ſufficit enim ad parandã ſalutẽ glorificare Patrẽ & Filiũ, ſed ſana Trinitatis cõfeſsio pręſtat fœlicitatẽ pijs repoſitam. *Et paulò poſt.* Vnus igitur eſt vniuerſorũ Deus, qui in Patre, Filio, Sãctoque ſpiritu agnoſcitur, quoniã è propria eſſentia Pater Filiũ genuit, & ex eadẽ produxit Spiritum: vt cùm ſint vnius eiuſdemq; eſsẽtiæ participes, meritò vnius eiuſdemq; Deitatis cenſeãtur. *Et poſt pauca.* Decet igitur vt vnũ Deũ cõfiteamur, in Patre, Filio, Spirituq; ſancto agnitũ, quatenus Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, vnius Deitatis dignoſcendo ſubſiſtentias: quatenus autem Deus, eſſentiam communem ſubſiſtentiarum intelligẽdo. Vnitas enim in Trinitate intelligitur, & Trinitas in vnitate noſcitur. Id quomodo fiat, nec alios ſcrutari velim, nec ipſe mihi poſsũ ſatisfacere, cũ arcanos

ſermones, lutea carneaq; ac ſordente lingua contrectare, mihi ſit religio.

De Trinitate quid credendum.

12 ATHANASIVS in ſuo Symbolo. Fides autem Catholica hęc eſt, vt vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur: neq; confundentes perſonas, neque ſubſtantiā ſeparantes. Alia eſt enim perſona Patris, alia Filij, alia Spiritus ſancti: ſed Patris, & Filij, & Spiritus ſancti vna eſt Diuinitas, æqualis gloria, coæterna maieſtas. Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus ſanctus. Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritusſanctus. Immēſus Pater, immēſus Filius, immēſus Spiritus ſanctus. AEternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus ſanctus. Et tamen nō tres æterni, ſed vnus ęternus: ſicut non tres increati, nec tres immēſi, ſed vnus increatus, & vnus immenſus. Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus ſanctus: & tamen non tres omnipotētes, ſed vnus omnipotēs. Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus ſanctus: & tamen non tres Dij, ſed vnus eſt Deus. Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dn̄s Spiritus ſanctus: & tamen non tres Domini, ſed vnus eſt Dominus. Quia ſicut ſigillatim vnāquamq; perſonam Deum ac Dn̄m confiteri Chriſtiana veritate cōpellimur: ita tres Deos aut Dominos dicere Catholica religione prohibemur. Pater à nullo eſt factus, nec creatus, nec genitus. Filius à Patre ſolo eſt, non factus, nec creatus, ſed genitus. Spiritus ſanctus à Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedēs. Vnus ergò Pater, nō tres Patres: vnus Filius, non tres Filij: vnus Spiritus ſanctus, non tres Spiritus ſancti. Et in hac Trinitate nihil prius aut poſterius, nihil maius aut minus, ſed totæ tres perſonæ coæternę ſibi ſunt & coęquales. Ita vt per omnia, ſicut iā ſuprà dictum eſt, & vnitas in Trinitate, & Trinitas in vnitate veneranda ſit. Qui vult ergò ſaluus eſſe, ita de Trinitate ſentiat.

LECTIO TERTIA.

DOCTOR.

CEDO nunc mihi primum Fidei noſtræ articulum.

ADOLESCENS.

Credo in Deum Patrem Omnipotentem, Creatorē cœli & terræ.

DOCTOR.

At cur primæ huic perſonæ tria nomina adſcribis? vocas enim & Patrem, & Omnipotentem, & Creatorem.

ADOLESCENS.

Rectè: eſt enim Pater, tùm quòd Filium ſuum Chriſtum ſecundùm [a] Diuinitatē, ex omni æternitate genuerit, tùm quòd nos in filios ſibi [b] adoptarit ex ea prædeſtinatione, quæ iuſtis temporum momentis explicata, viam nobis ad æternitatem patefecit.

a *Iſa. 53. Matth. 15. & 16. Marc. 12. Ioan. 1. Hebr. 1.*
b *Roman. 8. Ephe. 1. Galat. 4.*

DOCTOR.

Quid autem eum vocas Omnipotentem?

ADOLESCENS.

Propterea quòd in omnia ille [c] ius habet necis ac vitæ, tamq; latè patet eius vis [d] ac imperium, vt nihil ab eo poſſit eximi: Deniq; nobis, id eſt ſolatio ſingulari [e] quòd nihil omnino queat ijs deeſſe, qui Parentis tàm præpotentis, filij iure ſunt, ac nominantur.

c *Gen. 17. Deut. 10. Iſai. 33. Num. 11. Pſalm. 113.*
d *Pſal. 138. Iob. 12.*
e *Pſal. 144. Prou. 15. Eccleſiaſtici. 11. Matth. 6. Luc. 11.*

DO-

DOCTOR.

Hac'ne etiam voce circumſcribis ea Dei opera quæ naturam excedunt,[f] qualia ſunt ea quæ dici ſolent miracula,è quorum numero illud eſt præcipuum, quod ſacris [g] Euchariſtiæ myſterijs celebratur?

ADOLESCENS.

Planè.

DOCTOR.

Sed cur eum tu cœli & terræ vocas Creatorem?

ADOLESCENS.

Quòd cùm ille rerum omnium ita ſit opifex, nihil vt ſit, [h] quod ab eo non ſit profectum,& regatur, illud planè conſequatur, vt in creatis rebus natura nulla poſsit eſſe mala,[i] & impura,ſiue ea ſit in ordine rerum corporearum, ſiue in ſpiritualium dignitate conſtituta.

DOCTOR.

Eſt'ne porrò Deo illi noſtro ſatis hunc mundum ita condidiſſe,vt nullam eius regendi curam amplius habeat?

ADOLESCENS.

Minimè:id enim illi planè non liceret per eam ſummam beneuolentiam qua in opus ſuum adficitur, ſed ita ſtatuo, [k] tantam nunc eius regendi curam illi eſſe,quãtam adhibuit in eius procreatione,ſapientiam,ac virtutem.

DOCTOR.

Poteſt'ne aliquid nobis prodeſſe, quòd mundum hunc credamus à Deo Opt.Max.& creatum eſſe & gubernari?

ADOLESCENS.

Maximè:id enim in primis nobis perſuadet [l] nihil ab eo factum eſſe quod ad vſus noſtros non aliquo modo pertineat, ſuæq; idcircò gloriæ, ac noſtris commodis illud conſeruari: [m] Demùm ſic liberius noſtram nos ſpem ac cogitationem in eo collocamus,cuius eſt res omnes proprijs finibus metiri,ac eas pro ſua voluntate diſtribuere.[n] Prætereà hac fide plurimùm munimur aduerſùs eas moleſtias & terrores quibus boni ferè omnes percelluntur, vel dæmonum nequitia, vel alia quauis impendenti calamitate, ſed malis omnibus ſuperiores facti, neq; proſperis neque aduerſis commouemur, eius ope adnixi, qui dæmonum furorem ac violentiam coërcet, [o] ne de nobis noſtro interitu ac ruina tandem poſsint triumphare.

f *Exo.16.& 17. Mat. 16. Ioã.3. Heb.2.*

g *Matth.26. Ioan.6. 1.Cor.11. Amb.lib. 4. cap. 4. de ſacra. Aug.de Trinit.li.3. c.10.vide infra.c.4. lect.9. & 10.*

h *Geneſ. 1. Iob.37. Sap.13. Act.17. Coloſ.1. Hebræ.11.*

i *Geneſ. 1. Exod.31. Eccleſiastico. 39. Marc.7. 1.Tim.4. Aug. contra Fauſt. lib.19.10.11. & cont.epiſ.funda.cap. 25. Epiphan. cont. Marcion.*

K *Iob.22. & 34. Prou. 16. Sap. 15. Matth.10.Epheſ.1. Chryſ. ſer.1.de prouid. Inſti.ora. 1. ad gẽt.Clem.Alex.Stro. li.4.5.et.7.Theoph. ad Autoly lib. 1.c. 2.Theoph.lib.1. Paſchalis.Lactã.de opiſi. Dei & de diui. inſtitut.*

l *Gen.1.& 9. Pſal.8. Act.14. 1.Cor.3*

m *Iſa.54. Matth.5. Luc.11. 1.Petr.5. Epheſ. 4.*

n *Ioſue.1. Pſal.55. & 111. Iob.1.et.13. Mich.7. Eccli.32. Pſal.124.*

o *Iob. 40. Coloſ.1. Rom.8. Apocal.10. Philipp.1. Hebr.2. 1.Cor.15.Oſea.13. 1.Corinth.10.*

AVTHORITAT. SCRIPT.

A ISAIAE Cap. 53. Generationem eius quis enarrabit?

MATTH. Cap.15. Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus cœleſtis, eradicabitur.

ET Cap. 16. Reſpondens Simõ Petrus, dixit, Tu es Chriſtus Filius Dei viui.

MARCI Cap.12. Adhuc ergò vnum habens filium chariſsimum, & illum miſit ad eos nouiſsimum, dicens, Quia reuerebuntur Filium meum.

IOAN. Cap.1. In principio erat Verbum, & Verbũ erat apud Deum, & Deus erat Verbum. ET. Deum nemo vidit vnquàm: vnigenitus Filius qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit.

AD HEBR. Cap.1. vide ſup. lect.2. litera. L.

B AD ROM. Cap.8. Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore: ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorũ, in quo clamamus, Abba, Pater.

AD EPHES. Cap.1. Qui prędeſtinauit nos in adoptionem filiorum, per Ieſum Chriſtum, in ipſum.

AD GALAT. Cap.4. At vbi venit plenitudo tẽporis, miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege: vt eos qui ſub lege erãt, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.

C GENES. Cap.17. Ego Dñs Omnipotens: ambula corã me, & eſto perfectus. Ponamq; fœdus meum inter me & inter te: & multiplicabo te vehementer nimis.

DEVTER. Cap.10. Dominus Deus veſter ipſe eſt Deus Deorũ, & Dñs Dominãtiũ, Deus magnus, & potens, & terribilis.

ISAIAE Cap. 33. Dominus iudex noſter, Dominus legifer noſter, Dominus Rex noſter ipſe ſaluabit nos.

NVMER. Cap.11. Cui reſpõdit Dominus, Nunquid manus Domini inualida eſt? Iam nunc videbis vtrum meus ſermo opere compleatur.

PSAL. 113. Deus autem noſter in cœlo, omnia quæcunq; voluit, fecit.

D PSAL. 138. Quò ibo à ſpiritu tuo? & quò à facie tua fugiam? Si aſcendero in cœlum, tu illic es: ſi deſcendero in infernum, ades. Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris: Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.

IOB Cap. 12. Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant Deum, cùm ipſe dederit omnia in manus eorum. Nimirum interroga iumenta, & docebunt te: & volatilia cœli, & indicabunt tibi. Loquere terræ, & reſpondebit tibi: & narrabunt piſces maris. Quis ignorat quòd omnia hæc manus Dñi fecerit, in cuius manu anima omnis viuentis, & ſpiritus vniuerſæ carnis hominis?

E PSAL. 144. Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis. ET. Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur. Vt notam faciãt filijs hominum potentiam tuam, & gloriam magnificentiæ regni tui. ET. Oculi omnium in te ſperãt Domine: & tu das eſcam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.

PROVERB. Cap. 15. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos.

ECCLESIASTICI Cap. 11. Eſt homo marcidus egens recuperatione, plus deficiens virtute & abundãs paupertate, & oculus Dei reſpexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipſius, & exaltauit caput eius: & mirati ſunt in illo multi, & honorauerunt Deum. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honeſtas, à Deo ſunt.

MATTH. Cap.6. Reſpicite volatilia cœli, quoniam non ſerunt, neq; metunt, neq; congregant in horrea, & Pater veſter cœleſtis paſcit illa. Non'ne vos magis pluris eſtis illis? Quis autem veſtrum cogitãs, poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum? Et de veſtimento quid ſoliciti eſtis? Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum ex illis. Si autem fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit, quantò magis vos modicæ fidei?

LVCAE Cap. 12. Nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ quid manducetis: neq; corpori quid induamini. Anima plus eſt quã eſca, & corpus pluſquàm veſtimentum. Cõſyderate coruos, quia non ſeminant, neque metunt, quibus non eſt cellarium, neque horreum, & Deus paſcit illos. Quantò magis vos pluris eſtis illis?

F EXODI Cap.16. Ecce, ego pluam vobis

bis panes de cœlo: egrediatur populus, & colligat quæ ſufficiunt per ſingulos dies.

ET Cap. 17. Antecede populum, & ſume tecum de ſenioribus Iſraël, & virgam qua percuſsiſti fluuiũ, tolle in manu tua,& vade. En ego ſtabo ibi coram te ſupra petrã Horeb:percutieſq; petram.& exibit ex ea aqua,vt bibat populus.

MARCI Cap.16.Signa autem eos qui crediderint,hæc ſequentur.In nomine meo dæmonia eijcient.Linguis loquẽtur nouis. Serpentes tollent. Et ſi mortiferum quid biberint,non eis nocebit.Super ægros manus imponent,& benè habebunt.

IOAN. Cap.3.Rabbi, ſcimus quia à Deo veniſti Magiſter, nemo enim poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo.

AD HEBR. Cap.2.Vide ſup.lect. 2. litera.B.

G MATTH. Cap.26.Cœnantibus autem eis,accepit Ieſus panem,& benedixit, ac fregit:deditq; diſcipulis ſuis,& ait,Accipite,&comedite:hoc eſt corpus meũ.Et accipiens calicem,gratias egit,& dedit illis, dicens,Bibite ex hoc omnes.Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum.

IOAN. Cap.6. Ego ſum panis vitę.Patres veſtri mãducauerũt manna in deſerto, & mortui ſunt.Hic eſt panis de cœlo deſcẽdens: vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur.Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi:Si quis mãducauerit ex hoc pane, viuet in æternum:& panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.

PRIOR. Ad Corinth. Cap. 11. Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis:quoniam Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur,accepit panem:& gratias agẽs, fregit& dixit,Accipite,& mandncate; hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorarionem. Similiter & calicem,poſtquàm cœnauit, dicens,Hic calix,nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine:hoc facite, quotieſcunq; bibetis,in meam commemorationem.

H GENES. Cap.1.Vide ſup. lectio. 2.litera.E.

IOB. Cap.37.Subter omnes cœlos ipſe conſyderat, & lumẽ illius ſuper terminos terræ.Poſt eum rugiet ſonitus. tonabit voci magnitudinis ſuę,& nõ inueſtigabitur,cùm audita fuerit vox eius.Tonabit Deus in voce ſua mirabiliter,qui facit magna & in ſcrutabilia. Qui præcipit niui vt deſcendat in terram,& hyemis pluuijs,& imbri fortitudinis ſuæ. Qui in manu omnium hominum ſignat,vt nouerint ſinguli opera ſua.

SAPIENTIAE Cap.13.Vani autem ſunt omnes homines, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei,& de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui eſt,neq; operibus attendentes agnouerũt quis eſſet artifex:ſed aut ignem,aut ſpiritum, aut citatum aërem,aut gyrum ſtellarum, aut nimiam aquam,aut Solem & Lunam, rectores orbis terrarum deos putauerunt.Quorũ ſi ſpecie delectati,deos putauerunt: ſciant quantò his dominator eorum ſpecioſior eſt. Speciei enim generator hæc omnia conſtituit.Aut ſi virtutem,& opera eorum mirati ſunt:intelligant ab illis,quoniam qui hęc fecit,fortior eſt illis:à magnitudine enim ſpeciei & creaturę,cognoſcibiliter poterit creator horum videri.

ACT. Cap,17.Vide ſup.lect.1.lite. A.

AD COLOS.Cap.1.Vide ſup. lect. 1.litera.H.

AD HEBR. Cap. 11. Fide intelligimus aptata eſſe ſecula verbo Dei; vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent.

I GENES. Cap.1.Viditq; Deus cuncta quæ fecerat,& erant valdè bona.

EXODI Cap. 31. Cuſtodite Sabbathũ meum,ſanctum eſt enim vobis: qui polluerit illud,morte morietur.

ECCLESIASTICI Cap.39.Opera Domini vniuerſa bona valde.

MARCI Cap.7.Benè omnia fecit.

PRIOR. Ad Timoth.Cap.4.Omnis creatura Dei bona eſt.

K IOB Cap.22. Et dicis,Quid enim nouit Deus?& quaſi per caliginem iudicat. Nubes latibulum eius, nec noſtra conſyderat, & circa cardines cœli perambulat.

ET Cap. 34. Verè enim Deus nõ condemnabit fruſtra,nec Omnipotens ſubuertet iudicium.Quem conſtituit alium ſuper terram?aut quem poſuit ſuper orbem quem fabricatus eſt? Si direxerit ad eum cor ſuũ, ſpiritum illius & flatum ad ſe trahet.Deficiet omnis caro ſimul, & homo in cinerem reuertetur.

PROVERB. Cap.16.Hominis eſt animam præparare, & Domini gubernare linguam.Reuela Domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ: ET: Cor hominis diſponit viam ſuam, ſed Domini eſt dirigere greſſus eius.

SAP.

SAP. Cap. 15. Tu autem Deus noſter, ſuauis & verus es, & in miſericordia diſponens omnia.

MATT. Cap.10. Cùm autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis.

AD EPHES. Cap.1. Vide ſup.lect. 1. litera.E.

L GENES. Cap.1. Dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram. Dixitq; Deus, Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna quę habent in ſemetipſis ſemen tem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam.

ET Cap.9. Benedixitq; Deus Noë, & filijs eius: & dixit ad eos, Creſcite, & multiplicamini, & replete terrã. Et terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ, & ſuper omnes volucres cœli cum vniuerſis quæ mouentur ſuper terrã: omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt. Et omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum: quaſi olera virentia tradidi vobis omnia.

PSAL. 8. Quid eſt homo quòd memor es eius? aut filius hominis, quoniam viſitas eum? Minuiſti eum paulominùs ab Angelis: gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuũ tuarum. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus eius, oues & boues vniuerſas: inſuper & pecora campi, volucres cœli, & piſces maris qui perambulant ſemitas maris.

ACTOR. Cap.14. Et quidẽ non ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit(*Deus*) benefaciens de cœlo, dans pluuias, & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda noſtra.

PRIO. Ad Corinth. Cap. 3. Omnia enim veſtra ſunt: ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas, ſiue mũdus, ſiue vita, ſiue mors, ſiue præſentia, ſiue futura, omnia enim veſtra ſunt: vos autem Chriſti: Chriſtus autem, Dei.

M ISAIAE Cap. 54. In momento indignationis abſcondi faciem meam parumper à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui: dixit Redemptor tuus Dominus. Sicut in diebus Noë iſtud mihi eſt, cui iuraui ne inducerem aquas Noë vltrà ſupra terram: ſic iuraui vt non iraſcar tibi, & non increpem te. Montes enim cõmouebuntur, & colles contremiſcent: miſericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur: dixit miſerator tuus Dominus.

MATTH. Cap. 5. Diligi e inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos: & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos: vt ſitis filij Patris veſtri qui in cœlis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.

LVCAE Cap.12. Vide ſup. litera.E.

PRI. Petri Cap.5. Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tẽpore viſitationis: omnẽ ſolicitudinẽ veſtrã proijcientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis.

AD EPHES. Cap.4. Obſecro itaq; vos ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia, ſupportantes inuicem in charitate, ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus ſpiritus: ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ.

N IOSVE Cap.1. Nullus poterit vobis reſiſtere cunctis diebus vitæ tuæ: ſicut fui cum Moyſe, ita ero tecum: non dimittam, nec derelinquam te.

PSAL. 55. Miſerere mei Deus, quoniã conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me. Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduerſùm me. Ab altitudine diei timebo: ego verò in te ſperabo. In Deo laudabo ſermones meos, in Deo ſperaui: non timebo quid faciat mihi caro.

ET PSAL. 111. Paratũ cor eius ſperare in Domino, confirmatum eſt cor eius: non commouebitur donec deſpiciat inimicos ſuos.

IOB. Cap.1. Nunquid Iob fruſtra timet Deum? non'ne tu vallaſti eum, ac domum eius, vniuerſamq; ſubſtantiã eius per circuitum: operibus manuum eius benedixiſti, & poſſeſsio eius creuit in terra?

ET Cap. 13. Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo: veruntamen vias meas in conſpectu eius arguam.

MICHEAE Cap. 7. Ego autem ad Dominum aſpiciam, expectabo Deum Saluatorem meum: audiet me Deus meus.

ECCLESIASTICI Cap. 32. Qui credit Deo, attendit mandatis: & qui confidit in illo, non minorabitur.

PSAL. 124. Qui confidunt in Domino, ſicut

ſicut mons Sion: non cōmouebitur in æternum, qui habitat in Hieruſalem.

O IOB. Cap. 40. Ecce abſorbebit fluuiũ, & non mirabitur: & habet fiduciam quòd influat Iordanis in os eius. In oculis eius quaſi hamo capiet eum, & in ſudibus perforabit nares eius. An extrahere poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius? Nunquid pones circulũ in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius?

AD COLOS. Cap. 2. Et vos cùm mortui eſſetis in delictis & præputio carnis veſtræ, conuiuificauit cum illo: donans vobis omnia delicta, delens quod aduerſus nos erat, chyrographum decreti, quod erat contrarium nobis: & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci: & expolians principatus & poteſtates, traduxit confidenter palàm, triumphans illos in ſemetipſo.

AD ROM. Cap. 8. Vanitati enim creatura ſubiecta eſt, nō volens, ſed propter eum qui ſubiecit eã in ſpe: quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei.

APOCALYP. Cap. 20. Et vidi Angelum deſcendentem de cœlo, habentē clauem abyſsi, & catenam magnam in manu ſua: & apprehendit draconem ſerpentem antiquum, qui eſt diabolus & Satanas, & ligauit eum per annos mille: & miſit eum in abyſſum, & clauſit, & ſignauit ſuper illum, vt non ſeducat amplius gentes, donec conſummentur mille anni.

AD PHILIP. Cap. 2. Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomē quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dñs Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.

AD HEBR. Cap. 2. Vt per mortem deſtrueret eum qui habebat mortis imperium, id eſt diabolum: & liberaret eos qui timore mortis per totã vitam obnoxij erant ſeruituti.

PRIO. AD Corinth. Cap. 10. Itaq; qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Tentatio vos nō apprehendat, niſi humana: fidelis autem Deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupta id quod poteſtis: ſed faciet etiã cũ tentatione prouētũ, vt poſsitis ſuſtinere.

ET Cap. 15. Cùm autē mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt: Abſorpta eſt mors in victoria. Vbi eſt mors victoria tua? Vbi eſt mors ſtimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatum eſt: virtus verò peccati, lex. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum.

OSEAE Cap. 13. De manu mortis liberabo eos, de morte redimã eos: ero mors tua ô mors, morſus tuus ero inferne, conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis.

AVTHORITAT. PATR.

G 1 AMBROS. tom. 4. De Sacramētis, lib. 4. Cap. 4. Ergò author Sacramentorum quis eſt niſi Dñs Ieſus? De cœlo iſta Sacramenta venerunt: conſilium enim omne de cœlo eſt. Verè autem magnum eſt & diuinum miraculum, ꝙ populo Deus pluit manna de cœlo, & non laborabat populus, & manducabat.

Chriſtus author Sacramentorum.

2 AVGVST. tom. 3. de Trinitate, lib. 3. Cap. 10. Alia ſunt illa, quæ quamuis ex eadem materia corporali, ad aliquid tamen diuinitus annunciandũ noſtris ſenſibus admouētur, quæ propriè miracula & ſigna dicuntur, nec in omnibus quæ nobis à Domino Deo annũciantur, ipſius Dei perſona ſuſcipitur. Cùm autem ſuſcipitur, aliquando in Angelo demonſtratur, aliquando in ea ſpecie, quæ non eſt quod Angelus, quamuis per Angelũ diſpoſita miniſtretur. *Et paulò poſt.* Aliquando ad hoc fit eadem ſpecies, vel aliquantulum manſura, ſicut potuit ſerpens ille æneus exaltatus in eremo, ſicut poſſunt & literæ: vel peracto miniſterio tranſitura, ſicut panis ad hoc factus in accipiendo Sacramento conſumitur. Sed quia hæc hominibus nota ſunt, quia per homines fiunt, honorem tanquàm religioſa poſſunt habere, ſtuporem tanquàm mira non poſſunt. *Et poſt pauca.* Illas etiam nubes & ignes quomodo fecerint vel aſſumpſerint Angeli ad ſignificandum quod annunciabant, etiam ſi Dñs vel Spiritus ſanctus illis corporalibus formis oſtendebatur, quis nouit hominum? Sicut infantes nō nouerunt quod in altari ponitur, & peracta pietatis celebratione cōſumitur, vnde vel quomodo conficiatur, vnde in vſum religionis aſſumatur: & ſi nũquàm diſcant experimēto vel ſuo vel aliorum, & nũquàm illam ſpeciem rerum videãt, niſi inter celebrationes Sacramētorum cùm offertur & datur, dicaturq; illis authoritate grauiſsima, cuius corpus & ſanguis ſit, nihil aliud credent, niſi omninò

Per Angelos Deus loquitur & operatur.

Infãtes non nouerunt qđ in altari ponitur, & tamen credũt.

Matth. 26.

omninò in illa ſpecie Dominum ocnlis apparuiſſe mortalium,& de latere tali percuſſio,liquorem illum omninò fluxiſſe. Mihi autē omninò vtile eſt, vt meminerim viriū mearum,fratreſq; meos admoneam, vt & ipſi meminerint ſuarum, ne vltra quàm tutum eſt,humana progrediatur infirmitas.

Ioan. 19.

I 1 AVGVST. Tom.6.contra Fauſtum Manichæum,lib.19.cap.24. Sed ad iſtos interim, quibus generaliter diſplicet, ſi quis oderit inimicum ſuum,eſt nobis ſermo, qui eorum frontem premat, cùm eos interrogamus, vtrum diligat Deus eorum gentem tenebrarum: aut ſi proptereà nunc inimici diligendi ſunt,quòd habeāt partem boni, cur non ob hoc eos & odiſſe debemus quòd habeant partem mali? Ea quippe regula & hoc ſoluitur,doceturq; non eſſe contrariū,quod in antiqua ſcriptura dictum eſt, Oderis inimicum tuum: & in Euangelio, Diligite inimicos veſtros:quòd vnuſquiſq; iniquus homo,in quantum iniquus eſt, odio habendus eſt:in quātum autē homo eſt, diligēdus eſt: vt illud quod in eo rectè odimus,arguamus, id eſt vitium,quò poſsit illud quod in eo rectè diligimus, id eſt humana natura, ipſa emendato vitio liberari. Hęc inquàm regula eſt,qua & oderimus inimicum propter id quod in eo malum eſt,id eſt iniquitatem: & diligamus inimicum propter id quod in eo bonū eſt,id eſt ſocialem rationalemq; creaturam: niſi quòd nos non eum per naturam vel ſuam vel alienam,ſed per propriam voluntatem malum eſſe conuincimus.

In amici quo modo diligēdi, aut odio proſequēdi.

Matth. 5.

2 ET lib.20.Cap.20. Vobis autem quia dæmonia mendaciloqua perſuaſerunt, non ad regendam carnem, ſed ad exercendam blaſphemiam, abſtinere à cibis quos Deus creauit ad percipiēdum cum gratiarū actione fidelibus,& his qui cognouerunt veritatem:quoniam omnis creatura Dei bona eſt. & nihil abijciendum quod cum gratiarum actione percipitur:ingrati Creatori, & pro largis eius beneficijs ſacrilegas retribuētes iniurias,quoniam plerumq; in agapibus etiā carnes pauperibus erogantur, miſericordiā Chriſtianorum ſimilem dicitis ſacrificijs paganorum, quorum nonnullis in hoc quoq; ſimiles eſtis.

Aliter hæretici, aliter Catholici à cibis abſtinent.

1.Tim.4.

3 ET lib.21.Cap.5. Ars enim diuina, qua & cœleſtia & terrena opera fiunt, cùm ipſa ſint inter ſe diſsimilia, ipſa in omnibus ſui ſimilis eſt; quia in ſuo quæq; genere perficiendo vbiq; perfecta eſt. Neque enim vniuerſum condit in ſingulis, ſed ad vniuerſi complexum condens ſingula, vniuerſam ſe condendis præbet & ſingulis, omnia congruenter locis ſuis & ordinibus faciens atq; diſponens, & omnibus particulariter atque vniuerſaliter congrua tribuens.

Ars diuina vbiq; perfecta.

4 ET Cap. 7. Nemo enim vnquàm carnem ſuam odio habet,ſed nutrit,inquit Apoſtolus,ac fouet eam,ſicut & Chriſtus Eccleſiam. Videte vnde quò aſcenderit:intuemini,ſi poteſtis, quam vim ducat à creatore creatura,ab ipſis cœleſtibus apparatibus vſq; ad carnem & ſanguinem, vniuerſitatis plenitudine terminata,formarum varie ate decorata,rerum gradibus ordinata.

Ephes. 5.

5 IDEM Contra Epiſtolā Fundamenti, Cap.25. Quare ſi vobis iam perſuadetur poſſe aliquid boni Omnipotentem Deum de nihilo facere,venite in Catholicā,& diſcite omnes naturas,quas fecit Deus & condidit, excellentiæ gradibus ordinatas à ſummis vſque ad infimas,omnes bonas,ſed alias alijs eſſe potiores. *Et poſt pauca.* Remanet igitur vobis,vt de nihilo terram luminis Deum feciſſe fateamini: & non vultis credere, quòd ſi aliquod magnum bonum, quod tamē illo ipſo eſſet inferius,Deus ex nihilo facere potuit:potuit etiam,quia bonus eſt & nulli bono inuidet,facere alterum bonum,quod illo priore eſſet inferius:potuit & tertium,cui ſecundum præponeretur, & deinde vſq; ad infimum bonum naturarum factarum ordinem ducere, donec vniuerſitas earum, non numero indefinito incerta difflueret, ſed certo terminata conſiſteret.

Omnis creatura bona, ſed alia alijs potiores.

6 EPIPHAN. Contra hæreſes, lib.1. tom.3.contra Marcioniſtas, hæreſi.42. Redarguit autem te Saluator, plus te ſciens, & quod melius eſt, dicens, ab eiuſmodi dicto. Dicit enim:A quo petit filius piſcem, num ſerpentem dabit ipſi? aut pro ouo ſcorpium? Et poſteà dicit: Si igitur vos qui mali eſtis, nouiſtis dona bona dare filijs veſtris, quātò magis Pater veſter cœleſtis? Si igitur bona dona vocanit piſcē & ouum,non malum eſt quod ex Deo datū cum gratiarum actione accipitur. & ſic vndiquaq; improbitas tua confutata eſt.

Omnia à Deo creata, bona ſunt.

Luc. 11.

1.Timot.4.

K 1 CHRYSOST. Tom.5. De prouidentia,ſerm.1. Itaq; nos quando rerum perturbationem cernimus, non Deum accuſemus,viri dilecti. Hoc enim eſt non remediū inuenire vulneri,ſed vulnus addere vulneri. Non dæmonijs attribuamus mundi gubernationem, non prouidētia vacare humana putemus, nō originis ac fati dominatum, ēpro-

Dei prouidentia.

ē prouidētia diuinaextruamus. Hęc omnia contumeliarum plena ſunt, & vera perturbatio, atque confuſio, nō in rerũ eſt motu, ſed in animo ita affecto.

Grauis iniquitas negare Dei prouidentiam.

2 IVSTINVS Apologia.2.pro Chriſtianis. Quòd ſi quis Deum iſta curare non putat, aut nullum eſſe dicat, aut delectari vitijs, aut torpêre lapidi ſimilem: virtutem porrò ac vitium eſſe inania nomina, boni verò mali'ue nihil niſi duntaxat opinione hominum: qua impietate iniquitateq; nulla eſt grauior.

Nihil fit ſine voluntate Dei.

3 CLEMENS Alexand. Stromatum, lib.4. Nam ex duobus alterum, aut bonum quid & honeſtum erit perſecutio propter Dei voluntatem, aut erũt in ſontes qui eos afficiunt & affligunt. Sed nihil fit ſine voluntate Domini vniuerſorum. Reſtat itaq;, vt breuiter dicamus, ea quæ ſunt huiuſmodi, euenire Deo non prohibente. Hoc enim ſolum ſeruat & prouidentiam, & Dei bonitatem. *Et mox.* Si quis autē ex eis reſpondens, dicat, puniri quidem martyrē propter peccata quæ ſunt admiſſa ante hanc in corpus migrationem: fructum autem rurſus eſſe percepturum vitæ quæ hic acta fuerit: ſic enim conſtitutam eſſe adminiſtrationem: eum rogabimus an remuneratio fiat ex prouidentia. Nam ſiquidem non fuerit diuinæ adminiſtrationis, perit conſilium & diſpenſatio expiationis, & eis ſuum excidit argumentum, & fundamentum eorum opinionis. Si autem à prouidentia ſunt expiationes, ſunt punitiones quoq; ex prouidentia: prouidentia autem, & ſi à Principe, vt ita dicam, moueri incipit, immixta tamen eſt & inſita in ſubſtantijs, cum eo quòd etiam facta eſt ſubſtātiarum à Deo vniuerſorum.

Omnia quæ hic ſũt, ſunt à Dei prouidentia.

Dignũ punitione eſt, quærere probationes, an ſit Deo prouidentia.

4 ET lib.5. poſt initiũ. Sunt etiá quædam (*quæſtiones*) dignæ quæ puniãtur, cuiuſmodi eſt, quęrere probationes an ſit prouidentia. Cùm ſit ergò prouidentia, non ex prouidentia factam fuiſſe & prophetiam, & eam quæ in Seruatorem facta eſt œconomiam diuinamq; diſpēſationem, putare, eſt nefarium. Et fortaſſe ne conari quidē oportet hæc probare, cùm ſit manifeſta diuina prouidētia, ex aſpectu omnium quæ videntur effectorũ, quæ arte conſtant & ſapientia, quorum alia quidem fiunt ordine, alia verò ordine manifeſtãntur.

Probatur Dei prouidētia.

5 ET lib.7. Aut enim omniũ hominum curam non gerit Dominus, idq; ei acciderit, aut quòd non poſsit, (quod quidem eſt nefarium: eſt enim ſignum imbecillitatis:) aut quôd nolit cùm poſsit, non eſt autem boni affectio: non eſt ergò ſocors ob delitias, qui propter nos carnem accepit patibilem. Aut curam gerit vniuerſorum, quod quidem pertinet etiam ad eum qui eſt Dñs vniuerſorum.

6 THEOPHILVS Antiochenus, contra Chriſtianæ religionis calumniatores, ad Autolycum, lib. 1. Cap. 2. (*Habetur tom. 5. Bibliotheca ſanctorum Patrum.*) Deus omnia mouet, in operationem producit, nutrit, ſua prouidentia diſponit, gubernat, vegetat, & viuificat. *Et mox.* Deus vniuerſa, cùm non forent, creauit, vt ex operibus ſuis quàm magnus, quàm excellens ſit, homini innoteſceret. Vt anima in humano corpore non videtur inuiſibilis exiſtens, verùm ex corporis motu cognoſcitur: ſic nec Deus humanis & corporeis oculis videri poteſt: cæterùm ex prouidentia, qua ſingula ordinat, ſuiſq; operibus, aſpicitur & apprehenditur. Quemadmodum ſi quis cernat nauē ſuis armamentis inſtructam, mare ſulcare, & in portum appellere, certè credit aliquē, à quo gubernetur, in ea eſſe gubernatorem: ſic certè nemo adeò abiecti animi eſt, quin credat Deum eſſe gubernatorem omnium, quãuis oculis carnalibus eũ nō aſſequamur: quia nullo modo à nobis percipi poteſt.

Dei prouidentia.

7 THEOPHILLVS Alexandrinus, lib.1. Paſchali. (*Habetur tom.1. Bibliotheca ſanctorum Patrum.*) Et qui iactat ſe (*Origenes*) in ſcientia ſcripturarum, & putat tanta legiſſe quanta nullus hominum legerit, ſciat ſcriptum, quòd ægrotantes in lectulis deſerebant, & ponebant in triuijs & plateis, vt Petri eos vmbra contingeret, & ſanaret: quod ſacra Apoſtolorum acta teſtantur, arguentia Origenis ſtultitiam, per quá id Apoſtolorum vmbra feciſſe cōuincitur, quod ille Filium Dei, Verbum Dei nō potuiſſe, teſtatur. Simili errore deceptus, & neſciens quid loquatur, eorum qui nolunt Dei prouidentiam vſque ad omnes creaturas, & mundi inferiora deſcendere, ſed tantùm in cœlorum regionibus commorari, vt ſcilicet id vmbra fecerit Petri, quod implere Saluatoris fortitudo non quiuerit.

Origenis error arguitur.

Act. 5.

Error eſt negare Dei prouidentiã erga omnes creaturas.

8 LACTANTIVS Firmianus, lib. De opificio Dei, Cap. 4. Sed nimis diu de rebus apertis dubito, cùm ſit liquidũ, nihil ſine prouidentia, nec factum eſſe vnquàm, nec fieri potuiſſe. De cuius operibus vniuerſis ſi nũc libeat diſputare per ordinem, infinita materia eſt....

Nihil fit ſine prouidētia.

Inſani ſunt qui negant Dei prouidentiam.

9 IDEM, Diuinarum inſtitutionũ lib. 7. de Diuino præmio, Cap. 3. Si ergò ſine cauſa nec eſt, nec fit omnino quidquam: ſi & prouidentia ſummi Dei ex diſpoſitione rerũ: & virtus ex magnitudine: & poteſtas ex gubernatione manifeſta eſt: hebetes ergò, & inſani, qui prouidentiam non eſſe dixerunt.

10 ET Lib. 1. Cap. 2. Suſcepto igitur illuſtrandæ veritatis officio, non putaui adeò neceſſarium ab illa quæſtione principiũ ſumere, quæ videtur prima eſſe, natura ſit'ne prouidentia, quæ rebus omnibus conſulat: an fortuitu vel facta ſint omnia, vel regantur. Cuius ſentẽtiæ author eſt Democritus, confirmator Epicurus. Sed & anteà Protagoras, qui deos in dubium vocauit: poſteà Diagoras, qui excluſit: & alij nonnulli, qui non putauerunt deos eſſe: quid aliud effecerunt, niſi vt nulla eſſe prouidentia putaretur? Quos tamẽ & cæteri philoſophi, ac maximè ſtoici acerrimè retuderunt, dicentes, nec fieri mundũ ſine diuina ratione potuiſ-tuiſſe: nec cõſtare, niſi ſumma ratione regeretur Sed & M. Tullius, quãuis Academicæ diſciplinæ defenſor eſſet, de prouidẽtia gubernatrice rerũ, & multa, & ſæpè diſſeruit, ſtoicorũ argumẽta confirmãs: & noua ipſe afferẽs plurima. Quod facit tũ in omnibus ſuæ philoſophiæ libris, tùm maximè in ijs, qui ſunt de natura deorũ. Nec difficile ſanè fuit, paucorũ hominũ prauè ſentiẽtiũ redarguere mẽdacia teſtimonio populorũ, atq; gentiũ in hac re nõ diſsidentiũ. Nemo eſt enim tàm rudis, tàm feris moribus; quin oculos ſuos in cœlũ tollens, tametſi neſciat cuius Dei prouidentia regatur hoc omne quod cernitur, nõ aliquã tamen eſſe intelligat ex ipſa rerũ magnitudine, motu, diſpoſitione, cõſtantia, vtilitate, pulchritudine, tẽperatione: nec poſſe fieri, quin id, quod mirabili ratione cõſtat, conſilio maiori aliquo ſit inſtructum.

11 IDEM lib. de Ira Dei, Cap. 9. Si De' eſt, vtiq; prouidẽs eſt, vt Deus: nec aliter ei poteſt diuinitas attribui, niſi & præterita teneat, & pręſentia ſciat, & futura proſpiciat. Cùm igitur prouidẽtiã ſuſtulit (*ſcilicet Epicurus*) etiã Deum negauit eſſe. Cùm autem Deum eſſe profeſſus eſt, & prouidentiã ſimul eſſe conceſsit. Alterum enim ſine altero nec eſſe prorſus, nec intelligi poteſt.

LECTIO QVARTA.

DOCTOR.

QVID iam in Symbolo ſequitur?

ADOLESCENS.

Et in Ieſum Chriſtum Filium eius vnicum Dñm noſtrum.

DOCTOR.

Explica hoc magis ſingulatim.

ADOLESCENS.

Eum nos in primis vocamus Ieſum, id eſt Saluatorẽ, [a] Angelũ olim à Deo miſſum, imitati, qui hoc illius nomen Virgini matri cõmendaret: & planè nos ille redemit ac ſeruauit iuxta nomen iſtud, [b] à quo aliud nullum ſub cœlo eſt, in quo ſpem nobis vitæ ac ſalutis liceat collocare.

DOCTOR.

Quid autem ſibi vult Chriſti dictio?

ADOLESCENS.

Ea Latinè expreſſa, vnctũ ſignificat: [c] Nam ſpiritali ſua vnctione Pater ea illi munia impoſuit, quę olim externa Moſis vnctio cõferebat ſuis hominibus, vt eſſent [d] Sacerdotes, [e] Reges, [f] & Prophetæ.

a *Matt. 1. Luc. 1. et. 1*

b *Gen. 41. Iſai. 59. Ioan. 1. & 3. Matthæ. 19. Act. 4. 1. Tim. 1. 1. Theſ. 5. Hebr. 1. 1. Ioan. 4. Iudæ. 1.*

c *Dani. 9. Iſai. 61. Mich. 7. Pſalm. 1. 44. & 88. Ioã. 6. Act. 4. & 10.*

d *Exod. 29.*

e *1. Reg. 10. & 16.*

f *Deut. 18. Ioan. 9. Mich. 5. Act. 7.*

DO-

DOCTOR.

Hæc verò quomodò explicas?

ADOLESCENS.

Recte:eſt enim Sacerdos,tùm quòdin Cruce ſemel,noſtrum omnium [g] Saluti,holocauſtũ ſeſe obtulit,vt Aaronicũ ſacerdotium corrigeret:tùm quòd nunc etiã vultui Dei adſiſtit pro nobis,ſeq́; ipſum Patri cum [h] ſupplicationibus exhibet, ſacerdos antea dictus ſecundùm ordinẽ Melchiſedech,cuius rei ac ſacerdotij viuam nos imaginem in ſacris Euchariſtiæ myſterijs quotidie intuemur.

g *Pſal.109. Ephe.5. Heb.5.6.7.9.et.10 Apocalyp.1. &.19.*
h *Hebræ.5.6.&.7. 1.Ioã.1. Pſal.109 Cypr. de Cæna Dom. & ſer.5.de lapſ.Euſeb.lib.1. demonſ. Euang.cap.10.*

DOCTOR.

At eius Regnum quale tandem nobis ſtatuis?

ADOLESCENS.

Æternũ,tùm in electos [i] ab eo vindicatos ex ſeruitute Satanę, Diuina potentia ac virtute proſtrati:tùm etiam in impios omnes ab hoc rege conſtrictos,ac domitos,neq; ita multò pòſt ditioni [k] omnino ſuæ ſubiugandos.

i *Geneſ. 49. Iſai.9. Dan.7. Ioan. 18. Luc.21.*
k *Num.21. Pſal.109. Iſai.53. 1.Cor.15. Philip.2. Rom.14. Habac.3. Apoca.11. Luc.19.*

DOCTOR.

Quibus verò ille ſe argumentis Prophetam eſſe oſtendit?

ADOLESCENS.

Arcanis [l] rerum æternarum reſerandis, [m] futuriſq; temporũ ſucceſsionibus ſumma veritate ac ſapiẽtia præſagiendis:quod magno nobis adiumento debet eſſe, ad huius vitæ moleſtias perferendas.

l *Deut. 18. Act. 7. Ioan.1. 2.Pet.1.*
m *Hebr. 1. 1.Petr.1. Luc.14. 1.Cor.3. Hebræ.1.*

DOCTOR.

Cur eum vocas Filium Dei vnicum,& Dominum noſtrum?

ADOLESCENS.

Propterea quòd is ſolus [n] eſt Dei Patris Filius naturalis, à quo, ipſo naſcendi iure, eandem naturam, gloriam, [o] ac Diuinitatem accepit: Dñm autem noſtrum ideò vocamus, quòd is etiam ſecundùm hominem,rebus omnibus,ac præcipuè electis hominibus, [p] præſideat.

n *Iſa.53. Ioã.1.et.16 Coloſ.1.& Hebræ.1. 1.Ioan.1.*
o *Ioan. 17. Hebr.1. Aug. de Trini. vt ſup.*
p *Matt.28. Philip.2. Apocalyp. 19.*

DOCTOR.

Sed non'ne & nos iure filij Dei nominamur?

ADOLESCENS.

Sanè,& ſumus:ſed lege, [q] & ratione adoptionis gratuitæ, qua Dei quidem hæredes efficimur, ſed ſingulari tamen naturalis Filij eius beneficio & merito: quem vel hoc potiſsimùm nomine [r] fratrem nominare,& mundi inſtauratorem adſerere conſueuimus.

q *Ioan. 1. Roman.8. Epheſ.1. Galat.4. 2.Cor.1. 1.Ioã. 3.*
r *Iſai.8. Hebr. 2. Matt.12. Pſal.21.*

AVTHORIT. SCRIPT.

A MATTH. Cap.1. Et vocabis nomen eius Ieſum. ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.

LVCAE Cap.1. Ecce concipies in vtero, & paries filium: & vocabis nomen eius Ieſum.

ET Cap.2. Poſtquàm cõſummati ſunt dies octo vt circunciderẽtur puer: vocatũ eſt nomen eius, Ieſus, quod vocatum eſt ab Angelo, priuſquàm in vtero conciperetur.

B GENES. Cap.41. Dixit quoq; Rex AEgypti ad Ioſeph: Ego ſum Pharaò: abſq; tuo imperio non mouebit quiſquàm manũ aut pedem in omni terra AEgypti. Vertitq; nomen eius, & vocauit eum lingua AEgyptiaca, Saluatorem mundi.

ISAI. Cap.59. Et timebunt qui ab Occidente, nomẽ Domini: &, qui ab ortu Solis, gloriam eius: cùm venerit quaſi fluuius violentus quem ſpiritus Domini cogit: & venerit Sion redemptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit Dominus.

IOAN. Cap.1. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. Quia lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.

ET Cap.3. Non enim miſit Deus Filium ſuum in mundum, vt iudicet mũdum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.

MATTH. Cap.19. Auditis autem his, diſcipuli mirabantur valde, dicentes, Quis ergo poterit ſaluus eſſe? Aſpiciẽs autẽ Ieſus dixit illis, Apud homines hoc impoſſibile eſt: apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt.

ACTOR. Cap.4. Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.

PRIOR. Ad Timoth. Cap.1. Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus: quòd Chriſtus Ieſus venit in hunc mũdum peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum.

PRIOR. Ad Theſſalonicen. Cap.5. Quoniam non poſuit nos Deus in iram, ſed in acquiſitionem ſalutis per Dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ, qui mortuus eſt pro nobis: vt ſiue vigilemus, ſiue dormiamus, ſimul cũ illo viuamus.

AD HEBR. Cap.2. Decebat enim eum propter quẽ omnia, & per quẽ omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem ſalutis eorum, per paſſionẽ conſummare.

PRIM. Ioan. Cap.4. Et nos vidimus, & teſtificamur, quoniam Pater miſit Filiũ ſuum Saluatorem mundi.

EX EPISTOLA Iudæ Apoſtoli. Ei autem qui potens eſt vos conſeruare ſine peccato, & conſtituere ante conſpectum gloriæ ſuę immaculatos in exultatione, in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſoli Deo Saluatori noſtro per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, gloria & magnificentia, imperium & poteſtas ante omne ſeculum, & nunc, & in omnia ſecula ſeculorum, Amen.

C DANIE. Cap.9. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper vrbem ſanctã tuam, vt conſummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio & prophetia, & vngatur Sanctus ſanctorum.

ISAIAE Cap.61. Spiritus Domini ſuper me, eò quòd vnxerit Dominus me: ad annunciandum manſuetis miſit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgẽtiam, & clauſis apertionem.

MICHEAE Cap.7. Ego autem ad Dominum aſpiciam, & expectabo Deum Saluatorem meum: audiet me Deus meus.

PSALM. 2. Aſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduerſùs Dominum, & aduerſùs Chriſtum eius.

ET. 44. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatẽ, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.

ET. 88. Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum.

IOAN. Cap.6. Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater ſignauit Deus.

ACTOR. Cap.4. Domine, tu qui feciſti cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt, qui Spiritu ſancto per os patris noſtri Dauid pueri tui dixiſti, Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt Reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduerſùs Dominum, & aduerſùs Chriſtum eius. Conuenerunt enim verè in ciuitate iſta aduerſùs ſanctum puerum tuum Ieſum, quem vnxiſti, He-

Herodes & Pontius Pilatus,cum Gentibus,
& populus Iſraël.

E T Cap. 10. Vos ſcitis quod factum
eſt Verbum per vniuerſam Iudæam : inci-
piens enim à Galilæa, poſt baptiſmum quē
prædicauit Ioannes , Ieſum à Nazareth,
quomodò vnxit eum Deus Spiritu ſancto
& virtute,qui pertranſijt benefaciendo,&
ſanando omnes oppreſſos à diabolo, quo-
niam Deus erat cum illo.

D EXODI Cap. 29. Sed & hoc facies,
vt illi in ſacerdotio conſecrentur, &c. &
oleum vnctionis fundes ſuper caput eius,
atque hoc ritu conſecrabitur.

E PRIMI Regum Cap. 10. Tulit autem
Samuel lenticulam olei, & effudit ſuper
caput eius, & deoſculatus eſt eum, & ait,
Ecce vnxit te Dominus ſuper hæredita-
tem ſuam in principem, & liberabis po-
pulum ſuum de manibus inimicorum eius,
qui in circuitu eius ſunt. Et hoc tibi ſignū,
quia vnxit te Deus in principem.

ET Cap. 16. Tulit ergò Samuel cor-
nu olei,& vnxit eum in medio fratrū eius:
& directus eſt ſpiritus Domini à die illa,
in Dauid.

F DEVTERON. Cap. 18. Prophe-
tam de gente tua & de fratribus tuis ſicut
me,ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus: ip-
ſum audies.

IOAN. Cap. 9. Dicunt ergò cæco
iterum,Tu , quid dicis de illo qui aperuit
oculos tuos? Ille autem dixit,Quia Prophe-
ta eſt.

MICHEAE. Cap. 5. Et tu Bethle-
hem Ephrâta paruulus es in millibus Iuda:
ex te mihi egredietur qui ſit dominator in
Iſraël : & egreſſus eius ab initio, à diebus
æternitatis.

ACTOR. Cap. 7. Hic eſt Moyſes
qui dixit filij, Iſraël,Prophetam ſuſcitabit
vobis Deus de fratribus veſtris tāquàm me:
ipſum audietis.

G PSLM. 109. Iurauit Dominus, & non
pœnitebit eum : Tu es ſacerdos in æter-
num ſecundùm ordinem Melchiſedech.

AD EPHES. Cap. 5. Eſtote ergò imi-
tatores Dei : ſicut filij chariſſimi : & am-
bulate in dilectionē , ſicut & Chriſtus di-
lexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis
oblationem & hoſtiam Deo, in odorem
ſuauitatis.

AD HEBR. Cap. 5. Omnis namq;
pontifex ex hominibus aſſumptus, pro ho-
minibus conſtituitur in ijs quæ ſunt ad
Deum:vt offerat dona & ſacrificia pro pec-
catis. Qui condolere poſſit ijs qui ignorant
& errant:quoniam & ipſe circundatus eſt
infirmitate. Et propterea debet ; quemad-
modū pro populo,ita etiam pro ſemetipſo
offerre pro peccatis. Nec quiſquàm ſumit
ſibi honorem:ſed qui vocatur à Deo tan-
quàm Aaron. Sic & Chriſtus non ſemetip-
ſum clarificauit vt pontifex fieret : ſed qui
locutus eſt ad eum, Filius meus es tu , ego
hodie genui te. Quemadmodum & in alio
loco dicit, Tu es ſacerdos in æternum, ſe-
cundùm ordinem Melchiſedech . Qui in
diebus carnis ſuæ preces ſupplicationeſq;
ad eum qui poſsit illum saluū facere à mor
te , cum clamore valido & lachrymis offe-
rens, exauditus eſt pro ſua reuerentia . Et
quidem cùm eſſet filius,didicit ex ijs , quæ
paſſus eſt, obedientiam: & conſummatus,
factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi,
cauſa ſalutis æternæ,appellatus à Deo pon
tifex iuxta ordinem Melchiſedech.

ET Cap. 6. Qui confugimus ad tenen-
dam propoſitam ſpem, quā ſicut ancoram
habemus animæ tutam ac firmam , & in-
cedentem vſque ad interiora velaminis,
vbi præcurſor pro nobis introijt Ieſus , ſe-
cundum ordinem Melchiſedech pontifex
factus in æternum.

ET Cap. 7. Adhuc enim in lumbis pa
tris erat quando obuiauit ei Melchiſedech.
Si ergò conſummatio per ſacerdotium Le-
uiticum erat(populus enim ſub ipſo legem
accepit) quid adhuc neceſſarium fuit ſe-
cundùm ordinem Melchiſedech, alium ſur-
gere ſacerdotem , & non ſecundùm ordi-
nem Aaron dici? Tranſlato enim ſacerdo-
K tio,neceſſe eſt vt & legis translatio fiat. In
quo enim hæc dicuntur,de alia tribu eſt,de
qua nullus altario præſto fuit . Manifeſtum
eſt enim quòd ex Iuda ortus ſit Dominus
noſter: in qua tribu nihil de ſacerdotibus
Moyſes locutus eſt. Et amplius adhuc ma-
nifeſtū eſt: ſi ſecundùm ſimilitudinē Mel-
chiſedech,exurgat alius ſacerdos,qui nō ſe
cundùm legem mandati carnalis factus eſt,
ſed ſecundùm virtutem vitæ inſolubilis.
Conteſtatur enim, Quoniam tu es ſacerdos
in æternum, ſecundùm ordinem Melchi-
ſedech. Reprobatio quidem fit præcedentis
mandati, propter infirmitatē eius & inuti-
litatem. Nihil enim ad perfectum adduxit
lex:introductio verò melioris ſpei, per quā
proximamus ad Deum. Et quātum eſt non
ſine iureiurando(alij quidē,ſine iureiurādo

ſacerdotes facti ſunt: hic autem cum iureiurando per eum qui dixit ad illum: iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es ſacerdos in æternum) in tantũ melioris teſtamenti ſponſor factus eſt Ieſus. Et alij quidẽ plures facti ſunt ſacerdotes, idcirco quòd morte prohiberentur permanere: hic autẽ eò quòd maneat in æternum, ſempiternũ habet ſacerdotium. Vnde & ſaluare in perpetuum poteſt accedẽs per ſemetipſum ad Deum: ſemper viuens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat vt nobis eſſet pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cœlis factus.

ET Cap. 9. Chriſtus autẽ aſsiſtens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum nõ manufactum, id eſt, non huius creationis: neque per ſanguinem hircorum aut vitulorũ, ſed per proprium ſanguinẽ introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta.

ET Cap. 10. Et omnis quidẽ ſacerdos præſto eſt quotidie miniſtrans, & eaſdem ſæpe offerens hoſtias, quæ nũquàm poſſunt auferre peccata: hic autem vnam pro peccatis offerens hoſtiam, in ſempiternũ ſedet in dextera Dei, de cętero expectãs, donec ponantur inimici eius ſcabellum pedũ eius. Vna enim oblatione, conſummauit in ſempiternum ſanctificatos.

APOCALY. Cap. 1. Ioannes ſeptẽ Eccleſijs quæ ſunt in Aſia, gratia vobis & pax ab eo qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, & à ſeptem ſpiritibus qui in conſpectu throni eius ſunt, & à Ieſu Chriſto qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ: qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, ipſi gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

ET Cap. 19. Et veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine: & vocatur nomen eius, Verbum Dei. Et exercitus qui ſunt in cœlo, ſequebantur eum in equis albis, veſtiti byſſino albo & mundo. Et de ore eius procedit gladius acutus, vt in ipſo percutiat Gẽtes. Et ipſe reget eas in virga ferrea: & ipſe calcat torcular vini furoris iræ Dei Omnipotentis. Et habet in veſtimento & in fœmore ſuo ſcriptum: Rex Regum, & Dominus dominantium.

H AD HEBR. Cap. 5. 6. 7. Vide ſup. litera. G.

PRIM. Ioannis Cap. 2. Filioli mei hęc ſcribo vobis vt non peccetis. Sed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum: & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi.

PSALM. 109. Vide ſuprà, lit. G.

I GENES. Cap. 49. Salutare tuum expectabo Domine. ET. Sedit in forti arcus eius, & diſſoluta ſunt vincula brachiorum & manuum illius, per manus potentis Iacob: inde paſtor egreſſus eſt, lapis Iſraël.

ISAI. Cap. 9. Vide ſup. lect. 1. litera. H. *Et deinde*. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis: ſuper ſolium Dauid & ſuper regnum eius ſedebit: vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iuſtitia amodo & vſque in ſempiternum. Zelus Domini exercituum faciet hoc.

DANIEL. Cap. 7. Et iudicium ſedebit, vt auferatur potentia, & conteratur, & diſpereat vſque in finem. Regnum autem, & poteſtas, & magnitudo regni quę eſt ſubter omne cœlum, detur populo Sanctorum Altiſsimi: cuius regnum, regnũ ſempiternum eſt, & omnes reges ſeruient ei, & obedient.

IOAN. Cap. 18. Reſpondit Ieſus: Regnum meum non eſt de hoc mundo.

LVCAE Cap. 21. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna & maieſtate. His autẽ fieri incipientibus, reſpicite, & leuate capita veſtra: quoniam appropinquat redemptio veſtra.

K NVMER. Cap. 21. Fecit ergò Moyſes ſerpentem æneum, & poſuit eum pro ſigno: quem cùm percuſſi aſpicerent, ſanabantur. ET. Dixitq; Dominus ad Moyſen: Ne timeas eum, quia in manu tua tradidi illum, & omnem populum, ac terram eius: facieſq; illi ſicut feciſti Sehon Regi Amorrhæorum habitatori Heſebon.

PSALM. 109. Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Virgam virtutis tuę emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum.

ISAIAE. Cap. 53. Ideò diſpertiam ei plurimos, & fortium diuidet ſpolia, pro eo quod tradidit in mortem animam ſuam, & cum ſceleratis reputatus eſt: & ipſe peccata multo-

multorum tulit, & pro tranſgreſſoribus rogauit.

PRIOR. Ad Corinth. Cap. 15. Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. Nouiſsima autē inimica deſtruetur mors. Omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius.

AD PHILIP. Cap. 2. Vide ſuprà, lect. præced. litera. O.

AD ROM. Cap. 14. In hoc enim Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit: vt & mortuorum & viuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrē tuum? aut tu quare ſpernis fratrem tuum? Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti. Scriptū eſt enim viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo.

HABAC. Cap. 3. Splēdor eius vt lux erit, cornua in manibus eius: ibi abſcondita eſt fortitudo eius. Ante faciem eius ibit mors, egredietur diabolus ante pedes eius.

APOCALYP. Cap. 11. Et ſeptimus Angelus tuba cecinit: & factæ ſunt voces magnæ in cœlo, dicentes, Factum eſt regnū huius mūdi, Domini noſtri, & Chriſti eius, & regnabit in ſecula ſeculorum, Amen. Et vigintiquatuor ſeniores qui in conſpectu Dei ſedent in ſedibus ſuis, ceciderunt in facies ſuas, & adorauerunt Deum, dicentes: Gratias agimus tibi Domine Deus Omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es: quia accepiſti virtutem tuam magnam, & regnaſti. Et iratę ſunt gentes, & aduênit ira tua, & tēpus mortuorū iudicari, & reddere mercedē ſeruis tuis Prophetis, & Sāctis, & timentibus nomē tuū puſillis & magnis, & exterminādi eos qui corruperunt terrā.

LVCAE Cap. 19. Veruntamen inimicos meos illos qui noluerunt mē regnare ſuper ſe, adducite huc: & interficite ante me.

L DEVTERON. Cap. 18. Vide ſup. lect. 1. litera. H.

ACTOR. Cap. 7. Hic eſt Moyſes qui dixit filijs Iſraël, Prophetam ſuſcitabis vobis Deus de fratribus veſtris tāquàm me: ipſum audietis.

IOAN. Cap. 1. Vide ſuprà, lectione præced. litera. A.

POSTE. Petri, Cap. 1. Et habemus firmiorem propheticum ſermonem: cui benefacitis attendentes quaſi lucernę lucenti in caliginoſo loco, donec dies eluceſcat, & Lucifer oriatur in cordibus veſtris: hoc primùm intelligentes quòd omnis prophetia ſcripturæ propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata eſt aliquādo prophetia: ſed Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines.

M AD HEBR. Cap. 1. Vide ſup. lect. 2. litera. L.

PRIO. Petri Cap. 1. De qua ſalute exquiſierunt atq; ſcrutati ſunt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt, ſcrutantes in quod vel quale tēpus ſignificaret in eis Spiritꝰ Chriſti: prænūtiās eas quę in Chriſto ſunt paſsiones & poſteriores glorias: quibus reuelatum eſt, quia nō ſibimetipſis, vobis autem miniſtrabāt ea quæ nunc nunciata ſunt vobis per eos qui euāgelizauerunt vobis Spiritu ſancto miſſo de cœlo, in quem deſyderant Angeli proſpicere.

LVCAE Cap. 24. O ſtulti & tardi corde ad credendū in omnibus quæ locuti ſunt Prophetæ. ET. Et dixit ad eos. Hæc ſunt verba quę locutus ſum ad vos cùm adhuc eſſem vobiſcum, quoniā neceſſe eſt impleri omnia quę ſcripta ſunt in lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis de me. Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas.

PRIO. Ad Corin. Cap. 3. Fundamentū enim aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitū eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus.

AD HEBR. Cap. 2. Vide ſup. lect. præced. litera. F.

N ISAI. Cap. 53. De Anguſtia & de iudicio ſublatus eſt: Generationem eius quis enarrabit? quia abſciſſus eſt de terra viuentium, propter ſcelus populi mei percuſsi eū.

IOAN. Cap. 1. Vide ſuprà, lectione præceden. litera. A.

ET Cap. 16. Exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.

AD COLOS. Cap. 1. Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto. Gratia agimus Deo & Patri Dñi nr̄i Ieſu Chriſti ſemper pro vobis orātes.

AD HEBR. Cap. 1. Vide ſup. lect. 2. litera. L.

PRI. Ioan. Cap. 1. Vide ſuprà, lect. 2. litera. B.

O IOAN. Cap. 17. Et mea oīa, tua ſunt: & tua, mea ſunt: & clarificatus ſum in eis.

AD HEBR. Cap. 1. Vide ſuprà, lectione. 2. litera. L.

MATTH. Cap. 28. Et accedens Ieſus locutus eſt eis, dicens, Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.

AD PHILIP. Cap. 2. Vide ſuprà lect. præced. litera. O.

APOCALYP. Cap. 19. Vide ſup. litera. G.

Q IOAN. Cap. 1. Vide ſuprà lect. 1. litera. E.

AD ROM. Cap. 8. \
AD EPHE. Cap. 1. } Vide ſup. lect. præced. lit. B.
AD GALA. Cap. 4. /

PRIOR. Ad Corinth. Cap. 1. Fidelis Deus per quem vocati eſtis in ſocietatem Filij eius Ieſu Chriſti Domini noſtri.

PRI. Ioan. Cap. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & ſimus:

R ISA. Cap. 8. Ecce, ego & pueri mei quos dedit mihi Dominus in ſignum, & in portentum Iſraël à Domino exercituum, qui habitat in monte Sion:

AD HEBR. Cap. 2. Qui enim ſanctificat, & qui ſanctificatur: ex vno omnes. Propter quam cauſam non confunditur fratres eos vocare.

MATTH. Cap. 12. At ipſe reſpondens dicenti ſibi air, Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Et extendens manum in diſcipulos ſuos dixit, Ecce mater mea & fratres mei. Quicunq; enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt: ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.

PSALM. 21. Narrabo nomen tuũ fratribus meis: in medio Eccleſiæ laudabo te.

AVTHORITAT. PATR.

H 1 CYPRIAN. Serm. de Cœna Domini. Panem Angelorũ ſub Sacramento mãducamus in terris, eundem ſine Sacramento edemus in cœlis, nõ miniſterio corporali, ſæpe repetitis actionibus ad eadem reuertentes, ſed conſummato ſacerdotio noſtro, erit & permanebit perpetua & ſtabilis implens & reficiens nos ſufficientia, qua proferet palàm abſq; vllis integumentis, omnibus conſpicabilis ſummi præſentia ſacerdotis.

Chriſtꝰ ſummus Sacerdos.

2 IDEM Sermone. 5. de lapſis. Nemo ſe fallat, nemo decipiat. Solus Dominus miſereri poteſt. Veniam peccatis, quæ in ipſum commiſſa ſunt, ſolus poteſt ille largiri qui peccata noſtra portauit, qui pro nobis doluit, quem Deus tradidit pro peccatis noſtris.

Solus Chriſtus remittit peccata. *Iſai. 53.*

3 EVSEB. Cæſarien. Demonſtrat. Euang. lib. 1. Cap. 10. Vbi autem quod perfectum erat, aduènit, quemadmodum vaticinia Prophetarum prædixerant, priora illa deſierunt, & præſtantiore verioreq; ſacrificio illicò ſublara ſunt. Hic autem fuit Chriſtus Dei, is de quo antiquitus à primis vſque temporibus dictum eſt, quòd ad homines eſſet venturus, atque inſtar pecudis, pro toto genere humano interficiendus, vt apud Iſaiam Prophetam ſcriptum legimus. *Et paulò pòſt.* Itaque poſt omnia, quaſi mirabilem quandam victimam, ſacrificiumq; eximium Patri ſuo operatus pro noſtra omnium ſalute obtulit, eiuſq; rei memoriam vt nosipſi Deo pro ſacrificio offerremus, inſtituir.

Chriſtus verus Sacerdos. *Iſai. 53.* *Chriſtus inſtituit ſacrificium Deo offerri.*

O 1 AVGVST. Tom. 3. de Trinir. lib. 3. Cap. 10. Vide ſup. lect. præced. litera. G. autho. 2.

LECTIO QVINTA.

DOCTOR.

AGE iam, quid habet tertius Articulus.

ADOLESCENS.

Ipſa ſalutis, ac redemptionis noſtræ primordia continet, Nempe hunc illum Dei Filium carne noſtra ſeſe [a] induiſſe, vt hoc tàm præſtans myſterium perficeret, in eoq; docet Spiritũ ſanctum mirificè [b] operatũ fuiſſe condito ac formato eius corpore in vtero, ac ex ipſa Virginis Mariæ ſubſtantia, nulla cuiuſquam viri opera accedente.

[a] *Pſal. 131. Gen. 49. Matth. 1.*
[b] *Luc. 1. Ioann. 1. Hebr. 10. Galat. 4.*

DO.

DOCTOR.

Quid? eum'ne de Spiritu ſancto concipi oportuit?

ADOLESCENS.

Oportuit ſanè: ſic enim factum eſt vt primi illius Adæ peccati omnino expers eſſet. Deinde æquum erat, vt qui [c] cæteris omnibus ſanctimoniã debebat impartiri, eſſet is puriſsimus, [d] ſegregatus à peccatoribus, nullis denique mortis [e] legibus obnoxius, neq; vlla ſui ratione Diuinæ iuſtitiæ obligatus.

[c] *Iſai. 53. Luc. 1. Hebr. 1. 1. Petr. 1. 1. Ioan. 3.*
[d] *Hebr. 7.*
[e] *Hebr. 1. Pſalm. 98.*

DOCTOR.

Sed non'ne credis diuinam eius Matrem [f] concipiendo, pariendo, [g] ac poſt ipſum adeò partum virginitatem integerrimè conſeruaſſe?

[f] *Iſai. 7. Hiere. 31. Matth. 1. Luc. 1.*
[g] *Ezech. 44. Hiero. ibi, & in Heluid. to. 2. Epipha. in antidico. Aug de hæreſ. ad quoduult. Tertul. de de carn. chri. Iuſtin. apol. 2. Bernard. ſuper Miſſus eſt.*

ADOLESCENS.

Planè, tùm propter ea quæ iam de Filio dicta ſunt, tùm etiam (vt omittam quàm eximiè debuit hoc myſterium cõmendari) vt vel hac ratione promiſsiones antiquæ ratæ eſſent, quibus Ieſum Chriſtũ naſci oportebat de Virgine, ex ſemine tamen [h] Dauid ſecundùm carnem.

[h] *Dan. 7. Miche. 4. Matth. 1. Roma. 1. Luc. 1. 1. Reg. 7. Euſeb. demonſ. Euãgel lib. 1. c. 7. & lib. 7. c. 1. Sozom. hiſt. Trip. lib. 1. c. 1.*

DOCTOR.

Quæ porrò nos commoda ex hac Filij Dei incarnatione ſumus conſecuti?

ADOLESCENS.

Hæc maximè: quòd [i] vetus illa Parentis noſtri culpa deleta ſit: quòd eius damna ſaltem in genere reſarcita: & quòd hoc nos myſterio [K] ſanctificati ſumus corpore & ſpiritu, vt peccatis mortui, denuò iuſtitiæ [l] renaſcamur.

[i] *Ioan. 1. Roman. 5. 1. Cor. 1. Ioan. 17. 1. Cor. 6. 1. Petr. 1.*
[K] *Rom. 6. 1. Cor. 5. Hebra. 9. Epheſ. 5.*
[l] *Tit. 3. 1. Petr. 2. Aug. confeſſ. lib. 7. cap. 18.*

DOCTOR.

Sed age, cur nobis ab eius ſtatim ortu ac natiuitate transferenda eſt oratio ad eius mortem commemorandam, omiſsis ijs rebus, quas in vita geſsit ad noſtrum omnium vtilitatem ac ſalutem?

ADOLESCENS.

Quòd ea omnia quæ ab Euãgeliſtis in hoc genere ſcripta ſunt, ſiue ad Chriſti doctrinam & miracula, ſiue ad vitæ Sanctimoniam pertineant, [m] hoc articulo facilè contineantur.

[m] *Act. 1. & . 10. Ioan. 10. & . 11. 1. Cor. 15. Luc. 14. Heb. 1.*

AVTHORITAT. SCIRP.

A PSAL. 131. Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum: de fructu vētris tui ponā ſuper ſedē tuam.

GENES. Cap. 49. Benedictiones patris tui confortatæ ſunt benedictionibus patrum eius: donec veniret deſyderium collium æternorum: fiant in capite Ioſeph, & in vertice Nazaræi inter fratres ſuos.

MATTH. Cap. 1. Liber generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham. ET. Iacob autem genuit Ioſeph virū Mariæ, de qua natus eſt IESVS qui vocatur CHRISTVS. ET. Cùm eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph, antequàm conuenirent, inuēta eſt in vtero habens de Spiritu Sancto. ET. Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt.

B LVCAE. Cap. 1. Et reſpondēs Angelus dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſsimi obumbrabit tibi.

IOAN. Cap. 1. Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, (& vidimus gloriam eius, gloriam quaſi Vnigeniti à Patre) plenum gratiæ & veritatis.

AD HEBR. Cap. 10. Impoſsibile enim eſt ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Ideò ingrediens mundum, dicit: Hoſtiam & oblationem noluiſti: corpus autem aptaſti mihi. ET. Quantò magis putatis, deteriora mereri ſupplicia qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit?

AD GALAT. Cap. 4. Vide ſuprà lect. 3. lit. B.

C ISAI. Cap. 53. Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit: & nos putauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo & humiliatum. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtros, attritus eſt propter ſcelera noſtra: diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus. ET. Et dabit impios pro ſepultura, & diuitem pro morte ſua: eò quòd iniquitatem non fecerit, neq; dolus fuerit in ore eius. Et dominus voluit conterere eum in infirmitate: ſi poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemē longæuū, & voluntas Dñi in manu eius dirigetur.

LVCAE Cap. 2. Nunc dimittis ſeruū tuum Domine ſecūdùm Verbum tuum in pace. Quia viderūt oculi mei Salutare tuū, quod paraſti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſraël.

AD HEBR. Cap. 2. Vide ſup. lect. 4. lit. B.

PRIOR. Petr. Cap. 2. In hoc enim vocati eſtis: quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius: qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Qui cùm malediceretur, non maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti ſe iniuſtè.

PRI. Ioann. Cap. 3. Et ſcitis quia ille apparuit vt peccata noſtra tolleret: & peccatum in eo non eſt.

D AD HEBR. Cap. 7. Vide ſup. lect. 4. lit. G. in fi.

E AD HEBR. Cap. 2. Quia ergò pueri communicauerunt carni & ſanguini: & ipſe ſimiliter participauit eiſdem: vt per mortē deſtrueret eum qui habebat mortis imperium, id eſt, diabolum: & liberaret eos qui timore mortis per totā vitam obnoxij erant ſeruituti. Nuſquàm enim Angelos apprehēdit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus ſimilari: vt miſericors fieret & fidelis pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi.

PSAL. 98. Exaltate Dominum Deū noſtrum, & adorate ſcabellum pedum eius: quoniam ſanctum eſt.

F ISAI. Cap. 7. Propter hoc dabit Dñs ipſe vobis ſignum: Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel.

HIERE. Cap. 31. Vſquequò delitijs diſſoluêris filia vaga? quia creauit Dominus nouū ſuper terrā. Fœmina circūdabit virū.

MATTH. Cap. 1. Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium: & vocabunt nomen eius Emmanuel, quod eſt interpretatum, Nobiſcum Deus.

LVCAE Cap. 1. Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatē Galileę cui nomē Nazareth, ad virginem deſponſatā viro cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid, & nomen virginis, Maria.

G EZECHIE. Cap. 44. Et dixit Dñs. ad me, Porta hæc clauſa erit: nō aperietur, & vir nō trāſiet per eā: quoniā Dñs Deus Iſraël ingreſſus eſt per eam, eritq; clauſa.

H DANIE. Cap. 7. Aſpiciebam ergò in viſione noctis,& ecce cum nubibus cœli quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit: & in cõſpectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei poteſtatē, & honorem,& regnum: & omnes populi, tribus,& linguæ,ipſi ſeruiēt: poteſtas eius, poteſtas æterna quæ non auferetur,& regnum eius quod non corrumpetur.

MICHEAE Cap.4. Et ponam claudicantem in reliquias:& eam quæ laborauerat,in gentem robuſtam. Et regnabit Dñs ſuper eas in monte Sion, ex hoc nunc & vſque in æternum.

MATTH. Cap.1. Vide ſuprà lit. A.

AD ROMAN. Cap. 1. Paulus ſeruus Ieſu Chriſti, vocatus Apoſtolus, ſegregatus in Euangelium Dei(quod antè promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis) de Filio ſuo qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundùm carnem.

LVCAE Cap.1.Hic erit magnus, & Filius Altiſsimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius,& regnabit in domo Iacob in æternū:& regni eius non erit finis.

SECVNDI libri Regū Cap.7.Ego ero ei in Patrē,& ipſe erit mihi in Filium.

I IOAN. Cap.1.Altera die vidit Ioannes Ieſum venientem ad ſe, & ait: Ecce Agnus Dei,ecce qui tollit peccata mundi.

AD ROMAN.Cap.5. Sed nō ſicut delictum,ita & donum.Si enim vnius delicto multi mortui ſunt, multò magis gratia Dei & donum,in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit. Et non ſicut per vnum peccatū,ita & donū:nam iudiciū quidē ex vno,in condēnationē: gratia autē ex multis delictis,in iuſtificationē. Si enim in vnius delicto mors regnauit per vnum: multò magis abūdantiā gratiæ & donationis & iuſtitiæ accipientes,in vita regnabūt per vnū Ieſum Chriſtum. Igitur ſicut per vnius delictum,in omnes homines in condemnationem: ſic & per vnius iuſtitiam, in omnes homines in iuſtificationē vitę. Sicut enim per inobedientiā vnius hominis,peccatores cōſtituti ſunt multi;ita & per vnius obeditionem,iuſti conſtituētur multi. Lex autem ſubintrauit vt abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictū, ſuperabundauit gratia:vt ſicut regnauit peccatum in mortē,ita & gratia regnet per iuſtitiā in vitā æternā,per Ieſum Chriſtū Dñm noſtrū.

PRIO. Ad Corin,Cap.1. Videte enim vocationem veſtram fratres,quia non multi ſapientes ſecūdùm carnem,nō multi potentes,nō multi nobiles:ſed quę ſtulta ſunt mundi,elegit Deus, vt confundat ſapiētes: & infirma mūdi elegit Deus, vt confundat fortia:& ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ nō ſunt,vt ea quę ſunt deſtrueret:vt nō glorietur omnis caro in conſpectu eius. Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus eſt nobis ſapientia à Deo & iuſtitia & ſanctificatio & redemptio: vt quemadmodum ſcriptum eſt: Qui gloriatur,in Domino glorietur.

IOAN. Cap.17.Et pro eis ego ſanctifico meipſum: vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate.

PRIO. Ad Corint.Cap.6.An neſcitis quia iniqui regnum Dei nō poſsidebūt? Nolite errare:neq; fornicarij, neque Idólis ſeruientes,neq; adulteri,neq; molles, neq; maſculorum concubitores,neq; fures, neq; auari,neq; ebrioſi,neque maledici, neque rapaces,regnum Dei poſsidebunt. Et hæc quidē fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis,ſed iuſtificatis eſtis in nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti,& in ſpiritu Dei noſtri.

PRIOR. Petri Cap.1.Scientes quòd nō corruptibilibus auro vel argēto redēpti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis: ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti,& incontaminati, præcogniti quidē ante mundi conſtitutionem,manifeſtati autē nouiſsimis tēporibus propter vos,qui per ipſū fideles eſtis in Deo qui ſuſcitauit eū à mortuis,& dedit ei gloriam,vt fides veſtra, & ſpes,eſſet in Deo.

K AD ROMAN. Cap. 6. Ita & vos exiſtimate vos mortuos quidem eſſe peccato, viuentes autē Deo in Chriſto Ieſu Dño noſtro.Non ergò regnet peccatū in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius.Sed neq; exhibeatis mēbra veſtra arma iniquitatis peccato: ſed exhibete vos Deo tanquàm ex mortuis viuētes, & membra veſtra arma iuſtitiæ Deo.

POSTER. Ad Corint.Cap.5.Et pro omnibus mortuus eſt Chriſtus: vt & qui viuunt,iam nō ſibi viuant,ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. ET. Omnia autē ex Deo, qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtum: & dedit nobis miniſterium reconciliationis,quoniam quidem Deus erat in Chriſto mundum recōcilians ſibi,nō reputās illis delicta ipſorum, & poſuit in nobis Verbum reconciliationis.

AD HEBR. Cap.9. Vide ſup.lect.4. litera.G. *Deinde.* Si enim ſanguis hircorũ & taurorum & cinis vitulæ aſperſus,inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis: quantò magis ſanguis Chriſti,qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo,emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo viuenti?Et ideò noui teſtamenti mediator eſt:vt morte intercedente,in redẽptionem earum præuaricationum quæ erãt ſub priori teſtamento, repromiſsionem accipiant qui vocati ſunt, æternæ hæreditatis.

AD EPHES. Cap. 5. Viri,diligite vxores veſtras,ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam,& ſeipſum tradidit pro ea: vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam,non habentem maculam,aut rugam,aut aliquid huiuſmodi,ſed vt ſit ſancta & immaculata.

L AD TITVM. Cap.3. Cùm autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris noſtri Dei: non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundùm ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus ſancti,quem effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrũ: vt iuſtificati gratia ipſius,hæredes ſimus ſecũdùm ſpem vitæ æternæ.

PRIO. Petri Cap. 2. Peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignũ, vt peccatis mortui,iuſtitiæ viuamus.

M ACTOR. Cap.1.Primum quidẽ ſermonem feci de omnibus,ô Theophile,quæ cœpit Ieſus facere & docere, vſq; in diem qua præcipiens Apoſtolis per Spiritum ſanctum,quos elegit,aſſumptus eſt : quibus & præbuit ſeipſum viuum, poſt paſsionem ſuã in multis argumentis,per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei.

ET Cap.10. Vide ſuprà, lect. præced. litera.C. *Et deinde.* Et nos teſtes ſumus omnium quæ fecit in regione Iudæorum & Hieruſalem, quem occiderunt ſuſpendentes in ligno. Hũc Deus ſuſcitauit tertia die, & dedit eum manifeſtum fieri non omni populo, ſed teſtibus præordinatis à Deo: nobis qui manducauimus & bibimus cum illo poſtquàm reſurrexit à mortuis. Et præcepit nobis prædicare populo, & teſtificari quia ipſe eſt qui cõſtitutus eſt à Deo iudex viuorum & mortuorum. Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent, remiſsionẽ accipere per nomen eius omnes qui credũt in eum.

IOAN. Cap.20. Multa quidẽ & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorũ ſuorum,quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis quia Ieſus eſt Chriſtus Filius Dei : & vt credentes,vitam habeatis in nomine eius.

ET Cap.21. Sunt autem & alia multa quæ fecit Ieſus: quæ ſi ſcribantur per ſingula,nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos qui ſcribendi ſunt,libros.

PRIOR. Ad Corinth. Cap.15. Vide ſup.lect.1.lit. I.

LVCAE Cap.24. Vide ſup.lect. præced.litera. M.

AD HEBR. Cap. 1. Vide ſup. lect. præced.litera.O.

AVTHORITAT. PATR.

G 1 HIERON. tom.2.aduerſ.Heluidiũ. Tu dicis,Mariam, virginem nõ permanſiſſe:ego mihi plus vendico,etiã ipſum Ioſeph virginem fuiſſe per Mariam, vt ex virginali coniugio virgo filius naſceretur. Si enim in virum ſanctum fornicatio non cadit, & aliã eũ vxorẽ habuiſſe non ſcribiţ; Mariæ autẽ quã putatus eſt habuiſſe,cuſtos potius fuit,quàm maritus : relinquitur virginem eum manſiſſe cum Maria, qui pater Domini meruit appellari. *In hanc ſententiã tota epiſtola agit.*

Maria poſt partum virgo, & Ioſeph virgo fuit.

2 IDEM tom.4, In Ezechie.Cap. 44. Pulchrè quidam portam clauſam, per quã ſolus Dominus Deus Iſraël ingreditur, & dux cui porta clauſa eſt, Mariam virginem intelligunt;quæ & ante partum,& poſt partum virgo permanſit.Etenim tempore quo Angelus loquebatur : Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſsimi obũbrabit te:quod autem naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei : & quando natus eſt, virgo permanſit æterna : ad confundendos eos qui arbitrantur eam poſt natiuitatẽ Saluatoris habuiſſe de Ioſeph filios,ex occaſione fratrum eius qui vocantur in Euangelio. Super qua quæſtiuncula, Romæ aduerſũm Heluidium illius temporis hæreticum, in adoleſcentia non grandem librum ſcripſiſſe me noui.

Maria, virgo ante partum, & poſt partum.

Luc. 1.

Marc. 3.

3 EPIPHANIVS contra hæreſes, lib.3.hęreſi.78.in Antidicomarianitas.No uũ quid audio de ſancta Maria ſemper virgine quendã ſtatuere, & audère blaſphemã quan-

Probatur Mariæ virginitas.

quandam opinionem in ipſam immittere. *Et paulò pòſt.* Vnde eſt hæc malignitas? Vnde tanta audacia? Ipſum nomen non teſtimonium perhibet? non perſuadet te, ô contentioſe? Quis vnquàm, aut quo ſeculo auſus eſt proferre nomen Sanctæ Mariæ, & interrogatus, nō ſtatim intulit virginis vocem? Ex ipſis enim nominibus epithetis,

Epitheta, ſunt ſigna virtutis.

etiam virtutis ſigna elucent. Dignitates etenim appellationum acceperūt iuſti, vnicuiq; decenter, & prout congruum fuit. Et Abrahamo quidem impoſitum eſt epitheton, Amicus Dei: & non diſſoluetur. Iacob verò, vt Iſraël vocetur: & non alterabitur. Et Apoſtolis, Boanerges, hoc eſt, filij tonitrui: & non relinquetur. Et ſanctæ Mariæ, vox, Virgo: & non mutabitur. Impolluta enim permanſit ſancta. Ipſa natura nō docet vos? *Et poſt pauca.* Vnde enim nō oſtendemus quod caſta permanſit virgo? Oſtendant autem nobis ſtatim, quoſnam genuit Maria poſt Saluatoris noſtri partum. Dicāt nomina illi fictores & concinnatores fraudis, ac malignitatis, & non poterunt oſtendere. Non enim cōiuncta eſt amplius Virgo: abſit.

Iacob. 1. Gen. 35. Marc. 3. Luc. 1. 1. Cor. 15.

4 AVGVST. tom. 6. lib. de hæreſibus ad Quoduultdeum, hæreſ. 56. Antidicomarianitæ appellati ſunt hæretici, qui Mariæ virginitati vſq; adeò contradicunt, vt affirment eam poſt Chriſtum natum viro ſuo fuiſſe commixtam.

Hæretici ſūt qui negant perpetuā Mariæ virginitatem.

5 ET Hæreſi. 84. Heluidiani exorti ab Heluidio, ita virginitati Mariæ contradicunt, vt eam poſt Chriſtum alios etiam filios de vtero ſuo Ioſeph peperiſſe contendant: ſed mirum ni iſtos, prætermiſſo Heluidij nomine, Antidicomarianitas Epiphanius appellauit.

6 TERTVLL. lib. de Carne Chriſti, Cap. 17. Ante omnia autem commendāda erit ratio quæ præfuit, vt Dei Filius de virgine naſceretur. Nouè naſci debebat, nouæ natiuitatis dedicator: de qua ſignū daturus Dominus ab Iſaia prædicabatur. Quod eſt iſtud ſignum? Ecce virgo cōcipiet in vtero, & pariet filium. Concepit igitur virgo, & peperit Emmanuelem, nobiſcum Deum.

Maria, virgo in partu. Iſai. 7.

7 IVSTIN. Martyr, Apolog. 2. pro Chriſtianis. Hæc lucida ſtella, & flos ē radice Ieſſe ortus, eſt Chriſtus noſter. Editus eſt enim ex virgine oriunda à ſemine Iacob principis inter Iudæorum primogenitores, grauida facta per Dei potentiam, atque ita Ieſſeū inter priſcos proauos, iuxta oraculum, habuit. Iacobi verò, Iudęq; filius fuit propter ſeriem ſtemmatis. Audite ipſa verba Iſaiæ de futuro partu virginis: ait enim: Ecce virgo concipiet, & pariet filiū: & dicent in eius nomine, Nobiſcum Deus. *Et rurſum.* Verba illa, Ecce virgo cōcipiet: ſignificant non ex coitu concepturam virginem: aliôqui non eſſet virgo amplius: ſed virtutem Dei ſuperuenientē virgini, obumbraturam eam, vt ſalua virginitate fiat grauida.

Maria, ſemper virgo. Iſai. 7. Luc. 1.

8 BERNAR. homilia. 1. ſuper Miſſus eſt. Eſt tamen maius aliquid quod mirêris in Maria, ſcilicet cum virginitate fœcunditas. A ſeculo enim non eſt auditum, vt aliqua ſimul mater eſſet & virgo. *Et homilia. 2.* Loquamur pauca & ſuper hoc nomine, quod interpretatum, maris ſtella dicitur, & matri virgini valde conuenienter aptatur. Ipſa namq; aptiſsimè ſideri comparatur: quia ſicut ſine ſui corruptione ſidus emittit radium, ſic abſq; ſui læſione virgo parturit filium. Nec ſideri radius ſuam minuit claritatem: nec virgini filius ſuam integritatem.

Maria, mater et virgo.

1 EVSEB. Cæſarienſ. demonſtrat. Euangel. lib. 1. Cap. 7. Meritò nihil horum per ſeipſum reſcindens Saluator, & Dominus noſter, ſed plenè ſeruans, & efficiens ea quæ in ipſa lege continētur, & ſpectantibus fidem faciēs, quòd ipſe eſſet Chriſtus Dei, de quo priſci Iudæorum prophetæ teſtimonium protuliſſent.

Chriſtus à prophetis prænunciatus.

2 ET lib. 7. Cap. 1. Totum igitur hoc, hominum amantiſsimus Deus, Deiq; Verbū, pro cunctorum hominū medella & ſalute, vocibus interim Prophetarum cōſentanea gerens, effecit: qui quidem Prophetæ tanto antè à priſcis vſque tēporibus, admirabilem ipſius de virgine ortum, teſtificati fuerant. Porrò autem admodùm neceſſariò huic Chriſti ortui de virgine, Propheta anteponit id quod reddat attentum, inclamans ad eos qui ipſa hæc audiant, illud: Si non credideritis, non intelligetis. Cui deinceps adiungit ea, quæ in hunc modum ſe habent: Et adiecit Dominus loqui ad Achaz, dicēs, Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo, &c. *Et poſt pauca.* Quòd ſi dixerint (*Iudæi*) non virginem, ſed puellam apud ſcripturam nominatā eſſe: (ſic enim aiunt apud ipſos haberi) cuiuſmodi tamē ſignum hoc futurum dicemus, quod diuina promiſsione ſit dignum, ſi vſitatè, quemadmodum cæteræ omnes mulieres, vbi ex viri coniunctione

Chriſtus ex virgine natus. Iſai. 7.

prægnans euaſerit, puella quæpiam fuit peritura? Quomodò prætereà Deus erit qui ex illa naſcatur, neq; ſimpliciter Deus, ſed nobiſcum Deus?

3 SOZOMENVS In hiſtoria Eccleſiaſtica Tripartita, lib.1.Cap.2. Sed etiam quidam aliorũ Prophetarum clarè Chriſti generationem prædicauerunt, & illum ſacrum ineffabilemq; Cõceptum, & Matrem poſt partum virginem permanẽtem, & genus, & patriam: alij verò Paſsionem, & Reſurrectionem à mortuis, & Aſcenſionem in cœlos, & euentum ſingularum præſignauerunt rerum.

Prophetæ prædixerũt Mariæ virginitatẽ: & Chriſti Ortũ, Paſsionẽ Reſurrectionẽ, et Aſcenſionem.

L

1 AVGVST. tom.1.Cõfeſsio.lib.7. Cap.18. Et quærebam viam comparãdi roboris quod eſſet idoneum ad fruendum te, nec inueniebam, donec amplecterer Mediatorem Dei & hominũ, hominẽ Chriſtũ Ieſum, qui eſt ſuper oĩa Deus benedictus in ſecula, vocantem & dicentem, Ego ſum via, veritas, & vita. Et cibũ, cui capiendo inualidus eram, miſcentem carni: quoniam, Verbum caro factum eſt, vt infantię noſtræ lacteſceret ſapientia tua, per quam creaſti omnia. Non enim tenebam Dominum meum Ieſum Chriſtum, humilis humilem, nec cuius rei magiſtra eſſet eius infirmitas, nouerã. Verbum enim tuum æterna veritas, ſuperioribus creaturæ tuæ partibus ſupereminens, ſubditos erigit ad ſeipſam: in inferioribus autem ędificauit ſibi humilem domum de limo noſtro, per quam ſubdendos deprimeret à ſeipſis, & ad ſe traijceret ſanans tumorem, & nutriens amorem: ne fiducia ſua progrederentur longius, ſed potius infirmarentur, videntes ante pedes ſuos infirmam Diuinitatem ex participatione tunicæ pelliceæ noſtræ, & laſsi proſternerentur in eam, illa autẽ ſurgẽs leuaret eos.

Verbi incarnatis commoda. *1.Timot.2.* *Rom.9.* *Ioan.14.* *Ioan.1.*

LECTIO SEXTA.

DOCTOR.

QVARTVM iam articulum expendamus, & cedo quid cauſæ fuit Chriſto, vt ſupplicio Crucis occideretur.

ADOLESCENS.

Sanè vt re ipſa illud tandem aliquando exhiberetur, [a] quod tùm ænei illius ſerpentis imagine, tùm reliquis etiã paſsim [b] Prophetarũ oraculis portendebatur. Deinde vt queadmodũ mors terrarum orbem inuaſerat per manducationem fructus in arbore vetita [c] propendentis, ita eidem quoq; abundè vita redderetur in primis per eum fructum, qui in arbore Crucis ſuſpenderetur.

a *Numer.11. Ioan.3.*
b *Pſalm. 18. & 21. Exod. 12. Iſa.53. Luc.24.*
c *Geneſ. 3. Oſe. 13. Roma.5. 1.Cor.15. Aug. de ſymb. lib.1. c.1. & lib. 3. cap.5. & ſer.101.*

DOCTOR.

Sed quid hîc neceſſe fuit Pontij Pilati meminiſſe?

ADOLESCENS.

Vt rei ipſius geſtæ verior omnibus extaret ratio, certa hominis, Magiſtratus, [d] ac temporum adſcriptione: Deinde vt qui [e] mortalis iudicis ſentẽtiã iniuſtè ſubierat, ab eo nos iudicio vindicaret, quo omnes planè merito noſtro rei detinebamur.

d *Matth.16. Marc.15. Luca.3. & 23. 1.Tim.6.*
e *Iſa.53. Ioan.19. 1.Petr.1. & 2.*

DOCTOR.

Profectò nunquàm non deberet oculis obuerſari tam ingẽs Dei Optimi [f] beneficiũm.

f *Ioan.3. Roman.5. Hebr.12.*

ADO-

ADOLESCENS.

Atqui ob eam maximè cauſam Chriſtiani iam inde ab initio naſcentis Eccleſiæ, quidquid agant, ac meditentur, ſacro ſe Crucis [g] ſigno præmuniunt, hac etiam forma concepta, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen.

DOCTOR.

An verò ſignum hoc Crucis aliud ſuo vſu nobis adfert commodum, præter frequentem paſsionis Chriſti memoriam?

ADOLESCENS.

Adfert ſanè, & quidem maximum: Nam, [h] & hac nota fidem nos noſtram palàm ac liberrimè, vbicunq; gentium ſimus, profitemur, [i] & his tanquàm armis vtimur aduerſus tam varios ac truculentos hoſtes ſalutis noſtræ: Poſtremò [k] hoc Crucis ſigno ea omnis perfectio nobis adumbratur, quam Sancti omnes, ſui ipſorũ mortificatione concupiſcunt, noſtraq; omnis cũ Chriſto ſimilitudo hîc expreſsè deſignatur.

DOCTOR.

Dic modò ſenſum eorum, quæ in hoc articulo ſunt reliqua.

ADOLESCENS.

Docemur hunc eundem Chriſtum Ieſum mortem obijſſe, tùm vt ſolenne illud ſalutis noſtræ [l] pretium ſolueret, tùm vt commonſtraret mortẽ minimè eſſe [m] metuendam, tùm demum vt viam nobis ſterneret, ac pararet methodum peccati ex animis noſtris propulſandi. Quod autẽ de ſepultura eius adiectum eſt, ideò factum eſt, vt cum eo per Baptiſmum commortui peccato, & cõſepulti, iuſtitiæ poſthàc victuri cum eo reſurgamus.

g Tertul. de coro. mili. Greg. Nazi. ora. 1. in Iuli. apoſtat. Chryſ. hom. 55. in Matt. Baſil. cap. 17. de Spiritu ſancto. Aug. tracta. 118. in Ioan. Hiero. ad Euſtoch. de virgi. tom 1. & ad Fabiol. to. 3. Pallad. Heracli. hiſt. 149.

h Chryſoſt. hom. 55. & 88. in Matth. & homi. quòd Chriſt. ſit Deus Aug. de cate. rud. c. 10. Pruden.

i Tripar. hiſt. lib. 6. c. 1. Chryſoſt. hom. 13. ad Philip. Aug. q. vete. & no. teſta. 114. et tract. 118. in Ioã. Baſil. de Spir. ſancto, lib. 1. cap. 27.

k Epheſ. 3. Baſil. in Pſal. 114. & 115. Chryſoſt. in epiſt. ad Epheſ. & hom. 4. de laud. Pau. & hom. 1. de Cruce & latro. Aug. paſsim.

l Matt. 10. Marc. 10. Epheſ. 1. Hebra. 9.

m Hebr. 11. 1. Petr. 3. & 4. Coloſ. 2.

AVTHORITAT. SCRIPT.

A NVMER. Cap. 21. Vide ſuprà lectione. 4. litera. K.

IOAN. Cap. 3. Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentẽ in deſerto: ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.

B PSALM. 18. In ſole poſuit tabernaculum ſuum; & ipſe tanquàm ſponſus procedens de thalamo ſuo. Exultauit vt gigas ad currendã viam, à ſummo cœlo egreſſio eius. Et occurſus eius vſque ad ſummum eius: nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius.

ET. 21. Circundederũt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me. Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo rapiens & rugiens. *Et ſic deinceps per totum ſpalmum.*

EXODI Cap. 12. Et ſument de ſanguine eius, ac ponẽt ſuper vtrumq; poſtẽ, & in ſuperliminaribus domorũ, in quibus comedent illum. ET. Tranſibit enim Dominus, percutiens AEgyptios: cumq; viderit ſanguinem in ſuperliminari & in vtroq; poſte, tranſcendet oſtium domus, & non ſinet percuſſorem ingredi domos veſtras & lædere.

ISAIAE Cap. 53. Quis credidit auditui noſtro? Et brachium Domini cui reuelatum eſt? Et aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti: non eſt ſpecies ei, neq; decor: & vidimus eum, & nõ erat aſpectus, & deſyderauimus

eum:Deſpectum, & nouiſsimum virorum, virum dolorum, & ſcientem infirmitatem. *Et ſic per totum caput.*

L V C AE Cap. 24. Et dixit ad eos: Hæc ſunt verba quæ locutus ſum ad vos cùm adhuc eſſem vobiſcum, quoniam neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis de me. Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas: & dixit eis: Quoniã ſic ſcriptũ eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die.

C G E N E S. Cap. 3. Adæ verò dixit, Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In ſudore vultus tui veſcêris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua ſumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuertêris. E T. Eiecitq; Adam: & collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atq; verſatilem, ad cuſtodiendam viã ligni vitæ.

O S E AE Cap. 13. De manu mortis liberabo eos, de morte redimã eos. Ero mors tua ô mors, morſus tuus ero inferne, conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis.

A D R O M A N. Cap. 5. Vide ſup. lect. 5. litera. I.

P R I O. Ad Corinth. Cap. 15. Factus eſt primus homo Adam in animam viuentem: nouiſsimus Adam in ſpiritum viuificantem.

D M A T T H. Cap. 16. Nondum intelligitis neq; recordamini quinque panum, in quinq; millia hominum, & quot cophinos ſumpſiſtis? Neq; ſeptem panum in quatuor millia hominum, & quot ſportas ſumpſiſtis? Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis: Cauete à fermento Phariſæorũ & Sadducæorũ? Tunc intellexerunt quia nõ dixerit cauendum à fermento panum, ſed à doctrina Phariſæorum & Sadducęorum.

M A R C I Cap. 15. Et facta hora ſexta, tenebræ factæ ſunt per totam terram, vſq; in horam nonam. Et hora nona, exclamauit Ieſus voce magna, dicens: Eloi, Eloi, lamma ſabacthani? quod eſt interpretatum, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?

L V C AE Cap. 3. Anno autem quintodecimo Imperij Tyberij Cæſaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galileæ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturææ & Traconitidis regionis, & Lyſania Abilinæ tetrarcha, ſub principibus ſacerdotum Anna & Caipha: factum eſt Verbum Domini ſuper Ioannẽ Zachariæ filium in deſerto.

E T Cap. 23. Et cùm ducerent eum, apprehenderunt Simonem quendam Cyrenenſem, venientem de villa, & impoſuerunt illi Crucem portare poſt Ieſum.

P R I O R. Ad Timoth. Cap. 6. Præcipio tibi coram Deo, qui viuificat omnia, & Chriſto Ieſu, qui teſtimonium reddidit ſub Pontio Pilato, bonam confeſsionem.

E I S A I. Cap. 53. Oblatus eſt quia ipſe voluit, & non aperuit os ſuum: ſicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe, obmuteſcet: & non aperiet os ſuum. De anguſtia & iudicio ſublatus eſt: generationem eius quis enarrabit? quia abſciſſus eſt de terra viuentium, propter ſcelus populi mei percuſsi eum.

I O A N. Cap. 19. Dicit ergò ei Pilatus, Mihi non loqueris? Neſcis quia poteſtatẽ habeo crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te? Reſpondit Ieſus: Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatũ habet. Exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant dicentes, Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris. Omnis enim qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari. Pilatus autem cùm audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum & ſedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithoſtrotos, Hebraicè autem Gabbatha. Erat autem Paraſceue Paſchæ hora quaſi ſexta, & dicit Iudæis, Ecce Rex veſter. Illi autem clamabant, Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Regem veſtrum crucifigam? Reſponderunt Pontifices, Non habemus Regem niſi Cæſarem. Tunc ergò tradidit eis illum vt crucifigeretur.

P R I O R. Petri, Cap. 1. Vide ſuprà, lect. 5. litera. I.

E T Cap. 2. Vide ſuprà, lect. 5. litera. C. & L.

F I O A N. Cap. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitã æternã. Non enim miſit Deus Filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.

AD ROMAN. Cap.5.Commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis:quoniam cùm adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.

AD HEBR. Cap.12: Ideoq; & nos tantam habentes impoſitam nubem teſtiũ: deponentes omne pondus & circunſtans nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in authorem fidei, & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit Crucẽ, confuſione contempta, atq; in dextera ſedis Dei ſedet. Recogitate eum qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſùm ſemetipſum contradictionem: vt ne fatigemini, animis veſtris deficientes.

K AD EPHES. Cap.3. Vt poſsitis cõprehendere cum omnibus Sanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum: ſcire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei.

L MATTH. Cap.20. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, miſit eos in vineam ſuam.

MARCI. Cap.10. Amen dico vobis, nemo eſt qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros, propter me, & propter Euangelium, qui non accipiet centies tantùm, nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & ſorores, & matres, & filios, & agros cũ perſecutionibus: & in ſeculo futuro vitam æternam.

AD EPHES. Cap.1. In quo habemus redemptionem per ſanguinẽ eius (remiſsionem peccatorum) ſecundùm diuitias gratiæ eius quæ ſuperabundauit in nobis, in omni ſapientia & prudentia.

AD HEBR. Cap.9. Vide ſuprà, lectione.5. litera.K.

M AD HEB. Cap.12. Vide ſuprà, litera.F.

PRIOR. Petri, Cap.3. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis: vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem ſpiritu. In quo & his qui in carcere erant ſpiritu veniens prædicauit: qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noë, cùm fabricaretur arca: in qua pauci, id eſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam. Quod & vos nunc ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma: non carnis depoſitio ſordium, ſed conſciẽtiæ bonę interrogatio in Deum, per reſurrectionem Ieſu Chriſti: qui eſt in dextera Dei, degluties mortem, vt vitę æternæ hæredes efficeremur: profectus in cœlum, ſubiectis ſibi Angelis & poteſtatibus & virtutibus.

ET Cap.4. Chriſto igitur paſſo in carne, & vos eâdẽ cogitatione armamini: quia qui paſſus eſt in carne, deſijt à peccatis: vt iam non deſyderijs hominum, ſed volũtati Dei quod reliquum eſt in carne viuat temporis.

AD COLOS. Cap.2. Vide ſuprà, lect.3. lit.O.

AVTHORITAT. PATR.

1 AVGVST. tom.9. De Symbolo ad Catechumenos, libr.2. Capit.1. Purgata itaq; familia Redemptoris, poſteaquàm cantauit canticum Salutis, accepit ſymboli remedium contra antiqui Serpentis venenum, vt ſi quando voluerit aduerſarius diabolus denuò inſidiari, nouerit redemptus tum ſymboli Sacramento & Crucis vexillo ei debere occurri, vt talibus armis indutus facilè vincat Chriſtianus, de cuius oppreſsione malè anteà triumphauerat nequiſsimus diabolus.

Chriſt⁹ ideò Crucifixus, vt diaboli ars deluderetur.

2 ET lib.3. Cap.5. Iiſdẽ gradibus, dilectiſſimi, quibus perierat humana natura, à Ieſu Chriſto Dño noſtro reparata eſt. Adam ſuperbus, humilis Chriſtus: per fœminã mors, per fœminã vita: per Euá interitus, per Mariam ſalus: illa corrupta ſecuta eſt ſeductorem, hæc integra peperit Saluatorem. Illa poculum à ſerpente propinatũ libenter accepit & viro tradidit, ex quo ſimul mererẽtur occidi: hæc cœleſti gratia deſuper infuſa vitam protulit, per quam caro mortua poſſit reſuſcitari. Quis eſt qui hęc operatus eſt, niſi Virginis Filius, & virginum ſpõſus, qui attulit matri fœcunditatem, ſed nõ abſtulit virginitatem?

Chriſtus reparauit humanã naturam iiſdem gradib⁹ quibus perierat.

3 IDEM tom.10. ſerm.101. de tempore, qui eſt ſecundus in ſer. 3. poſt. 4. Dñicam Quadrageſimæ. Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filiũ hominis. Suſpenſus eſt ergò ſerpẽs æneus in conto, quia Chriſtus ſuſpendendus erat in ligno. Tunc enim quicunq; fuiſſet à ſerpente percuſſus, ſerpentem æneum reſpiciebat, & ſanabatur: nunc verò humanum genus quod à ſpirituali ſerpente diabolo percuſſum fuerat, Chriſtum credẽdo reſpicit, & ſanatur. Quicunq; percuſſus, ſerpentem illum æneum, nõ vidiſſet, moriebatur:

Ioan.3. Num.21.

Chriſtus in ſerpẽte æneo præſignat⁹.

ita eſt fratres, niſi quiſq; in Chriſtũ credi-
derit Crucifixũ, diaboli veneno perimitur.
Tunc enim vnuſquiſq; reſpiciebat ſerpen-
tem mortuum, vt poſſet euadere viuũ: nunc
Chriſt⁹ mortuus vt mortem deſtrueret.
verò qui vult diaboli vitare venenũ, Chri-
ſtum reſpiciat Crucifixum. Et quia mors
à morſu nomen accepit, & generi humano
morſus antiqui ſerpẽtis acciderat, & mors
niſi à morte ſuperari nõ poterat: ideò mor-
tem Chriſtus ſuſtinuit, vt iniuſta mors iu-
ſtam vinceret mortẽ, & liberaret reos iuſtè,
dum pro eis occidebatur iniuſtè. Quidquid
enim diabolus in Adam exercuerat, quaſi
Geneſ. 3.
iuſtè videbať egiſſe in homine, qui ſe vnius
arboris delectatione vendiderat. In Adam
ergò quaſi in proprio ſeruo, iure ſibi dño,
dominium vendicauit: in paſsione autem
Chriſti, in quo peccati maculã nõ inuênit,
iniuſtè mala omnia perpetrauit. Sic & ipſe
Ioan. 14.
Dñs in Euãgelio dixit, Ecce venit princeps
huius mundi, & in me nihil inuênit. Quid
eſt nihil inuênit? Nullũ omninò peccatũ.
Pſalm. 68.
Et in pſalmis, Quẽ nõ rapui, inquit, tũc exol
uebam. Ille expandit manum ad pomorum
dulcedinẽ, iſte ad Crucis amaritudinẽ. Ille
arborẽ necis, iſte ſalutis oſtendit. Ille ſe cõ-
tra Deum erexit, & cecidit: Chriſtus ſe hu-
miliauit vt omnes erigeret. Adã mortẽ vni-
uerſis intulit: & Chriſtus vitam omnibus re
parauit. Reſpiebat ergò vnuſquiſq; ad ſer-
pentem æneũ, & à venenatis ſerpẽtibus ſa
nabatur. Serpens æneus in ligno poſitus ve
nena viuorum ſerpentiũ ſuperauit: & Chri
ſtus in Cruce ſuſpẽſus & mortuus, antiqua
diaboli venena reſtrinxit, & omnes qui ab
eo percuſsi fuerant, liberauit.

G

Ex traditione non ſcripta, Crucis ſigno frontẽ terebãt olim Chriſtiani ad omnem actionem.
1 TERTVL. lib. de Corona militis,
Cap. 3. Ad omnem progreſſum atq; promo
tum, ad omnem aditum & exitum, ad veſti
tum & calcearum, ad lauacra, ad menſas, ad
lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quæcunq; nos
conuerſatio exercet, frontem Crucis ſigna
culo terimus.

2 GREG. Nazianz. orat. 1. Contra Iu
lianum apoſtatam. Sanè & ille (*ſcilicet Iulia
nus*) queadmodũ à multis refertur, nec à fi-
de eſt alienũ, in adytũ quendã multis inac-
ceſſum & horrendum deſcendit. Aderat &
multis adytis dignus, in his peritus quidam,
Iulian⁹ apoſtata territus à dæmonibus, eos Crucis ſigno profligat.
aut potius ſopluſta. Cùm autẽ generoſum
in progreſsione pauor innaſiſſet, ac al's duè
augeretur fieretq; terribilior, ſonitus quoſ-
dam iniucũdos eum audiuiſſe aiunt, necnõ
odores ſenſiſſe immundos, ac ignea vidiſſe
phantaſmata, & neſcio quas nugas, &
deliria. Re igitur inexpectata perculſus
(erat enim in talib⁹ nõdu valdè expertus)
ad Crucẽ & vetus remediũ confugit, hacq;
ob timorẽ ſignatur, adiutoremq; facit quẽ
perſequebať. At reliqua, terribiliora etiã:
prævaluit ſignaculum, ſuperãtur dæmones,
ſoluũtur timores. Quid deinde? reſpirat ma
lum, animatur rurſus, iterum impetus & ti-
mores priores, denuoq; ſignaculum, & cõ-
peſcũtur dæmones. In dubio igitur myſtes,
iuxtà verò myſtagogus, exponens veritatẽ,
abominationi, inquiens, illis fuimus, & ne-
quaquàm timori. Vincit quod deterius eſt.
Hæc dixit, ſimul & perſuaſit: perſuadẽſq;,
diſcipulũ ad perditionis deduxit barathrũ.

3 CHRYSOST. tom. 2. hom. 55. in
Matth. Sed veluti coronam, ſic læto animo
Crucẽ Chriſti circũferamus. Omnia enim
quæ ad ſalutem noſtram conducunt, per ip
ſam cõſummãtur. Nam cùm regeneramur,
Crux Dñi adeſt: Cùm ſacratiſsimo alimur
cibo, cùm in ordine conſecrãdi ſtatuimur,
vbiq; ac ſemper id victoriæ inſigne nobis
aſsiſtit: quapropter & in penetralibus, & in
Per Crucem conſummãtur omnia quæ ad ſalutem conducunt.
parietibus, & in feneſtris, & in frõte quoq;
ac mente, magno ſtudio Crucẽ inſeramus.
Id enim ſalutis noſtræ, id cõmunis liberta-
tis, id manſuetudinis atq; humilitatis Dñi
ſignum eſt. Ductus eſt enim vt ouis ad occi
Crux fronti, parietibus, et feneſtris, imprimitur.
ſionẽ. Quãdo igitur Cruce te ſignas, vniuer-
Iſa. 53. Act. 8.
ſam tecum Crucis cauſam verte, & iræ ac
reliquarum paſsionum incendia extingue:
quando te Cruce ſignas, magna tuam fron-
tem arma fiducia, libertate animũ munias:
In formatione Crucis quid cogitãdum.
nec enim latent vos quænam ſint, quibus
libertate donati ſumus. Paulus enim cùm
ad capeſſendam veram hanc libertatẽ nos
hortaretur, ad Crucis & ſanguinis Domini-
ci memoriam reduxit, dicẽs: Precio empti
1. Corint. 7.
eſtis, non ſitis ſerui hominum. Precium au-
tem hîc Crucem appellauit, quã nõ ſimpli-
citer digito in corpore, ſed magna profectò
fide in mente prius formare oportet. Nam
ſi hoc modo eã faciei tuæ impreſſeris, nul-
Dæmones ſignum Crucis timent.
lus ſceleſtorum dæmonum, cùm haſtam vi
deat qua lethale vulnus ſuſcepit, congredi
tecum audebit. Nam ſi cùm ſolummodò lo
ca in quib⁹ capite dãnati pœnas perſoluũt,
videmus, ingenti horrore cõcutimur: quid
paſſurum putas diabolum, ſi mucronem te-
nere te viderit, quo vires eius Chriſtus diſ-
ſoluit, & quo caput Draconis magno ictu ro
Gen. 3.
tauit? Noli ergò tãtò tu bono verecundari,
De Cruce nõ verecundandum.
ne, quãdo in maieſtate ſua veniet Chriſtus,
de te verecundetur. Tunc enim ſignũ hoc
ſuper

ſuper radios ſolis coruſcans, ante Chriſtum videbis. *Et mox.* Hoc ſignum & priſcis & noſtris tẽporibus clauſas ianuas reſerauit, hoc venenorum vires extinxit, hoc feroces beſtias repreſsit, hoc lethales ſerpenrum morſus curauit. Etenim ſi portas inferni perfregit, ſi cœlorum oſtia recluſit, ſi paradiſi renouauit ingreſſum, ſi diaboli neruos recidit: quid mirũ ſi peſtifera venena, atroces beſtias, aliaq; huiuſmodi ſuperauit? Hoc igitur in mẽte tua celato, & animarum amplectere ſalutem. Hæc Crux terrarum orbem cõuertit atq; ſanauit: hæc terrorem abegit, veritatem reduxit, terram in cœlum reſtituit, ex hominibus angelos effecit. Hæc Crux non terribiles, ſed deſpicabiles hominibus dæmones effecit. Hac Cruce mors in ſomnum redacta eſt: hac, omnia quæ nobis aduerſabantur, humi deiecta conculcantur.

Matth. 24.
Virtus ſigni Crucis.

4 B A S I L. lib. de Spiritu ſancto, Cap. 27. Nam ſi conſuetudines quæ ſcripto proditæ non ſunt, tanquàm haud multum habentes momenti, conemur reijcere, imprudentes & ea damnabimus quæ in Euãgelio neceſſaria ad ſalutem habentur, immo potius ipſam fidei prædicationem ad nudum nomen contrahemus. Quod genus eſt (vt id quod primum eſt & vulgatiſsimum primo loco cõmemorem) ut ſigno Crucis eos, qui ſpẽ collocarunt in Chriſtum, ſignemus, quis ſcripto docuit?

Traditio eſt non ſcripta, Cruce frontẽ ſignare.

5 A V G V S T. tom. 9. in Ioan. tract. 118. Quid eſt quod omnes nouerũt, ſignum Chriſti, niſi Crux Chriſti? Quod ſignum niſi adhibeatur ſiue frõtibus, ſiue ipſi aquę qua regenerantur, ſiue oleo quo chriſmate vnguntur, ſiue ſacrificio quo aluntur, nihil eorum ritè perficitur.

Sine Crucis ſigno non ritè perficiuntur ſacramẽta.

6 HIERONIM. tom. 1. Epiſt. 22. ad Euſtochium, de cuſtodia virginitatis. Ad omnem actum, ad omnẽ inceſſum, manus pingat Crucem.

Ad omnem actũ manus pingat Crucem.

7 I D E M tom. 3. Epiſt. 128. ad Fabiolã, de veſte ſacerdotali. Quod olim in lamina monſtrabatur, in ſigno oſtenditur Crucis. Tunc ſignum, iuxta Ezechielis vocem, gementibus figebatur in fronte: nunc portantes Crucem dicimus: Signatũ eſt ſuper nos, lumen vultus tui, Domine.

Exo. 28.
Signum Crucis olim præfiguratum.
Ezech. 9.
Pſal. 4.

8 P A L L A D I V S Heraclides, Sanctorum Patrum, hiſtoria. 149. *Loquens de adoleſcente ad virginem ingreſſo, ſic ait.* In locum occultum cum ea ingreſſus, dicit ei: Surge, ſerua te ipſam. Et cùm eam ſuis veſtibus induiſſet, tunica, camiſia, & chlamyde, & omnibus virilibus, dixit ei: Egredere, te ſumma chlamydis parte tegens. Quæ cùm ſic feciſſet, & ſe totã ſigno Crucis munijſſet, egreſſa ex illo loco omnino incorrupta & impolluta, ſeruata eſt, Chriſti gratia, & cauſa adoleſcentis qui eã ſuo ſanguine liberauit à turpi vitio.

Crucis ſignũ tẽpore Apoſtolorũ, virginem liberat.

H 1 C H R Y S O S T. tom. 2. in Matth. homi. 55. Vide ſuprà, litera. G. auth. 3.

2 I D E M tom. 5. hom. Quòd Chriſtus ſit Deus. Veruntamen hoc maledictum, hoc abominabile, hoc extremi ſupplicij ſymbolum, Crux, diadematibus & coronis clarius factum eſt. Neque enim ſic regia corona ornatur caput, vt Cruce, quæ omni cultu dignior: & quam omnes prius abhorrebant, eius figuram tantopere quærunt: atq; adeò vbiq; ea inuenitur apud principes, apud ſubditos, apud mulieres, apud viros, apud virgines, apud nuptas, apud ſeruos, apud liberos: ſubinde omnes ea ſe ſignaut, inſcribendo in nobiliſsimum membrũ noſtrum. In fronte enim noſtra quaſi colũna quotidie figuratur. Sic in ſacra menſa, ſic in ſacerdorum ordinationibus, ſic iterũ cũ corpore Chriſti, in myſticis cœnis fulget. Hanc vbiq; celebrari videre licet, in domibus, in foro, in ſolitudine, in vijs, in montibus, in collibus, in vallibus, in mari, in nauigijs, & inſulis, in lectis, in veſtibus, in armis, in thalamis, in ſympoſijs, in vaſis argenteis, in aureis, in margaritis, in murorum picturis, in corporibus brutis malè affectis, in corporibus à dæmonibus obſeſsis, in bello, in pace, in diebus, in noctibus, in delicatorũ choreis, in monachorũ ordinibus: adeò certatim donum hoc cœleſte rapiunt omnes. Mira eſt hæc gratia, nullus confunditur, nullus erubeſcit, cogitans quòd maledictæ mortis ſymbolũ fuerit: ſed omnes ipſo magis ornãtur, quàm diadematum coronis, vel multis gẽmatis monilibus & torquibus. Et nõ ſolùm non fugitur, ſed & deſyderatur & adamatur, & oẽs de ea ſoliciti ſunt, & vbiq; fulget & ſparſa eſt in parietibus domorum, in culminibus, in libris, in ciuitatibus, in vicis, in locis quæ habitantur, & quæ non habitantur. *Et paulò pòſt.* Ipſum ergò hoc lignum, in quo poſitum ſanctum corpus Dñi & Crucifixum, quare nã habere totus mundus ita contendit, vt qui paruum quiddam ex illo habẽt, hoc auro includãt, tàm viri, quàm mulieres, & ceruicibus ſuis aptent, hinc valde honeſtati, & magnifici, & mu-

Figura Crucis frequens olim apud Chriſtianos.

Particulas ligni Crucis auidè olim optabãt Chriſtiani.
Auro incluſas Crucis particulas de collo ſuſpendebant

Chriſtiani, protectionis cauſa.

& muniti,& protecti,licèt condemnationis fuerit lignum?

Signum Crucis in pectore.

3 IDEM tom.2.in Matt.hom.88. Hęc audientes,aduerſùs omnem furorem & irā diligenter nos armemus. Si ſuccēdi cor tuū ſenſeris,pectus continuò ſignaculo Crucis ſignato:repete memoria quę tunc facta fuerunt,& ira illicò tāquā puluis diſſipabitur.

4 PRVDENTIVS in hymno ante ſomnum.

Signum Crucis in frōte, et ſuper cor. Virtus ſigni Crucis.

Fac,cum vocante ſomno
Caſtum petis cubile,
Frontem,locumq́ cordis
Crucis figura ſignet.
Crux pellit omne crimen,
Fugiunt Crucem tenebræ,
Tali dicata ſigno
Mens fluctuare neſcit.

Signum Crucis in frōte.

5 AVGVST. tom.4.lib. de Catechizādis rudibus,Cap.20. Chriſti paſſionis & Crucis ſigno,in frōte hodie,tāquā in poſte ſignādus es,omneſq; Chriſtiani ſignantur.

I 1 HISTORIA Tripatti.lib.6.Cap.1.(*Ex hiſtoria Theodoreti,lib.3.cap.3.*) Cœpit igitur Iulianus imperialia ſceptra deſyderare. Quāobrem diſcurreos per vniuerſam Hellada,vates quærebat reſponſa reddentes,conſulens,an ad ſuū Imperiū perueoiret:inuēnitq; virū qui illi deſyderata ſe dicere fateretur. Is eū perduceos ad quendā Idolorū locum,& introducens io adytū ſeductores dæmones euocauit. Quibus ſolēniter apparentibus,terrore cōpellitur Iulianus in frōte ſua Crucis formare ſignaculū. Tūc dæmones trophæi Dominici figuram reſpiciētes,& ſuæ recordati deuictionis,repētè diſparuerūt. Quod cognoſcēs Magus, cœpit inculpare Iulianū. At ille & terrorē ſignificauit,& de Crucis ſe dixit obſtupuiſſe virtute,eò quòd videntes hoc ſignū dæmones euanuiſſent. Porrò Magus: Nō hoc ſuſpicêris,inquit,ô bone vir,eos timuiſſe,ſicut ais,ſed abominati potius hoc ſignum,abſceſſerunt. Et ita capiens miſerum,odio repleuit ſignaculi Iulianum.

Iulianus Apoſtata Crucis ſigno dæmones fugat.

2 CHRYSOST. tom.4.in Epiſt.ad Philip.hom.13.*In illud,inimici Crucis Chriſti.* Erāt enim quidā ſimulātes quidē Chriſtianiſmū,remiſsè tamen & delicatè viuentes: hoc autē contrariū erat Cruci. Quapropter iſta dixit. Crux enim animi eſt ad aciem inſtructi & mortificati,nihilq; remiſsè quęrentis:illi verò cōtraria ſunt cōuerſatione. Itaq; & ſi dicant ſe Chriſti eſſe, ſunt tamē inimici Crucis. Nam aliòquin ſi Crucem dilexiſſēt,vitā ſtuduiſſēt viuere crucifixā. Nō eſt crucifixus Dn̄s tuus? Imitare Dn̄m, crucifige teipſum,etiāſi nemo te crucifigat. Crucifige teipſū,nō vt teipſum interimas, abſit:eſſet enim hoc impiū: ſed quomodo Paulus dixit:Mihi enim,inquit,mūdus crucifixus eſt,& ego mūdo. Si diligis Dominū tuū,mortē illius morere. Diſce quanta ſit Crucis virtus,quanta peregerit, & quanta adhuc perficiat, quomodo ſit munimentū vitæ. Per hanc perfecta redduntur omnia, baptiſma quoq; per Crucē datur. Oportet enim ſignaculū iſtud aſſumere. Et manus imponūtur per Crucē,& Cruce vtimur ſiue in itinere ſimus,ſiue in domo,aut certè vbicunq; ſimus. Magnū bonum eſt Crux, ſalutaris armatura,ſcutū inexpugnabile. Cùm ergò ſis illi inimicus,geſtas Crucē? Nō ſolū obſignatus ſis Cruce,ſed & Crucē patiens. Solet enim Chriſtus paſſiones & afflictiones,crucem vocare:vt cùm dicit, Niſi quis tulerit crucē ſuā,& me ſecutus fuerit: hoc eſt,niſi quis paratus fuerit ad mortem.

Philip. 3.

Qui Chriſtū colunt Crucifixum, debent ſeipſos crucifigere.

Galat.6.

Crucis laudes & vſus eius vbiq;.

Matth. 16. Luc.14.

3 AVGVST. tom.4.lib. quæſtionū veteris & noui teſtamenti, q.114. Sed pręſente ſigno Crucis obmuteſcit paganitas: & ſi adeſt,quam vocant ſtultam,prudentia illa,ſacra illorū reſpōdere nō audēt. Reprimuntur eoim exta illorū,reſpōdere nō audēt,& occultātur ob reuerentiā Chriſtianę maieſtatis. Magna res eſt vt illa quā vocāt prudentiam, metuat illam quā vocant ſtultitiam.

Præſente ſigno Crucis obmuteſcit paganitas.

4 IDEM tom.9.in Ioan.tract.118. Vide, ſuprà,litera. G.autho.5.

5 BASIL. lib.de Spiritu ſancto, Cap. 27. Vide ſup.litera.G.autho.4.

6 IDEM. in Pſal.114.verſu.1. Ipſum itaq; dilexi,nēpe Deū,omniū quæ expetēda mihi veniūt,ſupremū,cuius vnius gratia in me recepi haſce afflictiones cū gaudio tolerādas. Hę porrò cuiuſmodi ſint,pòſt paulò enarrat:Dolores videlicet mortis,pericula inferni,tribulationē & dolorē. Quæ oīa ob amorē io Deū,& ob ſpē repoſitā ijs qui ob pietatē ærūnas afflictionesq; ſuſtinent, amabilia ipſis apparuêre. Hoſce.n. agones libera animi electione, nō itē inuitus, ſiue vlla vi adactus,ſuſtinui,ait: Sed ardore mētis quodā & affectu, laborioſa hæc ſuſcepi, vt poſſim dicere:Quoniā propter te mortificamur tota die. Ac vidētur iſta verbis Apoſtoli ęquiualere,& eodē à propheta affectu dici,quo ab Apoſtolo: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio,an anguſtia? an

Afflictiones libenter tolerandæ.

Pſal. 43.

Roma.8.

an perſecutio? an fames?an nuditas? an periculum?an gladius? Dilexi igitur hæc omnia, ſciens quòd hæc ego tolerem ac ſuſtineam vitæ diſcrimina pro tuenda pietate, mei huius certaminis ſpectatore & arbitro præmiorum vniuerſorum Domino.

Pſal. 115.

Calicis nomine tolerãtia paſſionum deſignatur.

2 IDEM in Pſalmum. 115. verſu, *Calicem ſalutaris accipiam*. Appellatione Calicis tolerantiam ſubindicat, ſudoremq; certaminum in gratiam tuendæ pietatis, ſimulq; pertinacem conatum, quo ad mortem vſque aduerſùs peccatum reſiſtimus. Hic planè Calix fuerit quem & in Euangelicis literis inducitur Saluator docuiſſe: Pater, ſi poſsibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Rurſus idem diſcipulis: Poteſtis bibere Calicem quem ego bibiturus ſum? Mortem vtiq; declarabat, quam pro mũdi ſalute ſuſcepit. Ob id dicit: Calicem ſalutaris accipiam, hoc eſt, ſitienter & cupidè cõtendo ad perfectionẽ, per martyrium: animæ nimirum corporiſq; requiem ducens, non item dolores, quæ pro pietate decertaturus tolerabat ſupplicia. Ait itaq; : Meipſum Domino offerã in ſacrificiũm & oblationem, cùm cætera omnia exiſtimem munifici adeò benefactoris dignitate lõgè eſſe inferiora.

Matth. 26.

Matth. 20.

Multa pro nobis Chriſtus eſt paſſus, vt nos libenter patiamur.

Ioan. 17.

3 CHRYSOST. tom. 4. In epiſt. ad Epheſ. homil. 8. Si Chriſtus ipſe pro me ſeruus factus, gloriamq; ſuam exutus, tanti nõ duxit eſſe in gloria, quanti quòd mei gratia Crucem ſubiret: quid quæſo illius nomine ferre non debeo? Audi ſiquidem quid ipſe dicat: Glorifica me, inquit, tu Pater. Quid dicis? Ad Crucem cum latronibus ac prædonibus ducendus, maledictorumq; necem ſubiturus: deinde & conſpuendus, & virgis percutiendus es atq; alapis: & iſta vocas gloriam? vtiq;, inquit: Nam pro dilectis iſta patiar, atq; ea nũc mihi pro gloria duco. Si gloriam iſtud vocat, quòd miſeros & calamitoſos ita dilexerat: ſi gloria illi non in patrio throno, neque in diuina illa gloria, ſed in contumelia reputata eſt, eamq; reliquis prępoſuit: multò magis mihi iſtud pro gloria ducendum eſt.

Dæmones timent martyrum reliquias: & fugiunt audito Crucis nomine.

4 IDEM tom. 3. homil. 4. De laudibus Pauli. Vnde igitur non ſolùm Crucifixum, ſed & etiam pro ipſo occiſorum fauillas dæmones contremiſcunt? Cuius rei gratia, ſaltem nomen audientes Crucis, in fugam reſiliunt: cùm certè ſi ſe res haberet aliter, magis eos oporteret irridere, quàm fugere? An fortè Crux quid clarũ videtur ac nobile? Immo è contrario turpis & exprobabilis mors. Eſt enim & vtiq; pœnalis mors, & omninò teterrima, & apud Iudæos maledicta, & inter Gentiles abominanda. Vnde igitur illam dæmones reformidant, niſi de virtute Crucifixi? Si enim illam per ſe ipſam timerent, quanquàm & hoc ipſum de his eſſet indignum, tamen & ante illum & poſt illum pleriq; crucifixi ſunt, & cum ipſo etiam duo. Quid igitur ſi inuocet aliquis nomen latronis, vel alterius cuiuſquam crucifixi, dæmon'ne fortè timebit, ac fugiet? Nequaquàm, quinimmò ridebit. Si verò Ieſum addideris Nazarenum, velut ab igne repentè diffugiet.

Crucis fructus.

5 IDEM tomo. 3. homil. 1. De Cruce & latrone. Hodierna die noſter Dominus pependit in Cruce, & nos feſtiuitatem eius nimia lætitia celebremus, vt diſcamus Crucem totius ſpiritalis gratulationis eſſe ſubſtantiam. Etenim antè, ipſum vocabulum crucis, pœna fuit, ſed nunc ad gloriam nuncupatur. Anteà condemnationis ferebat horrorem, nunc ſalutis indicium eſt. Crux enim nobis totius beatitudinis cauſa eſt. Hæc nos à cæcitate liberauit erroris: hæc è tenebris reddidit luci: hęc debellatos quieti ſociauit: hæc alienatos, Deo coniunxit: hæc longè conſtitutos, Deo proximos præſentauit: hæc peregrinantes, ciues oſtendit: hæc diſcordiæ amputatio eſt: hæc pacis firmamentum: hæc bonorum omnium abũdans largitio. Iſtius cauſa nullis anguſtijs deſerti erramus, quia iam nobis campi mõſtrati ſunt veritatis.

Hæc ferè omnia deuident nunc hæretici, qui ſignũ etiã Crucis execrantur, vſumq; illius ad magiam impiè referunt.

6 AVGVST. tom. 10. ſermo. 19. de Sanctis. Hoc ſignum (*Crucis*) præſidiũ eſt amicis, obſtaculum eſt inimicis. Huius Crucis myſterio rudes catechizantur, eodem myſterio fons regenerationis conſecratur, eiuſdem Crucis ſigno per manus impoſitionem, baptizati dona gratiarum accipiunt. Cum eiuſdem Crucis charactere Baſilicæ dedicantur, altaria conſecrantur, altaris ſacramenta cum interpoſitione Dominicorum verborum conficiuntur: Sacerdotes & leuitæ per hoc idem ad ſacros ordines promouentur. Et vniuerſaliter omnia Eccleſiaſtica Sacramenta in huius virtute perficiuntur.

Mat. 26. & 27.

7 IDEM tom. 8. in Pſalm. 36. concione. 2. verſu, *Confirmat autem iuſtos Dominus*. Vide quid propter te pertulit, qui quare perferret non habebat. Quantacũq; patiaris, nõ peruenies ad illas inſultationes,

tiones,ad illa flagella, ad illam ignominioſam veſtem, ad illam ſpineam coronam,ad illam poſtremò Crucē non peruenies quia iam & de pœna humani generis ſublata eſt. Cùm enim ſub antiquis ſceleratis crucifigerentur,modò nullus crucifigitur.Honorata eſt, & finita eſt.Finita eſt in pœna, manet in gloria.A locis ſuppliciorum,fecit tranſitum ad frontes Imperatorum. Qui tantum honorem dedit pœnis ſuis, quid ſeruat fidelibus ſuis?

Crux in frontibus Imperatorum.

8 ET in Pſal. 141. Inſultet ille (*nempè, paganus*) Crucifixo Chriſto,videam ego in frontibus Regum Crucem Chriſti. Quod irridet,ibi ſaluor.Nihil eſt ſuperbius ægroto,qui deridet medicamentum ſuum. Si nō derideret,acciperet & ipſe, & ſanaretur. Crux illa ſignum eſt humilitatis,ille autem ſuperbia nimia non agnoſcit vnde ſanetur tumor animæ ſuæ. Si autem ego agnoſco, in via ambulo, vſq; adeò de Cruce nō erubeſco,vt non in occulto loco habeā Crucē Chriſti,ſed in fronte portem.

Crux Chriſti in frontibus Regū, & omnium Chriſtianorum.

9 IDEM tom.1.lib.1.Confeſſ. Cap.11. Audieram ego adhuc puer de vita æterna nobis promiſſa per humilitatem Domini Dei noſtri deſcendentis ad ſuperbiam noſtram, & ſignabar iam ſigno crucis eius, & condiebar eius ſale,iam inde ab vtero matris meæ,quæ multum ſperauit in te.

Crux in fronte.

10 IDEM tom. 4. De Catechizandis rudibus.Cap. 20. Apertius autem Chriſti paſsio in illo populo figurata eſt,cùm iuſsi ſunt ouem occidere,& manducare, & de ſanguine eius poſtes ſuos ſignare,& hoc celebrare omni anno, & appellare Paſcha Domini. Manifeſtiſsimè quippe Propheta de Domino Ieſu Chriſto dicit,Quia tanquàm ouis ad immolandum ductus eſt.Cuius paſsionis & Crucis ſigno in frōte hodie tanquàm in poſte ſignandus es, omneſq; Chriſtiani ſignantur.

Iſai. 53.

Crux in fronte.

11 IDEM tom.8.in Pſalm.30. concione. 3.verſu,Perfeciſti eis, &c.Quomodo vis uit Deus in corde tuo, ſic habitet in ore tuo: quia non ſine cauſa ſignum ſuum Chriſtus in fronte nobis figi voluit tanquàm in ſede pudoris, ne Chriſti opprobrio Chriſtianus erubeſcat.

Chriſtus voluit vt in frōte Crucis ſignum figatur.

12 IDEM tom.9.in Ioan.tractat.3. Homines ſumus, quod puto non diu eſſe ſuadendum charitati veſtræ.Chriſtiani: & ſi. Chriſtiani,vtiq; ipſo nomine ad Chriſtum pertinentes.Huius ſignum in fronte geſtamus:de quo nō erubeſcimus, ſi & in corde geſtamus.

Crucis ſignum in frōte & in corde.

13 ET Tracta. 36. Elegit Chriſtus extremum & peſsimum genus mortis, qui omnem fuerat ablaturus mortem. De morte peſsima occidit omnem mortem:peſsima enim erat non intelligentibus Iudæis,nam à Domino electa erat.Ipſam enim Crucem ſuam ſignum habiturus erat, ipſam Crucē de diabolo ſuperato tanquàm trophæum in frontibus fideliū poſiturus, diceret Apoſtolus,Mihi autem abſit gloria niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Nihil erat tūc in carne intolerabilius,nihil eſt nunc in fronte glorioſius. Quid ſeruat fideli ſuo, qui talem honorem dedit ſupplicio ſuo?

Crucis ſignum in fronte.

Galat. 6.

14 IDEM Tom.10.ſermo.18.De Verbis Domini. Si genus mortis exhorreſcit infirmitas, nihil illo tempore fuit ignominioſius quàm mors crucis.Non enim fruſtrà cōmendans eius obedientiam Apoſtolus,addidit dicens,Factus eſt obediens vſq; ad mortem,mortē autem Crucis. Sed quia ipſe honoraturus erat fideles ſuos in fine huius ſeculi, prius honorauit Crucē in hoc ſeculo,vt terrarum principes credentes in eum,prohiberent aliquem nocentium crucifigi, & quod cum magna inſultatione perſecutores Iudæi Dño procurarunt, magna fiducia ſerui eius,etiam & Reges, in fronte nunc portant.

Philip. 2.

Chriſti Crux in frontibus Regum, & omnium.

15 IDEM tom. 5. lib. 22. de Ciuitate Dei, Cap.8. In eadem Carthagine, Innocentia religioſiſsima fœmina de primarijs ipſius ciuitatis,in mammilla cancrum habebat: rem(ſicut medici dicunt)nullis medicamentis ſanabilem. Aut ergò præcidi ſolet & à corpore ſeparari membrum vbi naſcitur: aut, vt aliquanto homo quietius viuat, fomentis eſt peſtis mitiganda frequentibus. Nam vt inde mortem quamlibet tardius affuturam confidamus, ſecundùm Hippocratis, vt fertur, ſententiam, omnis eſt omittenda curatio. Hoc illa à perito medico, & ſuæ domui familiariſsimo,acceperat:& ad ſolum Deum ſe orando conuerterat.Admonetur in ſomnis appropinquante Paſcha, vt in parte fœminarum obſeruāti ad baptiſterium, quæcunq; illi baptizata primitus occurriſſet, ſignaret ei locum ſigno Crucis Chriſti:fecit,& confeſtim ſanitas ſecuta eſt.

Signo Crucis ſanatur morbus Cancri.

LE-

LECTIO SEPTIMA.

DOCTOR.

QVID iam ſequitur in ordine Symboli?

ADOLESCENS.

Deſcendit ad Inferos, tertia díe reſurrexit à mortuis.

DOCTOR.

Quonam tu ſenſu accipis hunc Chriſti deſcenſum ad Inferos?

ADOLESCENS.

Sanè vt quemadmodum corporali [a] ſuo adſpectu, magnam ſpem ſalutis conſequendæ iniecerat ijs qui vel tùm viuebant, vel erant aliquando victuri: ita Patres iam vita functos, & in limbo degentes, certiores redderet partæ [b] iam gloriæ, animæ ſuæ præſentia, doloribus ac metu iam antè diuexatæ.

DOCTOR.

Cenſes ergò hîc inferorum nomine, neq; accipiendum eſſe horrorem quem Ieſus in Cruce gemens acerbum ſenſit, hæc enim omnia adhuc vitam agenti contigerunt: neq; eius ſepulturam intelligendam, diſtincta enim eius paulò antè fit mentio, ſed vis omnino credi viſitatas ab eo fuiſſe Patrum animas, quæ [c] in limbo detinebantur.

a *Matth. 18. Luc. 19. Ioann. 3. Epheſ. 2. Titum. 3. Hebra. 5. 1. Petr. 3.*

b *Zach. 9. Eccli. 24. 1. Petr. 3. Acto. 2. Iren. li. 5. Iuſti. dial. cum Trypho. Auguſt. epiſt. 99. et. 57. & de fide ad Pet. cap. 2. & cont. Felici. tom. 6. c. 14. & 16. Niceph. lib. 1. c. 31. Orig. in epiſ. ad Roman. c. 5. Amb. lib. 3. de fide. c. 3. Baſil. in pſal. 48. Ruffi in ſymb. Hiero. in epiſ. ad Ephe. c. 4.*

c *Luc. 16. 1. Petr. 3.*

ADOLESCENS.

Planè omnino, præterquàm enim quòd is eſt germanus earum ſcripturarum ſenſus, [d] quæ huc adferri ſolent ab Eccleſia, ſanè illud erat Chriſti in primis officium, vt per omnia ſimilis nobis fieret abſq; peccato, & æterna peccati pœna. Quare ſi iuſtorum hominum animæ antequàm ille homo fieret, vnà cum corporibus non erant incluſæ ſepulchris, ſed eum in locum quem nos limbum appellamus, relegatæ, certò nobis illud conſtare debet, eas ſuauiſsima Domini ſui præſentia fraudatas non fuiſſe, ſed hoc illum ſeſe ad tempus exilio multaſſe, vt ab eo penitus illas vindicaret.

d *Hiero. in Zach. c. 9.*

DOCTOR.

Iam quia ſeſe offert altera pars articuli de Chriſti Reſurrectione, habes'ne quod ea de re nobis ediſſeras?

ADO-

ADOLESCENS

Habeo: hanc enim ego diuina virtute factam fuiſſe ſentio, tùm vt hac [e] nobis via, vera iuſtitiæ (quæ germana eſt reſurrectio à peccato) ratio pararetur, tùm vt certiſsima fide intueremur noſtram ipſorum reſurrectionem, cùm eius tanquàm [f] Capitis mēbra ſimus, cui vt quàm ſimilimi reſurgamus, nouã quotidie ſanctimoniam [g] bonis operibus debemus conſectari.

e *Oſe. 6. Matth. 18. Act. 2. & 13. Ro. 1. 4. 6. 8. & 14. 1. Cor. 15. Coloſ. 2. 2. Tim. 2.*
f *Ioan. 12. Act. 17. & 23.*
g *Roma. 6. Epheſ. 4. Philip. 3. 1. Pet. 1. Apoca. 20. Tit. 3.*

DOCTOR.

Cur porrò dilata eſt in tertium vſque diem iſta Chriſti Reſurrectio?

ADOLESCENS.

Quòd per multa huc ſpectarent Prophetarum [h] oracula, eſſetq; omnis occaſio ijs præcidenda, qui forſan olim in ſpeciem de vera eius morte dubitaſſent, ſi ante diem tertium reuixiſſet.

h *Ioann. 2. Matt. 12. & 16. Hieron. in. c. 2. Ion. Tertul. de reſurrec. car. Aug. de de conſen. Euãg. lib. 3. c. 4. Chryſoſt. in Matth. & Theophy.*

AVTHORIT. SCRIPT.

A MATTH. Cap. 18. Venit enim filius hominis ſaluare quod perierat.

LVCAE Cap. 19. Venit enim filius hominis, quærere & ſaluum facere quod perierat.

IOAN. Cap. 3. Vide ſuprà, lect. præceden. litera F.

AD EPHES. Cap. 2. Deus autem (qui diues eſt in miſericordia) propter nimiam Charitatem ſuam qua dilexit nos, & cùm eſſemus mortui peccatis, cõuiuificauit nos in Chriſto, (cuius gratia eſtis ſaluati) & conreſuſcitauit, & conſedêre fecit in cœleſtibus in Chriſto Ieſu, vt oſtenderet in ſeculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ, in bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu.

AD TITVM Cap. 3. Cûm autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris noſtri Dei: non ex operibus iuſtitiæ quę fecimus nos, ſed ſecundùm ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abũdè per Ieſum Chriſtum Saluatorē noſtrum: vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundùm ſpem vitæ æternæ.

AD HEBR. Cap. 5. Et conſummatus, factus eſt omnibus obtēperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ.

PRIOR. Petri, Cap. 3. Vide ſuprà, lectione præced, litera: M.

B ZACHA. Cap. 9. Tu quoq; in ſanguine teſtamenti tui, emiſiſti vinctos tuos, de lacu in quo non eſt aqua.

ECCLESI. Cap. 24. Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inſpiciã omnes dormientes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino.

PRIO. Petri, Cap. 3. Vide ſuprà, lect. præceden. litera. M.

ACTO. Cap. 2. Hunc (*Ieſum*) definito conſilio & præſciētia Dei traditum, per manus iniquorum affigentes, interemiſtis: quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni, iuxta quod impoſsibile erat teneri illum ab eo. Dauid enim dicit in eum, Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper: quoniam à dextris eſt mihi ne commouear. Propter hoc lætatũ eſt cor meum, & exultauit lingua mea: inſuper & caro mea requieſcet in ſpe. Quoniam non derelinques animam meã in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. *Pſalm. 15.*

C LVCAE Cap. 16. Factum eſt autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ.

PRI. Petri, Cap. 3. Vide ſuprà, lect. præceden. litera. M.

E OSEAE Cap. 6. Viuificabit nos poſt

duos dies:in die tertia ſuſcitabit nos, & viuemus in conſpectu eius.

MATTH. Cap. 28. Reſpondens autem Angelus dixit mulieribus, Nolite timere vos:ſcio enim quòd Ieſum qui Crucifixus eſt,quęritis.Nõ eſt hic:ſurrexit enim ſicut dixit. Venite & videte locum vbi poſitus erat Dominus.Et citò euntes,dicite diſcipulis *eius* quia ſurrexit:& ecce præcedit vos in Ga*li*læam,ibi eũ videbitis:ecce prędixi vob *is*.

ACTOR. Cap.2. Viri fratres,liceat audenter dicere ad vos de Patriarcha Dauid,quoniam defunctus eſt,& ſepultus eſt: & ſepulchrum eius eſt apud nos, vſque in hodiernum diẽ.Propheta igitur cùm eſſet, & ſciret quia iureiurãdo iuraſſet illi Deus de fructu lumbi eius ſedere ſuper ſedem eius:pꝛouidẽs locutus eſt de reſurrectione Chriſti,quia neque derelictus eſt in inferno,neq; caro eius vidit corruptionẽ. Hunc Ieſum reſuſcitauit Deus, cuius omnes nos teſtes ſumus.

ET Cap.13.Cùmq; cõſummaſſent omnia quæ de eo(*ſcilicet Chriſto*)ſcripta erant, deponentes eum de ligno,poſuerunt in monumento.Deus verò ſuſcitauit eum à mortuis tertia die:qui viſus eſt per dies multos his qui ſimul aſcenderãt cum eo de Galilæa in Hieruſalem,qui vſque nunc ſunt teſtes eius ad plebem.Et nos vobis annunciamus eã quæ ad patres noſtros repromiſsio facta eſt : quoniam hanc Deus adimpleuit filijs noſtris,reſuſcitãs Ieſum,ſicut & in Pſalmo ſecundo ſcriptum eſt,Filius meus es tu, ego hodie genui te.Quòd autem ſuſcitauit eum à mortuis, amplius iam non reuerſurum in corruptionẽ,ita dixit,Quia dabo vobis Sancta Dauid fidelia.Ideoq; & aliâs dicit,Non
Iſai.55. dabis Sanctum tuum vidêre corruptionem.
Pſal.15. Dauid enim in ſua generatione cùm adminiſtraſſet,voluntati Dei dormiuit: & appoſitus eſt ad patres ſuos, & vidit corruptionem.Quem verò Deus ſuſcitauit,non vidit corruptionem.Notum igitur ſit vobis, viri fratres,quia per hunc vobis remiſsio peccatorum annunciatur,ab omnibus quibus nõ potuiſtis in lege Moyſi iuſtificari. In hoc omnis qui credit,iuſtificatur.

AD ROM. Cap.1.Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundùm carnem, qui prædeſtinatus eſt Filius Dei in virtute, ſecundùm ſpiritũ ſanctificationis,ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſti Dñi noſtri, per quẽ accepimus gratiam & Apoſtolatũ ad obediendum fidei in omnibus Gentibus pro nomine eius,in quibus eſtis & vos vocati Ieſu Chriſti.

ET Cap.4.Traditus eſt propter delicta noſtra,& reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.

ET Cap.6.An ignoratis,quia quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus?Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem: vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris,ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus.Hoc ſcičtes quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt,vt deſtruatur corpus peccati, vt vltrà non ſeruiamus peccato.Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato.Si autem mortui ſumus cum Chriſto:credimus quia ſimul etiã viuemus cum Chriſto:ſcientes quòd Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltrà non dominabitur. Quod enim mortuus eſt,peccato mortuus eſt ſemel : quod autem viuit,viuit Deo:Ita & vos exiſtimace,vos mortuos quidem eſſe peccato:viuentes autem Deo in Chriſto Ieſu Dño noſtrò. Non ergò regnet peccatum in veſtro mortali corpore vt obediatis concupiſcentijs eius. Sed neque exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato: ſed exhibete vos Deo,tãquàm ex mortuis viuentes:& membra veſtra arma iuſtitiæ.

ET Cap.8.Quis accuſabit aduerſùs electos Dei?Deus qui iuſtificat. Quis eſt qui condemnet?Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt, immò qui & reſurrexit, qui eſt ad dexterã Dei,qui etiam interpellat pro nobis.

ET Cap. 14. In hoc enim Chriſtus mortuus eſt,& reſurrexit: vt & mortuorũ, & viuorum dominetur.

PRIO. Ad Corinc.Cap.15. Vide ſuprà,lect.5.lit.M. *Et deinde*.Si autem Chriſtus prædicatur quòd reſurrexit à mortuis: quomodo quidam dicunt in vobis, quoniã reſurrectio mortuorum non eſt ? Si autem reſurrectio mortuorum non eſt:neq; Chriſtus reſurrexit.Si autem Chriſtus non reſurrexit,inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides veſtra.Inuẽnimur autem & falſi teſtes Dei : quoniam teſtimonium diximus aduerſùs Deum, quòd ſuſcitauerit Chriſtum, quem non ſuſcitauit, ſi mortui non reſurgunt. Nam ſi mortui non reſurgunt,neque Chriſtus reſurrexit. Quòd ſi

Chriſtus non reſurrexit:vana eſt fides veſtra, adhuc enim eſtis in peccatis veſtris. Ergô & qui dormierunt in Chriſto, perierunt. Si in hac vita tantùm, in Chriſto ſperantes ſumus: miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Nunc autem Chriſtus reſurrexit à mortuis primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominẽ mors, & per hominem reſurrectio mortuorum. Et ſicut in Adam omnes moriũtur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.

AD COLOS. Cap.2. Vide ſuprà, lect.6.lit.M.

POSTE. Ad Timot.Cap. 2. Memor eſto, Dominum Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis, ex ſemine Dauid, ſecũdùm Euangelium meum, in quo laboro vſque ad vincula, quaſi malè operans: ſed Verbum Dei non eſt alligatum. Ideò omnia ſuſtineo propter electos: vt & ipſi ſalutem conſequantur, quæ eſt in Chriſto Ieſu cum gloria cœleſti Fidelis ſermo. Nam ſi commortui ſumus, & conuiuemus.

F IOAN. Cap. 12. Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. (hoc autem dicebat, ſignificans qua morte eſſet moriturus.)

ACTOR. Cap. 17. Et tempora quidem huius ignorãtiæ deſpiciens Deus, nũc annunciat hominibus vt omnes vbiq; pœnitentiam agant, eò quòd ſtatuit diem in quo iudicaturus eſt orbem in æquitate, in viro in quo ſtatuit, fidem præbẽs omnibus, ſuſcitans eum à mortuis.

ET. Cap.23. Sciens autem Paulus quia vna pars eſſet Sadducæorum, & altera Phariſæorũ, exclamauit in cõcilio, Viri fratres, ego Phariſæus ſum, filius Phariſæorum: de ſpe & reſurrectione mortuorum ego iudicor. Et cum hæc dixiſſet facta eſt diſſenſio inter Phariſæos & Sadducæos, & ſoluta eſt multitudo.

G AD ROMAN. Cap. 6. Vide ſup. litera.E.

AD EPHES. Cap.4. Vos autẽ non ita didiciſtis Chriſtum: ſi tamen illum audiſtis, & in ipſo edocti eſtis, (ſicut eſt veritas in Ieſu.) Deponite vos, ſecũdùm priſtinam conuerſationem, veterem hominem, qui corrumpitur ſecundùm deſyderia erroris. Renouamini autẽ ſpiritu mentis veſtræ: & induite nouũ hominẽ qui ſecũdùm Deũ creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatẽ, vnuſquiſq; cum proximo ſuo: quoniam ſumus inuicem membra. *Et cætera vſq, ad finem capitis.*

AD PHILIP. Cap.3. Sed quæ mihi fuerũt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta. Veruntamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiã Ieſu Chriſti Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucriſaciam & inueniar in illo non habens meam iuſtitiam quæ ex lege eſt, ſed illam quæ ex fide eſt Chriſti, quæ ex Deo eſt iuſtitia in fide: ad cognoſcendum illum, & virtutem reſurrectionis eius, & ſocietatem paſsionũ illius: configuratus morti eius, ſi quo modo occurram ad reſurrectionem quæ eſt ex mortuis.

PRIOR. Petri, Cap. 1. Vide ſuprà, lect.1.lit.G. *Et deinde*. In quo exultabitis, modicum nunc ſi oportet contriſtari in varijs tentationibus: vt probatio veſtræ fidei multo pretioſior auro(quod per ignem probatur) inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem, in reuelatione Ieſu Chriſti.

APOCALYP. Cap.20. Beatus & ſanctus qui habet partem in reſurrectione prima. In his ſecunda mors non habet poteſtatẽ: ſed erunt ſacerdotes Dei & Chriſti, & regnabunt cum illo mille annis.

AD TITVM Cap. 3. Fidelis ſermo eſt: & de his volo te confirmare: vt curent bonis operibus præeſſe qui credunt Deo.

ET. Diſcant autem & noſtri bonis operibus præeſſe ad vſus neceſſarios: vt non ſint infructuoſi.

H IOAN. Cap. 2. Reſponderunt ergô Iudæi, & dixerunt ei, Quod ſignum oſtendis nobis quia hæc facis? Reſpondit Ieſus, & dixit eis, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergò Iudæi, Quadraginta & ſex annis ædificatũ eſt templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis ſui. Cùm ergò reſurrexiſſet à mortuis, recordati ſunt diſcipuli eius, quia hoc dicebat: & crediderunt ſcripturæ, & ſermoni quem dixit Ieſus.

MATTH. Cap. 12. Generatio mala & adultera ſignum quærit: & ſignũ non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.

ET Cap.16. Generatio mala & adultera ſignum

ſignum quærit: & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ.

AVTHORITAT. PATR.

B 1 IRENÆVS lib. 5. aduerſùs hæreſes, in fine. Ipſe Dominus tribus diebus cõuerſatus eſt vbi erant mortui, quemadmodum Propheta ait de eo: Commemoratus eſt Dominus Sanctorum mortuorum ſuorum, eorum qui antè dormierunt in terram ſtipulationis, & deſcendit ad eos, extrahere eos, & ſaluare eos. Et ipſe etiam Dominus: Quẽadmodũ, ait, Ionas in ventre Ceti tres dies & tres noctes mãſit, ſic erit filius hominis in corde terræ. Sed & Apoſtolus ait: Aſcendit autẽ, quid eſt, niſi quia & deſcendit in inferiora terræ? Hoc & Dauid in eũ prophetans, dixit: Et eripuiſti animã meã ex inferno inferiori. Reſurgens autem tertia die, & Mariæ quæ ſe prima vidit & adorauit, dicebat: Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad Patrem meũ: ſed vade ad diſcipulos & dices eis, Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum. Si ergò Dominus legem mortuorũ ſeruauit, vt fieret primogenitus à mortuis, & commoratus vſque ad tertium diem in inferioribus terræ, pòſt deinde ſurgens in carne, vt etiam figuras clauorum oſtenderet diſcipulis, ſic aſcẽdit ad Patrem: quomodò non confundentur, qui dicunt inferos quidem eſſe hunc mundum qui ſit ſecundùm nos, interiorem autem hominem ipſorum, derelinquentem hic corpus, in ſupercœleſtem aſcendere locum? Cùm enim Dominus in medio vmbræ mortis abierit, vbi animæ mortuorum erant, pòſt deinde corporaliter reſurrexit, &c.

[Chriſtus apud mortuos eſt commoratus tribus diebus.] [Matth. 11.] [Ephe. 4.] [Pſal. 85.] [Ioan. 20.] [Ioan. 20.]

2 IVSTINVS Martyr, Dialogo cũ Tryphone. Quod autem petebat (*ſcilicet Chriſtus*) vt anima ſua è gladio, ex ore leonis, & ex manu canis eriperetur ac ſeruaretur, hoc petebat, vt nemo animam ſuam dominatu teneret: vt cùm mors appropinquat, idem à Deo petamus, qui inhoneſta omnia auertere poteſt, ne malus genius animum noſtrum rapiat.

[Pſal. 21.] [Chriſtus orauit ne in inferno detineretur.] [Inſtante morte, quid à Deo petendum.]

3 AVGVST. tom. 2. Epiſt. 99. ad Euodium. Et Dominũ quidem carne mortificatum veniſſe in infernum ſatis conſtat. Neque enim contradici poteſt vel prophetiæ quæ dixit: Quoniam non derelinques animam meam in inferno. Quod ne aliter quiſquam ſapere audêret, in Actibus Apoſtolorũ idẽ Petrus exponit illis verbis, quibus eũ aſſerit ſoluiſſe inferni dolores, in quibus impoſsibile erat eum teneri. Quis ergò niſi infidelis negauerit fuiſſe apud inferos Chriſtum? Quod ſi mouet aliquem, quemadmodum accipiendum ſit inferni ab illo ſolutos dolores (neque enim cœperat in ijs eſſe tanquàm in vinculis: & ſic eos ſoluit, tanquàm ſi catenas ſoluiſſet quibus fuerat alligatus:) facilè eſt intelligere ſic eos ſolutos, quẽadmodũ ſolui poſſunt laquei venantium ne teneant, non quia tenuerunt. Poteſt & ſic, vt eos dolores eum ſoluiſſe credamus, quibus teneri ipſe non poterat, ſed quibus alij tenebantur, quos ille nouerat liberandos. *Et poſt pauca.* Si cauſa quæritur, cur voluerit venire in infernum, vbi dolores illi eſſent, quibus teneri omnino non poterat, quia erat, vt ſcriptum eſt, inter mortuos liber, in quo princeps & præpoſitus mortis, non inuênit aliquid quod ſupplicio deberetur: hoc ſcilicet quod ſcriptum eſt; Solutis doloribus inferni: non in omnibus, ſed in quibuſdam accipi poteſt, quos ille dignos ipſa liberatione iudicabat. Et de illo quidem primo homine patre generis humani, quòd eum ibidem ſoluerit, Eccleſia ferè tota conſentit: quod eam non inaniter crediddiſſe credendum eſt, vndecunq; hoc traditum ſit, etiãſi Canonicarũ ſcripturarum hinc expreſſa non proferatur authoritas.

[Chriſtum in infernum deſcendiſſe cõſtat.] [Pſalm. 15.] [Acto. 2.] [Nemo, niſi infidelis, negat Chriſtũ apud inferos fuiſſe.] [Dolores inferni quomodo ſoluti eſſe dicantur.] [Pſal. 87.] [Adamum in inferno liberatum credit Eccleſia.]

4 ET Epiſt. 57. ad Dardanum, *Exponens illud: Hodie mecum eris in paradiſo.* Non ex his verbis in cœlo exiſtimandus eſt eſſe paradiſus. Neque enim ipſo die in cælo futurus erat homo Chriſtus Ieſus, ſed in inferno ſecundùm animã, in ſepulchro autem ſecundùm carnem. Et de carne quidem quòd eo die in ſepulchro ſit poſita, maniſeſtiſsimum eſt Euangelium. Quòd verò illa anima in infernum deſcenderit, Apoſtolica doctrina prædicat: quandoquidem Beatus Petrus ad hanc rem teſtimonium de Pſalmis adhibet, vbi de ipſo prædictum eſſe demonſtrat: Quoniam non derelinques animam meam in inferno, neque dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Illud de anima dictum eſt, quia non ibi eſt derelicta, vnde tam citò remeauit. Iſtud de corpore, quod in ſepulchro corrumpi celeri reſurrectione non potuit. Sed in ſepulchro Paradiſum nullus intelligit. Reſtat igitur vt ſi ſecundùm hominẽ

[Luc. 23.] [Chriſti anima in inferno, corpus in ſepulchro.] [Act. 2.] [Pſal. 15.] [Paradiſus in quo latro futurus erat cum Chriſto.]

 dictum

dictum eſt: Hodie mecum eris in paradiſo: in inferno intelligatur eſſe paradiſus, vbi erat eo die futurus, ſecundùm humanam animam, Chriſtus.

5 IDEM tom 3. De Fide ad Petrum, lib. 1. Cap. 2. Vnus ergo eſt atq; idem Deus Dei Filius natus ante ſecula, & natus in ſeculo, & vtraq; natiuitas vnius eſt Filij Dei. Diuina, ſecundùm quàm creator in forma Dei coæternus Patri Deus eſt: humana, ſecundùm quam ſemetipſum exinaniens, & formam ſerui accipiens, non ſolùm in conceptu materni vteri, ſemetipſum dum homo fierer, eâdem ſeruilis formæ ſuſceptione formauit: verùm etiam de eodem matris vtero idem Deus homo factus exiuit, & in Cruce idem Deus homo factus pependit, & in ſepulchro idem Deus homo factus iacuit, & ab infernis idem Deus homo factus tertio die reſurrexit: ſed in ſepulchro ſecundùm ſolā carnem idem Deus iacuit, & in infernum ſecundùm ſolam animam deſcendit.

Philip. 1.

Chriſtus in ſepulchro ſecundum ſolam carnē.

6 IDEM tomo. 6. contra Felicianum Arianum, Cap. 14. Erat (*Chriſtus*) vno atque eodem tempore ipſe totus etiam in inferno, totus in cœlo: illic patiens iniuriam carnis, hîc non relinquens gloriam Deitatis. Erat apud inferos reſurrectio mortuorum, erat ſuper cœlos vita viuentium, verè mortuus, verè viuus: in quo mortem ſuſceptio mortalitatis excepit, & vitam Diuinitas ſeruata non perdidit.

Chriſto quomodò apud inferos.

7 ET Cap. 17. Iacebat (*Chriſtus*) quantum ad corpus, mortuus in ſepulchro, mortuos reſuſcitans in inferno, vitam tribuens vniuerſis in cœlo.

Chriſto mortuus in ſepulchro, mortuos ſuſcitat in inferno.

8 NICEPHORVS Calixtus, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 1. Cap. 31. Ipſe enim iuſtitiæ Sol Chriſtus, anima ſola per mortem à corpore ſegregata, apud inferos iuſtorum animis prælto fuit: & dux itineris ad paradiſum ferentis præijt, lucis princeps viæque ductor eis perinde atque Latroni factus. Eâdem nanque die, ac potius eâdem hora ab inferis redijt: vt quidem cùm alij nonnulli, tùm is cui aurea lingua nomen indidit, in primis hæc accuratius certiuſq; expoſuêre. Nec enim rationi conſonum erat, animā eius apud inferos retineri, qui nihil prorſus à primi parentis maledictione & exitio ſecum attuliſſet. Subitò ergò, & (vt ita dicam) fulgetri celeritate, dignos atque idoneos, luce ſummè coruſcantis Deitatis illuſtrans, ac immenſa potentia ex caliginoſis illis ſoleq; carentibus latebris reducens: & principibus ibi tenebrarum ducibuſq; malorum, diuinæ poteſtaris ſplendore, & Angelicarum cohortium militia, quaſi obtritis, nullo tempore, & labore nullo, atque (vt ſemel dicam) eo qui ſolum Deum decet, modo, in momento vno ad ſacra immenſaq; luce relucentia paradiſi tabernacula reduxit: eaq; tabernacula perinde atque quoſdam arrhabônes, & primitias earum quæ in cœlis aliquando, poſt communem ſcilicet illam reſurrectionem omnium, condignis atque idoneis paratæ ſunt, manſionum, ſempiternorumq; hærediorum, ita vt par erat, eis donauit. Et quemadmodùm nuda anima, nudis apud inferos animabus, eo quo dictum eſt modo, Saluator, Veſpertina Paraſceues diei hora præſens affuit, reſurrectionemq; quodammodò ſubindicauit: ſic rurſum tertia pòſt die, cùm profundum etiamnum Sabbathorum eſſet diluculum, ac ſol quidem rùm circa paradiſum in Edem oriretur, altioraq; & ſublimiora montium iuga attingeret: circa noſtrum autem horizontem ſeptima (vt ſic dicam) aut etiam octaua obtineret hora nocturna, cùm vitæ principe, Deo ſimili animato, & purè intellectuali corpore, ex ſepulchro prodiens, ita vt anteà prænunciauerat, ſurrexit.

Chriſti anima deſcendit ad inferos inde animas Patrū tertia die ſecum adducens.

9 ORIGENES tom. 2. in Cap. 5. epiſtol. ad Romanos, lib. 5. longè poſt initium. Si verò, vt in nonnullis exemplaribus habetur, etiam in eos qui non peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ mors iſta, id eſt, quæ in inferno animas detinebat, regnaſſe dicatur, intelligimus & ſanctos quoſque ſub iſta morte, etiam ſi non peccandi, at certè moriendi lege decidiſſe: Chriſtum verò idcircò in infernum deſcendiſſe, non ſolùm vt ipſe non teneretur à morte, ſed vt & eos qui inibi non tam præuaricationis, vt diximus, crimine, quàm moriendi conditione habebantur, abſolueret: ſicut ſcriptum eſt: Quia multa corpora Sanctorum dormientium ſurrexerunt cum illo, & ingreſſi ſunt in ſanctam ciuitatem. In quo Propheræ dicta complentur, qui ait de Chriſto: Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem. Et hoc modo per reſurrectionem ſuam mortis quidē iam regna deſtruxit, vnde & captiuitatem ſcribitur libe-

Deſcendens Chriſtus ad inferos, non ibi detentus eſt, ſed animas liberauit.

Matth. 27.

Pſal. 67.

liberaſſe: ipſum verò inimicum & tyrannum, cuius regna diſſoluuntur, audi quando dicat Apoſtolus deſtruendum: Nouiſ-
1.Cor. 15. ſimus, inquit, inimicus deſtruetur mors. Regnum verò mortis iam deſtructum eſt, & captiuitas quæ ſub ea tenebatur, abducta eſt.

10 AMBRO. tom.2. De Fide ad Gratianum, lib.3. Cap. 3. Satis ergò claret & ſolum Deum non eſſe Patrem ſine Filio, & ſolum Deum non intelligi Filium ſine Patre. In quo autem factus ſit, per os ſan-
Pſalm. 87. cti Patriarchæ aſſeruit, dicens: Quia repleta eſt malis anima mea, & vita mea in-
Chriſtus ab inferis detineri non potuit. ferno appropinquauit: æſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum, factus ſum ſicut homo ſine adiutorio, inter mortuos liber. Et hîc, ſicut homo, inquit, non ſicut Deus, factus ſum. Et, repleta eſt malis anima mea. Anima vtique, non Diuinitas. Factus eſt in eo in quo erat infernis debitus, factus eſt in eo in quo cum alijs æſtimatur: Diuinitas enim ſimilitudinem collationis abiurat, & tamen in ipſa carne morti obnoxia maieſtatem aduerte Diuinitatis in Chriſto. Et ſi factus eſt ſicut homo, & ſicut caro factus eſt, tamen inter mortuos liber, & liber ſine adiutorio. Sed quomodò hîc ſine adiutorio fuiſſe ſe Filius dicit, cùm ſuprà dictum ſit:
Pſal. 88. Poſui adiutorium ſuper potentem? Ergò & hîc diſtingue naturas. Adiutorium caro habet, Diuinitas non habet. Liber igitur eſt qui mortis vincula neſciuit, non captus ab inferis, ſed qui operatus ſit in inferis. Sine adiutorio eſt, quòd non per nuncium, neque legatum, ſed ipſe per ſe Dominus, ſaluum fecit populum ſuum. Quomodò enim potuit adiutorium ſui corporis quærere ſuſcitandi, qui alios ſuſcitauit?

11 BASILIVS in Pſalm. 48. Verun-
Pſalm. 48. tamen Deus redimet animam meam de
Vaticinium de Chriſti deſcenſu ad inferos. manu inferni, cùm ſuſceperit me. Maniſeſtè vaticinatur Domini ad inferos deſcenſum: qui cum alijs, etiam ipſius animam redimet, ne illic maneat.

12 CYPRIANVS ſiue Ruffinus,
Chriſti deſcenſus ad inferos probatur. in ſymbolum Apoſtolorum. Sed & quòd in infernum deſcendit, euidenter prænunciatur in Pſalmis, vbi dicitur: Et in puluerem mortis deduxiſti me. Et iterum:
Pſalm. 11. Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſ-
Pſalm. 19. cendo in corruptionem? & iterum: Deſ-
Pſalm. 68. cendiſti in limum profundi, & non eſt ſubſtantia. Sed & Matthæus dicit: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? *Matth. 11.*
Vnde & Petrus dixit: Quia Chriſtus mor- *1.Pet. 3.*
tificatus carne, viuificatus autem ſpiritu. In ipſo, ait: & eis qui in carcere incluſi erant in diebus Noë: in quo etiam quid operis egerit in inferno, declaratur. Sed & ipſe Dominus per Prophetam dicit tãquàm de futuro: Quia non derelinques *Pſalm. 15.*
animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Quod rurſus prophetìcè nihilominùs oſtendit impletum, cùm dicit: Domine eduxiſti ab inferno animam meam, ſaluaſti me à deſcendentibus in lacum. *Et paucis interpoſitis.* Reſuſcitatur caro quæ depoſita erat in ſepulchro, vt adimpleretur quòd dictum eſt per Prophetam: Quia non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Re- *Pſalm. 15.*
dit ergò victor à mortuis, inferni ſecum ſpolia trahens: eduxit enim eos qui te- *Reſurgens Chriſtus, inferni ſpolia traxit.*
nebantur à morte, ſicut ipſe prædixerat vbi ait: Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum. Atteſtatur au- *Ioann. 11.*
tem Euangelium de hoc cùm dicit: Quia *Matth. 17.*
monumenta aperta ſunt, & multa corpora ſanctorum dormientium reſurrexerunt, & apparuerunt multis, & ingreſſi ſunt ſanctam ciuitatem illam de qua Apoſtolus dicit: Quæ autem ſurſum eſt Hieruſalem, *Galat. 4.*
libera eſt, quę eſt mater omnium noſtrum. Sicut ad Hebræos iterum dicit: Decebat *Heb. 2.*
enim propter quē omnia, & per quem omnia, multos filios in gloriam adducentem, authorem ſalutis eorũ per paſſionem conſummari.

13 HIERONIM. tom.6. in Cap. 4. *Ephe. 4.*
ad Epheſios. Inferiora terræ, infernus *Infernus in inferiori parte terræ: et inde Chriſtus animas abduxit.*
accipitur: ad quem Dominus noſter Saluatorq; deſcendit, vt ſanctorum animas, quæ ibi tenebantur incluſæ, ſecum ad cœlos victor abduceret. Vnde & poſt reſurrectionem eius plurima corpora iuſtorum in Sancta ciuitate viſa ſunt. Quòd autem infernus in inferiori parte terræ ſit, & *Matth. 27.*
Pſalmiſta teſtatur dicens: Aperta eſt terra *Pſalm. 05.*
& deuorauit Dathan, & operuit ſuper congregationem Abyron. Et ipſum in Numerorum libro plenius explicatur. Alio quo- *Num. 16.*
que loco legimus: Veniat mors ſuper illos, & deſcendant in infernum viuentes. *Pſalm. 54.*

H

1 HIERONIM. tom. 5. in cap. 9. Zachariæ. Tu quoque in ſanguine teſtamenti ſiue pacti tui, emiſiſti vinctos tuos de lacu in quo non eſt aqua. Quod ita intelli- *Cum Chriſto ſurrexerunt qui mortis vinculis tenebantur.*

intelligitur. In ſanguine paſsionis tuæ eos qui vincti in carcere tenebantur inferni, in quo non eſt vlla miſericordia, tua clementia liberaſti. Denique poſtquàm Dominus reſurrexit, hi qui peccatis Adam (ſiue, vt quidam volunt, erroris inoliti) ac mortis vinculis tenebantur, reſurrexerunt cum eo, & apparuerunt in ſancta ciuitate. *Zach.9.*

H 1 HIERONIM. tom.5. in cap.2. Ionæ. Huius loci myſterium in Euangelio Dominus exponit: & ſuperfluum eſt, vel idipſum, vel aliud dicere. *Et ad finem.* Præcipitur ergò (inquit) huic magno ceto, & abyſsis, & inferno, vt terris reſtituat Saluatorem: & qui mortuus fuerat, vt liberaret eos qui mortis vinculo tenebantur, ſecū plurimos educat ad vitam. *Matth. 12. Reſurgens Chriſtus eduxit ſecũ animas ex inferno.*

2 TERTVLLIA. lib. de Reſurrectione carnis Cap. 18. Sententiam Dei, natura pronunciat: Terra es, & in terram ibis. Et qui non audiuit, videt. Nulla mors non ruina membrorum eſt. Hanc corporis ſortem Dominus quoq; expteſsit, cùm ipſa ſubſtantia indutus, Diruite (inquit) templum iſtud, & ego illud triduo reſuſcitabo. Oſtendit enim cuius ſit dirui, cuius elidi, cuius iacēte, cuius & releuari & reſuſcitari: quanquàm & animam circunferat trepidantem vſque ad mortem, ſed non cadentem per mortē. Quia & ſcriptura de corpore, inquit, ſuo dixerat. *Gen.3. Probatur Chriſti reſurrectio. Ioan.2.*

3 AVGVST. tom. 4. De Conſenſu Euangeliſtarum, lib. 3. Cap. 24. Nam & ipſum triduum quo Dominus mortuus eſt & reſurrexit, niſi iſto loquendi modo, quo à parte totum dici ſolet, rectè intelligi non poteſt. Hinc magna ratio redditur verbi Domini: ipſe quippe ait: Sicut enim Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Computentur autem tempora, ſiue ex quo tradidit ſpiritum, ſiue ex quo ſepultus eſt, & non occurrit ad liquidum niſi ad medium diem, hoc eſt, vt ſabbathū totum diem accipiamus, id eſt, cum ſua nocte: illos autem qui eum in medio poſuerunt, id eſt, Paraſceuem, & primam ſabbathi, quem diem Dominicum dicimus, à parte totum intelligamus. *Chriſtũ fuiſſe tres dies & noctes in corde terra, quomodò accipiatur.*

4 CHRYSOST. tom.2. homil.44. in Matthæum. Nec dabitur ei ſignum, niſi ſignum Ionæ prophetæ. Reſurrectionis iam mentionem facit, & à figura Ionæ rem ipſam confirmat. *Et paulò poſt.* Nunc autem reſurrectionis ſermonem, quem futuris calamitatibus cogniturì erant, probat atque adſtruit. Sicut enim fuit Ionas, ait, in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Liquidò, ne verba eius illuderent, non dixit, quia reſurget: id autem occultius tetigit, vt præſcientiam eius non ignorarent, quæ ipſos adeò non fugit, vt ad Pilatum poſteà aſſererent, quia ille ſeductor dixit, poſt tres dies reſurrecturum: quod certè diſcipuli eius tanquàm rudiores non intellexerunt. Quocircà phariſæi & ſcribæ, ſua ipſorum ſententia condemnati eſſe videntur. Aduerte autem quomodò, quamuis occultè, ſignificanter tamen dixit: Non enim ait, in terra, ſed in corde terræ: vt & ſepulchrum denotet, & ſuſpitionem effugiat. Tribus autem diebus mortuus eſſe voluit, vt nemo mortuum eſſe ambigeret. Non enim Cruce ſolùm, & viſu omnium, qui tunc aderant, verùmetiam dierum numero mortem confirmat. Nam etſi vniuerſa futura tēpora reſurrectioni teſtatura erāt, tamen ſi tunc nō multa morti atteſtata fuiſſent, potuiſſet dubitari: morte autem non credita, reſurrectionis etiam myſterium omnino vacillabat. Idcircò ſignum etiam mortē vocauit: quare niſi crucifixus fuiſſet, ſignum datum non eſſet. Hac etiam de cauſa figurā ipſam in mediū adduxit, vt præteritis ſignis, præſentium veritas crederetur. Dic mihi quæſo, ficto ne ſermone putas in ventre ceti Ionā fuiſſe? Nec potes id quidem dicere: quare nec Chriſtum in corde terræ fuiſſe negandum tibi eſt. Non enim fieri poteſt, vt veritatis figura procul à figmento ſit, veritas autem ipſa, falſa imagine inuoluatur. *Probatur Chriſti reſurrectio exemplo Ionæ. Matth. 17. Chriſtus in corde terra quid? et cur, tribus diebus.*

5 THEOPHYLACTVS in Matthæi Capit. 12. Prauam generationem vocat eos, quia doloſè ſemper tentabant: adulteram autem, quia deſciſcebant à Deo, & adhærebant dæmonibus. Signum autem dicit reſurrectionem ſuam, vt admirabilem. Poſtquàm enim in cor terræ, in infimum locum infernum deſcendit, reſurrexit. Tres autem dies & tres noctes, à parte intelligas, & non integras. Mortuus enim eſt in Paraſceue, quæ ipſa vna dies eſt: & mortuus fuit ſabbatho: nox autem Dominicæ ipſum adhuc mortuum apprehendit. Tres igitur dies & noctes à parte *Quomodo accipiendũ ſit, Chriſtũ fuiſſe in corde terra tribus diebus & tribus noctibus.*

parte numerantur,quia & ſic ſæpè numerare conſueuimus.

6 E T in Cap. 27. Interrogatione autem dignum:vnde Iudęi ſciebant Chriſtum tertio die reſurrecturum? Nondum enim Dominus nudè & manifeſtè eis de hoc dixerat. Dici poteſt, quòd à figura Ionæ cognouerint, præſertim cum Chriſtus dixerit:ſicut Ionas fuit tribus diebus in vētre ceti, ita & ego in ventre terræ: Vel ex illo quod dixit: Soluite templum hoc: quod prius non intellexerunr, ſed putabant quòd de templo Iudaico ſentiret, & ideò teſtimonium hoc contra eum protulerunt:nunc autem vbi cognouerunr, quòd ſepulchrum dixerat corpus propriū,timēt, & impoſtorem cognominant, neque poſt mortem à malitia ceſſant.

Vnde nouerunt Iudæi Chriſtū tertia die reſurrecturū.

Matth. 12.

Ioan. 2.

LECTIO OCTAVA.

DOCTOR.

IAM hæc ſequuntur: Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei Patris Omnipotentis. Eſt'ne hîc tibi aliquid etiam dicendum?

ADOLESCENS.

Eſt:Hæc enim Chriſti Aſcenſio commonſtrat,non in terra noſtrâ,ſed cum eo in Cœlis paratam nobis [a] eſſe manſionem. Deinde docet, eum qui tam eximia apud Patrem pollet dignitate & gratia,nobis illum facilè conciliaturum eſſe,noſtramq́ hanc bonorum omnium inopiam [b] ſua liberalitate, ac munificentia libenter leuaturum.

a Ioann. 3. & 10. Luc. 24. Matth. 28. Marc. vltim. Act. 1. Epheſ. 4. Heb. 1. & 2.

b Coloſ. 3. Hebr. 4. 1. Petr. 3. 1. Ioan. 2. Rom. 5. Epheſ. 1. & 4.

DOCTOR.

Sed an ita ille in cœlum ſemel aſcendit, vt nobiſcum iam omnino eſſe deſierit?

ADOLESCENS.

Sanè: Si de [c] mortalis corporis præſentia, quæ ſub ſenſum cadat, interrogas: aliòquin nuſquàm non ſua nobis ille adeſt beneuolentia [d] ac authoritate.

c Matth. 26. Ioan. 12. Act. 1.

d Matt. 28. Ioā. 14. Ephe. 5. Heb. 1. & 2. 1. Ioan. 2.

DOCTOR.

Quid? ergò 'ne is non verè ac re ipſa Sacramento altaris continetur.

ADOLESCENS.

Planè omnino: ſed diuina quadam & admirabili ratione, cùm ibi non ita ſit vt ſub viſum [e] cadat,aut ſub tactum veniat,qualis inter nos eſt aliquando diuerſatus: tametſi, vti poſtea fuſius differemus, veram eius ibi naturam,atq; ipſam corporis ac ſanguinis ſubſtantiā, re ipſa habeamus.

e Ioan. 6. Matt. 26. Luc. 22. Marc. 14. 1. Corinth. 11. Iuſt. Apolo. 2. Ire. lib. 5. c. 2. Orig. in Matt. 26 tracta. 35. Cypr. de Cæn. Dom. Hila. li. 8. de Trin. Chryſo. in Matt. hom. 83. Ambr. lib. 4. de ſacr. c. 4. Aug. in Ioan. tracta. 25. 26. & 50. & de Trin. lib. 3. c. 4. Cyril Hiero. cate. 4. Cyril. Ale xand. lib. 4. c. 22. Epiphan. in Marc. & vide inf. c. 4. lect. 11

DOCTOR.

Hanc ergò Filij ad dexteram Patris ſeſsionē ſic aſſeris,vt intelligas ab eo illum pro ſe quidem primò,deinde pro cæteris corporis ſui,id eſt,Eccleſiæ,mēbris ingentē gratiæ, ac donorū omnium vim ac theſaurum accepiſſe.

ADOLESCENS.

Ita eſt.

AVTHORIT. SCRIPT.

A IOANNIS Cap.3. Et nemo aſcendit in cœlum,niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo.

ET Cap.20. Dicit ei Ieſus:Noli me tangere,nondum enim aſcēdi ad Patrē meū: vade autē ad fratres meos,& dic eis:Aſcendo ad Patrem meū & Patrem veſtrū, Deū meum & Deum veſtrum.

LVCÆ Cap.24.Et factū eſt dum benediceret illis, receſsit ab eis, & ferebatur in cœlum.

MATT..28 Vndecim autem diſcipuli abierunt in Galilæam,in montem, vbi conſtituerat illis,Ieſus.Et videntes eū adoraue runt,quidam autē dubitauerūt. Et accedēs Ieſus loquutus eſt eis,dicens:Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Euntes ergò docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris,& Filij,& Spiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia quæcunq; mādaui vobis.Et ecce ego vobiſcū ſum omnib' diebus,vſq; ad conſummationem ſeculi.

MARCI Cap.16. Et Dn̄s quidē Ieſus poſtquàm loquutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum,& ſedet à dextris Dei.

ACTO. Cap.1. Et cùm hoc dixiſſet, videntibus illis eleuatus eſt,& nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.

AD EPHES. Cap.4. Vnicuiq; noſtrum data eſt gratia ſecūdùm menſurā donationis Chriſti.Propter quod dicit: Aſcēdens in altum,captiuam duxit captiuitatē, dedit dona hominibus.Quod autem aſcendit,quid eſt,niſi quia & deſcendit primùm in inferiores partes terræ? Qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit ſupra omnes cœlos, vt impleret omnia.

AD HEBRÆ. Cap.1. Qui cùm ſit ſplendor glorię: & figura ſubſtantiæ eius, portanſq; omnia verbo virtutis ſuæ purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis.

ET Cap.2. Eum autem, qui modicò quàm Angeli minoratus eſt, videmus Ieſum propter paſsionē mortis, gloria & honore coronatum:vt gratia Dei,pro omnibus guſtaret mortem.

B AD COLOS. Cap.3. Igitur ſi conſurrexiſtis cum Chriſto,quæ ſurſum ſunt, quærite:vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens:quæ ſurſum ſunt,ſapite,nō quæ ſuper terram.Mortui enim eſtis,& vita veſtra abſcondita eſt cū Chriſto in Deo. Cùm autē Chriſtus apparuerit vita veſtra,tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria.

AD HEBR. Cap. 4. Habētes ergò Pontificem magnū, qui penetrauit cœlos, Ieſum Filium Dei:teneamus cōfeſsionem. Non enim habemus Pontificē qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris: tentatū autē per omnia pro ſimilitudine abſq; peccato.Adeamus ergò cum fiducia ad thronū gratiæ:vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

PRIOR. Petri,Cap.3. Quod & vos nunc ſimilis formæ facit baptiſma:non carnis depoſitio ſordium,ſed conſciētiæ bonę interrogatio in Deum per reſurrectionem Ieſu Chriſti,qui eſt in dextera Dei,deglutiens mortem,vt vitæ æternæ hæredes efficeremur:profectus in cœlum ſubiectis ſibi Angelis,& Poteſtatibus,& Virtutibus.

PRI. Ioan.Cap.2. Filioli mei,hæc ſcribo vobis,vt non peccetis.Sed & ſi quis peccauerit,aduocatum habemus apud Patrē, Ieſum Chriſtū iuſtum: & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris:nō pro noſtris autē tantùm,ſed etiam pro totius mundi.

AD ROM. Cap. 5. Iuſtificati ergò ex fide,pacē habeamus ad Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: per quē & habemus acceſſum per fidem,in gratiam iſtam, in qua ſtamus, & gloriamur, in ſpe gloriæ filiorum Dei.

AD EHPES. Cap.2. Quoniam per ipſum habemus acceſſum,ambo in vno Spiritu,ad Patrem.

ET Cap.4. Veritatem autem facientes in charitate creſcamus in illo per omnia,

qui eſt caput Chriſtus: ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturã ſubminiſtrationis, ſecundùm operationem in menſuram vniuſcuiuſq; membri, augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate.

C MATTHÆI Cap. 26. Semper pauperes habebitis vobiſcum: me autem non ſemper habetis.

IOAN. Cap. 12. Pauperes enim ſemper habetis vobiſcum: me autem non ſemper habebitis.

ACTOR Cap. 1. Vide ſuprà, litera. A.

D MATTH. Cap. 28. Vide ſuprà, litera. A.

IOANNIS Cap. 14. Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos. ET. Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.

AD EPHES Cap. 5. Qui ſuam vxorem diligit: ſeipſum diligit. Nemo enim vnquàm carnem ſuam odio habuit: ſed nutrit & fouet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam: quia membra ſumus corporis eius, de carne eius & de oſsibus eius.

AD HEBR. Cap. 1. Et cùm iterum introducit primogenitum in orbẽ terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei.

ET Cap. 2. Et liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant ſeruituti. Nuſquàm enim Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus ſimilari: vt miſericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi.

PRI. Ioann. Cap. 2. Vide ſuprà, litera. B.

E IOAN. Cap. 6. Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater ſignauit Deus. ET. Amen, amen dico vobis, non Moyſes dedit vobis panem de cœlo, ſed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum. Panis enim Dei eſt qui de cœlo deſcendit, & dat vitam mundo.

MATTH. Cap. 26. Vide ſuprà, lectio. 3. litera. G.

LVCÆ Cap. 22. Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem.

MARCI Cap. 14. Et manducantibus illis accepit Ieſus panem: & benedicens fregit & dedit eis, & ait. Sumite: Hoc eſt corpus meum.

PRIOR. Ad Corinth. Cap. 11. Vide ſuprà, lectio. 3. litera. G.

AVTHORIT. PAT.

E 1 IVSTINVS Martyr, Apologia. 2. pro Chriſtianis. Vide infrà, Cap. 4. lectio. 10. litera. A. auth. 1.

2 IRENÆVS aduerſùs hęreſes lib. 5. Cap. 2. Vide infrà Cap. 4. lect. 10. litera. A. auth. 3. & 4.

3 ORIGENES tom. 2. in Cap. 26. Matthæi, tracta. 35. Vide infrà Cap. 4. lect. 10. lit. D. auth. 18.

4 CYPRIA. de Cœna Domini. Vide infrà Cap. 4. lectio. 10. litera. A. auchorit. 2.

5 HILAR. lib. 8. de Trinita. Vide infrà, Cap. 4. lect. 10. litera. A. auth. 5. & litera. B. autho. 8.

6 CHRYSOST. tom. 2. hom. 83. in Matth. Cap. 26. Vide infrà Cap. 4. lect. 10. litera. A. auth. 17.

7 AMBROS. tom. 4. de Sacramentis, lib. 4. Cap. 4. Vide infrà Çap. 4. lectio 10. litera. A. auth. 6.

8 AVGVSTIN. tom. 9. tracta. 25. in Ioannem. Verus ergò ille panis qui dat vitam mundo, & ipſe cibus eſt, de quo paulò antè loquutus ſum, Operamini nõ cibum qui perit, ſed qui permanet in vitã æternam. Ergò & illud Manna hunc ſignificabat, & illa omnia ſigna mea erãt. Signa mea dilexiſtis, qui ſignificabatur contemnitis. Non ergò Moyſes dedit panem de cœlo, Dominus dat panem. Sed quem panem? fortè Manna? Non. Sed panem quem ſignificabat Manna, ipſum ſcilicet Dominum Ieſum. Pater meus dat vobis panem verum. Panis enim Deus eſt, qui deſcendit de cœlo, & dat vitam mundo. *Ioan. 6.* *Manna figura fuit Eucharistia.*

9 ET tract. 26. Vide infrà Cap. 4. lect. 11. litera. F. auth. 4.

10 ET tract. 50. Vide infrà Cap. 4. lect. 12. litera. H. auth. 1.

11 IDEM tom. 3. de Trini. lib. 3. Cap. 4. Vide infrà Cap. 4. lectio. 10. litera. A. auth. 8.

12 CYRILLVS Hieroſolymitanus, Ca-

Catecheſi. 4. myſtagogica. Vide inf. Cap. lect. 10. lit. A. auth. 20.

13 CYRILLVS Alexandrin. lib. 4, in Ioann, Cap. 22. *Super ea verba, Hoc vos ſcandalizat? Si ergò videritis filium hominis aſcendentem vbi erat prius.* Ex imperitia, inquit, multi qui Chriſtũ ſequebabantur, verba ipſius non capientes, perturbantur. Nam cùm audiſſent, Amen, amẽ dico vobis, niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, nõ habebitis vitam in vobis: ad immanes ferarum mores, vocari ſe à Chriſto arbitrabantur, incitariq; vt vellent crudas hominis carnes manducare, & ſanguinem bibere: quæ vel auditu horribilia ſunt. Nondum enim myſterij huius formam & diſpenſationem pulcherrimam cognouerant. Illud etiam ad hæc cogitabant, quomodò caro huius hominis æternam nobis vitam largietur? aut quomodò ad immortalitatem adducere poterit? Quæ cùm intelligeret is, cuius oculis omnia nuda ſunt atque aperta, alia eos re mirabili ad fidem impellit. Fruſtrà, inquit, ô vos propter verba mea conturbamini. Quod ſi credere non vultis vitam vobis è meo corpore dari: quid facietis quando in cœlum me volare conſpicietis? Non enim aſcenſurum me ſolùmmodò in cœlum profiteor, ne rurſus, quomodò id fieri poſſet, quæratis: ſed oculis etiam ita fieri veſtris cernetis. Quid igitur hoc videntes, dicetis? An non erit hoc magnum dementiæ veſtræ argumentum? Si enim putatis carnem meam, vitam vobis adferre non poſſe, quomodò tanquàm volucris in cœlum aſcender? quomodò per aëra volabit? Hoc enim ſimiliter generi humano impoſſibile eſt. Quòd ſi præter naturam caro mea in cœlum conſcendet, quid prohibet ne ſimiliter præter naturam viuificet? Nam qui terreſtre hoc corpus, cœleſte confecit, is etiam viuificum reddidit, quãuis natura ſui corruptibile fuerit.

Ioan. 6.

Verba Chriſti quã craſſè à nonnullis intellecta.

Hebr. 4.

14 EPIPHAN. lib. 1. contra hæreſes, hæreſi. 42. contra Marcioniſtas. Quomodò igitur in fractione panis, dicit: Aperti ſunt oculi ipſorum, & cognouerunt ipſum, & diſparuit ab ipſis? Decebat enim ipſum qui Deus erat, & corpus ſuum in ſpirituale tranſmutabat, oſtendere quidem corpus verum, diſparêre autem quando volebat, quia omnia ipſi poſſibilia ſunt. Nam & Heliſæus cùm propheta eſſet, & ex Deo gratiam accepiſſet, petiuit à Deo vt qui ipſum quærerent, percellerentur cœcitate, & percuſſi ſunt, & non videbant ipſum, cùm talis eſſet qualis erat. Sed & in Sodomis oſtium ipſius Loth occultauerunt Angeli, & non videbant ipſum Sodomitæ. Num & oſtium Loth apparentia erat, ô Marcion? Non relinquitur autem tibi vlla aliqua contradictio. Fregit enim panẽ, & porrexit diſcipulis ſuis.

Luc. 24.

Verum corpus ſuũ dedit Chriſtus euntibus in Emaus.

4. Reg. 6.

Gene. 19.

LECTIO NONA.

DOCTOR.

SEquitur, Inde venturum eſſe, vt iudicet viuos & mortuos. Quem ex hac oratione ſenſum elicis?

ADOLESCENS.

Quòd is diem deſtinauit certum iudicio [a] exercendo in omnes homines, & eorum, quæcunq; tandem ea ſint, vel bonorum operum, vel malefactorum, rationi exigendæ. Viuorum etiam nomine eos intelligo qui repentè, die illo ſuperueniente, è vita hac ſtatim in aliam [b] conditionem mutabuntur. Mortuorum autem appellatione eos cenſeo, qui antè, quouis temporis

[a] *Pſal. 96. Iſa. 2. & 27. Zachar. 14. Matt. 25. Luc. 21. Ioan. 8. 1. Cor. 4. Act. 10. Hebræ. 9. 2. Petr. 3.*

[b] *1. Theſſal. 4. 1. Corint. 15.*

temporis ſpatio vita functi,proprijs ipſorum adſumptis corporibus iterum in vitam reſtituentur.

DOCTOR.

Sed & Apoſtolos futuros quoq; [e] iudices accepimus.

[e] Matt.19. 1.Cor.6.

ADOLESCENS.

Et erunt illi quidem iudices,non tamen magnæ illius ſententiæ ferendæ authoritate præditi, ſed confirmandæ [d] tantùm priuilegio exornati. Aliòqui enim tùm perfecta animorum diſquiſitio,tùm etiam ſumma iudicij ratio,in eius erit ſingulari poteſtate ſita,qui ſolus cordium[e] eſt ſcrutator.

[d] Pſal.149. Apoca.4. Sap.3. Chryſoſt.in Matth. homil. 65. Aug. in Pſalm. 49. Hieron.in Matt.19.

[e] Hiere.17. 1.Cor.4. Hebr.4. Pſal. 33. Eccleſiaſtici. 15.

DOCTOR.

Cùm in ipſa ſtatim mortis [f] hora ſingulatim omnes iudicentur,quid eſt iterum neceſſe nouā ſupremo iſto die de omnibus ferre ſententiam?

[f] Eccleſiaſtes 11. Luc.16.& 12.

ADOLESCENS.

Plurimùm ſanè refert, tùm vt ea ſumma Dei iuſtitia, cuius nos hîc ferè omnino cauſæ latent, magna ac incredibili admiratione [g] ſeipſam exerat ac declaret: tùm etiā vt Chriſtus Ieſus ipſe Deo Patri ſubiectus, [h] plenè ſibi omnia ſubijciat,& rerum ſummam ſine vlla omnino controuerſia adminiſtret.

[g] Pſal.61. Ioel.3. Act.1. Matth.24. Aug. de Ciuit. lib. 20.cap.2.

[h] Pſalm.5. & . 109. Dan.7. 1.Cor.15. Philip.2. Hebra.1. Coloſ.1. Apocal.1.

DOCTOR.

Eſt'ne dies iſta cum terrore aliquo formidanda?

ADOLESCENS.

Bonis minimè:ſed magna potius animi [i] ac conſcientiæ lætitia expectanda.Adeſſe tamen metum neceſſe eſt,tùm quòd nos ipſi nobis vitiorum noſtrorum, quorum tunc ille vindex erit acerrimus,probè conſcij eſſe debemus:tùm etiam metuere, ne repentè [k] & de improuiſo,dies illa,quæ tanquàm fur nocte intempeſta pro foribus aderit, nos comprehendat: tùm deniq; ſæpe meminiſſe,in tanto totius orbis fragore,& creaturarū omnium trepidatione,neminē ſine aliquo metu ac timore futurum.

[i] Matth.24. Rom.8. 1. Corinth.5. Philippen. 3. & .4. 1.Theſ 5. Hebr.10. 2.Pet.3. Apoca.22

[k] Luc.21. Matt.24. 1. Theſſalon. 5. Apoca.3.& .16. 2 Petr.3.

AVTHORIT. SCRIPT.

A PSALM. 96.Nubes & caligo in circuitu eius,iuſtitia & iudicium correctio ſedis eius. Ignis ante ipſum præcedet,& inflammabit in circuitu inimicos eius. Alluxerūt fulgura eius orbi terræ: vidit & commota eſt terra.Montes ſicut cera fluxerunt à facie Domini,à facie Domini omnis terra.

ISAIÆ Cap.2. Ingredere in petram, & abſcondere in foſſa humo à facie timoris Dñi, & à gloria maieſtatis eius. Oculi ſublimes hominis humiliati ſunt, & incuruabitur altitudo virorum: exaltabitur autē Dominus ſolus in die illa.Quia dies Domini exercituum ſuper omnem ſuperbum & excelſum,& ſuper omnem arrogantem, & humiliabitur.Et ſuper omnes cedros Libani ſublimes & erectas,& ſuper oēs quercus Baſan.Et ſuper omnes mōtes excelſos; & ſuper omnes colles eleuatos.Et ſuper omnē turrim excelſam, & ſuper omnē murū munitum. Et ſuper omnes naues Tharſis, & ſu-

& ſuper omne quod viſu pulchrũ eſt. Et incuruabitur ſublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum: & eleuabitur Dominus ſolus in die illa. Et idôla penitus cõterentur. Et introibunt in ſpeluncas petrarum, & in voragines terræ à facie formidinis Domini, & à gloria maieſtatis eius, cùm ſurrexerit percutere terram.

E T Cap.27. In die illa viſitabit Dominus in gladio ſuo duro, & grandi, & forti, ſuper Leuiathan ſerpentem vectem, & ſuper Leuiathan ſerpentẽ tortuoſum, & occidet cetum qui in mari eſt.

Z A C H A. Cap.14. Et hæc erit plága qua percutiet Dominus omnes gentes, quæ pugnauerunt aduerſùs Hieruſalem. Tabeſcet caro vniuſcuiuſq; ſtantis ſuper pedes ſuos, & oculi eius contabeſcent in foraminibus ſuis, & lingua eorũ contrabeſcet in ore ſuo. In die illa erit tumultus Domini magnus in eis: & apprehendet vir manum proximi ſui, & cõſeretur manus eius ſuper manum proximi ſui.

M A T T H. Cap.25. Cùm autem venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes Angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ: & congregabũtur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis: & ſtatuet oues quidem à dextris ſuis, hœdos autem à ſiniſtris. Tunc dicet Rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, poſsidete paratum vobis regnũ à conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus, & operuiſtis me: infirmus, & viſitaſtis me: in carcere erã, & veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Domine quando te vidimus eſurientem, & pauimus: ſitientem, & dedimus tibi potum? quando autem te vidimus hoſpitem, & collegimus te? aut nudum, & cooperuimus te? aut quando te vĩdimus infirmum, aut in carcere, & vènimus ad te? Et reſpondens Rex, dicet illis: Amen dico vobis, quandiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet & his qui à ſiniſtris erunt: Diſcedite à me maledicti in ignẽ æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitiui, & non dediſtis mihi potum: hoſpes eram, & nõ collegiſtis me: nudus, & non operuiſtis me: infirmus, & in carcere, & non viſitaſtis me. Tunc reſpõdebunt ei & ipſi, dicentes: Dñe, quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis, dicens: Amen dico vobis, quandiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium æternum: iuſti autem, in vitam æternam.

L V C Æ Cap. 21. Et erunt ſigna in ſole & luna, & ſtellis: & in terris preſſura gentium præ confuſione ſonitus maris & fluctuum, areſcentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ ſuperuenient vniuerſo orbi: nam virtutes cœlorum mouebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna & maieſtate.

I O A N. Cap.8. Multa habeo de vobis lòqui, & iudicare.

P R I O R. Ad Corinth. Cap.4. Nihil enim mihi cõſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum: qui autem iudicat me, Dominus eſt. Itaque nolite ante tempus iudicare, quoad vſq; veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium: & tunc laus erit vnicuiq; à Deo.

A C T O R. Cap.10. Et præcepit nobis prædicare populo & teſtificari, quia ipſe eſt, qui cõſtitutus eſt à Deo iudex viuorum & mortuorum.

A D H E B R. Cap.9. Et quemadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem iudicium: ſic & Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata, ſecundò ſine peccato apparebit expectantibus ſe, in ſalutem.

P O S T E R. D. Petri, Cap.3. Cœli autem qui nunc ſunt, & terra, eodem verbo repoſiti ſunt, igni reſeruati in diem iudicij & perditionis impiorum hominum. Vnum verò hoc nõ lateat vos chariſsimi, quia vnus dies apud Dñm ſicut mille anni, & mille anni ſicut dies vnus. Non tardat Dominus promiſsionem ſuam, ſicut quidam exiſtimant: ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Adueniet autem dies Domini, vt fur: in quo cœli magno impetu tranſient; elementa verò calore ſoluentur, terra autẽ & quæ in ipſa ſunt opera, exurentur. Cùm igitur hæc omnia diſſoluenda ſint: quales oportet vos eſſe in ſanctis cõuerſationibus & pietatibus, expectantes & properantes

in

in aduentum diei Domini, per quem cœli ardentes ſoluentur,& elementa ignis ardore tabeſcent. Nouos veró cœlos & nouam terram ſecundùm promiſſa ipſius expectamus,in quibus iuſtitia habitat.

B PRIO. Ad Theſſa.Cap.4.Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentu Domini,non præueniemus eos qui dormierunt:Quoniam ipſe Dominus in iuſſu & in voce Archangeli,& in tuba Dei, deſcendet de cœlo: & mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi. Deinde nos qui viuimus,qui relinquimur: ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiã Chriſto in aëra, & ſic ſemper cum Domino erimus.

PRIOR. Ad Corinth Cap.15. Ecce myſterium vobis dico. Omnes quidem reſurgemus,ſed non omnes immutabimur. In momento,in ictu oculi, in nouiſsima tuba,(canet enim tuba) & mortui reſurgent incorrupti: & nos immutabimur.

C MATTH. Cap.19. Ieſus autem dixit illis: Amen dico vobis, quòd vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſraël.

PRIOR. Ad Corin. Cap.6. An neſcitis quoniã ſancti de hoc mundo iudicabunt? Et ſi in vobis iudicabitur mundus: indigni eſtis qui de minimis iudicetis? Neſcitis quoniam angelos iudicabimus? quãtô magis ſecularia?

D PSALM. 149. Exultabunt ſancti in in gloria, lætabũtur in cubilibus ſuis. Exultationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum: Ad faciendam vindictam in nationibus, Increpationes in populis: Ad alligandos Reges eorũ in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis: Vt faciant in eis iudicium conſcriptum: gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius.

APOCALY. Cap.4. Et in circuitu ſedis ſedilia viginti quatuor: & ſuper thronos, viginti quatuor ſeniores ſedẽtes, circũamicti veſtimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ. Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua: & ſeptem lampades ardentes ante thronum, qui ſunt ſeptem Spiritus Dei.

SAPIEN. Cap.3. Fulgebunt iuſti,& tanquàm ſcintillæ in arundineto diſcurrẽt, iudicabunt nationes, & dominabuntur populis,& regnabit Dominus illorũ in perpetuum.

E HIEREM. Cap.17. Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile,quis cognoſcet illud? Ego Dominus ſcrutans cor & probãs renes:qui do vnicuiq; iuxta viam ſuam, & iuxta fructum adinuentionum ſuarum.

PRIO. Ad Corinth.Cap.4. Vide ſuprà, litera.A.

AD HEBR. Cap.4. Viuus eſt enim ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti,& pertingens vſque ad diuiſionẽ animæ ac ſpiritus, compãgũ quoq; ac medullarum, & diſcretor cogitationum & intẽtionum cordis. Et non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius. Omnia autem nuda & aperta ſunt oculis eius; ad quem nobis ſermo.

PSALM. 33. Oculi Domini ſuper iuſtos: & aures eius in preces eorum. Vultus autem Domini ſuper faciẽtes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.

ECCLESIASTICI Cap.15. Oculi Domini ad timẽtes eum, & ipſe agnoſcit omnem operam hominis.

F ECCLESIASTES Cap.11. Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminiſſe debet tenebroſi temporis,& dierum multorum: qui cùm venerint, vanitatis arguentur præterita. Lætare ergo iuuenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in vijs cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum: & ſcito quòd pro omnibus his adducet te Deus in iudicium.

LVCÆ. Capit. 16. Factum eſt autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt autem & diues, & ſepultus eſt in inferno.

ET Cap. 12. Veniet Dominus ſerui illius in die qua non ſperat, & hora qua neſcit, & diuidet eum, partemq; eius cum infidelibus ponet.

G PSAL. 61. Semel locutus eſt Deus, duo hæc audiui, quia poteſtas Dei eſt, & tibi Domine miſericordia: quia tu reddes vnicuiq; iuxta opera ſua.

IOEL. Cap.3. Quia ecce in diebus illis & in tẽpore illo cùm cõuertero captiuitatẽ Inda & Hieruſalẽ: Cõgregabo omnes Gẽtes, & deducam eas in vallem Ioſaphat: & diſceptabo cum eis ibi ſuper populo meo, & hæreditate mea Iſraël, quos

diſperſerunt in nationibus, & terrã meam diuiſerunt. *Et rurſum*. Populi populi in valle conciſionis: quia iuxtà eſt dies Domini in valle conciſionis. Sol & Luna obtenebrati ſunt: & Stellæ retraxerunt ſplendorem ſuum. Et Dominus de Sion rugiet: & de Hieruſalem dabit vocem ſuam: & mouebuntur cœli & terra, & Dominus ſpes populi ſui & fortitudo filiorum Iſraël.

ACTOR. Cap. 1. Cumq; intuerẽtur in cœlum euntem illum, ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cœlum? Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis euntem in cœlum.

MATTH. Cap. 24. Statim autẽ poſt tribulationem dierum illorum, Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum, & Stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorũ commouebuntur: & tunc parebit ſignum filij hominis in cœlo: & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa & maieſtate. Et mittet Angelos ſuos cum tuba, & voce magna: & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à ſummis cœlorum vſque ad terminos eorum.

H PSALM. 5. Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſe agebant, iudica illos Deus. Decidant à cogitationibus ſuis, ſecundùm multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine.

ET. 109. Dixit Dominus Dño meo, ſede à dextris meis: Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.

DANIE. Cap. 7. Aſpiciebam ergò in viſione noctis, & ecce cum nubibus cœli quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit: & in conſpectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei poteſtatẽ & honorem & regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſeruiẽt: poteſtas eius, poteſtas æterna, quę non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.

PRIOR. Ad Corinth. Cap. 15. Vnuſquiſq; autem in ordine ſuo, primitiæ Chriſtus. Deinde ij qui ſunt Chriſti, qui in aduentu eius crediderunt. Deinde finis cùm tradiderit regnum Deo & Patri, cùm euacuauerit omnem principatum & poteſtatem & virtutem. Oportet autem illum regnare donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius.

AD PHILIP. Cap. 2. Vide ſuprà, lect. 3. litera. O.

AD HEBR. Cap. 1. Ad quem autẽ Angelorum dixit aliquãdo: Sede à dextris meis, quoad vſque ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum?

AD COLOS. Cap. 1. Vide ſuprà, lect. 1. litera. H.

APOCALYP. Cap. 1. Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Et plangent ſe ſuper eum omnes tribus terræ: etiã, Amen. Ego ſum, α, & ω, principium & finis, dicit Dominus Deus, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt Omnipotens.

I MATTH. Cap. 24. Vide ſuprà, litera. G.

AD ROMAN. Cap. 8. Quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim quòd omnis creatura ingemiſcit & parturit vſque adhuc. Non ſolum autem illa, ſed & nos ipſi primitias Spiritus habẽtes, & ipſi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes redemptionem corporis noſtri.

POSTER. AD Corint. Cap. 5. Audemus autem, & bonam volũtatẽ habemus magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dñm. Et ideò cõtendimus, ſiue abſentes, ſiue præſentes placẽre illi. Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq; propria corporis, prout geſſit, ſiue bonũ, ſiue malũ. Scientes ergò timorẽ Dñi hominibus ſuademus: Deo autẽ manifeſti ſumus. Spero autem & in conſcientijs veſtris manifeſtos nos eſſe.

AD PHILIP. Cap. 3. Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt: vnde etiam Saluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ, ſecundùm operationem, qua etiam poſſit ſubijcere ſibi omnia.

ET Cap. 4. Gaudete in Domino ſemper: iterum dico, gaudete. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Dominus enim propè eſt. Nihil ſolliciti ſitis: ſed in omni oratione, & obſecratione, cum gratiarũ actione, petitiones veſtrę innoteſcant apud Deũ. Et pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras in Chriſto Ieſu.

PRIO.

PRIO Ad Theſſal. Cap. 5. Ipſi enim diligenter ſcitis quia dies Domini, ſicut fur in nocte, ita veniet. Cùm enim dixerint, pax & ſecuritas: tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vterohabentis, & non effugient. Vos autem fratres non eſtis in tenebris, vt vos dies illa tanquàm fur comprehendat. Omnes enim vos filij lucis eſtis, & filij diei: nõ ſumus noctis neque tenebrarum. Igitur non dormiamus ſicut & cæteri: ſed vigilemus & ſobrij ſimus. Qui enim dormiunt, nocte dormiũt: & qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt. Nos autẽ qui diei ſumus, ſobrij ſumus, induti loricam fidei & charitatis, & galeam ſpem ſalutis: quoniam non poſuit nos Deus in iram, ſed in acquiſitionem ſalutis per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, qui mortuus eſt pro nobis: vt ſiue vigilemus, ſiue dormiamus, ſimul cum illo viuamus. Propter quod conconſolamini inuicẽ: & ædificate alterutrũ, ſicut & facitis.

AD HEB. Cap. 10. Habentes itaq; fratres fiduciam in introitu Sanctorum, in ſanguine Chriſti: quam initiauit nobis viã nouam & viuentem per velamẽ, id eſt, carnem ſuam, & Sacerdotem magnum ſuper domum Dei, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aſperſi corda à conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus ſpei noſtræ confeſsionem indeclinabilem (fidelis enim eſt qui repromiſit) & conſyderemus inuicem in prouocationem charitatis & bonorum operum: nõ deſerentes collectionem noſtram, ſicut con ſuetudinis eſt quibuſdam, ſed conſolantes, & tantò magis quantò videritis appropinquantem diem.

POST. D. Petri, Cap. 3. Vide ſup. litera. A.

APOCALYP. Cap. 22. Ecce venio citò, & merces mea mecũ eſt, reddere vnicuiq; ſecundùm opera ſua.

K LVCÆ. Cap. 12. Dixit autem illi Dominus: Stulte, hac nocte animam tuam repetẽt à te: quæ autem paraſti, cuius erũt?

MATT. Cap. 24. De die autem illa & hora, nemo ſcit, neque Angeli cœlorum, niſi ſolus Pater. Sicut autẽ in diebus Noẽ: ita erit & aduentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, vſque ad eum diem quo intrauit Noẽ in arcam, & non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit & aduentus filij hominis. Tunc duo erunt in agro, vnus aſſumetur, & vnus relinquetur: duæ molentes in mola, vna aſſumetur, & vna relinquetur. Vigilate ergò quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit. Illud autem ſcitote quoniam ſi ſciret paterfamiliàs qua hora fur venturus eſſet, vigilaret vtique & non ſineret perfodi domum ſuam. Ideò & vos eſtote parati, quia qua neſcitis hora filius hominis venturus eſt.

PRIO. Ad Theſſalo, Cap. 5. Vide ſup. litera. I.

APOCALYP. Cap. 3. In mẽte ergò habe qualiter acceperis & audieris: & ſerua, & pœnitentiam age. Si ergò non vigilaueris, veniã ad te tãquàm fur, & neſcies qua hora veniam ad te.

ET Cap. 16. Ecce venio ſicut fur. Beatus qui vigilat & cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinẽ eius.

POSTER. Petri, Cap. 3. Vide ſup. litera. A.

AVTHORIT. PATR.

D 1 CHRYSOST. tom. 2. homi. 65. in Matth. Cap. 19. Quid autem eſt quod dicit, Iudicantes duodecim tribus Iſraël? Nihil aliud profectò quàm, condẽnantes. Non enim in ſolio iudicaturi ſedebunt, ſed quemadmodum Reginam Auſtri & Niniuitas cõdemnaturos generationem illam aſſeruit, ſimili quodam modo diſcipuli, non gentes, non vniuerſum orbem, ſed tribus Iſraël condemnabunt. Nam quoniã eiſdem & legibus & inſtitutis viuendi, tàm Iudæi quàm Apoſtoli educati fuerunt, cùm Iudæi dicturi ſint, idcircò ſe credere Chriſto nõ potuiſſe, quia mãdata legis ſeruare iubebantur, diſcipulis in mediũ productis, à quibus & lex ſuſcipiebatur, & fides Chriſto adhibita eſt, omnes Iudæos condemnabit: proptereà enim dicebat, Iudices veſtri futuri ſunt. Sed quid præcipuè pollicetur ipſis, inquies, ſi quod Niniuitæ & Regina habebunt, id etiam diſcipuli poſſidebunt? Multa quoq; alia in ſuperioribus iſtis obtulit, & in ſequentibus pollicetur, quanuis aliquid occultius in hoc etiam ſignificatur, maiora iſtos illis habituros: de illis enim ſimpliciter dicitur, Quia viri Niniuitæ reſurgent, & condẽnabunt hanc generationẽ: Regina quoq; Auſtri ſimiliter.

Matth. 19.
Apoſtoli quemodo iudicaturi ſint.
Matth. 12.
Luc. 11.
Apoſtoli quid amplius habebunt quàm Regina Auſtri & Niniuitæ.
Matt. 12.
Luc. 11.

De iſtis verò nõ ita ſimpliciter: ſed, Quando filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ ſedebit, tunc & vos ſedebitis ſuper duodecim thronos iudicantes duodecim tribus Iſraël. Inde ſignificatur, quia tàm regni quàm gloriæ participes futuri ſunt. *1.Tim. 2.* Si enim ſuſtinemus, inquit, ſimul quoq; cõregnabimus. Et ecce non conſeſſum quidẽ eſſe ſedes ſignificauit, cùm ipſe ſolus in ſolio iudicaturus ſedebit, ſed honorem atque gloriam ineffabilem vocabulo ſedium ſignanter expreſsit. *Duodecim ſedes quid ſignificent.*

2 A V G V S T. tom.8. in Pſalm. 49. *Pſalm. 49.* *Verſu, Et in circuitu eius tempeſtas valida.* Videamus quomodo faciet, qui venturus eſt tempeſtate illa. Quid facturus? Quæ erit In circuitu tempeſta valida? Proculdubiò iſta tempeſtas, quandam ſeparationem factura eſt. Iſta eſt illa ſeparatio quã nõ expectauerunt, *Luc. 5.* qui antè quàm ad litus venirent, retia diruperunt. In illa verò ſeparatione, fit quædam malorum & bonorum diſtinctio. Alij ſunt enim ſequentes nunc Chriſtum, expeditis humeris ſine ſarcina curarum ſecularium, qui non fruſtrà audierunt: *Matth. 19.* Si vis eſſe perfectus, vade vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurũ in cœlo, & veni ſequere me. Qualibus dicitur: Sedebitis ſuper duodecim ſedes iudicantes duodecim tribus Iſraël. Alij ergò erunt iudicantes cum Domino, alij iudicandi, ſed ad dexteram ponendi. *Alij erunt cum Domino iudicantes, alij iudicandi.* Nam quia erunt quidam iudicantes cum Domino, habemus apertiſsimum teſtimoniũ quod modò commemoraui: Sedebitis ſuper duodecim ſedes, iudicãtes duodecim tribus Iſraël. Sed dicet aliquis: Duodecim illic Apoſtoli conſedebunt, non amplius. *Non ſolos Apoſtolos cum Chriſto iudicaturos.* Vbi ergo erit Apoſtolus Paulus? Nunquid inde ſeparatus eſt? Abſit vt hoc dicamus, abſit vt hoc vel tacitè cogitemus. *Et poſt pauca.* Apoſtolus de ſe Paulus, dũ argueret fideles laicos, quia iudicia ſua non deferebant ad Eccleſiam, ſed ad publicum pertrahebant eos cum quibus habebant negotia, ait: *1.Corint. 6.* Neſcitis quia Angelos iudicabimus? Videte quemadmodum iudicem ſe fecit, non ſolum ſe, ſed & omnes qui rectè iudicant in Eccleſia. Cùm ergo manifeſtum ſit, multos cum Domino iudicaturos, alios verò non tam ex æquo, ſed pro meritis iudicandos, cum omnibus Angelis ſuis veniet, quando ante eum congregabuntur omnes gẽtes: & inter omnes Angelos deputandi erunt illi qui tã perfecti fuerint, vt ſedẽtes ſuper duodecim ſedes, iudicent duodecim tribus Iſraël. *Perfecti ſedebũt ſuper ſedes duodecim.* *Et verſu, Aduocauit cœlum deſurſum.* *Pſalm. 49.* Cœlũ omnes ſanctos perfectos iudicaturos, aduocabit eos ſurſum ſeſſuros iudicantes duodecim tribus Iſraël.

3 H I E R O N. tom. 6. in Matth. Cap. 19. In regeneratione cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, quãdo & mortui de corruptione reſurgent incorrupti, ſedebitis & vos in ſolijs iudicantium, condemnantes duodecim tribus Iraël: quia vobis credentibus, illi credere noluerunt. *Apoſtoli quomodo iudicabunt.*

G 1 A V G V S T. tom.5. De ciuitate Dei, lib.20. Cap.2. Nunc autẽ & mala æquo animo ferre diſcimus, quæ patiuntur boni: & bona non magni pendere quæ adipiſcuntur & mali. Ac per per hoc etiam in his rebus, in quibus non apparet Diuina iuſtitia, ſalutaris eſt Diuina doctrina. *Vniuerſale iudiciũ cur futurum.* Neſcimus enim quo iudicio Dei bonus ille ſit pauper, malus ille ſit diues: iſte gaudeat, quem pro ſuis perditis moribus cruciari debuiſſe mœroribus arbitramur: contriſtetur ille, quem vita laudabilis gaudere debuiſſe perſuadet. Exeat de iudicio non ſolùm inultus, verùm etiam damnatus innocens, aut iniquitate iudicis preſſus, aut falſis obrutus teſtimonijs. E contrario ſceleſtus aduerſarius eius; non ſolùm impunitus, verùm etiam vindicatus inſultet: impius optimè valeat, pius languore tabeſcat. Latrocinentur ſaniſsimi iuuenes: & qui nec verbo lædere quenquã potuerunt, diuerſa morborum atrocitate affligantur. Infantes vtiles rebus humanis, immatura morte rapiantur: & qui videntur nec naſci debuiſſe, diutiſsimè inſuper viuant. Plenus criminibus, ſublimetur honoribus: & hominem ſine querella, tenebræ ignobilitatis abſcondant: & cætera huiuſmodi, quæ quis colligat? quis enumeret? Quæ ſi haberent in ipſa velut abſurditate conſtantiam, vt in hac vita in qua homo (ſicut ſacer Pſalmus eloquitur) vanitati ſimilis factus eſt, & dies eius velut vmbra prætereunt: *Pſal. 143.* non niſi mali adipiſcerentur tranſitoria bona iſta atque terrena: nec niſi boni talia paterentur mala, poſſet hoc referri ad iudicium iuſtum Dei, vel etiam benignum: vt qui non erant aſſecuturi bona æterna, quæ faciunt beatos, his temporalibus vel deciperentur pro malitia ſua, vel pro Dei miſericordia conſolarentur bonis: & qui non erant paſſuri æterna tormenta, temporalibus, vel pro ſuis quibuſcunq; vel quantaliſcunq;

pec-

peccatis affligerentur, vel propter implendas virtutes exercerentur malis. Nunc verò quando non ſolùm in malo ſunt boni, & in bono mali, quod videtur iniuſtũ: verùmetiam plerunq; & malis mala eueniunt, & bonis bona proueniũt: magis inſcrutabilia fiũt iudicia Dei, & inueſtigabiles viæ illius.
Roma. 11. Quàuis ergò neſciamus quo iudicio Deus iſta vel faciat vel fieri ſinat: apud quẽ ſumma virtus eſt, & ſumma ſapientia, ſummaq; iuſtitia: nulla infirmitas: nulla temeritas, nulla iniquitas: ſalubriter tamen diſcimus non magni pendere ſeu bona ſeu mala, quę videmus eſſe bonis maliſq; communia: & illa bona quærere quæ bonorum: atque illa mala maximè fugere, quæ propria ſunt malorum. Cùm verò ad illud Dei iudicium venerimus, cuius tempus iam propriè dies iudicij, & aliquando dies Dñi nuncupatur: non ſolùm quęcunq; tunc iudicabuntur, verùm etiam quæcunq; ab initio iudicata, & quæcunq; vſque ad illud tempus adhuc iudicanda ſunt, apparebunt eſſe iuſtiſsima. Vbi hoc quoq; manifeſtabitur, quàm iuſto Dei iudicio fiat, vt nunc tam multa ac penè omnia iuſta iudicia Dei, ſenſus menteſq; mortaliũ lateãt, cùm tamen in hac re piorũ fidem non lateat, iuſtum eſſe quod latet.

LECTIO DECIMA.

DOCTOR.

QVONIAM video te primam iam ac ſecundã fidei noſtræ, ac huius Symboli partem explicaſſe, ad tertiam & vltimam accedamus.

ADOLESCENS.

Credo in Spiritum ſanctum. Hæc autem [a] tertia eſt in Trinitate perſona, quæ cum Patre & Filio eiuſdem eſt naturæ, bonitatis, potentiæ, atq; eſſentiæ.

a Gen. 1. Ioan. 1. 14. & 16. Matth. 18. Rom 8. Act. 17. 5. 1. Cor. 12. Conc. Conſtan primũ. Aug lib. 1. 3. & 5. de Trinita. & de fide & ſymb. Hila. de Trinit. lib. 2.

DOCTOR.

Quur eum vocas Spiritum?

ADOLESCENS.

Quòd ab [b] eo vniuerſalis vitæ ratio ſpiretur, & ea potiſsimùm quę noſtrarũ animarũ eſt propria, quibus [c] peccati culpa ac reatu nõnũquàm oppreſsis, ac ſepultis, vbi per pœnitentiam reuixerint, gratiam ac donorum ſuorũ vim ac fructus, recens, hic Diuinus Spiritus infundit.

b Pſal. 103. Gen. 1. Ioan. 1.

c 1. Reg. 10. Ioan. 3. Act. 5. Roman. 7. & 8. 1. Corint. 3. 1. Ioan. 4. Epheſ. 1. & 4.

DOCTOR.

Quæ ſunt hæc tandem dona?

ADOLESCENS.

Sapientia [d] in primis, deinde Intellectus, Conſilium, Fortitudo, Scientia, Pietas, & Timor.

d Iſai. 11. Rom. 12. 1. Cor. 12. Epheſ. 4.

DOCTOR.

Qui verò ſunt fructus, quæ'ue gratiæ?

ADOLESCENS.

Charitas, [e] Gaudium, Pax, Patientia, Longanimitas,

e Rom. 12. Galat. 5. Philip. 2. Iacob. 3.

Bonitas,Benignitas,Manſuetudo,Fides,Modeſtia, Continentia,Caſtitas.

DOCTOR.

f *Matth.12. Marc.3. Luc.11. 1.Ioan.5.*

Non'ne eſt quoddam peccatũ quod [f] aduerſus hũc Spiritum ſanctum præcipuè nominatur?

ADOLESCENS.

g *Exo.5.7.&.8. Iſa.6. Heb.3. Ioan.4.&.12. Act.7.&.28. Roman.11.*
h *Gen.4. Luc.23. Matth.27. Act.1. 2.Corint.2.*
i *Eccleſiaſtici. 5. Actor.8. 2.Tim.3. Gen.37. 1.Pet.2. 1.Reg.18. Matth.27.*
K *Iſai.28. Hebra.6.&.10.*

Eſt, ſoletq́; illud committi [g] obſtinati cordis vitio in errore aliquo, [h] deſperatione item ſalutis,ſui ipſius præſumptione,rerum alienarum [i] inuidia, & ea quam vocăt impœnitentia finali.[k]

DOCTOR.

Et hæc non'ne in Patrem & Filium æquè ac in Spiritum ſanctum admittuntur?

ADOLESCENS.

l *Pſal.142. 1.Theſ.5. Hebr.6. &.10. Auguſt. in pſal.50.& epiſ.50. & de vera & fal. pœ. cap 4.& de ſer. Do.lib. 1. cap. 44.& de Verb.Dom.ſer.11.& retract lib.1.cap.19.& ſer.59. de tempo.*

Sanè: contra Spiritum tamen ſanctum hoc ſolet ideò maximè nominari, quòd cùm ex eo, (vti dictum eſt) ratione quadam peculiari, bonitas omnis atque clemẽtia proficiſcatur: hæc tamen præclara eius dona hoc in primis flagitio [l] conculcantur, quod rarò ideò remitti ſolet,quia in illud qui labuntur, nunquàm ferè ad animi pœnitentiam emolliantur.

AVTHORIT. SCRIP.

A GENES. Cap.1. Terra autem erat inanis & vacua,& tenebræ erant ſuper faciem abyſsi: & Spiritus Domini fere batur ſuper aquas.

IOAN. Cap.1. Quia vidi Spiritum deſcendentem quaſi columbam de cœlo,& manſit ſuper eum.Et ego neſciebam eum: ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mi hi dixit:ſuper quem videris ſpiritũ deſcendentem,& manentẽ ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto.

ET Cap.14. Et ego rogabo Patrem,& alium Paraclitum dabit vobis,Spiritum veritatis,quem mundus non poteſt accipere.

ET. Paraclitus autẽ Spiritus ſanctus,quẽ mittet Pater in nomine meo,ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis.

ET Cap. 16. Cùm venerit Spiritus veritatis,docebit vos omnem veritatem.

MATTH. Cap.28. Baptizantes eos in nomine Patris,& Filij,& Spirit⁹ ſancti.

AD ROMAN. Cap.8. Vos autem in carne non eſtis,ſed in Spiritu,ſi tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autẽ Spiritum Chriſti nõ habet, hic nõ eſt eius.

ET. Qòd ſi Spiritus eius,qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis,habitat in vobis:qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis,viuificabit & mortalia corpora veſtra propter inhabitantem Spiritum eius in vobis. ET. Quicunq; enim Spiritu Dei agũtur, ij ſunt Filij Dei. Non enim accepiſtis Spiritũ ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis Spiritũ adoptionis filiorum,in quo clamamus, Abba, Pater.Ipſe enim Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro,quòd ſumus filij Dei.

ACTOR. Cap.5. Dixit autẽ Petrus: Anania cur tentauit Satanas cor tuũ mentiri te Spiritui ſancto,& fraudare de precio agri? Non'ne manens tibi manebat, & venun-

venundatum in tua erat poteſtate? Quarè poſuiſti in corde tuo hanc rē? Non es mentitus hominibus, ſed Deo.

PRIOR. ad Corinth. Cap. 12. Nemo poteſt dicere, Dominus Ieſus, niſi in Spiritu ſancto. Diuiſiones verò gratiarū ſunt, idem autem Spiritus. Et diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus. Et diuiſiones operationū ſunt, idē verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiq; autem datur manifeſtatio Spiritus ad vtilitatem. Alij quidem per Spiritum datur ſermo ſapientiæ: alij autem ſermo ſcientiæ ſecundum eundem Spiritum: Alteri fides, in eodem Spiritu: alij gratia ſanitatum in vno Spiritu: alij operatio virtutum, alij prophetia, alij diſcretio Spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum. Hæc autem omnia operatur vnus atque idē Spiritus diuidens ſingulis prout vult.

B PSAL. 103. Emitte ſpiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ.

GENES. Cap. 1. Vide ſuprà, litera. A.

IOAN. Cap. 1. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt in ipſo, vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.

C PRI. Reg. Cap. 10. Et inſiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis cū eis, & mutaberis in virum alium. Quando ergò euenerint ſigna hæc omnia tibi, fac quæcunq; inuenerit manus tua, quia Dn̄s tecum eſt. Et deſcendes ante me in Galgala: (ego quippe deſcendam ad te) vt offeras oblatiōnem, & immoles victimas pacificas: ſeptem diebus expectabis, donec veniā ad te, & oſtendam tibi quid facias. Itaq; cùm auertiſſet humerum ſuum vt abiret à Samuele, immutauit ei Deus cor aliud, & venerunt omnia ſigna hæc in die illa. Veneruntq; ad prædictum collem, & ecce cuneus prophetarū obuius ei: & inſiluit ſuper eum Spiritus Domini, & prophetauit in medio eorum.

IOAN. Cap. 3. Quod natum eſt ex carne, caro eſt: & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Nō mirēris quia dixi tibi, oportet vos naſci denuò. Spiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis: ſed neſcis vnde veniat, aut quò vadat: ſic eſt omnis qui natus eſt ex Spiritu.

ACTOR. Cap. 5. Vide ſuprà litera. A.

AD ROM. Cap. 7. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuātem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Igitur ego ipſe mente ſeruio legi Dei: carne autem, legi peccati.

ET Cap. 8. Vide ſup. lit. A.

POSTER. ad Corinth. Cap. 3. Dn̄s autem Spiritus eſt. Vbi autem Spiritus Domini: ibi libertas.

PRI. Ioan. Cap. 4. In hoc cognoſcimus quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis: quoniam de Spiritu ſuo dedit nobis.

AD EPHES. Cap. 2. Et veniens euangelizauit pacē, vobis qui longè fuiſtis, & pacē ijs qui propè. Quoniam per ipſum habemus acceſſum ambo in vno Spiritu ad Patrem.

ET Cap. 4. Solliciti ſeruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus ſpiritus: ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ.

D ISAIÆ. Cap. 11. Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Et requieſcet ſuper eum Spiritus Domini: Spiritus ſapientiæ & intellectus, Spiritus conſilij & fortitudinis, Spiritus ſcientiæ & pietatis. Et replebit eum Spiritus timoris Domini.

AD ROM. Cap. 12. Habentes autem donationes, ſecūdùm gratiam quæ data eſt nobis, differentes: ſiue prophetiam, ſecundùm rationem fidei: ſiue miniſterium, in miniſtrādo: ſiue qui docet, in doctrina: qui exhortatur, in exhortando: qui tribuit, in ſimplicitate: qui præeſt, in ſolicitudine: qui miſeretur, in hilaritate. Dilectio ſine ſimulatione. Odientes malum, adhærētes bono. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes. Honore inuicem præuenientes. Sollicitudine non pigri. Spiritu feruentes. Domino ſeruientes. Spe gaudentes. In tribulatione patientes. Orationi inſtantes. Neceſsitatibus Sanctorum communicantes. Hoſpitalitatem ſectantes. Benedicite perſequentibus vos: benedicite, & nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus: Idipſum inuicem ſentientes. Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes.

PRIO. Ad Corint. Cap. 11. Vide ſup. litera. A.

AD EPHES. Cap. 4. Et ipſe dedit quoſdam quidē Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios

autem Paſtores, & Doctores, ad conſummationem Sanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti.

E AD ROMAN. Cap. 12. Vide ſup. litera. D.

AD GALAT. Cap. 5. Fructus autē Spiritus eſt, Charitas, Gaudium, &c. vt in textu.

AD PHILIP. Cap. 2. Si qua ergo conſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſocietas Spiritus, ſi qua viſcera miſerationis: implete gaudium meum, vt idem ſapiatis, eandem charitatem habētes, vnanimes id ipſum ſentiētes: nihil per contentionem, neq; per inanem gloriam: ſed in humilitate, ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes: non quæ ſua ſunt ſinguli conſyderantes, ſed ea quæ aliorum.

IACOB. Cap. 3. Quæ autē deſurſum eſt ſapientia, primùm quidem pudica eſt: deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia & fructibus bonis, non iudicans, ſine ſimulatione. Fructus autem iuſtitiæ in pace ſeminarur, facientibus pacem.

F MATT. Cap. 12. Ideò dico vobis, Omne peccatū & blaſphemia remittetur hominibus: ſpiritus autem blaſphemiæ non remittetur. Et quicunq; dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autē dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei neque in hoc ſeculo, neque in futuro.

MARC. Cap. 3, Amē dico vobis, quoniam omnia dimittentur filijs hominū peccata & blaſphemiæ quibus blaſphemauerint: Qui autem blaſphemauerit in Spiritū ſanctum, non habet remiſsionem in æternum, & reus erit æterni delicti.

LVCÆ. Cap. 12. Et omnis qui dixerit verbum in filium hominis, remittetur illi: ei autem qui in Spiritum ſanctum blaſphemauerit, non remittetur.

PRI. Ioan. Cap. 5. Qui ſcit fratrē ſuum peccare peccatum non ad mortem. petat, & dabitur ei vita, peccanti non ad mortem. Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis.

G EXOD. Cap. 5. At ille reſpōdit, Quis eſt Dominus vt audiam vocem eius, & dimittam Iſraël? Neſcio Dominum, & Iſraël non dimittam.

ET Cap. 7. Induratumq; eſt cor Pharaonis, & non audiuit eos, ſicut præceperat Dominus. Dixit autem Dn̄s ad Moyſen: Ingrauatum eſt cor Pharaonis, non vult dimittere populum.

ET Cap. 8. Videns autē Pharao quòd data eſſet requies, ingrauauit cor ſuum, & non audiuit eos, ſicut pręceperat Dominus. *Et poſtea* Et ingrauatum eſt cor Pharaonis, ita vt nec hac quidem vice dimitteret populum.

ISAI. Cap. 6. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: nè fortè videat oculis ſuis, & auribus audiat, & corde ſuo intelligat, & conuertatur, & ſanem eum.

AD HEBR. Cap. 3. Quapropter ſicut dicit Spiritus ſanctus, Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione ſecundùm diē tentationis in deſerto, vbi tentauerunt me patres veſtri, probauerunt & viderunt opera mea quadraginta annis. Propter quod infenſus fui generationi huic, & dixi, Semper errant corde. Ipſi autem non cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam. Videte fratres, nè fortè ſit in aliquo veſtrum cor malum, incredulitatis, diſcedendi à Deo viuo, ſed adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, donec Hodie cognominatur, vt nō obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Participes enim Chriſti effecti ſumus: ſi tamen initium ſubſtantiæ eius vſque ad finem, firmū retineamus.

IOAN. Cap. 4. Dixit ergô Ieſus ad eum: Niſi ſigna & prodigia videritis, non creditis.

ET Cap. 12. Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorū, vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & ſanem eos.

ACTOR. Cap. 7. Dura ceruice & incircunciſis cordibus & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis: ſicut patres veſtri, & vos.

ET Cap. 28. Cùmq; inuicem non eſſent conſentientes, diſcedebant, dicēte Paulo vnum verbum: Quia benè Spiritus ſanctus locutus eſt per Iſaiam prophetam ad patres noſtros, dicens: Vade ad populum iſtum, & dic ad eos, Aure audietis & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perſpicietis. Incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos compreſſerunt, ne fortè videāt oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & ſanem eos.

AD

AD ROM. Cap.11. Quid ergo? quod quærebat Iſraël, hoc non eſt conſecutus: electio autem conſecuta eſt: cęteri verò ex cæcati ſunt, ſicut ſcriptum eſt: Dedit illis Deus Spiritum compunctionis: oculos, vt non videant: & aures vt non audiant, vſque in hodiernum diem.

H GENES. Cap.4. Dixitq; Cain ad Dominum: Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Ecce eijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero vagus & profugus in terra: omnis ergò qui inuenerit me, occidet me.

LVC. Cap.23. Vnus autem de his, qui pendebant, latronibus, blaſphemabat eum, dicens: Si tu es Chriſtus, Saluū fac temetipſum, & nos. Reſpondens autem alter increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum, qui in eâdem damnatione es?

MATTH. Cap.27. Et proiectis argenteis in templo, receſſit: & abiens, laqueo ſe ſuſpendit.

ACTOR. Cap.1. Viri fratres, oporter impleri ſcripturam quam prædixit Spiritus ſanctus per os Dauid, de Iuda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Ieſum, qui connumeratus erat in nobis, & ſortitus eſt ſortem miniſterij huius. Et hic quidem poſſedit agrum de mercede iniquitatis, & ſuſpēſus crepuit medius: & diffuſa ſunt omnia viſcera eius.

POST. Ad Corinth. Cap.2. Sufficit ei qui eiuſmodi eſt, obiurgatio hæc quæ fit à pluribus: ita vt è contrario magis donetis & conſolemini, ne fortè abundantiori triſtitia abſorbeatur qui eiuſmodi eſt.

I ECCLESIASTICI Cap.5. Ne dixeris, Peccaui: & quid mihi accidit triſte? Altiſſimus enim eſt patiens redditor. De propitiato peccato noli eſſe ſine metu, neq; adijcias peccatum ſuper peccatum. Et ne dicas, Miſeratio Domini magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur. Miſericordia enim, & ira ab illo citò proximant, & in peccatores reſpicit ira illius. Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: ſubitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te.

ACTOR. Cap.8. Cùm vidiſſet autē Simon, quia per impoſitionē manus Apoſtolorum, daretur Spiritus ſanctus, obtulit eis pecuniã, dicens: Date & mihi hanc poteſtatē, vt cuicunq; impoſuero manus, accipiat Spiritum ſanctum. Petrus autem dixit ad eum, Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. Non eſt tibi pars neq; ſors in ſermone iſto. Cor enim tuum non eſt rectum coram Deo. Pœnitentiam itaq; age ab hac nequitia tua, & roga Deum ſi fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te eſſe.

POSTER. Ad Timoth. Cap.3. Hoc autem ſcito, quòd in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa. Er erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſcelesti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, prodirores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis quàm Dei: habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita.

GENES. Cap.37. Audite ſomnium meum quod vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi conſurgere manipulum meum, & ſtare, veſtroſq; manipulos circunſtantes adorare manipulū meū. Reſpōderunt fratres eius, Nūquid rex noſter eris? Aut ſubijciemur ditioni tuę? Hæc ergo cauſa ſomniorū atq; ſermonū, inuidiæ & odij fomitem miniſtrauit. Aliud quoque vidit ſomnium, quod narrans fratribus, ait: Vidi per ſomnium quaſi Solem & Lunam & Stellas vndecim adorare me. Quod cùm patri ſuo & fratribus retuliſſet, increpauit eum pater ſuus, & dixit. Quid ſibi vult hoc ſomnium quod vidiſti? Num ego & mater tua, & fratres tui adorabimus te ſuper terram? Inuidebant ei igitur fratres ſui: pater verò rem tacitus conſyderabat.

PRIO. Petri, Cap.2. Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationem, & inuidias, & omnes detractiones, ſicut modò geniti infantes, ſine dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem.

PRI. Reg. Cap.18. Et pręcinebant mulieres ludentes atque dicentes: Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia. Iratus eſt autem Saul nimis, & diſplicuit in oculis eius ſermo iſte: dixitq;, Dederūt Dauid decem millia, & mihi mille dederunt: quid ei ſupereſt, niſi ſolum regnum? Non rectis ergò oculis Saul aſpiciebat Dauid à die illa, & deinceps.

MATT. Cap.27. Sciebat enim quòd per inuidiam tradidiſſent eum.

ISA.

K I S A. Cap.28. Quem docebit ſcientiā? & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulſos ab huberibus. Quia, manda remanda, manda remanda: expecta reexpecta, expecta reexpecta: modicū ibi, modicum ibi. In loquela enim labij, & lingua altera loquetur ad populum iſtum. Cui dixit, Hæc eſt requies mea, reficite laſſum, & hoc eſt meum refrigerium: & noluerunt audire. Et erit eis verbum Domini, manda remanda, manda remanda: expecta reexpecta, expecta reexpecta: modicum ibi, modicum ibi; vt vadant, & cadant retrorſum, & conterantur, & illaqueentur, & capiantur.

A D H E B R. Cap.6. Impoſsibile enim eſt eos qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt etiam donum cœleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti: guſtauerunt nihilo minus bonum Dei verbū, virtuteſq; ſeculi venturi, & prolapſi ſunt: rurſus renouari ad pœnitentiam, rurſum crucifigentes ſibi metipſis Filium Dei, & oſtentui habentes.

E T C A P.10. Voluntariè enim peccātibus nobis, poſt acceptam notitiam veritatis, iam nō relinquitur pro peccatis hoſtia, terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios. Irritam quis faciens legē Moyſi, ſine vlla miſeratione, duobus vel tribus teſtibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia qui Filium Dei cōculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit?

L P S A L.142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.

P R I O R. Ad Theſſal. Cap.5. Spiritū nolite extinguere. Prophetias nolite ſpernere.

A D H E B R Æ. Cap.6. &.10. Vide ſup. lit. K.

AVTHORITAT. PATR.

A *De Spiritu ſancto quid credendum.*

1 CONCILIVM Conſtantinopolitanum primum. Credimus in Spiritum ſanctum, Dominum & viuificantem; ex Patre procedentem, cum Patre, & Filio adorandum & glorificandum: qui locutus eſt per Prophetas.

2 A V G V S T. tom.3. de Trinit. lib.1. Cap.4. Vide ſuprà, lect.2. litera. M. autho.4.

3 E T Cap.6. De Spiritu ſancto collecta ſunt teſtimonia, quibus ante nos, qui hæc diſputauerunt, abundantius vſi ſunt, quia & ipſe Deus, & non creatura. Quòd ſi nō creatura non tantùm Deus, nam & homines dicti ſunt dij, ſed etiam verus Deus. Ergo Patri & Filio prorſus æqualis, & in Trinitatis vnitate conſubſtantialis & coæternus.

Spirit⁹ ſanctus Deus eſt, Patri & Filio æqualis, conſubſtātialis, et coæternus.

4 E T lib.3. Cap.10. Vide ſup. lect.2. litera. M. auth.6.

Ioann. 10. Pſalm. 81.

5 E T lib. 5. Cap. 8. Quapropter illud præcipuè teneamus: quicquid ad ſe dicitur præſtantiſsima illa Diuina ſublimitas, ſubſtantialiter dici: quod autem ad aliquid, nō ſubſtantialiter, ſed relatiuè: tantamq; vim eſſe eiuſdem ſubſtantiæ in Patre & Filio & Spiritu ſancto, vt quidquid de ſingulis ad ſeipſos dicitur, non pluraliter in ſumma, ſed ſingulariter accipiatur. Quemadmodum enim Pater Deus eſt, & Filius Deus eſt, & Spiritus ſanctus Deus eſt, quod ſecundùm ſubſtantiam dici nemo dubitat, non tamen tres Deos, ſed vnum Deum dicimus eandem ipſam præſtantiſsimam Trinitatem, Ita magnus Pater, magnus Filius, magnus Spiritus ſanctus, non tamē tres magni, ſed vnus magnus. Non enim de Patre ſolo, ſicut illi peruerſè ſentiunt, ſed de Patre & Filio & Spiritu ſancto ſcriptum eſt: Tu es Deus ſolus Magnus. Et bonus Pater, bonus Fili⁹, bonus & Spiritus ſanctus, nec tres boni, ſed vnus eſt bonus, de quo dictū eſt, Nemo bonus niſi ſolus Deus. Etenim Dominus Ieſus, ne ab illo qui dixerat, Magiſter bone, tanquàm hominem compellans, ſecundùm hominem tantummodò intelligeretur, ideò non ait, Nemo bonus niſi ſolus Pater: ſed, Nemo bon⁹ niſi ſolus Deus. In Patris enim nomine ipſe per ſe Pater pronunciatur, in Dei verò, & ipſe Filius, & Spiritus ſanctus, quia Trinitas vnus Deus.

Quanta ſit vis eiuſdem ſubſtātia diuinarū perſonarum.

Deus ſolus magnus, & ſolus bon⁹, intelligitur de tota Trinitate.

Pſalm. 85.

Luc. 18. Matth. 19.

I

6 I D E M tomo.3. de Fide & Symbolo Cap.9. Digeſta itaque fidei commendata, & Diuina generatione Dñi, & humana diſpenſatione, iungitur confeſsioni noſtræ ad perficiendam fidem quæ nobis de Deo eſt, Spiritus ſanctus, non minore natura quàm Pater & Filius, ſed vt ita dicam, conſubſtantialis & coæternus: quia iſta Trinitas vnus eſt Deus: nō vt idem ſit Pater, qui eſt Filius & Spiritus ſanctus, ſed vt Pater ſit Pater, & Filius ſit Filius, & Spiritus ſanctus ſit Spiritus ſanctus: ſed hæc Trinitas vnus Deus, ſicut ſcriptum eſt, Audi Iſraël, Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt. *Et rurſus*. Maximè autem illo teſtimonio vtuntur aſſertores huius ſententiæ, quod ſcriptum

Spiritus ſanctus non minor Patre et Filio.

Deut. 6.

eſt,

Ioan. 3. *Ioan. 4.*

eſt, Quod natum eſt de carne, caro eſt: & quod natũ eſt de Spiritu, Spiritus eſt: quoniam Deus Spiritus eſt. Hoc enim regenerationem noſtram dicunt, quæ non ſecundùm Adam de carne eſt, ſed ſecũdùm Spiritum de Spiritu ſancto. Quapropter ſi Spiritus ſancti hoc loco facta eſt commemoratio, vbi dictum eſt, Quoniam Deus Spiritus eſt: animaduertendum dicunt, non dictum eſſe, Quoniam Spiritus Dei eſt: ſed, Quoniam Deus Spiritus eſt: vt ipſa Deitas Patris & Filij hoc loco dicta ſit Deus, quod eſt Spiritus ſanctus. *Et poſt pauca.* Fides inconcuſſa tenenda eſt, vt Deum dicamus Patrem, Deum Filium, Deum Spiritũ ſanctum: neque tres Deos, ſed iſtam Trinitatẽ vnum Deum: neque diuerſos natura, ſed eiuſdem ſubſtantiæ: neque vt Pater aliquãdo ſit Filius, aliquando ſit Spiritus ſanctus, ſed Pater ſemper Pater, & Filius ſemper Filius, & Spiritus ſanctus ſemper Spiritus ſanctus.

Spiritus ſanctus Deus eſt.

De Trinitate quomodo credendum.

7 HILAR. lib. 2. de Trinitate. Vide ſup. lect. 2. lit. M. autho. 1.

L

1 AVGVST. tom. 8. in Pſal. 50. poſt initium. Peccatum cum deſperatione, certa mors. Nemo ergò dicat, Si iam aliquid mali feci, iam damnandus ſum, Deus mala talibus non ignoſcit: cur non addo peccata peccatis? Fruar hoc ſeculo in voluptate, in laſciuia, in cupiditate nefaria. Iam perdita ſpe reparationis, vel hoc habeam quod video, ſi non poſſum habere quod credo. Iſte ergo Pſalmus ſicut cautos facit eos qui non ceciderunt, ſic deſperatos eſſe non vult qui ceciderunt. Quiſquis peccaſti, & dubitas agere pœnitentiam pro peccato tuo, deſperando ſalutem tuam, audi Dauid gementẽ. Ad te Nathan Propheta nõ eſt miſſus, ipſe Dauid ad te miſſus eſt: audi eum clamantẽ, & ſimul clama: audi gementem, & congemiſce: audi flentem, & lachrymas iunge: audi correctum, & condelectare. Si tibi nõ potuit intercludi peccatum, ſpes veniæ nõ intercludatur.

Nunquam de impetrãda venia peccatorum deſperãdũ.

2 IDEM tom. 4. lib. de vera & falſa pœnitentia, Cap. 4. Non ſoli infideles peccant in Patrem & Filium, ſed quicunq; peccata committunt. Sed ſoli peccant in Spiritum ſanctum, qui impœnitentes exiſtunt vſque ad mortem. Spiritus enim ſanctus charitas eſt Deitatis, amor eſt Genitoris, & Genitæ veritatis, qui ſuam gratiam nobis tribuit ſui ipſius arrham. Qui igitur peccat, & gratiã ſuam recuperare non amat, & nunquàm curat ab eo diligi, qui totus eſt amor & charitas: nec ad eũ tendit vnde ſumpſit arrhã: in Spiritum ſanctum peccat, & nunquàm poſt mortem, ſicut nec viuens, conſequetur veniam.

Impœnitentia, eſt peccatũ in Spiritum ſanctum.

3 IDEM tom. 2. Epiſt. 50. ad Bonifacium Comitem. prope finẽ. Cùm Chriſtus dixit, Qui peccauerit in Spiritum ſanctum, vel qui verbum dixerit aduerſùs Spiritum ſanctum, non vtique omne quod in Spiritum ſanctum peccatur facto ſiue dicto, ſed aliquod certum & proprium intelligi voluit. Hoc eſt autem duritia cordis vſque ad finem huius vitæ, qua homo recuſat in vnitate corporis Chriſti, quod viuificat Spiritus ſanctus, remiſsionem accipere peccatorum. Cùm enim dixiſſet diſcipulis, Accipite Spiritum ſanctum: continuò ſubiecit: Si cui dimiſeritis peccata, dimittẽtur ei: Si cui tenueritis, tenebuntur. Huic ergo dono gratiæ Dei quicunq; reſtiterit & repugnauerit, vel quoquo modo fuerit ab eo alienus, vſque in finem huius temporalis vitæ, non remittetur ei neque in hoc ſeculo neque in futuro: hoc ſcilicet tam grande peccatum, vt eo teneantur cuncta peccata: quod nõ probatur ab aliquo eſſe commiſſum, niſi cùm de corpore exierit. Quandiu verò hîc viuit, eum (ſicut dicit Apoſtolus) patientia Dei ad pœnitentiam adducit. Sed ſi ipſe perſeuerantiſsima iniquitate (ſicut conſequenter adiungit Apoſtolus) ſecundùm duritiã cordis ſui, & cor impœnitens, theſaurizat ſibi iram in die iræ. & reuelationis iuſti iudicij Dei, non remittetur ei neq; in hoc ſeculo neq; in futuro.

Matt. 12.

Peccatũ in Spiritũ ſanctum, eſt cordis obſtinatio vſq; ad finem vitæ.

Ioan. 20.

Rom. 2.

4 IDEM tom. 4. de ſerm. Dñi in monte, lib. 1. Capit. 44. Hoc fortaſſe peccare in Spiritum ſanctum, id eſt, per malitiam & inuidiam, fraternam oppugnare charitatem, poſt acceptam gratiam Spiritus ſancti: quod peccatum Dominus neque hîc, neque in futuro ſeculo dimitti dicit. Vnde quæri poteſt, vtrum in Spiritum ſanctum Iudæi peccauerint quando dixerunt, quòd in Beelzebub principe dæmoniorum dæmonia Dominus expelleret: vtrum hoc in ipſum Dominum dictum accipiamus, quia de ſe dicit alio loco, Si enim patrẽfamilias Beelzebub vocauerunt, quantò magis domeſticos eius? An quoniam de magna inuidentia dixerunt, ingrati tàm præſentibus beneficijs, quamuis nondum Chriſtiani fuerint, tamẽ propter ipſam inuidentiæ magnitudinẽ, in Spiritũ ſanctũ peccaſſe credendi ſunt?

Inuidentia fraternæ charitatis, eſt peccatũ in Spiritum ſanctum.

Matth. 12. *Marc. 3.* *Luc. 11.* *Matth. 10.*

7 IDEM Tom.10. ſerm. 59. de tempore. Peccatum ad mortem puto eſſe, cùm poſt agnitionem Dei per gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quiſq; oppugnat fraternitatem, & aduerſus ipſam gratiam qua reconciliatus eſt Deo, inuidentiæ facibus agitatur. Peccatum autem non ad mortem eſt, ſi quiſquam non amorem à fratre alienauerit, ſed officia fraternitati debita, per infirmitatem aliquã animi, nõ exhibuerit.

1. Ioan. 5. Inuidentia, eſt peccatũ ad mortem.

LECTIO VNDECIMA.

DOCTOR.

NIHIL'NE prætereà amplius eſt ab hoc Spiritu commodi ac diuitiarum?

ADOLESCENS.

Maximè: teſtatur enim ille quòd ſumus [a] filij Dei.

DOCTOR.

Nos'ne tam eius rei reddit ſecuros, vt de ſua ſinguli ſalute ſine peccato dubitare non poſsint?

ADOLESCENS.

Haud ita planè. Si qua enim aliquando fuerit eiuſmodi in nonnullis ſalutis certitudo, [b] id non ex ordinaria lege, ſed ex priuilegio profectum eſt. Neque enim promiſſiones Diuinæ ſpectant ad ſingulos, ſed ad vniuerſi generis homines, [c] quicunq; ritè nomen Dei inuocauerint.

DOCTOR.

Quid igitur? non'ne qui Spiritu Dei aguntur, eius ſunt filij omnes?

ADOLESCENS.

Sunt quidem: ſed quis eo potiſsimùm agatur, [d] nemo niſi priuata quadam & peculiari reuelatione ſcire poteſt.

DOCTOR.

Doces ergo de ſua ſalute neminem, [e] niſi ſpe quadam quæ animum vehementer conſolatur, certum eſſe poſſe, niſi prærogatiua quædam accedat. Quò fit vt cum timore omnes ac tremore [f] ſalutem noſtram operari debeamus, noſtramq́ vocationem bonis operibus certam reddere, quæ nullam vnquàm tantam nobis ſecuritatem adferent, quantam fides Catholica in cæteris Religionis Chriſtianæ myſterijs, animis noſtris pollicetur.

a *Hier. 31. Ioan. 1. Roman. 8. Epheſ. 1. Philip. 1. 1. Theſ. 5. 1. Ioan. 3.*

b *2. Cor. 12. Matth. 10. & 11. Ioan. 6. & 17.*

c *Matth. 16. Iſa. 1. 1. Cor. 16. Heb. 3. Apoca. 2. & 3. Aug. de corrept. & gra. c. 13. & in epiſ. Ioan. tract. 6. Chryſo. homi. 61 in Matth. & homil. 18. ad Rom. & hom. 37. in Gen.*

d *Rom. 8. Ioan. 1. 2. Tim. 1. Galat. 4.*

e *Rom. 5. & 8. 1. Corin. 1. & 4. Hebra. 6. Epheſ. 1. Tit. 1. 1. Petr. 1.*

f *Eccleſiaſtes. 9. Roman. 11. 1. Corint. 4. & 16. Philip. 2. Epheſ. 2. 2. Pet. 1. Orig. tract. 35. in Matth. Aug. de Ciuita. lib. 11. c. 11. & in Ioan. tract. 45. Hieron. in Eccleſiaſte. c. 9. Orig. in c. 8. ad Rom. Ber. ſer. 68. in Cant. & ſer. 1. de octa. Paſch. & ſer. 1. in die Pent. Hiero. epiſt. ad Demetr. & ad Fabiolam.*

ADOLESCENS.

Sanè: aliòqui ſummam hanc ego temeritatem atque animi præcipitationem eſſe iudicarim.

DOCTOR.

Vocas etiam Spiritum hunc, Sanctum?

ADOLESCENS.

Et rectè quidẽ: Eſt enim ille totius [g] fons puritatis ac ſanctimoniæ, & eius eſt munus præcipuè animorum noſtrorum labes interiori gratia [h] eluere, quam cordibus noſtris tùm in Baptiſmo, tùm alijs in rebus etiam ſacris, diffundit.

g 1.Reg.1. Exo.15. Iacob.1.

h Zacha.12.&.13. Matth.3. Ioan.4.&.7. 1.Pet.1. Rom.5. 1.Theſſ.5. Tit.1.&.3.

AVTHORIT. SCRIP.

A HIEREM. Cap. 31. Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Iſraël poſt dies illos, dicit Dominus: Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorũ ſcribam eã: & ero eis in Deum, & ipſi erũt mihi in populum. Et non docebit vltrà vir proximum ſuum, & vir fratrem ſuum, dicens, Cognoſce Dominum. Omnes enim cognoſcent me à minimo eorum vſque ad maximum, ait Dominus: quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius.

IOAN. Cap. 1. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.

AD ROM. Cap. 8. Ipſe enim Spiritus teſtimoniũ reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei.

AD EPHES. Cap. 1. Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filioru, per Ieſum Chriſtum, in ipſum: ſecundùm propoſitum voluntatis ſuæ: in laudem gloriæ gratiȩ ſuæ in qua gratificauit nos in dilecto Filio ſuo.

AD PHILIP. Cap. 1. Quia vobis donatum eſt pro Chriſto, non ſolùm vt in eum credatis, ſed vt etiam pro illo patiamini, idem certamen habentes quale & vidiſtis in me, & nunc audiſtis de me.

PRIOR. Ad Theſſal. Cap. 5. Vos autem fratres, non eſtis in tenebris: vt vos dies illa tanquàm fur comprehendat. Omnes enim vos, filij lucis eſtis, & filij diei: nõ ſumus noctis, neque tenebrarum.

PRIM. Ioan. Cap. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & ſimus. Propter hoc mundus non nouit nos: quia non nouit eum. Chariſſimi, nũc filij Dei ſumus: & nondũ apparuit quid erimus. Scimus quoniã cùm apparuerit, ſimiles ei erimus: quoniam videbimus eum ſicuti eſt.

B POSTER. Ad Corinth. Cap. 12. Pro huiuſmodi gloriabor: pro me autem nihil gloriabor, niſi in infirmitatibus meis. Nam etſi voluero gloriari, nõ ero inſipiens: veritatem enim dicam. Parco autẽ: ne quis me exiſtimet ſuper id quod videt in me, aut aliquid audit ex me. Et ne magnitudo reuelationum mearum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus Satanæ, vt me colaphizet. Propter quod ter Dominũ rogaui, vt diſcederet à me: & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.

MATTH. Cap. 20. At ille reſpondens, vni eorum dixit, Amice, non facio tibi iniuriam: non'ne ex denario cõueniſti mecum? Tolle quod tuum eſt, & vade: volo autem & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo, facere? an oculus tuus nequã eſt quia ego bonus ſum?

ET Cap. 22. Tũc ait ſeruis ſuis, Nuptiȩ quidem paratæ ſunt: ſed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergò ad exitus viarum: & quoſcunq; inueneritis, vocate ad nuptias. Et egreſsi ſerui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos: & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium.

IOAN. Cap. 6. Sed ſunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Ieſus qui eſſent nõ credẽtes, & quis traditurus eſſet eum. Et dicebat, Propterea dixi

dixi vobis,quia nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum à Patre meo. Ex hoc multi diſcipulorum eius abierunt retrò: & iam non cum illo ambulabant.

ET Cap.17.Cùm eſſem cùm eis, ego ſeruabam eos in nomine tuo. Quos dediſti mihi cuſtodiui,& nemo ex eis perijt, niſi filius perditionis,vt ſcriptura impleatur.

C MATTH. Cap.16. Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis: & tunc reddet vnicuiq; ſecūdùm opera eius.Amen dico vobis, ſunt quidam de hic ſtantibus qui non guſtabunt mortem,donec videant filium hominis venientem in regno ſuo.

ISAI. Cap.1. Lauamini,mundi eſtote,auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis:quieſcite agere peruerſè.Diſcite benefacere:quærite iudicium, ſubueni te oppreſſo,iudicate pupillo, defendite viduam.Et venite,& arguite me,dicit Dominus:Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus,velut lana alba erunt.Si volueritis,& audieritis me, bona terræ comedetis.Quòd ſi nolueritis,& ad iracundiā me prouocaueritis: gladius deuorabit vos, quia os Domini locutum eſt.

PRIOR. Ad Corinth. Cap.10.Nolo enim vos ignorare fratres, quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt,& omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari: & omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerūt, & omnes eundem potum ſpiritualem biberunt. (bibebant autem de ſpiritali conſequente eos petra: Petra autem erat Chriſtus.)Sed non in pluribus eorum, beneplacitum eſt Deo. Nam proſtrati ſunt in deſerto.

AD HEBR. Cap.3. Quibus autem infenſus eſt quadraginta annis? Non'ne illis qui peccauerūt, quorum cadauera proſtrata ſunt in deſerto? Quibus autem iurauit non introire in requiem ipſius: niſi illis qui increduli fuerunt? Et videmus quia nō potuerunt introire propter incredulitatē.

APOCALYP. Capit.2. Vincenti dabo edere de ligno vitæ quod eſt in paradiſo Dei mei. ET. Eſto fidelis vſque ad mortem:& dabo tibi coronam vitæ. ET. Qui vicerit,non lædetur à morte ſecunda. ET. Vincenti dabo manna abſcōditū: & dabo illi calculum candidum,& in calculo nomen nouū ſcriptum,quod nemo ſcit,niſi qui accipit. ET. Qui vicerit, & cuſtodierit vſque in finem opera mea: dabo illi poteſtatem ſuper gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquàm vas figuli confringentur,ſicut & ego accepi à Patre meo:& dabo illi ſtellam matutinam.

ET Cap.3. Qui vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis,& non delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius corā Patre meo,& corā Angelis eius.ET. Ecce venio citò:tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Qui vicerit, faciā illum columnam in templo Dei mei:& foras non egredietur amplius: & ſcribam ſuper eum nomen Dei mei:& nomen ciuitatis Dei mei nouæ Hieruſalem,quæ deſcendit de cœlo à Deo meo, & nomen meum nouum. ET. Ecce ſto ad oſtium, & pulſo; ſi quis audierit vocē meā,&aperuerit mihi ianuam,intrabo ad illum, & cœnabo cum illo,& ipſe mecum.Qui vicerit, dabo ei ſedēre mecū in throno meo: ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno eius.

D AD ROMAN. Cap. 8. Quicunq; enim Spiritu Dei aguntur, ij ſunt filij Dei.

IOAN. Cap.1. Vide ſuprà, lect.10. litera.A.

POSTER. Ad Timoth.Cap.2.Sed firmū fundamētum Dei ſtat,habens ſignaculum hoc,Cognouit Dn̄s qui ſunt eius. Et diſcedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini.

AD GALAT. Cap.4.Quoniam autē eſtis filij Dei:miſit Deus Spiritum Filij ſui in corda veſtra clamantē,Abba, Pater. Itaq; iam non eſt ſeruus,ſed filius. Quòd ſi filius, & hæres per Deum.

E AD ROMAN. Cap.5. Iuſtificati ergò ex fide,pacem habeamus ad Deū per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: per quem & habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei. Non ſolùm autem, ſed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò ſpem. Spes autem non confundit: quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis.

ET Cap.8. Scimus enim quòd omnis creatura ingemiſcit,& parturit vſq; adhuc. Non ſolùm autem illa,ſed & nos ipſi primitias Spiritus habentes, & ipſi intra nos gemimus, adoptionē filiorū Dei expectātes,

redemptionem corporis noſtri. Spe enim
ſalui facti ſumus. Spes autem quæ videtur,
non eſt ſpes. Nam quod vider quis, quid ſpe
rat? Si autem quod non videmus, ſperamus:
per patientiam expectamus.

POSTER. Ad Corinth. Cap. 1. Qui
autem confirmat nos vobiſcum in Chriſto,
& qui vnxit nos, Deus: qui & ſignauit nos,
& dedit pignus Spiritus in cordib⁹ noſtris.

ET Cap. 5. Scimus enim quoniam ſi
terreſtris domus noſtra huius habitationis
diſſoluatur, quòd ædificationẽ ex Deo ha-
bemus, domum non manufactam, ſed æter-
nam in cœlis. Nã & in hoc ingemiſcimus,
habitationem noſtram, quæ de cœlo eſt, ſu-
perindui cupientes: Si tamen veſtiti, & non
nudi inueniamur. Nam & qui ſumus in hoc
tabenaculo, ingemiſcimus grauati: eò quòd
nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri, vt ab-
ſorbeatur, quod mortale eſt, à vita. Qui au-
tem efficit nos in hoc ipſum, Deus: qui de-
dit nobis pignus Spiritus.

AD HEBR. Cap. 6. In quo abun-
dantius volens Deus oſtendere pollicitatio
nis hæredibus immobilitatem conſilij ſui,
interpoſuit iuſiurandum: vt per duas res im
mobiles, quibus impoſsibile eſt mẽtiri Deũ,
fortiſsimum ſolatium habeamus, qui confu
gimus ad tenendam propoſitam ſpem, quã
ſicut ancoram habemus animæ tutam ac
firmam, & incedentem vſque ad interiora
velaminis.

AD EPHES. Cap. 1. Vide ſup. li-
tera. A.

AD TIT. Cap. 2. Apparuit enim gra
tia Dei Saluatoris noſtri omnibus homini-
bus: erudiendis nos vt abnegantes impieta-
tem & ſecularia deſyderia, ſobriè, & iuſtè,
& piè viuamus in hoc ſeculo, expectantes
beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni
Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui
dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redime-
ret ab omni iniquitate, & mũdaret ſibi po-
pulum acceptabilem, ſectatorem bonorum
operum.

PRIO. Petri, Capit. 1. Quem cùm
non videritis, diligitis: in quem nunc quoq;
non videntes, creditis: credentes autẽ exul
tatis lætitia inenarrabili & glorificata: re-
portantes finem fidei veſtræ, ſalutem ani-
marum veſtrarum. De qua ſalute exqui-
ſierunt atque ſcrutati ſunt Prophetæ, qui
de futura in vobis graria prophetauerunt,
ſcrutantes in quod vel quale tempus ſigni-
ficaret in eis Spiritus Chriſti: prænuncians
eas quæ in Chriſto ſunt paſsiones & poſte-
riores glorias: quibus reuelatum eſt quia nõ
ſibimetipſis, vobis autem miniſtrabant ea
quæ nunc nunciata ſunt vobis per eos qui
euangelizauerunt vobis, Spiritu ſancto miſ
ſo de cœlo, in quem deſyderãt Angeli pro
ſpicere.

F ECCLESIASTES Cap. 9. Om-
nia hæc tractaui in corde meo, vt curioſè in
telligerem. Sunt iuſti atq; ſapientes: & ope
ra eorum in manu Dei: & tamen neſcit ho-
mo vtrum amore an odio dignus ſit: ſed om
nia in futurum ſeruantur incerta, eò quòd
vniuerſa æquè eueniant iuſto & impio, bo-
no & malo, mundo & immundo, immolan-
ti victimas & ſacrificia contemnenti. Sicut
bonus, ſic & peccator: ſicut periurus, ita &
ille qui verum deierat.

AD ROM. Cap. 11. Quòd ſi aliqui
ex ramis fracti ſunt, tu autem cùm oleaſter
eſſes, inſertus es in illis, & ſocius radicis &
pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari ad
uerſùs ramos. Quòd ſi gloriaris, non tu ra-
dicem portas, ſed radix te. Dicis ergò, Fra-
cti ſunt rami, vt ego inſerar. Benè: propter
incredulitatem fracti ſunt: tu autem fide
ſtas: noli altum ſapere, ſed time. Si enim
Deus naturalibus ramis non pepercit, ne
fortè nec tibi parcat.

PRIOR. Ad Corinth. Cap. 4. Nihil
enim mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iu-
ſtificatus ſum. Qui autem iudicat me, Do-
minus eſt.

ET Cap. 16. Vigilate, ſtate in fide, viri
liter agite, & confortamini. Omnia veſtra
in charitate fiant.

AD PHILIP. Cap. 2. Itaq; chariſ-
ſimi mei (ſicut ſemper obediſtis) non vt in
præſentia mei tantùm, ſed multò magis
nunc in abſentia mea, cum metu & tremo-
re veſtram ſalutem operamini.

AD EPHE. Cap. 2. Gratia enim
eſtis ſaluati per fidem (& hoc non ex vo-
bis, Dei enim donum eſt:) non ex operi-
bus, vt ne quis glorietur. Ipſius enim ſu-
mus factura creati in Chriſto Ieſu in operi-
bus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis
ambulemus.

POSTE. PETRI Cap. 1. Qua
propter fratres magis ſatagite, vt per bona
opera certam veſtram vocationem & ele-
ctionem faciatis: hæc enim facientes, non
G peccabitis aliquando.

PRIMI REGVM Cap. 2. Non eſt
ſanctus, vt eſt Dominus; neq; enim eſt
aliud

alius extra te, & non eſt fortis ſicut Deus noſter.

EXOD. Cap.15.Quis ſimilis tui in fortibus Domine? Quis ſimilis tui, magnificus in ſanctitate, terribilis atq; laudabilis, & faciens mirabilia?

IACOB. Cap.1.Omne datum optimum, & omne donum perfectũ, de ſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum, apud quẽ non eſt trãſmutatio, nec viciſsitudinis obũbratio.

H ZACHA.Cap.12. Et effundam ſuper domum Dauid, & ſuper habitatores Hieruſalem, Spiritum gratiæ & precum.

ET Cap.13.In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitãtibus Hieruſalem, in ablutionem peccatoris & menſtruatæ.

MATTH. Cap.3.Ego quidẽ baptizo vos in aqua in pœnitentiam, qui autẽ poſt me venturus eſt (fortior me eſt, cuius non ſum dignus calceamenta portare) ipſe vos baptizabit Spiritu ſancto & igni.

IOAN. Cap.4. Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Omnis qui biberit ex hac aqua, ſitiet iterum: qui autem biberit ex aqua quã ego dabo ei, non ſitiet in æternum, ſed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquę ſalientis in vitam æternam.

ET Capit.7. In nouiſsimo autem die magno feſtiuitatis, ſtabat Ieſus & clamabat, dicens: Siquis ſitit, veniat ad me & bibat, Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura; flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. (Hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat Spiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus.)

PRIO. Petri, Cap. 1. Petrus Apoſtolus Ieſu Chriſti, electis aduenis, diſperſionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ, & Bithyniæ, ſecundùm præſcientiam Dei Patris, in ſanctificationem Spiritus, in obediẽtiam, & aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti: gratia vobis & pax multiplicetur.

AD ROM. Cap.5. Vide ſup. lite. E. in fine.

PRIOR. Ad Theſſal. Capit.5. Ipſe autem Deus pacis ſanctificet vos per omnia: vt integer Spiritus veſter, & anima & corpus ſine querella, in aduẽtu Dñi noſtri Ieſu Chriſti, ſeruetur.

AD TITVM Cap. 2. Vide ſuprà, litera. E.

ET Cap.3. Vide ſuprà, lectio. 1. litera. A.

AVTHORIT. PATR.

C 1 AVGVST. tom.7. de Correptione & gratia, Cap.13. Quòd autẽ etiã perſeueraturis ſanctis ſic iſta dicũtur, quaſi eos perſeueraturos habeatur incertum: non aliter hoc audire debent, quibus expedit non altum ſapere, ſed timere. Quis enim ex multitudine fidelium, quandiu in hac mortalitate viuitur, in numero prædeſtinatorũ ſe eſſe præſumat, quia id occultari opꝰ eſt in hoc loco, vbi ſic cauenda eſt elatio vt etiam per Satanæ Angelum, ne extolleretur, tãtus colaphizaretur Apoſtolus? Hinc Apoſtolis dicebatur, Si manſeritis in me: dicente illo qui vtiq; ſciebat eſſe manſuros. Et per Prophetam, Si volueritis & audieritis me: cùm ſciret ipſe in quibus operaretur & velle.

Nemo præſumat ſe ex prædeſtinatis eſſe.

Rom. 11.

2.Cor. 12.

Ioan. 15.

Iſai.1.

2 IDEM tom.9. in epiſt. Ioan. tract.6. Quiſquis ergo habuerit charitatem fraternam, & coram Deo habuerit, vbi Deus videt, corq; eius interrogatum ſub iuſto examine, non ei aliud reſponderit, quàm germanam ibi eſſe radicẽ charitatis vnde boni fructus exiſtant, habet fiduciam apud Deum, & quidquid poſtulauerit ab eo, accipiet, quia mandata eius ſeruat. Incurrit quæſtio quædam, quia non ille aut ille homo, aut tu aut ego, qui ſi petiero aliquid à Domino Deo noſtro, & non accepero, facilè de me poteſt dicere vnuſquiſq;, Non haber charitatem: & de quolibet homine huius temppris, facilè dici poteſt. Et ſentiat quis quod vult homo de homine, maiorem quæſtionem non faciunt, niſi illi viri, quos ſanctos conſtat fuiſſe cùm ſcriberent, & modò eſſe cum Deo. Quis habet charitatem, ſi eam Paulus non habebat: qui dicebat: Os noſtrum patet ad vos ô Corinthij, cor noſtrum dilatatum eſt, non anguſtiamini in nobis. Qui dicebat, impẽdar pro animabus veſtris: & tanta gratia in illo erat, vt manifeſtaretur eum habere charitatem? Inuenimus eum tamen petiſſe, & non accepiſſe. Quid dicimus fratres? Quæſtio eſt: intenti eſſote ad Deum, magna & iſta quæſtio eſt, quomodò de peccato, vbi dictum eſt: Qui natus eſt ex Deo, non peccat. Inuenimus hoc eſſe peccatum violare charitatem, & hoc propriè deſignatum eſſe in hoc loco. Sic & nunc quærimus quid dixerit: ſi enim verba attẽdis, planũ videtur: ſi exẽpla, obſcurũ eſt. Verbis his nihil eſt planiꝰ: & quicquid poſtulauerimus, accipiemus ab

Qui veram charitatem habet, fiduciam apud Deum habere poterit.

2.Cor.6.

2.Cor. 12.

1.Ioan. 3.

Ne ſuperbiamus, etiamſi multa bona habeamus, quia neſcimus quales erimus.
1. Cor. 4.

conſyderantes ne & vos tentemini: docens quoniam incertus eſt exitus noſter nobis, quanuis fortè meliorum propoſitum habeamus. Hæc autem omnia recordantes, quoniam neſcimus quid pariat nobis dies ſuperuentura, non inflabimur, neque ſuperbiemus, neque gloriabimur aliquando, quanuis ſciamus nos multa bona habere: ſicut & Paulus cùm dixiſſet de ſe: Nihil mihi conſcius ſum: ſuperaddit, Sed non in hoc iuſtificatus ſum: tanquàm ſciens Deum ſanctificantem quos præcognoſcit, & quos prædeſtinauit, vocantem.

Beati dici poſſunt qui ſine peccato viuunt, etiã ſi incertũ ſit eos perſeueraturos.

Nemo ſcire poteſt ſe perſeueraturũ, niſi Deo reuelante.

2 AVGVST. tom. 5. de Ciuit. Dei, lib. 11. Cap. 12. Nec ipſos enim huic tantæ beatitudini comparatos, quòd attinet ad rationalem vel intellectualem creaturam, beatos nuncupandos putamus. Quis enim primos illos homines in paradiſo negare audeat beatos fuiſſe ante peccatum, quanuis de ſua beatitudine, quàm diuturna, vel vtrũ æterna eſſet, incertos? Eſſet autem æterna niſi peccaſſent, cùm hodie non imprudentes beatos vocemus, quos videmus iuſtè ac piè cum ſpe futuræ immortalitatis hanc vitam ducere ſine crimine vaſtante conſcientiam, facilè impetrantes peccatis huius infirmitatis Diuinam miſericordiam. Qui licet de ſuæ perſeuerantię prẹmio certi ſint, de ipſa tamen perſeuerantia ſua reperiuntur incerti. Quis enim hominũ ſe in actione profectuq; iuſtitiæ perſeueraturum vſq; in finẽ ſciat, niſi aliqua reuelatione ab illo fiat certus, qui de hac re iuſto latentiq; iudicio, non omnes inſtruit, ſed neminem fallit? Quantùm itaque pertinet ad delectationẽ præſentis boni, beatior erat primus homo in paradiſo, quàm quilibet iuſtus in hac infirmitate mortali: quantùm autem ad ſpem futuri boni, beatior quilibet in quibuſlibet cruciatibus corporis, cui non opinione, ſed certa veritate manifeſtum eſt, ſine fine habiturum omni moleſtia carentem ſocietatem Angelorum, in participatione ſummi Dei, quàm erat ille homo ſui caſus incertus in magna illa fœlicitate paradiſi.

2. Timot. 2.
Rom. 8.

3 IDEM tom. 9. in Ioan. tract. 45. Dico ergò, Nouit Dominus qui ſunt eius: nouit præſcitos, nouit prædeſtinatos: de illo quippe dicitur, Quos præſciuit & prẹdeſtinauit conformes fieri imaginis Filij ſui, vt ipſe ſit primogenitus in multis fratribus: quos autem prædeſtinauit, ipſos & vocauit; & quos vocauit, ipſos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, ipſos & glorificauit. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Adde adhuc, Qui proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo etiam non cum illo omnia nobis donauit? Sed quibus? nobis præſcitis, & prædeſtinatis, iuſtificatis, glorificatis, de quibus ſequitur, Quis accuſabit aduerſùs electos Dei? Nouit Dominus qui ſunt eius, ipſæ ſunt oues. Aliquãdo ſe ipſæ neſciunt, ſed Paſtor nouit eas ſecundùm iſtam prædeſtinationem, ſecundùm iſtam Dei præſcientiam, ſecundùm electionem ouium, ante conſtitutionem mundi, (nam de hoc dicit Apoſtolus, Sicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem) ſecundùm ergò iſtam præſcientiam Dei & prædeſtinationem, quàm multæ oues foris, quàm multi lupi intus? & quàm multæ oues intus, & quàm multi lupi foris? Quid eſt quod dixi, Quàm multæ oues foris? Quàm multi modò luxuriantur, caſti futuri: quàm multi blaſphemant Chriſtum, credituri in Chriſtum: quàm multi ſe inebriant, futuri ſobrij: quàm multi rapiunt res alienas, donaturi ſuas. Veruntamen modò vocem alienam audiunt, alienas ſequuntur. Item, quàm multi intus laudant, blaſphematuri: caſti ſunt, fornicaturi: ſobrij ſunt, ſe vino poſtea ſepulturi: ſtant, caſuri: & non ſunt oues. De prædeſtinatis enim loquimur: de his loquimur, quos nouit Dominus qui ſunt eius: & tamen ipſi quandiu rectè ſapiunt, Chriſti vocem audiunt. Ecce audiunt ipſi, non audiunt illi, & tamen ſecundùm prædeſtinationem, non oues iſti, oues illi. Adhuc manet quæſtio, quæ mihi interim nunc videtur ita poſſe diſſolui. Eſt aliqua vox, eſt, inquam, vox aliqua paſtoris in qua oues non audiunt alienos, in qua non oues audiunt Chriſtum. quæ eſt illa vox? Qui perſeuerarit vſque in finem, hic ſaluus erit. Hanc vocem non negligit proprius, non audit alienus: nam & ille hoc ei prædicat, vt perſeueret apud ipſum vſque in finem, ſed non apud eum perſeuerando, non audit hanc vocem. Venit ad Chriſtum, audit alia verba, illa & illa, omnia vera, ſana omnia, inter quæ omnia eſt & illa vox, Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit: iſtam qui audierit, ouis eſt: ſed audiebat illam neſcio quis, & deſipuit, refriguit, audiuit alienã. Si prædeſtinatus eſt, ad tempus

Dei præſcientia & prædeſtinatio.
Ephe. 1.
Multi nunc ſunt mali, qui futuri ſunt boni: et è contrario.
Matth. 10.
Perſeuerantia cunctis neceſſaria.

erraui,in æternũ non perijt,redit vt audiat quod neglexerit,faciat quod audiuit. Si enim de his eſt qui prædeſtinati ſunt,& error em ipſius Deus præſciuit,& conuerſionem futuram:ſi aberrauit, redit vt audiat illã vocem Paſtoris,& ſequatur dicentem, Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Bona vox fratres,vera,paſtoralis, ipſa eſt vox ſalutis in tabernaculis iuſtorum: nam facilè eſt audire Chriſtum, facilè eſt laudare Euangelium, facilè acclamare diſputatori:perſeuerare vſque in finem, hoc eſt ouium vocem Paſtoris audietium. Tentatio accidit?perſeuera vſq; in finem, quia tentatio non perſeuerat vſque in finem. Vſque in quem finẽ perſeuerabis?quouſq; finies viam. Quandiu enim non audis Chriſtum, aduerſarius tuus eſt in iſta via, hoc eſt, in iſta mortali vita. Sed quid dicit?Concorda cum aduerſario tuo citò, cùm es cum eo in via. Audiſti,credidiſti, concordaſti:ſi aduerſabaris,concorda, ſi tibi præſtitum eſt concordare:ſi aduerſabaris, concorda,noli vlterius litigare: quando enim finiatur via, neſcis, ſed tamen ille ſcit, ſcit ille ſi ouis es. Et ſi perſeueraueris vſque in finem, ſaluus eris: ac per hoc iſtam vocem non contemnunt ſui, non audiunt alieni.

Matth. 24. *Pſal. 117.* *Matth. 5.*

4 HIERON. tom. 7. in Eccleſiaſtẽ, Cap. 9. Peccator enim viuens poteſt melior eſſe iuſto mortuo,ſi voluerit in eius tranſire virtutes:vel certè eo qui ſe in malitia,potentia, procacitate iactabat & mortuus fuerit,melior poteſt quiuis pauper eſſe viliſſimus. Quare? quia viuẽtes metu mortis poſſunt bona opera perpetrare, mortui verò nihil valent ad id adijcere quod ſemel ſecum tulere de vita, & obliuione obuoluta ſunt omnia, iuxta illud quod in Pſalmo ſcriptũ eſt: Obliuioni datus ſum tanquàm mortuus à corde. Sed & dilectio eorum & odium & æmulatio,& omne quod in ſeculo habere potuerunt,mortis finitur aduentu, nec iuſtè quippe poſſunt agere, nec peccare, nec virtutes adijcere,nec vitia.

Peccator viuens poteſt melior eſſe iuſto mortuo. *Pſalm. 30.*

5 ORIGE. tom. 2. lib. 7. in Cap. 8. ad Romanos. Vt autẽ ſcias non in præſcientia Dei vnicuiq; ſalutis cauſam poni, ſed in propoſito & actibus ſuis, vide Paulum verentem ne fortè cùm alijs prædicauerit, ipſe reprobus efficiatur: macerare corpus ſuum, & ſubijcere ſeruituti hoc. *Et circa finem.* Veruntamen oſtendit Paulus ex his omnibus ſalutis ſuæ confidentiam, cùm iam neque Angelis aduerſantibus, neque virtutibus impugnantibus,neque præſentibus, neque futuris ſibi obluctationibus,neque vlla prorſus creatura aduerſante, à charitate Dei ſe poſſe diuelli dicit,nec ex vllo tot aduerſariorum capere metum, vt verum oſtenderet, quòd perfecta charitas foras iam miſit timorem. Habuit enim aliquando ipſe metum, & timuit ne fortè caderet:& iſte qui modò cœleſtium virtutum,aduerſùm ſe ſi commoueantur, bella non metuit, aliquando carnem ſuam vel metuit,& ex ea conſurgẽtes inſidias formidauit,quãdo dicebat ſcribẽs ad Corinthios: Macero corpus meũ,& in ſeruitutem ſubijcio,ne fortè cùm alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Et ideò præ cæteris omnibus,carnis inſidiæ formidandæ ſunt, & ille qui de nobis procedit hoſtis cauendus eſt ipſe, donec in tantũ profectum veniat anima, vt dulcedine charitatis Dei adſtricta, corporis blandimenta & carnis illecebras abhorreſcat, vnus cũ Deo ſpiritus facta.

Præſcientia Dei, & opera noſtra. *1. Cor. 9.* *Rom. 8.* *Cum timore & tremore vincendum.* *1. Ioan. 4.* *1. Cor. 9.* *Carnis inſidiæ formidãdæ.*

6 BERNAR. ſer. 68. in Cantica. Sic nõ eſt quod iam quæras quibus meritis ſperemus bona, præſertim cùm audias apud Prophetam: Non propter vos, ſed propter me,ego faciam,dicit Dñs. Sufficit ad meritum,ſcire quòd non ſufficiant merita. Sed vt ad meritum ſatis eſt,de meritis non præſumere:ſic carẽre meritis,ſatis ad iudicium eſt. Porrò infantium renatorum neminem carẽre meritis, ſed Chriſti habere merita: quibus ſe tamen indignos reddunt ſi ſua iungẽre non nequiuerint,ſed neglexerint; quod quidem periculum iam adultæ ætatis eſt. Merita proinde habere cures:habita,data noueris:fructum ſperaueris Dei miſericordiam,& omne periculum euaſiſti paupertatis,ingratitudinis,præſumptionis. Perniciosa paupertas,penuria meritorum:præſumptio autem ſpiritus, fallaces diuitiæ. Et ideò,Diuitias & paupertates ne dederis mihi Domine, ait ſapiens. Felix Eccleſia cui nec merita ſine præſumptione,nec præſumptio abſque meritis deeſt. Habet vnde præſumat,ſed nõ merita. Habet merita,ſed ad promerendum, non ad præſumendum. Ipſum non præſumere, non'ne promereri eſt? Ergo eò præſũmit ſecurius, quò non præſumit: & non eſt quòd confundatur in verbo gloriæ, cui multa materies gloriandi: Miſericordiæ Domini multæ, & veritas eius manens in æternum.

Ezech. 36. *Merita cuiuſq, Deus requirit.* *Meritorum inopia & præſumptio, timenda eſt.* *Prou. 30.* *Pſal. 118.*

Quid

Pſal. 84. Cant. 2. Pſal. 39.

Quid ni glorietur ſecura in cuius teſtimonium gloriæ, Miſericordia & veritas obuiauerũt ſibi? Siue igitur dicat, Dilectus meus mihi: ſiue dicat, Expectans expectaui Dominum & intendit mihi: ſiue etiam, Dominus ſolicitus eſt mei: vel ſi quæ ſunt eiuſmodi voces aliæ atque aliæ, quæ Diuinum quendam affectum ac ſingularem fauorem erga aliquid ſimiliter exprimere videãtur, nihil horum à ſe alienum putabit, cui ratio præſumendi, Domini conſtitutio eſt, præſertim cùm non alteram videat ſponſam, alteram'ue Eccleſiam, cui poſsint fieri quę non poſſunt non fieri.

Opera neceſſaria ſunt. Tit. 1. Iacob. 2.

7 IDEM ſermone. 1. in octaua Paſchę. Sed dico, putas'ne Filium Dei reputat Ieſum, quiſquis ille eſt homo, qui ipſius nec terretur cõminationib⁹, nec attrahitur promiſsionibus, nec præceptis obtemperat, nec conſilijs acquieſcit? Non'ne is, etiam ſi fateatur ſe noſſe Deum, factis tamen negat? Porrò fides ſine operibus mortua eſt in ſemetipſa. Nec ſanè mirum videri poteſt, ſi nequaquàm vincit, quæ ne viuit quidem.

Spiritus ſanctus in nobis quid operetur. Rom. 8.

8 IDEM ſerm. 2. in die Pẽtecoſtes. Et ne de abſentia mea vel murmures, vel contriſtêris, mittam tibi Spiritum Paracletum, qui tibi donet pignus ſalutis, robur vitæ, ſcientiæ lumen. Pignus ſalutis, vt ipſe Spiritus reddat teſtimonium ſpiritui tuo, quòd filius Dei ſis: qui certiſsima ſigna prædeſtinationis tuæ cordi tuo imprimat, & oſtendat qui donet lętitiam in corde tuo, & de rore cœli ſi non continuè, tamen ſæpiſsimè mentem tuam impinguet. Robur vitæ, vt quod per naturam tibi eſt impoſsibile, per gratiam eius non ſolùm poſsibile, ſed & facilè fiat: ita vt in laboribus, in vigilijs, in fame & ſiti, & in omnibus obſeruãtijs (quæ niſi farinula iſta dulcorentur, prorſus mors in olla appareat) delectabiliter incedas, ſicut in omnibus diuitijs. Scientiæ lumen, vt cùm omnia benefeceris, te ſeruum inutilem putes: & quicquid boni in te inueneris, illi tribuas à quo omne bonum eſt, ſine quo nõ parum aliquid, ſed nihil omnino potes incipere, ne perficere dicam.

2. Cor. 11. 4. Reg. 4. Luc. 17. Iacob. 1.

Promiſsionibus Dei fruemur, ſi præcepta ſeruabimus.

9 HIERON. tom. 3. Epiſt. 129. ad Dardanum. Et mihi in Euangelio promittuntur regna cœlorum: quæ inſtrumentum vetus omnino non nominat. Sed ſi nõ fecero quæ præcepta ſunt, nequaquàm erit culpa in promittente, ſed in me qui promiſſum accipere non merui.

Cum timore viuere debent omnes, etiam ſi iuſti ſint. Rom. 11. Iacob. 4. 1. Cor. 10. Sap. 6.

10 ET Epiſtola. 127. ad Fabiolam, manſione. 23. Veniſti ad Eccleſiam: aſcendiſti ad montem pulcherrimum: ſtupore & miraculo, Chriſti magnitudinem conſirêris: vides ibi multos virtutis tuæ ſocios: Noli altum ſapere, ſed time: Dominus enim ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiã. Et, qui ſe exaltat, videat ne cadat. Potentes potenter tormenta patiẽtur. Timor, virtutũ cuſtos eſt: ſecuritas, ad lapſum facilis.

LECTIO DVODECIMA.

DOCTOR.

CEDO iam nonum articulum.

ADOLESCENS.

Credo Eccleſiam ſanctam Catholicam, Sanctorum communionem.

DOCTOR.

Quid vocas Eccleſiam?

ADOLESCENS.

Cœtum eorum [a] qui ad fidem vocati, & Baptiſmo Chriſti Ieſu tincti ſunt.

a Ioann. 11. Roman. 6. & 10. Coloſſen. 2. Epheſ. 4. & 5. 1. Cor. 1. 1. Pet. 2. Hebræ. 9. 1. Timot. 3.

DO-

DOCTOR.

Qua verò ratione hæc,quam ſic definis,Eccleſia,ab ijs potiſsimùm cœtibus dignoſcetur, qui Eccleſiæ nomen tam audacter,ac vafrè [b] ſibi vſurpant?

b *Pſal. 25. Iren lib. 5. Lactan. lib. 4. c. 30. Hilar. ad Conſtan. Tertul de praſc. Aug. epiſt. 50.*

ADOLESCENS.

Notis aliquot ac ſignis quibus eam præclarè Deus ipſe diſtinxit.

DOCTOR.

Eam ergò cenſes in primis eſſe viſibilem?

ADOLESCENS.

Quid ni?Si enim ipſa Eccleſiæ membra (id eſt, Chriſtiani homines)ſunt aſpectabilia, [c] profectò ipſum corpus aſpectabile quoq; eſſe debet.Adde quòd ea,quibus illam tanquàm ſponſam chariſsimam Chriſtus illuſtrauit, ornamenta ac munia, [d] non niſi officijs ac miniſterio viſibili præſtari diſtribuiq; poſſunt.

c *1. Corinth. 12. Epheſ. 4.*

d *Matth. 16. Ioan. 21. Act. 20. Ephеſ 4. Tit. 1. August. cont. epiſt. fundam. cap. 4.*

DOCTOR.

Age:Cedo quę ſunt ſigna hæc & notæ?

ADOLESCENS.

Hanc ibi nos in primis Eccleſiam collocamus,vbi veram Diuinæ [e] legis explicationem [f] ac legitimam Sacramentorum adminiſtrationem intuemur.

e *Iſa. 50. Ioel. 2. Matth. 16. Ioā. 10. Gal. 1. 1. Corint. 3. 4. 10. & 11. Ephеſ. 4. Rom. 12.*

f *Pſalm. 22. Ioann. 3. & 7. Matth. 26. 1. Cor. 11. Ephe. 5.*

DOCTOR.

Eſt'ne porrò id ſatis?

ADOLESCENS.

Nequaquàm:nam de ſuis [g] eadem conuentibus hæretici magnificè prædicant: ſed tertiam nos & certiſsimā notam his duabus adijcimus, perpetuam nimirùm, nullaq; ætate diſtractam Paſtorum ac legitimorum in ea ordinum [h] ſucceſsionem, quos Deus in ea ad huius regni ſui gubernationem integram,initio collocauit.

g *Iren. lib. 3. c. 3. & 4. & lib. 4. cap 43. Tertul. de praſcr. Aug. colla. ter. dici.*

h *Rom. 12. 1. Cor. 12. Ephe. 4. Tit. 1. 1. Corinth. 4.*

DOCTOR

Quid? cenſes'ne tu Eccleſiam ſucceſsibus ac viciſſitudine mortalium hominum eſſe adſtrictam atq; ſubnixam?

ADO-

ADOLESCENS.

Non cenſeo : ſed id vehementer aſſero, non magis hanc perpetuã [i] Paſtorum ſucceſsionẽ Eccleſiæ deeſſe poſſe, quàm vel Diuini verbi prædicationem, vel ipſam Sacramentorum adminiſtrationem : connexa ſunt enim hæc inter ſe, & coniugata.

i *Iſai.66. Matth.16. 1.Tim.3. Epheſ.4. Act.20. 1.Pet.5. Ioan.14. & 17.*

DOCTOR.

Doces ergò hanc ſucceſsionem noſtrorum in Eccleſia Ordinum, non eſſe hominum quoddam figmentum, ſed Diuinam inſtitutionem, [k] multò minus iam amplius in poſterum interituram, quàm olim ſuo tempore in veteri [l] ſynagoga. Quocirca ſi qui fortè in hac cœleſti Republica, munus aliquod publicum ſibi audent arrogare, ac functionem aliquam ſacram priuatim ſic exercere, vt nullam poſsint Maiorum ſuorum [m] authoritatem legitimam, ac certã etiam vocationis ſuæ notam præ ſe ferre, nullo pacto audiendi ſunt, neque veræ Eccleſiæ miniſtri exiſtimandi, ſed cuiuſdam potius diabolicæ ſynagogæ ſatellites.

K *Ioan.14. Act.20. Luc.22.*

l *Num.3. Deut.10. 3.Reg.2.*

m *Iren.lib.3.cap.3. & lib.4. cap.45. Tertull.de praſcr. Origen.in proœ. periar. & hom.6. in Leuit. Cyprian.lib.1.epiſt.6. Hieron.epiſt. ad Pammach. Aug. epiſt. 90.63.162.& 164.*

ADOLESCENS.

Ita credere omnino neceſſe eſt. Quare nemo omnium, his Eccleſiarum eiuſmodi fucatis ac inanibus titulis abduci debet, quos impiæ hæreticorum cateruæ ſibi vendicant, cùm Eccleſia noſtra ea ſit ſola quæ perpetuam ſuorum Patrum ſucceſsionem iam inde ab Apoſtolis, longa ſerie oculis omnium poſsit demonſtrare.

AVTHORITAT. SRIPT.

A IOAN. Cap.11. Hoc autem à ſemetipſo non dixit: ſed cùm eſſet pontifex anni illius, prophetauit quòd Ieſus moriturus erat pro gente: & non tãtùm pro gente, ſed vt filios Dei qui erant diſperſi, congregaret in vnum.

AD ROM. Cap.6. Quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem: vt quomodò Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.

ET Cap.10. Quia ſi confitearis in ore tuo Dñm Ieſum, & in corde tuo credideris quòd Deus illum ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem.

AD COLOS. Cap.1. Qui nũc gaudeo in paſsionibus prò vobis, & adimpleo ea quæ deſũnt paſsionum Chriſti, in carne mea pro corpore eius, quod eſt Eccleſia.

AD EPHES. Cap.4. Vide ſuprà lect.10. lit.C.

ET Cap.5. Vide ſuprà, lectio.5. litera.K.

PRIOR. Ad Corinth. Cap.1. Paulus vocatus Apoſtolus Ieſu Chriſti per volũtatẽ Dei, & Soſthenes frater, Eccleſiæ Dei quæ eſt Corinthi, ſanctificatis in Chriſto Ieſu, vocatis

vocatis Sanctis,cum omnibus qui inuocant nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti in omni loco ipſorum & noſtro. Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro & Domino Ieſu Chriſto.

PRIOR. Petri,Cap.2. Vos autem genus electum,regale ſacerdotium,gens ſancta,populus acquiſitionis:vt virtutes annũcietis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum. Qui aliquando nõ populus, nunc autem populus Dei: qui non conſecuti miſericordiam, nunc autem miſericordiam conſecuti.

AD HEBR. Cap.9. Vide ſuprà lectione.5.litera.K.

PRIOR. Ad Timot.Cap.3. Hæc tibi ſcribo:ſperans me ad te venire citò. Si autẽ tardauero, vt ſcias quomodò oporteat te in domo Dei cõuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui, columna & firmamentum veritatis.

B PSALM. 25. Non ſedi cum concilio vanitatis,& cum iniqua gerentibus non introibo. Odiui Eccleſiam malignantium: & cum impijs non ſedebo.

C PRIOR. Ad Corinth. Cap.12. Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro. Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia,primùm Apoſtolos,ſecũdò Prophetas, tertiò Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes,genera linguarum.

AD EPHES. Cap. 4. Vide ſuprà, lect.10.lit.D.

D MATTH. Cap.16. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus:& ſuper hanc Petrã ædificabo Eccleſiam meam,& portæ inferi nõ præualebũt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcunq; ligaueris ſuper terram,erit ligatũ & in cœlis, & quodcunq; ſolueris ſuper terram,erit ſolutum & in cœlis.

IOAN. Cap.21. Dicit Simoni Petro Ieſus, Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei, Paſce agnos meos. Dicit ei iterum, Simon Ioannis diligis me? Ait illi, Etiam Domine: tu ſcis quia amo te. Dicit ei, Paſce agnos meos. Dicit ei tertiò, Simon Ioannis amas me? Cõtriſtatus eſt Petrus,quia dixit ei tertiò, Amas me?& dixit ei, Domine, tu omnia noſti: tu ſcis quia amo te. Dicit ei, Paſce oues meas.

ACTOR. Cap. 20. Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.

AD EPHES. Cap.4. Vide ſuprà, lect.10. lit.D.

AD TITVM. Capit.1. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt, corrigas:& conſtituas per ciuitates presbyteros,ſicut & ego diſpoſui tibi.

E ISAIÆ Cap.50. Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt ſciam ſuſtentare eum qui laſſus eſt, verbo: erigit manè: manè erigit mihi aurem, vt audiam quaſi magiſtrũ. Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorſum non abij.

IOEL. Cap. 2. Canite tuba in Sion, ſanctificate ieiunium, vocate cœtum. Congregate populum, ſanctificate Eccleſiam, coadunate ſenes: congregate paruulos & ſugentes ubera: egrediatur ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo. ET. Et filij Sion exultate, & lætamini in Domino Deo veſtro: quia dedit vobis Doctorẽ iuſtitiæ, & deſcendere faciet ad vos imbrẽ matutinum & ſerotinum ſicut à principio.

MATT. Cap.16. Tunc intellexerũt quia non dixerit cauendum à fermento panum, ſed à doctrina Phariſæorũ & Sadducæorum.

IOAN. Cap.10. Amen, amen dico vobis, ego ſum oſtiũ ouium. Omnes quotquot venerunt, fures ſunt & latrones: ſed non audierunt eos oues. Ego ſum oſtium: Per me ſi quis introierit, ſaluabitur: & ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet.

AD GALA. Cap. 1. Miror, quòd ſic tam citò transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Chriſti, in aliud Euangelium: quod nõ eſt aliud, niſi ſunt aliqui qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Chriſti. Sed licet nos, aut Angelus de cœlo euangelizet vobis præterquã quod euangelizauimus vobis, anathema ſit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepiſtis, anathema ſit.

PRIOR. Ad Corinth. Cap.3. Et ego fratres non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus. Tanquàm paruulis in Chriſto, lac vobis potum dedi, non eſcam: nondũ enim poteratis, ſed nec nunc quidem poteſtis: adhuc enim carnales eſtis. Cùm enim ſit inter vos zelus & contẽtio, non'ne carnales eſtis, & ſecundùm hominem ambulatis? Cùm enim quis dicat, Ego quidem ſum Pauli: alius autẽ, Ego Apollo: non'ne homines eſtis? Quid igiť eſt Apollo?

Quid

Quid verò Paulus? Miniſtri eius cui crediſtis, & vnicuiq; ſicut Dominus dedit.

E T Cap. 4. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei: Hic iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur. E T. Ideò miſi ad vos Timotheũ qui eſt filius meus chariſsimus & fidelis in Domino: qui vos cõmoneſaciet vias meas quæ ſunt in Chriſto Ieſu, ſicut vbique in omni Eccleſia doceo.

E T Cap. 10. Vide ſuprà, lectio. 11. litera. C.

E T Cap. 12. Vide ſup. lit. C.

A D EPHES. Cap. 4. Vide ſup. lectio. 10. lit. D. I

A D ROMA. Cap. 12. Vide ſuprà, lect. 10. lit. D.

F PSAL. 22. Dominus regit me, & nihil mihi deerit; in loco paſcuæ ibi me collocauit. Super aquã refectionis educauit me: animam meam conuertit. E T. Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſùs eos qui tribulant me.

IOAN. Cap. 3. Qui habet ſponſam, ſponſus eſt: amicus autem ſponſi qui ſtat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi. Hoc ergo gaudium meum impletum eſt. Illum oportet creſcere, me autẽ minui. Qui de ſurſum venit, ſuper omnes eſt. Qui eſt de terra, de terra eſt, & de terra loquitur. Qui de cœlo venit, ſuper omnes eſt. Et quod vidit, & audiuit, hoc teſtatur & teſtimoniũ eius nemo accipit. Qui accepit eius teſtimoniũ ſignauit quia Deus verax eſt. Quẽ enim miſit Deus, verba Dei loquitur: non enim ad mẽſuram dat Deus ſpiritũ.

E T Cap. 7. Vide ſup. lect. 11. lit. H.

MAT. Cap. 26. Vide ſup. lect. 3. lit. G.

PRIO. Ad Cor. Cap. 11. Vide ſup. lectio. 3. lit. G,

AD EPHE. Cap. 5. Vide ſup: lect. 5. litera. K.

H AD ROMAN. Cap. 12. Vide ſup. lect. 10. lit. D

PRIO. Ad Cor. Cap. 12. Vide ſuprà, litera. C.

AD EPHE. Cap. 4. Vide ſup. lect. 10. litera. D.

AD TITVM Cap. 1. Vide ſuprà, litera. D. K

POSTER. Ad Corint. Cap. 4. Ideò habentes hanc miniſtrationem: iuxta quod miſericordiam conſecuti ſumus, non deficimus, ſed abdicamus occulta dedecoris, non ambulãtes in aſtutia, neq; adulterãtes Verbum Dei, ſed in manifeſtatione veritatis cõmendantes noſmetipſos ad omnẽ conſcientiam hominum coram Deo. Quòd ſi etiam opertum eſt Euangelium noſtrum: in ijs qui pereunt eſt opertũ, in quibus Deus huius ſeculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei. Non enim noſmetipſos prædicamus, ſed Ieſum Chriſtum Dñm noſtrũ: nos autem ſeruos veſtros per Ieſum, quoniam Deus qui dixit de tenebris lucem ſplẽdeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſciẽtiæ claritatis Dei, in facie Chriſti Ieſu.

ISAIÆ, Cap. 66. Quia ſicut cœli noui & terra noua, quæ ego facio ſtare coram me, dicit Dominus: ſic ſtabit ſemen veſtrũ, & nomen veſtrũ. Et erit menſis ex menſe, & Sabbathum ex Sabbatho: veniet omnis caro vt adoret coram facie mea, dicit Dñs.

MATTH. Cap. 16. Vide ſup. lit. D.

PRIOR. Ad Timoth. Cap. 3. Vide ſuprà, litera. A.

AD EPHES. Cap. 4. Vide ſup. lectio. 10. lit. D.

ACTO. Cap. 20. Vide ſup. lit. D.

PRIO. Petri, Cap. 5. Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei, prouidentes nõ coactè, ſed ſpontaneè ſecundùm Deum: neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè: neq; vt dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo. Et cùm apparuerit Princeps paſtorum, percipietis immarceſsibilem gloriæ coronam.

IOAN. Cap. 14. Et ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere, quia non videt eum, nec ſcit eum, vos autem cognoſcitis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos.

ET Capit. 17. Et ego claritatem quam dediſti mihi, dedi eis: vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Et ego in eis, & tu in me: vt ſint conſummati in vnum: & cognoſcat mundus, quia tu me miſiſti, & dilexi eos, ſicut & me dilexiſti.

IOANN. Cap. 14. Adhuc modicũ: & mundus me iam non videt. Vos autem videtis me: quia ego viuo, & vos viuetis.

ACTOR. Cap. 20. A Mileto autem Paulus mittens Epheſum vocauit maiores

natu Eccleſiæ. *Et vide ſuprà, litera. D.*

LVCÆ. Cap. 22. Ait autem Dominus: Simon, Simō, ecce Sathanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.

L NVMER. Cap. 3. Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Applica tribum Leui, & fac ſtare in conſpectu Aaron Sacerdotis vt miniſtrent ei, & excubent, & obſeruent quicquid ad cultum pertinet multitudinis corā tabernaculo teſtimonij, & cuſtodiant vaſa tabernaculi, ſeruiētes in miniſterio eius. Dabiſq; dono Leuitas Aaron & filijs eius, quibus traditi ſunt à filijs Iſraël. Aaron autem & filios eius conſtitues ſuper cultum ſacerdotij. Externus qui ad miniſtrandum acceſſerit, morietur. Ego tuli Leuitas à filijs Iſraël pro omni primogenito qui aperit vuluam in filijs Iſraël, eruntq; Leuitæ mei.

DEVTERON. Cap. 10. Eo tempore ſeparauit tribum Leui, vt portaret arcam fœderis Domini, & ſtaret coram eo in miniſterio, ac benediceret nomini illius vſque in præſentem diem.

LIB. 3. Reg. Cap. 2. Abiathar quoque ſacerdoti dixit Rex, vade in Anathoth ad agrum tuum, & quidem vir mortis es: ſed hodie te non interficiam, quia portaſti arcam Domini Dei corā Dauid patre meo, & ſuſtinuiſti laborem in omnibus in quibus laborauit pater meus. Eiecit ergò Salomon Abiathar, vt non eſſet ſacerdos Domini, vt impleretur ſermo Domini, quem locutus eſt ſuper domum Heli in Silo.

AVTHORIT. PATR.

Declinandi hæretici, & ad Eccleſiā confugiendum.

B 1 IRENÆVS. lib. 5. aduerſùs hæreſes. Fugere igitur oportet ſententias hæreticorum, & intentius obſeruare ne coniurgemur ab ipſis, confugere autem ad Eccleſiam, & eius ſinu educari, & Dominicis ſcripturis enutriri. Plantata eſt enim Eccleſiæ paradiſus in hoc mundo. Ab omni ergò ligno paradiſi eſcas manducabis, ait Spiritus Dei, id eſt, ab omni ſcriptura Dominica manducate. Super elato autem ſenſu ne manducaueritis, neque tetigeritis vniuerſam hæreticam diſſentionem. Ipſi enim confitentur ſemetipſos cognitionem habere boni & mali, & ſuper Deum qui fecit eos iaculantur ſenſus ſuos impios.

Gen. 2.

Apud Eccleſiam eſt verus ſenſus ſcripturarū.

In vera Eccleſia eſt Sacramētorum adminiſtratio.

2 LACTAN. Firmia. Diuinarum inſtitutionum lib. 4. Capit. 30. Quia ſinguli quiq; cœtus hæreticorum, ſe potiſsimùm Chriſtianos, & ſuam eſſe Catholicam Eccleſiam putant, ſciendum eſt illam eſſe veram, in qua eſt confeſsio & pœnitentia, quæ peccata & vulnera, quibus ſubiecta eſt imbecillitas carnis, ſalubriter curat.

Hæretici multos ſimplices decipiunt.

3 HILAR. ad Conſtantium Auguſtū, lib. 1. propè initium. Non prius venenatum virus infundunt, quàm ſimplices & innocentes ſub prætextu nominis Chriſtiani raptos atque irretitos inuoluant: ne ſoli pereant, ſed participes horrendi criminis ſui reos faciant.

Hæretici ſcripturas citant.

4 ET lib. 2. prope finem. Sed memento tamen neminem hæreticorum eſſe, qui ſe nunc non ſecundùm ſcripturas prædicare ea quibus blaſphemat, mentiatur.

Origines Eccleſiarū.

Ordo Epiſcoporum.

Apud hæreticos nō eſt vera Eccleſia, quia nō habent ſucceſsionē ab Apoſtolis.

5 TERTVLL. lib. de præſcriptio. hæreticorum, Cap. 32. Cæterùm ſi quæ audent interſerere ſeſe ætati Apoſtolicæ, vt ideò videantur ab Apoſtolis traditæ, quia ſub Apoſtolis fuerunt: poſſumus dicere: Cedāt ergò origines Eccleſiarum ſuarum: euoluāt ordinem Epiſcoporum ſuorum, ita per ſucceſsiones ab initio decurrentem, vt primus ille Epiſcopus aliquem ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris, qui tamen cum Apoſtolis perſeuerauerit, habuerit authorem & anteceſſorem. *Et paulò pòſt.* Ad hāc itaque formam prouocabuntur ab illis Eccleſijs, quæ licet nullum ex Apoſtolis vel Apoſtolicis viris authorem ſuum proferant, vt multò poſteriores, quæ denique quotidie inſtituuntur: tamen in eâdem fide conſpirantes, non minus Apoſtolicæ deputantur pro conſanguinitate doctrinæ. Ita omnes hæreſes ad vtranq; formā à noſtris Eccleſijs prouocatæ, probent ſeſe quaquà putant Apoſtolicas.

1. Cor. 12.

Extra Eccleſiā nemo iuſtus.

6 AVGVSTIN. tom. 2. epiſto. 50. ad Boniſacium Comitem. Multi vnum corpus ſumus in Chriſto. Ac per hoc nemo poterit eſſe iuſtus, quandiu fuerit ab vnitate huius corporis ſeparatus. Quemadmodum enim membrum, ſi præcidatur ab hominis viui corpore, non poteſt tenere ſpiritum vitæ: ſic homo qui præciditur de Chriſti iuſti corpore, nullo modo poteſt Spiritū tenere iuſtitię, etiā ſi figurā mēbri teneat, quā ſumpſit in corpore. *Et rurſus, circa finem.* Eccleſia Catholica ſola corpus eſt Chriſti, cuius ille caput eſt, Saluator corpo-

Spiritus ſanctus non viuificat niſi viua membra Eccleſiæ. corporis ſui. Extra hoc corpus neminem viuificat Spiritus ſanctus: quia, ſicut ipſe dixit Apoſtolus, Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Nō eſt autē particeps Diuinæ Charitatis, qui hoſtis eſt vnitatis. Non *Roma. 5.* *Hoſtis vnitatis, nō habet charitatem.* habent itaq; Spiritū ſanctū, qui ſunt extra Eccleſiam. De illis quippe ſcriptum eſt: Qui ſeipſos ſegregant, animales, Spiritum non habētes. Sed nec ille eum percipit, qui *Iudæ. 1.* fictus eſt in Eccleſia: quoniam & inde ſcriptum eſt: *Sap 1.* Sanctus enim Spiritus diſciplinę effugiet fictum. Qui ergò vult habere Spiritum ſanctum, caueat foris ab Eccleſia remanere, caueat in eā ſimulatè intrare: aut ſi iam talis intrauit, caneat in eâdem ſimulatione perſiſtere, vt veraciter coaleſcat arbori vitæ.

D 1 AVGVST. tom. 6. Contra epiſt. Manichæi, quā vocant Fundamēti, Cap. 4. Vt omittam ſynceriſsimam ſapientiā, multa ſunt alia quæ in Catholicæ Eccleſiæ gremio me iuſtiſsimè tenent. *Auguſtinū quæ in Eccleſia Catholica tenēāt.* Tenet conſenſio populorum atque gentium: tenet authoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata. Tenet ab ipſa *Ioan. 21.* ſede Petri Apoſtoli, cui paſcēdas oues ſuas poſt reſurrectionem Dominus commendauit, vſque ad præſentem Epiſcopatum, ſucceſsio Sacerdotum. Tenet poſtremò ipſum Catholicæ nomen, quod non ſine cauſa inter tam multas hæreſes, ſic iſta Eccleſia ſola obtinuit, vt cùm omnes hęretici ſe Catholicos dici velint: quęrenti tamen peregrino alicui, vbi ad Catholicā conueniatur, nullus hæreticorum vel baſilicam ſuam, vel domū audeat oſtendere.

G 1 IRENÆ. lib. 3. aduerſùs hæreſes, Cap. 3. Sed quoniam valde longum eſt, in hoc tali volumine omnium Eccleſiarū enumerare ſucceſsiones, maximæ, & antiquiſſimæ, & omnibus cognitæ, à glorioſiſsimis duobus Apoſtolis Petro & Paulo Romæ *Romana Eccleſia habet verā ſucceſſionem ab Apoſtolis.* fundatæ & inſtitutæ Eccleſiæ, eam quam habet ab Apoſtolis traditionem, & annunciatam hominibus fidem, per ſucceſsiones Epiſcoporum peruenientem vſque ad nos, indicantes cōfundimus omnes eos, qui quo quomodo vel per ſui placētiam malam, vel vanam gloriam, vel cæcitatem & malā ſententiam præterquàm oportet, colligunt. Ad hanc enim Eccleſiam, propter potētiorem principalitatē, neceſſe eſt omnem conueni- *Romana Eccleſia primatum obtinet ſuper omnes Eccleſias.* re Eccleſiam, hoc eſt, eos qui ſunt vndiq; fideles, in qua ſemper ab his qui ſunt vndiq; conſeruata eſt ea quæ eſt ab Apoſtolis traditio.

2 ET Cap. 4. Sic per illam veterē Apoſtolorum traditionem, ne in conceptionem quidem mentis admittunt, quodcunq; illorum portentiloquium eſt, neq; enim con- *Apud hæreticos nō eſt Apoſtolica ſucceſsio, neq; traditio, neq; doctrina.* gregatio fuit apud eos, neque doctrina inſtituta. Ante Valentinum enim non fuerunt qui ſunt à Valentino, neque ante Marcionē erant qui ſunt à Marcione. neq; omnino erant aliqui ſenſus maligni quos ſuprà enumerauimus, antequàm initiatores & inuentores perſuaſitatis eorum fierent.

3 IDEM lib. 4. Cap. 43. Eis qui in Eccleſia ſunt presbiteris obaudire oportet, his *Eccleſiæ, quæ ſucceſſionē habet ab Apoſtolis, pareṅdū eſt.* qui ſucceſsionem habent ab Apoſtolis, ſicut oſtendimus, qui cum Epiſcopatus ſucceſſione, chariſma veritatis certum, ſecūdùm placitum Patris, acceperunt. Reliquos verò qui abſiſtunt à principali ſucceſsione, & quocunq; loco colliguntur, ſuſpectos habere, vel quaſi hæreticos & malæ ſententiæ, vel quaſi ſcindentes & elatos & ſibi placentes, aut rurſus vt hypocritas, quæſtus gratia & vanæ gloriæ, hoc operantes. *Hæreticorū & ſchiſmaticorum pœna & interitus.* Omnes autem hi, decidunt à veritate: & hæretici quidem alienum ignem afferentes ad altare Dei, id eſt, alienas doctrinas, à cœleſti igne comburentur, quemadmodum Nadab & Abiu. *Leuit. 10.* Qui verò exurgunt contra veritatem, & alteros adhortantur aduerſùs Eccleſiam Dei, remanent apud inferos, voragine terræ abſorpti, quemadmodum qui circa Chore, Dathan, & Abyron. *Num. 16.* Qui autem ſcindunt & ſeparant vnitatem Eccleſiæ, eandem quam Ieroboam pœnā percipiunt à Deo. *3. Reg. 14.*

4 TERTVLL. De præſcriptionibus hæreticorum. Vide ſup. litera. B. authoritate. 5.

5 AVGVSTINVS tom. 7. in Breuiculo collationum cum Donatiſtis, collatione tertij diei, Cap. 4. Quarto itaq, loco hæc acta ſunt. Lectæ ſunt ſupradictæ literæ Donatiſtarum, quibus conati ſunt reſpondêre mandato Catholicorum, quod geſtis primæ actionis inſertum eſt. Cui man- *Ex ſacris literis cōſtat eam eſſe veram Eccleſiam quæ in toto orbe diffunditur.* dato non eos potuiſſe raſpondêre inuêni, & qui vtraq; legere & cōſyderare voluerit, comperiet quia teſtimonia ex Lege, & Prophetis, & Pſalmis, & Apoſtolicis atque Euangelicis literis de prōpta, quibus oſtenditur Eccleſia Catholica per totum mundum diffundi incipiens ab Hieruſalē, vnde in propinqua & longinqua creſcendo,

etiam in Africam venit,& in alia loca & ciuitates per quas primitus dilatata eſt,in quibus multæ Eccleſiæ ad ipſam vnicam pertinentes,Apoſtolico labore fundatę ſunt,quibus Donatiſtas non cõmunicare manifeſtũ eſt,nõ ſolũ nõ pertractare,ſed omnino nec attingere voluerunt, nec aliquod teſtimonium in tam prolixa epiſtola ſua proferre auſi ſunt de ſcriptutis ſanctis, quòd aſſerent Eccleſiam partis Donati eſſe prædictam & prænunciatam,ſicut tam multi Catholici protulerũt pro Eccleſia cui communicant,quæ incipiens ab Hieruſalem,toto orbe diffunditur.

Hæretici nullam habent notam veræ Eccleſiæ.

M

1 IRENÆVS, aduerſus hęreſes,lib. 1.Cap.3.Hanc prædicationem cùm acceperit,& hanc fidem , quemadmodũ prædiximus,Eccleſia,& quidẽ in vniuerſum mundum diſſeminata,diligenter cuſtodit,quaſi vnam domum inhabitans,& ſimiliter credit his,videlicet quaſi vnam animã habẽs, & vnum cor:& conſonanter hæc prædicat & docet & tradit quaſi vnum poſsidens os. Nam etſi in mundo loquelę diſsimiles ſint, ſed tamen virtus traditionis vna & eadem eſt.Et neq; hæ quæ in Germania ſunt fundatæ Eccleſiæ,aliter credunt,aut aliter tradunt:neque hæ quæ in Hybernis ſunt,neq; hæ quæ in Celtis,neque hæ quę in Oriẽte, neq; hæ quæ in Ægypto,neq; hę quę in Lybia,neq; hæ quæ in medio mundi ſunt conſtitutæ:ſed ſicut Sol creatura Dei in vniuerſo mundo vnus & idem eſt, & ſicut lumen,prædicatio veritatis vbiq; lucet & illuminat omnes homines qui volũt ad agnitionem veritatis venire.Et neque qui valdè præualet in ſermone,ex ijs qui præſunt Eccleſijs , alia quàm hæc ſunt, dicet . Nemo enim ſuper magiſtrum eſt ; neq; infimus in dicẽdo deminorauit traditionẽ. Cùm enim vna & eadem fides ſit,neque is qui multum de ea poteſt dicere,amplius:neq; is qui minus,deminorat.

Nota vera Eccleſia eſt, eſſe vniuerſalem.

Ioan.1.

Matth.10.

2 ET lib.4.Cap.45.Vbi igitur inueniat aliquis,Paulus docens ait:Poſuit Deus primò in Eccleſia Apoſtolos,ſecũdò Prophetas,tertiò Doctores.Vbi igitur chariſmata Domini poſita ſunt,ibi diſcere oportet veritatem,apud quos eſt ea quæ eſt ab Apoſtolis Eccleſiæ ſucceſsio, & id quod eſt ſanum & irreprobabile ſermonis,cõſtat.Hi enim, & eã quæ eſt in vnũ Deũ qui omnia fecit, fidẽ noſtrã,cuſtodiunt:& eam quæ eſt in Filium Dei dilectionẽ,adaugent, qui tãtas diſpoſitiones propter nos fecit , & ſcripturas ſine periculo nobis exponũt,neque Deum blaſphemantes, neque Patriarchas exhonorantes,neque Prophetas contemnentes.

1.Cor. 12.

Nota vera Eccleſia ſunt,ſana fides & doctrina , & ſucceſsio ab Apoſtolis.

3 TERTVLLIA. de præſcript.heret.Cap.20. &. 21. Statim igitur Apoſtoli, (quos hęc appellatio Miſſos interpretatur) aſſumpto per ſortẽ duodecimo Matthia in locũ Iudæ,ex authoritate prophetiæ, quæ eſt in Pſalmo Dauid, conſecuti promiſſam vim Spiritus ſancti ad virtutes & eloquiũ, primò per Iudęã cõteſtata fide in Ieſũ Chriſtum,& Eccleſijs inſtitutis,de hinc in orbẽ profecti, eandẽ doctrinã eiuſdẽ fidei Nationibus promulgauerũt,& proinde Eccleſias apud vnamquanq; ciuitatem condiderũt,à quibus tradûcem fidei & ſemina doctrinæ, cæteræ exinde Eccleſiæ mutuatæ ſunt , & & quotidie mutuãtur vt Eccleſiæ fiant. Ac per hoc & ipſæ Apoſtolicæ deputantur,vt ſoboles Apoſtolicarũ Eccleſiarũ.Omne genus ad originẽ ſuam cenſeatur , neceſſe eſt. Itaq; tot ac tantæ Eccleſiæ , vna eſt illa ab Apoſtolis prima,ex qua oẽs.Sic omnes primæ,& omnes Apoſtolicæ,dum vnã omnes probãt vnitatẽ.Cõmunicatio pacis,& appellatio fraternitatis, & cõteſſeratio hoſpitalitatis:quæ iura nõ alia ratio regit, quàm eiuſdem Sacramenti vna traditio.Hãc igitur dirigimus præſcriptionẽ: Si Dñs Ieſus ChriſtusApoſtolos miſit ad prædicãdũ,alios nõ eſſe recipiẽdos prędicatores,quã quos Chriſtus inſtituit:quia nec alius Patrẽ nouit,niſi Filius, & cui Filius reuelauit:nec alijs videtur reuelaſſe Filius, quàm Apoſtolis quos miſit ad prædicandũ,vtiq; quod illis reuelauit.Quid autẽ prædicauerint,id eſt,quid illis Chriſt⁹ reuelauerit,& hic pręſcribã, nõ aliter probari debere, niſi per eaſdẽ Eccleſias quas ipſi Apoſtoli condiderunt,ipſi eis pręddicãdo,tã viua(quod aiũt)voce,quã per epiſtolas poſteà. Si hæc ita ſunt , conſtat proinde omnẽ doctrinã,quæ cũ illis Eccleſijs Apoſtolicis matricibus & originalibus fidei cõſpiret,veritati deputãdã,id ſine dubio tenentem,quod Eccleſiæ ab Apoſtolis, Apoſtoli à Chriſto,Chriſtus à Deo ſuſcepit: reliquã verò omnẽ doctrinã de mendacio præiudicandam,quæ ſapiat contra veritatem Eccleſiarum , & Apoſtolorum , & Chriſti,& Dei.

Apoſtoli, quid.

Act.1.

Pſal.108.

Act.8. 9. & 11.

Act.13.& 14.

Eccleſia Apoſtolica, quæ.

Matth. 10.

Matt. 11.

1. Theſſ.2.

Eccleſiæ Apoſtolicæ matrices & originales.

Vera doctrina, quæ.

4 ORIG. to.1.in proœmio Periarchõ. Sicut enim multis apud Græcos & Barbaros pollicentibus veritatẽ,deſueuimus apud omnes eã quęrere qui eã falſis opinionibus aſſerebant,poſteaquàm credidimus Filium

Dei

Dei eſſe Chriſtum, & ab ipſo nobis hanc diſcẽdam eſſe perſuaſimus: ita cùm multi ſint qui ſe putent ſentire, quæ Chriſti ſunt, & nonnulli eorum diuerſa à prioribus ſentiant, ſeruetur verò Eccleſiaſtica prædicatio per ſucceſsionis ordinem ab Apoſtolis tradita, & vſque ad pręſens in Eccleſijs permanens: illa ſola credenda eſt veritas, quæ in nullo ab Eccleſiaſtica diſcordet traditione,

Illa ſola credenda eſt veritas, quæ non diſcordat ab Eccleſiaſtica traditione.

5 IDEM tom. 1. in Leuiticũ, homil. 6. Ipſe eſt Moyſes, hoc eſt, lex quę ſacerdotes conſecrat, nec poteſt ſacerdos eſſe, quẽ nõ lex conſtituerit ſacerdotem.

Non poteſt eſſe ſacerdos quem lex nõ conſecrarit.

6 CYPRIA. lib. 1. epiſto. 6. Eccleſia enim vna eſt, quæ vna & intus eſſe & foris non poteſt. Si enim apud Nouatianum eſt, apud Corneliũ non fuit: Si verò apud Cornelium fuit, qui Epiſcopo Fabiano legitima ordinatione ſucceſsit, & quem præter ſacerdotij honorem, martyrio quoq; Dominus glorificauit, Nouatianus in Eccleſia non eſt. Nec Epiſcopus computari poteſt, qui Euãgelica & Apoſtolica traditione contempta nemini ſuccedens, à ſeipſo ordinatus eſt: habêre namq; aut tenêre Eccleſiam nullo modo poteſt, qui ordinatus in Eccleſia non eſt. *Et poſt pauca.* Nam & Chore, & Dathan, & Abyron, cum ſacerdote Aaron & Moyſe eundem Deum nouerant, pari lege & religione viuentes, vnum & verum Deum qui colendus atque inuocandus fuerat, inuocabant: tamen quia loci ſui miniſterium tranſgreſsi contra Aaron ſacerdotem, qui ſacerdotium legitimum dignatione Dei atque ordinatione perceperat, ſacrificandi licentiam vendicarunt, Diuinitus percuſsi pœnas ſtatim pro illicitis conatibus penderunt, nec potuerunt rata eſſe & proficere ſacrificia, irreligioſè & illicitè contra ius Diuinæ diſpoſitionis oblata.

Eccleſia vna.

Non eſt cenſendus epiſcopus qui à ſeipſo ordinatus eſt.

Num. 16.

Dathan & Abyron cur puniti.

7 HIERONIM. tom. 2. Ad Pammachium, Apologia aduerſùs Ruffinum, lib. 1. non longè ab initio. Fidem ſuam, quam vocat? eam'ne qua Romana pollet Eccleſia? an illam quæ in Origenis voluminibus continetur? Si Romana reſponderit, ergò Catholici ſumus. *Et in fine.* Neque enim ambimus ſacerdotium, qui latêmus in cellulis: nec, humilitate damnata, Epiſcopatum auro redimere feſtinamus: nec electum Pontificem à Deo, rebelli cũpimus mente iugulare.

Catholici ſunt qui Romanam ſequuntur Eccleſiam.

Catholici parent Summo Pontifici.

8 AVGVSTIN. tom. 2. epiſtola 90. quæ eſt Concilij Carthaginenſis ad Innocentium Papam. Hoc ita geſtũ, Domine frater ſancte, charitati tuæ intimandum duximus, vt ſtatutis noſtræ medio charitatis, etiam Apoſtolicæ ſedis adhibeatur authoritas, pro tuenda ſalute multorum, & quorundam peruerſitate etiam corrigenda.

Apoſtolicæ Romanæ ſedis authoritas.

9 ET Epiſtola. 63. quæ eſt Innocentij Papæ ad Patres Concilij Mileuitani. Quid etiam actione firmaſtis, niſi ſcientes quòd per omnes prouincias de Apoſtolico fonte petentibus reſponſa ſemper emanent? Præſertim cùm fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres & Coepiſcopos noſtros, non niſi ad Petrum, id eſt, ſui nominis, & honoris authorem referre debere, velut nunc retulit veſtra dilectio, quod per totum mundum poſsit omnibus Eccleſijs in commune prodeſſe.

Ad Petrum et Romanos Põtifices recurrendum eſt in rebus fidei.

10 ET Epiſtola. 162. Ad Eleuſium, Glorium, & Felicem. Sed tamen ſequeſtrata iſta dubia quæſtione, quærebam quomodò ſe iſti iuſtè ſeparaſſent ab innocentia cæterorum Chriſtianorum, qui per orbem terrarum ſucceſsionis ordinem cuſtodientes, in antiquiſsimis Eccleſijs conſtituti, penitus ignorarent qui fuerint in Africa traditores, qui certè non poſſent communicare niſi eis quos ſedêre in ſedibus Epiſcopalibus, audiebant.

Vbi non eſt ſucceſsio, nõ poteſt eſſe vera Eccleſia.

11 ET Epiſtola. 164. Ad Generoſum. Si ordo Epiſcoporum ſibi ſuccedentiũ conſyderandus eſt, quantò certius & verè ſalubriter ab ipſo Petro numeramus, cui totius Eccleſiæ figuram gerenti, Dominus ait: Super hanc petrã ædificabo Eccleſiam meã, & portæ Inferorum non vincent eam? Petro enim ſucceſsit Linus, Lino Clemens, Clementi Anacletus, Anacleto Euariſtus, Euariſto Alexander; Alexandro Sixtus, Sixto Teleſphorus, Teleſphoro Iginus, Igino Anicetus, Aniceto Pius, Pio Soter, Soteri Eleutherius, Eleutherio Victor, Victori Zepherinus, Zepherino Calixtus, Calixto Vrbanus, Vrbano Põtianus, Pontiano Antherus, Anthero Fabianus, Fabiano Cornelius, Cornelio Lucius, Lucio Stephanus, Stephano Sixtus, Sixto Dionyſius, Dionyſio, Felix, Felici Eutychianus, Eutychiano Caius, Caio Marcellinus, Marcellino Marcellus, Marcello Euſebius, Euſebio Melchiades, Melchiadi Silueſter, Silueſtro Marcus, Marco Iulius, Iulio Liberius, Liberio Damaſus, Damaſo Siricius, Siricio Anaſtaſius. In hoc ordine ſucceſsionis nullus Donatiſta Epiſcopus inuenitur.

Matth. 16.

In Romana Eccleſia eſt vera ſucceſſio.

Sed ex tráſuerſo ex Africa ordinatum miſerunt,qui paucis præſidens Afris, in vrbe Roma, Montenſium vel Cuzubitarum vocabulum propagauit.In illum autem ordinem Epiſcoporum,qui ducitur ab ipſo Petro vſque ad Anaſtaſium,qui nunc eandem Cathedram ſedet,etiam ſi quiſquam traditor per illa tempora ſubrepſiſſet, nihil præiudicaret Eccleſiæ & innocétibus Chriſtianis,quibus Dominus prouidens, ait de Præ- *Matth. 23.* poſitis malis: Quæ dicũt,facite: quæ autem faciunt,facere nolite: dicunt enim & nõ faciunt. Vt certa ſit ſpes fidelis, quæ non in homine,ſed in Domino collata, nunquàm tempeſtate ſacrilegi ſchiſmatis diſsipetur, ſicut iſti diſsipati ſunt,qui legunt in codicibus ſanctis Eccleſias quibus Apoſtoli ſcripſerunt,& nullum in eis habent Epiſcopũ. Quid autem peruerſius & inſanius, quàm lectoribus eaſdem epiſtolas legentibus dicere, Pax tecũ: & ab earũ Eccleſiarũ pace ſeparare,quibus ipſæ epiſtolæ ſcriptæ ſunt?

LECTIO XIII.

DOCTOR.

CVR eam vocas Sanctam? An ideò quòd in ea nõ ſint niſi ſancti,ac cœlo iam certè deſtinati?

ADOLESCENS.

Minimè: vbi enim vna [a] & eadem fides eſt ac religio, ibi in vnam eandemq́ Eccleſiam omnes conueniunt: ſed Sanctam ideò vocamus,tùm quòd extra illam nulla [b] neque ſanctimonia,neque ſalus eſſe poſsit,tùm etiam quòd eam Chriſtus in dies tanquàm ſponſam emundat,vt exhibeat illam ſibi glorioſam, non habentem [c] maculam aut rugam.

a Matt. 53. 55. & 25. Luc. 5?. 1. Petr. 2. Aug. trac. 45. in Ioã. & contr. Creſco. & de vni. Eccle. Orige. in Ioſue hom. 21.

b Iſai. 44. & 45. Matth. 16. Ioel. 2. & 3. Gala. 3. 2. Pet. 3.

c Epheſ. 5. Hilar. in Matth. c. 13. Auguſt. de ver. relig. c. 6. & retr. lib. 1. c. 18. & de fide ad Petr. c. 43. & de nupt. & concu. lib. 1. cap. 34.

DOCTOR.

Cur deinde appellas Catholicam?

ADOLESCENS.

Ea dictio vniuerſalem ſignificat,Et rectè,nam tàm latè ad omnes homines doctrina Chriſti peruagata [d] eſt, vt ab eius Eccleſia nemo non libenter admittatur, qui dicto eius audire velit, quicunq; tandem aut vbicunq; ſit locorum.

d Pſalm. 2. & 49. Iſai. 54. Act. 10. Apocal. 5. Galat. 3. Mala. 1. Aug. epiſ. 48. & 169. & de temp. ſer. 131. & 181. & de ſymb. ad cate. lib. 4. c. 10. & cont. lit. Peti. lib. 2. cap. 38. Baſil. contr. Euno. lib. 2. & 5. & in Iſai. cap. 2.

DOCTOR.

Non ergò turba quædã in angulo deliteſcens aut collecta temerè ex vna aut altera natione, Eccleſia cenſeri poteſt.

ADOLESCENS.

Non ſanè: Eſt enim vetere illa Iudæorum ſynagoga multò præſtantior [e] atque numeroſior.

e Acto. 10. Roman. 2. Galat. 3. Apoc. 5. Aug. epiſt. 48. ad Vincent. & de ago. Chriſt. cap. 29.

DO-

DOCTOR.

Huius verò regendæ authoritatem, quoniam tu Prælatis ac Paſtoribus paulò antè tribuiſti, quænam illorum ſunt in eo genere munera?

ADOLESCENS.

Debent illi populis Dei legem explicare, [f] Sacramenta adminiſtrare, & earum rerum quæ controuerſæ de religione [g] ſubinde incidunt, nodos ſoluere. Cætera etiam omnia, quæ ad germanum Eccleſiæ [h] ordinem ac ſplendorem pertinent, diligenter ſtatuere, vt nulla in ea morũ ac legum deformitas appareat.

f *Matth. 3. & 18. Marc. 16. Act. 1. 6. & 9. 1. Petr. 5.*

g *Deut. 17. Act. 15. 1. Cor. 11.*

h *Rom. 11. 1. Cor. 14. Hebr. 3. Tertull. in apolog. c. 39. Iuſtin. apolog. 2. contr. gent. Clemens epiſt. 4.*

DOCTOR

Sed hæ leges ac conſtitutiones Eccleſiæ, poſſunt'ne conſcientiæ peccati nodum innectere?

ADOLESCENS.

Quid ni? Nam ſi ciuilium legum [i] maieſtatem ex edicto Apoſtoli tantoperè reueremur, multò certè magis eorum iura tueri ac ſeruare debemus, [k] quorum in Eccleſia authoritas eò grauior, quò Diuinior, & qui diligenter peruigilãt quaſi rationem de nobis reddituri, quibus ex animo parendum eſt, vt cum gaudio nobis præſint & non gementes, hoc enim non expedit nobis.

i *Prouer. 8. Roman. 13. Tit. 3. 1. Timoth. 2. 1. Petr. 1.*

K *Malac. 2. Deut. 17. Luc. 10. Act. 15. Hebr. 13.*

DOCTOR.

Quid ſi leges eiuſmodi fuerint iniquæ, eis'ne mos gerendus eſt?

ADOLESCENS.

Non ſanè, ſi fortè vnquàm prodierint eiuſmodi: ſed cùm illæ ad Diuinæ ſcripturæ [l] ſenſum, Apoſtolicaſq; traditiones ſemper omnes confectæ, & communi omnium Paſtorum atque populorum conſenſu tàm longa temporum ſerie receptæ fuerint, nemo eſt qui vel de ijs mali quicquam ſentire aut ſuſpicari poſsit, vel qui curioſius eas debeat diſcutere.

l *Ioan. 14. Luc. 10. 2. Theſſ. 1. Iren. lib. 3. cap. 4. & 40. Tertull. de præſcr. Baſil. de Spiritu ſanct. cap. 27. & epiſt. 70. Aug. cont. epiſ. funda. cap. 4. & epiſt. 108. & 118. Ambr. lib. 3. de fide. c. 7. Aug. contr. Creſco. lib. 1. c. 33. & cont. epiſ. funda. cap. 5. Orige. in Matth. tract. 29. Hiſt. Tripar. lib. 9. cap. 19.*

DOCTOR.

Das porrò hunc honorem ſummæ Conciliorum authoritati, quæ cùm plenè ac legitimè in Eccleſia coguntur, eam in primis verè repræſentant: & cùm à Spiritu ſancto erudiantur, nullo pacto in ijs [m] quæ ad ſalutem noſtram pertinent, labi ac errare poſſunt.

m *Matth.16.& 18. Act.15.& 10. Aug.cont.Donat.lib.2.c.1. & epiſt.118.Orig lib.1.Periar.*

ADOLESCENS.

Volo.

DOCTOR.

Sed nunquid inter ſe aliquando pugnantia quædam decernunt eiuſmodi Concilia?

ADOLESCENS.

Nunquàm: nam cùm ſumma fidei ac religionis noſtræ capita, [n] de quibus in Eccleſia aliquando cum hæreticis contentiones exiſtunt, nunquàm vlla ratione immutentur, pugna ibi aut contentio mutua nulla vnquàm eſſe poteſt. Leges verò, quæ varias ob cauſas rerum, temporum, ac perſonarum, ad publicam vel omnium vel quorundam vtilitatem nonnunquàm ſtatuuntur, [o] immutari quidem aliquando ſolent, ſed cùm ea omnia ad ordinem Eccleſiæ referantur, ſarta tecta ſemper ſunt nobis omnia quæ ad fidem & ſalutem ipſam requiruntur, ac proindè quæ ita variè hac in parte Concilia ſtatuunt, vt priora poſterioribus decreta aliquando videantur antiquari, nõ magis inter ſe pugnant, quàm ipſa temporum ratio, ac dignitas vel conditio quæuis perſonarum.

n *Matth.7.& 19. Luc.7.& 15. 2.Cor.3. 1.Corin.1.3.& 4. 1.Tim.3. 2.Tim.1. Hebra.1. & 3. 2.Petr.1. Conc.Chalced.*

o *Act.15. Aug.contr.Dona.lib.2. c.3. Baſil. lib. de Spir.ſancto c. 27. Euſe.Eccle.hiſt.lib.7.c.21. Aug.cont.Dona.lib.7.cap.27. Anacle.mar.epiſ.1.*

AVTHORITAT. SRIPT.

A MATTH. Cap.13. Accedentes autẽ ſerui patrisfamilias, dixerunt ei, Domine, non'ne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergò habet zizania? Et ait illis, inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei, Vis imus, & colligimus ea? Et ait, Non: ne fortè colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticum. Sinite vtraque creſcere vſq; ad meſſem, & in tempore meſsis dicam meſſoribus, Colligite primùm zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum. E T. Et iterũ ſimile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti: quã, cùm impleta eſſet, educentes, & ſecus litus ſedentes, elegerunt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt.

E T Cap.22. Vide ſuprà, lect.11.lit.B.

E T Cap.25. Tunc ſimile erit regnum cœlorum decem virginibus: quæ accipientes lampades ſuas exierunt obuiam ſponſo & ſponſæ. Quinq; autem ex eis erant fatuę, & quinq; prudentes.

L V C Æ. Cap.15. Homo quidã habuit duos filios, & dixit adoleſcentior ex illis patri, Pater, da mihi portionẽ ſubſtantiæ quæ me contingit. Et diuiſit illis ſubſtantiam. Et

non

non poſt multos dies congregatis omni- D bus adoleſcentior filius peregrè profectus eſt in regionem longinquam, & ibi diſsipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſè.

PRIO. Petri, Capit. 2. Serui, ſubditi eſtote in omni timore Dominis, non tantùm bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis.

B ISA. Cap. 44. Memento horum Iacob & Iſraël, quoniam ſeruus meus es tu. Formaui te, ſeruus meus es tu Iſraël, non obliuiſcaris mei. Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quaſi nebulam peccata tua: reuertere ad me, quoniam redemi te.

ET Cap. 45. Annunciate, & venite, & conſiliamini ſimul: quis auditum fecit hoc ab initio, ex tunc prædixit illud? Nunquid non ego Dominus, & non eſt vltrà Deus abſque me? Deus iuſtus & ſaluãs nõ eſt prę ter me. Conuertimini ad me, & ſalui eritis omnes fines terræ: quia ego Deus, & non eſt alius.

MATTH. Cap. 16. Vide ſup. lect. 12. litera. D.

IOEL. Cap. 2. Et erit: omnis qui inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit: quia in monte Sion, & in Hieruſalem erit ſaluatio, ſicut dixit Dñs, & in reſiduis quos Dominus vocauerit.

ET Cap. 3. Et ſcietis quia ego Dominus Deus veſter habitans in Sion in monte ſancto meo: & erit Hieruſalem ſancta, & alieni non tranſibunt per eam amplius.

AD Galat. Cap. 3. Omnes enim filij Dei eſtis per fidem in Chriſto Ieſu. Quicunq; enim in Chriſto baptizati eſtis: Chriſtum induiſtis. Non eſt Iudæus, neque Grę cus: non eſt ſeruus, neque liber: non eſt maſculus, neq; fœmina. Omnes enim vos vnũ eſtis in Chriſto Ieſu.

PRIO. Petri, Cap. 3. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis: vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autẽ Spiritu. In quo & his qui in carcere erant Spiritu veniens prædicauit: qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noë, cùm fabricaretur arca: in qua pauci, id eſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam. Quod & vos nunc ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma: non carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum per reſurrectionem Ieſu Chriſti.

C AD EPHES. Cap. 5. Vide ſup. lectio. 5. lit. K.

PSAL. 2. Poſtula à me, & dabo tibi Gẽtes hæreditatem tuam, & poſſeſsionem tuã terminos terræ.

ET. 49. Deus deorum Dominus locutus eſt, & vocauit terram. A Solis ortu vſque ad occaſum: ex Sion ſpecies decôris eius.

ISA. Cap. 54. Lauda ſterilis quæ non paris: decanta laudem, & hinni quæ nõ pariebas: quoniam multi filij deſertæ, magis quàm eius quæ habet virum, dicit Dñs. Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, & clauos tuos conſolida. Ad dexteram enim, & ad læuam penetrabis: & ſemen tuum Gentes hæreditabit, & ciuitates deſertas inhabitabit.

ACTO. Cap. 10. Vos ſcitis quomodò abominatum ſit viro Iudæo coniũgi, aut accedere ad alienigenam: ſed mihi oſtendit Deus, neminem communem aut immundũ dicere hominem.

APOCALYP. Cap. 5. Et cantabant canticum nouum, dicentes, Dignus es Domine accipere librum, & aperire ſignacula eius: quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & feciſti nos Deo noſtro regnũ & ſacerdotes, & regnabimus ſuper terram.

AD GALAT. Cap. 3. Vide ſuprà, litera. B.

MALACH. Cap. 1. Ab ortu enim Solis vſque ad occaſum, magnum eſt nomẽ meum in Gentibus: & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum eſt nomen meũ in Gentibus, dicit Dominus exercituum.

E ACTOR. Cap. 10. Et obſtupuerunt ex circunciſione fideles, qui venerant cũ Petro, quia & in nationes gratia Spiritus ſancti effuſa eſt.

AD ROMA. Cap. 2. Circunciſio quidem prodeſt ſi legem obſerues: ſi autem præuaricator legis ſis, circunciſio tua præputium facta eſt. Si igitur præputium iuſtitias legis cuſtodiat, non'ne præputiũ illius in circunciſionem reputabitur? & iudicabit id quod ex natura eſt præputium, legẽ conſummans, te, qui per literam & circunciſionem præuaricator legis es?

AD GALAT. Cap. 3. Vide ſuprà, litera. B

APOCALYP. Cap. 5. Vide ſupra, litera. D.

MAT-

F MATTH. Cap.3. In diebus autem illis venit Ioannes Baptiſta prædicãs in deſerto Iudææ, & dicens, Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum.

ET Cap.28. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra: euntes ergò docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

MARCI. Cap.16. Euntes in mūdum vniuerſum prædicate Euangeliū omni creaturæ. ET. Illi autem profecti prædicauerunt vbiq;. Domino cooperante & ſermonē confirmante ſequentibus ſignis.

ACTOR. Cap.1. Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momēta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate: ſed accipietis virtutē ſuperuenientis Spiritus ſancti in vos, & eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ.

ET Cap.6. Conuocantes autem duodecim multitudinem diſcipulorū, dixerūt, Non eſt æquum, nos derelinquere Verbū Dei, & miniſtrare menſis. Conſiderate ergò, fratres, viros ex vobis boni teſtimonij ſeptem, plenos Spiritu ſancto & ſapientia, quos conſtituamus ſuper hoc opus. Nos verò, orationi & miniſterio verbi inſtantes erimus.

ET Cap.9. Et continuò ingreſſus in ſynagogas prædicabat Ieſum, quoniam hic eſt Filius Dei.

PRIOR. Petri Cap.5. Vide ſup. lect. 12. litera. I.

G DEVTERON. Cap.17. Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris inter ſanguinem & ſanguinē, cauſam & cauſam, lepram & non lepram, & iudicum inter portas tuas videris verba variari. ſurge, & aſcende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus. Veniesq; ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicē qui fuerit illo tempore: quæresq; ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem. Et facies quodcunq; dixerint qui præſunt loco quē elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, ſequêriſq; ſententiam eorum: nec declinabis ad dexteram neq; ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tēpore miniſtrat Dño Deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſraēl: cunctuſq; populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia.

ACTORVM. Cap.15. Et quidam deſcendentes de Iudæa, docebant fratres: Quia niſi circuncidamini ſecundùm morē Moyſi, non poteſtis ſaluari. Facta ergò ſeditione non minima Paulo & Barnabæ aduerſùs illos, ſtatuerunt vt aſcenderent Paulus & Barnabas, & quidam alij ex alijs ad Apoſtolos & presbyteros in Hieruſalem, ſuper hac quæſtione. ET. Tunc placuit Apoſtolis & Senioribus cū omni Eccleſia, eligere viros ex eis & mittere Antiochiam cum Paulo & Barnaba, Iudam qui cognominabatur Barſabas, & Silam, viros primos in fratribus, ſcribentes per manus eorum. Apoſtoli & Seniores, fratres, his qui ſunt Antiochiæ & Syriæ & Ciliciæ fratribꝰ ex Gentibus, ſalutem. Quoniam audiuimus, quia quidam ex nobis exeuntes, turbauerunt vos verbis, euertentes animas veſtras, quibus non mandauimus: placuit nobis collectis in vnum, eligere viros & mittere ad vos cū chariſſimis noſtris Barnaba & Paulo, hominibus qui tradiderunt animas ſuas pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Mīſimus ergò Iudam & Silam, qui & ipſi vobis verbis referent eadem. Viſum eſt enim Spiritui ſancto & nobis, nihil vltrà imponere vobis oneris quàm hæc neceſſaria: vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorū, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione, à quibus cuſtodiētes vos, bene agetis. Valete.

PRIOR. Ad Corinth. Cap.11. Si quis autem videtur contentioſus eſſe: nos talem conſuetudinem non habemus, neq; Eccleſia Dei. *Et in fine.* Si quis èſurit, domi manducet, vt non in iudicium conueniatis. Cætera autem cùm venero, diſponam.

H AD ROM. Cap.12. Vide ſup. lect. 10. litera. D.

PRIOR. ad Corinth. Cap.14. Itaque fratres æmulamini prophetare: & loqui linguis nolite prohibere. Omnia autē honeſtè & ſecundùm ordinem fiant in vobis.

AD HEBR. Cap.3. Vide ſup. lect. 10. litera. G.

I PROVERB. Cap.8. Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. Per me principes imperant, & potentes decernunc iuſtitiam.

AD ROM. Cap.13. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Nō eſt enim poteſtas niſi à Deo, quę autē ſunt, à Deo ordinata ſunt. Itaq; qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirūt: nam principes nō ſunt timori boni operis,

ſed

ſed mali. Vis autem non timere poteſtatē? Bonum fac: & habebis laudem ex illa. Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt: vindex in iram ei qui malum agit. Ideò neceſſitate ſubditi eſtote. Miniſtri eñ Dei ſunt in hoc ipſum ſeruientes

AD TITVM, Cap. 3. Admone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe.

PRIO. Ad Timoth. Cap. 2. Obſecro igitur primùm omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarũ actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in ſublimitate ſunt, vt quietã & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate.

PRIO. Petri, Cap. 2. Subiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum: ſiue regi quaſi præcellenti: ſiue ducibus tanquàm ab eo miſsis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum.

K MALACH. Cap. 2. Labia enim ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirēt ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum eſt.

DEVTERO. Cap. 17. Vide ſup. litera G.

LVCÆ Cap. 10. Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Qui autē me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me.

ACTOR. Cap. 15. Vide ſuprà, litera G. in fine.

AD HEBR. Cap. 13. Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris redditur: vt cum gaudio hoc faciãt, & non gementes. Hoc enim non expedit vobis.

L IOAN. Cap. 14. Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionē apud eum faciemus. Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. Et ſermonem quē audiſtis, nõ eſt meus: ſed eius qui miſit me, Patris. Hæc locutus ſum vobis apud vos manens. Paraclitus autē Spiritus ſanctus, quē mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis.

LVCÆ. Cap. 10. Vide ſup. lit. K.

POSTE. Ad Theſſal. Cap. 2. Rogamus autem vos fratres per aduentum Dñi noſtri Ieſu Chriſti, & noſtræ congregationis in ipſum: vt non citò moueamini à veſtro ſenſu, neque terreamini, neque per ſpiritum, neque per ſermonem, neque per epiſtolã tanquàm per nos miſſam, quaſi inſtet dies Domini. ET. Itaque fratres ſtate: & tenete traditiones quas didiciſtis ſiue per ſermonem, ſiue pet epiſtolam noſtram.

M MATTH. Capit. 16. Vide ſuprà, litera. B.

ET Cap. 18. Si autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit: lucratus eris fratrem tuum. Si autem te nõ audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quòd ſi non audierit eos: dic Eccleſiæ. Si autem Eccleſiam non audierit: ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, quæcunq; alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunq; ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. Iterum dico vobis, quia ſi duo ex vobis cõſenſerint ſuper terram, de omni re quamcunq; petierint, fiet illis à Patre meo qui in cœlis eſt. Vbi.n. ſunt duo vel tres cõgregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorũ.

ACTOR. Cap. 15. Vide ſup. lit. G.

ET Cap. 20. Vide ſup. lect. 12. lit. D.

N MATTH. Cap. 7. Omnis ergò qui audit verba mea hæc, & facit ea: aſsimilabitur viro ſapienti qui ædificauit domum ſuam ſuper petram, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & nõ cecidit: fundata enim erat ſuper petram. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto qui ædificauit domũ ſuã ſupet arenam: & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerũt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna. Et factum eſt cùm conſummaſſet Ieſus verba hæc, admirabantur turbæ ſuper doctrina eius. Erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut ſcribæ eorum & Phariſæi.

ET Capit. 19. Dicunt illi, Quid ergò Moyſes mandauit dare libellum repudij, & dimittere? Ait illis, Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras: ab initio autem non fuit ſic. Dico autem vobis, quia quicunq; dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationē, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimiſſam duxerit, mœchatur.

LVC,

L V C Æ. Cap.7.Dixit autem ad illã, remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt qui ſimul accũbebant, dicere intra ſe, Quis eſt hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem, Fides tua te ſaluam fecit, vade in pace.

E T Cap.22. Vide ſup.lect.12.litera.K.

P R I O R. Ad Corinth. Cap.3. Vide ſup.lectio.12.lit. E.

P O S T E. Ad Corinth. Cap. 1. Cùm ergò hoc voluiſſem, nunquid leuitate vſus ſum? Aut quæ cogito, ſecundùm carnem cogito, vt ſit apud me, E S T, & N O N? Fidelis autẽ Deus, quia ſermo noſter qui fuit apud vos, non eſt in illo E S T, & N O N. Dei enim Filius Ieſus Chriſtus, qui in vobis per nos prædicatus eſt, per me & Syluanum & Timotheum, non fuit E S T & N O N, ſed E S T in illo fuit. Quotquot enim promiſsiones Dei ſunt, in illo E S T: ideò & per ipſum, Amen Deo, ad gloriam noſtram.

E T Cap.3. Quòd ſi miniſtratio mortis, literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non poſſent intendére filij Iſraël in faciem Moyſi, propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur: quomodò non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria?

E T Cap.4. Habentes autem eundem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptum eſt: Credidi, Propter quod locutus ſum: & nos credimus, propter quod & loquimur: ſciẽtes quoniam qui ſuſcitauit Ieſum, & nos cum Ieſu ſuſcitabit, & conſtituet vobiſcum. Omnia enim propter vos: vt gratia abundans, per multos in gratiatum actione, abundet in gloriam Dei.

P R I O R. Ad Timoth. Cap. 3. Vide ſup.lect.12.lit.A.

P O S T E. Ad Timoth. Cap. 2. Noli contendere verbis, ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium. Solicitè cura teipſum probabilem exhibere Deo, operarium inconfuſibilem, rectè tractantẽ verbum veritatis. Prophana autẽ & inaniloquia deuita, multum enim proficiunt ad impietatem: & ſermo eorũ vt cancer ſerpit. E T. Stultas autem & ſine diſciplina quæſtiones, deuita: ſciens quia generant lites. Seruum autem Domini non oportet litigare: ſed manſuetũ eſſe ad omnes, docibilem, patientem, cum modeſtia corripientẽ eos qui reſiſtunt veritati: nequando Deus det illis pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem: & reſipiſcãt à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem.

A D H E B R. Cap.2. Si enim qui per Angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iuſtam mercedis retributionem: quomodò nos effugiemus ſi tantam neglexerimus ſalutem? Quæ cùm initium accepiſſet enarrari per Dominũ, ab eis qui audierunt, in nos cõfirmata eſt, cõteſtante Deo ſignis, & portẽtis, & varijs virtutibus, & Spiritus ſancti diſtributionibus ſecundùm ſuam voluntatem.

E T Cap.3. Et Moyſes quidem fidelis erat in tota domo eius tanquàm famulus, in teſtimonium eorũ quæ dicenda erant: Chriſtus verò tanquàm filius in domo ſua: quæ domus ſumus nos, ſi fiduciam & gloriam ſpei vſque ad finem, firmam retineamus.

P O S T E. Petri, Cap. 1. Vos autem curam omnem ſubinferentes, miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autẽ ſcientiam, in ſcientia autem abſtinẽtiam, in abſtinentia autem patientiam, in patientia autẽ pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem.

O A C T O R. Cap.15. Vide ſup.lit.G.

AVTHORIT. PATR.

A 1 A V G V S T. tom.9.in Ioan. tracta.45. Ingredi quippe in Eccleſiã per oſtium Chriſtum, valde bonũ eſt: exire autem de Eccleſia, ſicut ait iſte ipſe Ioãnes Euangeliſta in epiſtola ſua Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis: non eſt vtiq; bonum.

Per Chriſtũ in Eccleſiam intrare, bonũ eſt: exire, malum.

1. Ioann. 2.

2 I D E M tom. 7. contra Creſconium Grammaticum, lib.2.Cap.33. Quid verò de ipſius Eccleſiæ fœcunditate, toto terrarum orbe diffuſę, ſenſerit Cyprianus, attende in his quæ ſubiungit: Sic (inquit) & Eccleſia Domini luce perfuſa, per orbem totum radios ſuos porrigit, vnum tamen lumen eſt quod vbiq; diffunditur, nec vnitas corporis ſeparatur. Ramos ſuos in vniuerſam terrã copia vbertatis extendit, profluentes largiter riuos latius expandit, vnum tamen caput eſt, & origo vna, & vna mater fœcunditatis ſucceſsibus copioſa.

Eccleſia vna eſt, licet per totum orbem diffuſa.

3 I D E M, lib. de vnitate Eccleſiæ, Cap. 2. Quæſtio certè inter nos verſatur, vbi ſit Eccleſia, vtrũ apud nos, an apud illos. Quæ vtique vna eſt, quam Maiores noſtri Catholicam nominarunt, vt ex ipſo nomine oſtẽderent, quia per totum eſt.

Catholica cur dicatur Eccleſia.

4 O R I-

4 ORIGENES tom.1.in Ioſue,homil.21. Sicut in Euangelio permittuntur zizania ſimul cum tritico creſcere, eodem modo etiam hic in Hieruſalem,id eſt,in Eccleſia ſunt quidam Iebuſæi iſti qui ignobilem & degenerem vitam ducunt, qui & fide,& actibus,& omni cõuerſatione ſua,peruerſi ſunt.Nec enim poſsibile eſt ad liquidum purgari Eccleſiã dum in terris eſt, ita vt neque impius in ea quiſquã, neq; peccator reſidêre videatur, ſed ſint in ea omnes ſancti & beati, & in quibus nulla prorſus peccati macula deprehendatur.

Matth. 13.

In Eccleſia permixti ſunt boni et mali.

C

5 HILAR. in Cap.13.Matth.Cano.13. In parabolis enim erat locutus:& facti iſtius genere ſignificat, eos qui extra Eccleſiam poſiti ſunt,nullam Diuini ſermonis capere poſſe intelligentiam. Nauis enim Eccleſia typum præfert:intra quam verbũ vitæ poſitum & prædicatum,hi qui extra ſunt, & arenæ modo ſteriles atque inutiles adiacẽt, intelligere non poſſunt.

Extra Eccleſiam non eſt vera intelligentia Scripturarum.

2 AVGVST. tom.1.lib. de vera Religione, Cap.6. Sæpe ſinit Diuina prouidentia per nonnullas nimium turbulentas carnalium hominum ſeditiones, expelli de congregatione Chriſtiana etiam bonos viros. Quam contumeliam vel iniuriam ſuam cùm patientiſsimè pro Eccleſiæ pace tulerint, neque vllas nouitates, vel ſchiſmatis,vel hæreſis moliti fuerint, docebunt homines quàm vero affectu, & quanta ſynceritate charitatis Deo ſeruiendum ſit. Talium ergò virorum propoſitum eſt, aut ſedatis remeare turbinibus: aut, ſi id non ſinantur,vel eâdem tempeſtate perſeuerãte,vel ne ſuo reditu talis aut ſæuior oriatur, tenent voluntatem conſulendi etiam eis ipſis, quorum motibus perturbationibuſq; ceſſerunt, ſine vlla conuenticulorum congregatione vſque ad mortem defendentes & teſtimonio iuuantes eam fidem, quam in Eccleſia Catholica prędicari ſciũt.Hoc coronat in occulto Pater in occulto vidẽs. Rarum hoc videtur genus,ſed tamẽ exempla non deſunt: imò plura ſunt, quàm credi poteſt.Ita omnibus generibus hominum & exemplorum,ad animarum curationem, & ad inſtitutionem ſpiritalis populi, vtitur Diuina prouidentia.

Pacem Eccleſiæ quãti faciant boni Chriſtiani.

3 IDEM, Retracta. lib.2. Cap.18. Vbicunq; in his libris (*Nempe de Baptiſmo contra Donatiſtas*) commemoraui,Eccleſiã non habentem maculam aut rugam, non ſic accipiendum eſt, quaſi iam ſit, ſed quæ præparatur, vt ſit: quando apparebit etiam glorioſa. Nunc enim propter quaſdã ignorantias & infirmitates membrorũ ſuorum, habet vnde quotidie dicat: Dimitte nobis debita noſtra.

Eccleſia quando erit ſine macula & ruga.

Epheſ.5.

Matth.6.

4 IDEM tom.3. de Fide ad Petrum, Cap.43.Firmiſsimè tene, & nullatenus dubites, aream Dei eſſe Catholicam Eccleſiam,& intra eam vſq; ad finem ſeculi frumento mixtas paleas contineri,hoc eſt,bonos malis Sacramentorum cõmunione miſceri:& in omni profeſsione, ſiue clericorum,ſiue monachorum,ſiue laicorum, bonos eſſe ſimul & malos.Nec pro malis bonos deſerẽdos,ſed pro bonis malos(in quãtum exigit fidei & charitatis ratio) tolerandos, id eſt,ſi vel in Eccleſia nullius perfidiæ ſemina ſpargunt,vel fratres ad aliquod malum opus mortifera imitatione non ducunt. Nec poſſe aliquem intra Eccleſiam Catholicam rectè credentem benèq; viuentem, alieno vnquàm maculari peccato, ſi cuiquam peccanti nec conſenſionem præbeat,nec fauorem: vtiliterq; malos à bonis intra Eccleſiam tolerari,ſi hoc cum eis benè viuendo, & benè manendo agatur, vt & videntes & audientes quæ bona ſunt, mala ſua reſpuant. *Et paulò pòſt.* Bonos verò à malis intra Eccleſiam dumtaxat Catholicam conſtitutis, non debere niſi operum diſsimilitudine ſeparari, vt cum quibus Diuina communicant Sacramenta,non habeãt mala opera, quibus illi ſunt criminoſi,communia.In fine verò ſeculi bonos à malis etiam corpore ſeparandos: quã do veniet Chriſtus habens ventilabrum in manu ſua,& permundabit aream ſuam, & congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autem comburet igne inextinguibili.

Eccleſia Catholica,area eſt,frumento mixtæ paleæ continens.

Quando, & quomodo mali in Eccleſia tolerãdi.

Matth. 3.

5 IDEM tom.7. de nuptijs & concupiſcentia, lib.1.Cap.34.Ac per hoc non ſolùm omnia peccata, ſed omnia prorſus hominum mala Chriſtiani lauacri ſanctitate tolluntur,quo mundat Eccleſiam ſuã Chriſtus, vt exhibeat eam ſibi, non in iſto ſeculo, ſed in futuro, non habentem maculam,aut rugam,aut aliquid eiuſmodi.Nã qui modò eam talem eſſe dicunt, & tamen in illa ſunt,quoniã & ipſi fatentur ſe habere peccata,ſi verum dicant, profectò quoniam mundi non ſunt à peccatis, habet in eis Eccleſia maculam. Si autem falſum dicunt,quia corde duplici loquuntur, habet in eis Eccleſia rugam. Si autem ſe dicunt

Eccleſia nũdum caret omni macula.

Epheſ.5.

habere iſta, non ipſam, ergò ſe non eſſe mẽbra eius, nec ſe ad corpus eius pertinere fateantur, vt etiam ſua confeſsione damnentur.

D 1 AVGVST. tomo. 2. epiſt. 48. ad Vincẽrium. circa mediũ. Acutum aliquod vidẽris dicere, cùm Catholicæ nomen non ex totius orbis communione interpretaris, ſed ex obſeruatione omnium pręceptorum Diuinorum, atque omnium Sacramentorũt quaſi nos etiam (ſi fortè hinc ſit appellata Catholica, quòd totum veraciter teneat, cuius veritatis nonnullæ particulæ etiã in diuerſis inueniuntur hæreſibus) huius nominis teſtimonio nitamur, ad demonſtrãdam Eccleſiam in omnibus gentibus, & nõ promi.sis Dei, & tam multis tamq; manifeſtis oraculis ipſius veritatis. Sed nempè hoc eſt totum quod nobis perſuadere conaris, ſolos remanſiſſe Rogatiſtas, qui Catholici rectè appellandi ſunt, ex obſeruatione præceptorum omnium Diuinorum, atque omnium Sacramentorum: & non eſſe ſolos, in quibus inueniat fidẽ cùm venerit filius hominis. Da veniã, non credimus. Licet enim & hoc audeas forſitan dicere, vt in nobis poſsit inneniri fides, quam ſe in terra non innenturum Dominus dixit, & non vos in terra, ſed in cœlo eſſe deputandos, nos tamen Apoſtolus ita cautos reddidit, vt etiã Angelum de cœlo nobis aliud euangelizantem, præterqnàm quod aceepimus, anathema debere eſſe præceperit. Quomodò autem confidimus ex diuinis literis accepiſſe nos Chriſtum manifeſtum, ſi non inde accepimus & Eccleſiam manifeſtam? Quaslibet quiſq; anſas & vncos aduerſùs ſimplicitatem veritatis intexat, quaslibet nebulas callidæ fallitatis offundat, ſicut anàthema erit qui annunciauerit Chriſtum neque paſſum eſſe, neq; tertia die reſurrexiſſe, quoniã in veritate euãgelica accepimus: Oportebat Chriſtũ pati, & reſurgere à mortuis tertia die: ſic erit anàthema quiſquis annũciauerit Eccleſiã pręter cõmunionẽ omniũ gentium: quia eâdem veritate cõſequenter accepimus: Et prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſsionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hieruſalem.

Eccleſia cur vocetur Catholica.

Id fermè noſtri tẽporis hæretici dicunt.

Luc. 18.

Gala. 1.

Vt Chriſtũ, ſic & Eccleſiam ſcripturæ manifeſtat.

Luc. 14.

Quiſquis annunciauerit Eccleſiã præter communionem omnium gentium, Anathema.

2 ET Epiſtola. 169. ad Seuerinum. Perſpicis quàm ſit dolendum, vt qui ſecũdùm carnem fratres ſumus, in Chriſti corpore non vna ſocietate viuamus: præſertim quia facilè tibi eſt attendere, & videre ciuitatem ſuper montem conſtitutam, de qua Dominus ait in Euangelio, quòd abſcondi non poſsit. Ipſa eſt enim Eccleſia Catholica. Vnde καθολικὴ Græcè appellatur, quod per totum orbem terrarum diffunditur. Hanc ignorare nulli licet, ideò ſecundùm verbum Dñi noſtri Ieſu Chriſti, abſcondi non poteſt.

Eccleſia facilè videri poteſt.

Matth. 5.

Catholica cur dicatur.

Nulli licet ignorare Eccleſiam.

3 IDEM tom. 10. ſermo. 131. tempore. Sanctam Eccleſiam Catholicam. Catholicam dicit toto orbe diffuſam, quia diuerſorum hæreticorum Eccleſiæ ideò Catholicæ non dicuntur, quia per loca atque per ſuas quaſq; prouincias continentur: hæc verò à Solis ortu vſq; ad occaſum, vnius fidei ſplendore diffunditur.

Eccleſiæ hæreticorũ non dicendæ Catholicæ.

4 ET ſermo. 181. Cap. 12. Quiſquis ille eſt, & qualiſcunq; eſt, Chriſtianus non eſt, qui in Chriſti Eccleſia non eſt. Sola quippe eſt per quã ſacrificium Dominus libenter accipiat, ſola quæ pro errantibus fiducialiter intercedat. Vnde etiam de agni hoſtia Dominus præcepit, dicens: In vna domo comedetis, nec efferetis de carnibus eius foras. In vna nanq; domo agnus comeditur, quia in vna Catholica Eccleſia vera hoſtia Redemptoris immolatur. De cuius carnibus Diuina iuſsio efferri foras prohibet, quia dari ſanctum canibus vetat. Sola eſt in qua opus bonum fructuoſè peragitur: vnde mercedem denarij non niſi qui intra vineam laborauerant, acceperunt. Sola eſt quæ intra ſe poſitos valida charitatis compâge cuſtodit. Vnde & aqua diluuij arcam quidem ad ſublimiora ſuſtulit, omnes autem quos extra arcam inuenit, extinxit. Sola eſt in qua myſteria ſuperna veraciter contemplemur. Vnde ad Moyſen Dominus dicit. Eſt locus apud me, & ſtabis ſupra petram. Et paulò pòſt, Tollam manũ meã, videbis poſteriora mea. Quia enim ex ſola Catholica Eccleſia veritas conſpicitur, apud ſe eſſe locum Dominus perhibet, de quo videatur. In petra Moyſes ponitur, vt Dei ſpeciem contempletur, quia niſi quis fidei ſoliditatem tenuerit, Diuinam præſentiam non agnoſcit.

Extra Eccleſiam, nullus Chriſtianus eſt, nec quicquam Deo acceptum.

Exo. 12.

Matth. 7.

Matth. 10

Gene. 7.

Exod. 33.

5 IDEM tomo. 9. De ſymbolo ad Catechumenos lib. 4. Cap. 10. Huius concluſio ſacramenti per ſanctam Eccleſiam terminatur, quoniam ſi quis abſque ea inuentus fuerit, alienus erit á numero filiorũ. Nec habebit Deum patrem, qui Eccleſiam noluerit habete matrem. Nihilq; ei valebit quòd credidit, vel fecit tanta bona, ſine

Extra Eccleſiam poſiti, non ſunt filij Dei.

Mater Eccleſia.

ſine fine ſummi boni. Eccleſia mater eſt
ſpiritalis Ecrleſia ſponſa Chriſti eſt, gratia
eius dealbata, pretioſo ſanguine dotata. To
tum poſsider quod à viro ſuo accepit in do-
te. Lego tabulas matrimonjales eius: recita-
Luc. 14. bo. Audite hæretici quid ſcriptũ ſir: Opor-
tebat Chriſtũ pati, & reſurgere. à mortuis,
& prædicari in nomine eius pœnitentiam
& remiſsionem peccatorum per omnes gen
tes. Omnes gentes, totus mundus eſt. Eccle
ſia totum poſsidet quod à viro ſuo accepit
Omnis congregatio hæreticorum cõcubina eſt, non ſponſa. in dote. Quæcunq; congregatio cuiuslibet
hæreſis, in angulis ſedet, cõrubina eſt, non
matrona. O hæreſis Ariana, quid inſultas,
quid exufflas, quid etiam ad tempus multa
vſurpas? Iniurjam à te patitur Domina ab
ancilla, multas ei ingeris contumelias: licet
hæc doleat, non te magno metuit ſponſa B
Chriſti ſancta Catholica. Cùm enim reſpe
xerit ille ſpõſus, eijciêris tu vt ancilla, cùm
Gen. 21. filijs tuis, quoniã nõ erunt hæredes filij an
Galat. 4. cillæ, cũ filijs liberæ. Cognoſcatur vna ſan-
cta & vera regina Catholica, cui Chriſtus
regnum rale dedit, quòd eam per totũ mun
Ephes. 5. dum diffundens, ab omni macula & ruga
mundans, totam pulchram ſuo aduẽtu præ
parauit.
6 IDEM tom. 7. Contra lireras Peti-
liani lib. 2. Cap. 38. Petilianus dixit, Si vos
tenere Catholicã dicitis, Catholicôs illud
eſt, quod Græcè dicitur vnicum, ſiue totũ.
Ecce in toto non eſtis, quia in partem ceſsi-
ſtis. Auguſtinus reſpondir, Et ego quidem
Græcæ linguæ perparum aſſecurus ſum, &
propè nihil: non tamen impudẽter me dico
Catholica Eccleſia qua dicatur. noſſe ὅλον non eſſe vnum, ſed totú: & καθ᾽ ὅλον
ſecundùm totum, vnde Catholica nomen
accepit, dicente ipſo Domino, Non eſt ve-
Act. 1. ſtrum ſcire tẽpora, quæ Pater poſuit in ſua
poteſtate, ſed accipietis virtutem Spiritus
ſancti ſuperuenientem in vos, & eritis mihi
teſtes in Hieruſalem & totam Iudæam &
Samariam, & vſque in totam terram. Ecce
vnde Catholica vocatur. Sed ita clauſis
oculis offenditis in montem, qui ex paruo
Dan. 1. lapide, ſecundùm prophetiam Danielis, cre
uit & impleuit vniuerſam rerram, vt nobis
dicatis, quòd in partem ceſſerimus, & in to
to non ſimus, quorum communio vniuerſo
orbi diffunditur. Sed quemadmodùm ſi mi
hi dixeris quòd ego ſim Petilianus, non in-
uenirem quemadmodùm refellerem, niſi
vr aut iocantẽ riderẽ, aut inſanientẽ dole-
rẽ: hoc mihi nunc faciendũ eſſe video. Sed
quia iocari te nõ credo, vides quid reſtat.

7 BASIL. contra Apologeticum Eu-
nomij, lib. 1. Quid ru narras? non dabimus *Antiquitati*
plus antiquitati? non reuerebimur Chriſtia- *& multitu-*
norum multitudinem, tam eorum qui ſunt, *dini, multũ*
quàm eorum qui fuerunt, ex quo Euange- *tribuendũ.*
lium prædicatum eſt?
8 Er lib. 5. Chriſtianorum Ecrleſia ſan-
ctificata, per charitatem adoptatur. Propre *Eccleſia per*
reà dicit Paulus, Non enim accepiſtis ſpi- *charitatem*
ritum ſeruitutis iterum in timore, ſed acce- *adoptatur.*
piſtis Spiritũ adoptionis, in quo clamamus, *Roma. 8.*
Abba, Parer.
9 IDEM in Iſa. Cap. 1. Vocaberis ciui *Eccleſia Catholica.*
tas iuſtitiæ, &c. Aur certè quæ in Chriſto
eſt, Eccleſia appellata eſt metropolis, ac ſi *Apoſtolos intellige & diſcipulos Christi.*
ipſa quaquauerſùm emittat colonias quaſ-
dam vitæ ſecundùm Deum inſtituendæ.
1 AVGVS. rom. 2. epiſt. 48. ad Vin-
centium. Audis loqui Euangelium? Opor- *Luc. 24.*
tebat impleri omnia quæ ſcripta ſunt in Le
ge, & Prophetis, & Pſalmis de me: & tunc *Eccleſia vbique terrarũ diffuſa.*
aperuit illis ſenſum, vt intelligerẽt ſcriptu
ras, & dixit eis: Quoniam ſic ſcriptum eſt,
& ſic oportebat pati Chriſtum, & reſurge-
re à mortuis tertia die, & prædicari in no-
mine eius pœnitentiam & remiſsionẽ pec-
catorum per omnes gentes, incipientibus
ab Hieruſalem. Legis etiam Actus Apo-
ſtolorum, quemadmodum hoc Euangelium
cœperit ab Hieruſalem, vbi primò illos cen
tum viginti Spiritus ſanctus impleuit, atq;
inde in Iudæam atque Samariam, & in om-
nes gentes exierit, ſicut eis dixerat aſcen-
ſurus in cœlum: Eritis mihi teſtes in Hieru- *Act. 1.*
ſalem, & in tota Iudæa & Samaria, & vſq;
in fines terræ. Quia in omnem terram *Pſal. 18.*
exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ
verba eorum. Et tu contradicis Diuinis te-
ſtimonijs tanta firmitate roboratis, tanta
luce manifeſtatis, & ad iſtam proſcriptio-
nem Chriſti hæreditatem perducere co-
naris: vt cùm in eius nomine, ſicut dixit,
prædicetur pœnitentia in omnibus genti-
bus, quiſquis hac fuerit prædicatione com
motus, in qualibet parte orbis terrarum, ni
ſi quæſierit & inuenerit latentem in Mau-
ritania Cæſarienſi Cartennenſem Vincen
tium, aut aliquem ex eius nouem aur de-
cem conſortibus, dimitti ei peccata nõ poſ-
ſint. *Et poſt pauca.* Nunc & clama & con-
tende quantum potes, etiam ſi apud Per-
ſas & Indos Euangelium prædicetur, vbi
quidem iã diu prædicatur, niſi quiſquis hoc
audierit Cartennas venerit, vel in viciniã
Cartennenſium, mũdari omnino à delictis

ſuis non poterit. Ita'ne ſi carueris iſta voce, rideri te metuis: & cùm ea non careas, fleri te non vis? *Et vide ſup. litera. D. autho. 1.*

2 IDEM tom. 3. lib. De agone Chriſtiano, Cap. 29. Nec eos audiamus, qui ſanctam Eccleſiam, quæ Vna Catholica eſt, negant per orbem eſſe diffuſam, ſed in ſola Africa, hoc eſt, in parte Donati pollêre arbitrãtur. Ita ſurdi ſunt aduerſùs Prophetam dicentem, Filius meus es tu, ego hodie genui te: poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terræ. Et alia multa ſiue in veteris ſiue in noui teſtamẽti libris, quę ſcripta ſunt, vt apertiſsimè declarẽt Eccleſiam Chriſti per orbem terræ eſſe diffuſam. Quod cùm eis obijcimus, dicunt iam iſta omnia fuiſſe completa, antequàm eſſet pars Donati, ſed poſteà totam Eccleſiã perijſſe, & in ſola Donati parte reliquias eius remanſiſſe contendunt. O linguam ſuperbam & nefariam: nec verè ſic viuerent, vt vel inter ſe pacem poſteà cuſtodirent. Nunc autem non attendunt iam in ipſo Donato completum eſſe quod dictum eſt, In qua menſura mẽſi fueritis, in ea remetietur vobis. Sicut eñ Chriſtum diuidere conatus eſt, ſic ipſe à ſuis quotidiana conciſione diuiditur.

Eccleſia Sãcta, Vna, Catholica, toto orbe diffuſa.

Pſalm. 2.

Matth. 7.

H 1 TERTVLLIA. in Apologetico aduerſùs Gentes, Cap. 39. Edam iam nunc ipſe negotia Chriſtianæ factionis, vt qui mala refutauerim, bona oſtendam. Corpus ſumus de conſcientia religionis, & diſciplinæ vnitate, & ſpei fœdere. Coimus in cœtum & congregationem, vt ad Deum quaſi manu facta precationibus ambiamus orantes. Hæc vis Deo grata eſt. Oramus etiam pro Imperatoribus pro miniſtris eorum, & poteſtatibus, pro ſtatu ſeculi, pro rerum quiete, pro mora finis. Cogimur ad Diuinarum literarum commemorationem, ſi quid præſentium temporum qualitas aut pręmonêre cogit, aut recognoſcere. Certè fidem ſanctis vocibus paſcimus, ſpem erigimus, fiduciam figimus, diſciplinam præceptorum nihilominùs inculcationibus denſamus. Ibidem etiam exhortationes, caſtigationes, & cenſura Diuina: nam & iudicatur magno cum pondere, vt apud certos de Dei conſpectu: ſummumq; futuri iudicij pręiudiciũ eſt, ſi quis ita deliquerit vt à communicatione orationis & conuentus & omnis ſancti commercij relegetur. Præſident probati quique Seniores, honorẽ iſtum non pretio, ſed teſtimonio adepti.

Conuentus olim Chriſtianorũ ad multa.

2 IVSTINVS mart. Apologia. 2. pro Chriſtianis, circa finem. Die Solis vrbanorum ac ruſticorũ cœtus fiunt, vbi Apoſtolorũ Prophetarumq; literæ, quoad fieri poteſt, prælegũtur: deinde ceſſante lectore, Præpoſitus verba facit adhortatoria, ad imitationem tam honeſtarum rerum inuitans. Poſthæc cõſurgimus omnes, & preces offerimus, quibus finitis profertur, vt diximus, panis, vinum, & aqua: tùm Præpoſitus quantùm poteſt preces offert & gratiarum actiones, plebs verò Amen accinit. Inde conſecrata diſtribuuntur ſingulis, & abſentibus mittuntur per Diaconos. Ditiores, ſi libeat, pro ſua quiſq; voluntate conferũt. Collecta deponuntur apud Præpoſitum: is ſubuenit pupillis, viduis, & propter morbũ aliam'ue neceſsitatem egentibus, vinctis quoq; ac peregrinis, & in ſumma, curator fit omnium inopum.

Dominicis diebus fiebant conuẽtus Chriſtianorũ ad multa.

3 CLEMENS Papa mart. epiſt. 4. ad Eccleſiam Hieroſolymitanam. Relatum eſt etiam nobis, quòd quidam veſtris in partibus commorantes, aduerſantur ſanis doctrinis, & prout eis videtur, non ſecundùm traditionem Patris, ſed iuxta ſenſum ſuũ docere videntur. Multas enim quidam, vt audiuimus, veſtrarum partium, ſecundùm ingenium hominum, ex his quæ legunt, veriſimilitudines capiunt: & ideò diligenter obſeruandum eſt, vt lex Dei cùm legitur, non ſecundùm propriam ingenij intelligentiam legatur vel doceatur: ſunt enim multa verba in ſcripturis Diuinis, quę poſſunt trahi ad eum ſenſum, quem ſibi vnuſquiſq; ſponte præſumpſit: ſed fieri nõ oportet: non enim ſenſum quem extrinſecus attuleris alienum & extraneum debetis quærere, aut quomodò ipſum ſcripturarum autoritate confirmare, ſed ex ſcripturis ſenſum capere veritatis. Et ideò oportet ab eo intelligentiam diſcere ſcripturarum, qui eam à Maioribus ſecundùm veritatem ſibi traditam ſeruauit, & ipſe ea quæ rectè ſuſcepit, competenter aſſerere.

Sacrarum literarum obſcuritas.

A quib9 diſcenda intelligẽtia ſcripturarum.

L 1 IRENÆVS lib. 3. aduerſus hæreſes, Cap. 4. Tantæ igitur oſtenſiones cùm ſint, hæc non oportet adhuc quærere apud alios veritatem, quam facilè eſt ab Eccleſia ſumere, cùm Apoſtoli quaſi in depoſitorium diues, pleniſsimè in ea contulerint omnia quæ ſint veritatis, vti omnis quicunq; velit, ſumat ex ea potum vitæ. Hæc eſt enim vitæ introitus, omnes autem reliqui, fures ſunt & latrones: propter quod oportet

Veritas in ſola Eccleſia quærẽda eſt.

opottet deuitare quidem illos, quæ autem ſunt Ecclelíæ cum magna diligentia diligere,& apprehendere veritatis traditionem. Quid enim & ſi qua de aliqua modica quæſtione diſceptatio eſſet, non'ne oportêret in antiquiſsimas recurrere Eccleſias, in quibus Apoſtoli conuerſati ſunt, & ab eis de præſenti quæſtione ſumere quod certum, & re liquidum eſt? Quid autẽ ſi neq; Apoſtoli quidem ſcripturas reliquiſſent nobis, non'ne oportebat ordinem ſequi traditionis, quam tradiderunt ijs quibus committebant Eccleſias? Cui ordinationi aſſentiunt multæ gentes Barbarorum, eorum qui in Chriſtũ credũt, ſine charactêre vel atramento ſcriptam habentes per Spiritum in cordibus ſuis ſalutẽ, & veterem traditionẽ diligẽter cuſtodiẽtes, in vnũ Deũ credẽtes fabricatorem cœli & terræ, & omniũ quæ in eis ſunt, per Chriſtum Ieſum Dei Filiũ.

Traditiones ſunt magnæ authoritatis.

2 Et Cap. 40. Prædicationẽ verò Eccleſiæ vndiq; conſtantem, & æqualiter perſeuerantem, teſtimonium habentem à Prophetis, & ab Apoſtolis, & ab omnibus diſcipulis quemadmodùm oſtendimus per initia, & medietatem, & finem, & per vniuerſam Dei diſpoſitionem, & eam quæ ſecundùm ſalutem hominis eſt, ſolidam operationem, quę eſt in fide noſtra quam perceptã, ab Eccleſia cuſtodimus, & quæ ſemper à Spiritu Dei, quaſi in vaſe bono eximium quoddam depoſitum iuueneſcens & iuueneſcere faciens ipſum vas: in quo enim Eccleſiæ creditum eſt Dei munus, quemadmodùm aſpiratio plaſmationi, ad hoc vt omnia membra percipientia viuificentur: & in eo diſpoſito eſt communicatio Chriſti, id eſt, Spiritus ſanctus arrha incorruptelæ, & confirmatio fidei noſtræ, & ſcala aſcenſionis ad Deum. In Eccleſia enim (inquit) poſuit Deus Apoſtolos, Prophetas, Doctores, & vniuerſam reliquam operationem Spiritus, cuius non ſunt participes omnes, qui non concurrunt ad Eccleſiã, ſed ſemetipſos fraudant à vita, per ſententiam malã, & operationem peſsimam. Vbi enim Eccleſia, ibi & Spiritus: & vbi Spiritus Dei, illic Eccleſia, & omnis gratia, Spiritus autem veritas. Quapropter qui non participant eum, neq; à mammillis matris nutriũtur in vitã, neq; percipiunt de corpore Chriſti procedentem nitidiſsimũ fontẽ: ſed effodiũt ſibi lacus detritos de foſsis terrenis, & de cœno putridã bibunt aquã, effugientes ſidẽ Eccleſię, ne traducãtur, reijcientes verò Spiritum vt nõ erudiantur. Alienati verò à veritate, dignè in omni volutantur errore, fluctuati ab eo, aliter atq; aliter per tẽpora de eiſdẽ ſentiẽtes, & nunquàm ſcientiã ſtabilem habẽtes, Sophiſtæ verborũ magis volentes eſſe, quàm diſcipuli veritatis.

Eccleſia teſtimonium habet à Prophetis, & Apoſtolis.

1. Cor. 12. Epheſ. 4.

Vbi Eccleſia, ibi Spiritus, & gratia, & veritas.

3 TERTVL. lib. De præſcriptionib: hæretic. Cap. 36. Age iam qui voles curioſitatẽ melius exercere in negotio ſalutis tuę, percurre Eccleſias Apoſtolicas, apud quas ipſæ adhuc Cathedræ Apoſtolorum ſuis locis præſidentur, apud quas ipſæ authenticę literæ eorum recitantur, ſonantes vocem, & repręſentantes faciem vniuſcuiuſq;. Proxima eſt tibi Achaia? habes Corinthum. Si non lõgè es à Macedonia, habes Philippos, habes Theſſalonicenſes. Si potes in Aſiam tendere, habes Epheſum: ſi autem Italię adiaces, habes Romam, vnde nobis quoq; authoritas præſto eſt. Statu felix Eccleſia cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt: vbi Petrus paſsioni Dominicæ adæquatur, vbi Paulus Ioannis exitu coronatur, vbi Apoſtolus Ioannes poſteà quàm in oleum igneum demerſus, nihil paſſus eſt, in inſulã relegatur. Videamus quid dixerit, quid docuerit, quid cum Africanis quoq; Eccleſijs conteſſerarit. Vnum Deũ nouit creatorem vniuerſitatis, & Chriſtum Ieſum ex Virgine Maria Filium Dei Creatoris, & carnis reſurrectionem: Legem & Prophetas cum Euangelicis & Apoſtolicis literis miſcet, & inde potat fidẽ eam: aqua ſignat, ſancto Spiritu veſtit, Euchariſtia pacit, martyrio exhortatur, & ita aduerſùs hanc inſtitutionem neminem recipit.

Cathedra Apoſtolorũ.

Romana Eccleſia authoritas.

Petrus, Paulus, & Ioannes Romæ fuerunt.

4 BASILI. lib. De Spiritu ſancto, Cap. 27. Dogmata quæ in Eccleſia ſeruantur ac prædicantur, partim ex conſcripta doctrina habemus, partim ex Apoſtolorum traditione ad nos delata, in myſterio recepimus. Quæ vtraque eandem ad pietatem vim habent, & nemo his cõtradicit qui vel modicam ſaltem Eccleſiaſticorum iurium experientiã habet. Si enim aggrederemur non ſcripto proditas conſuetudines velut non magnam vim habẽtes, reijcere, imprudentes etiam ipſis principalibus Euangelij partibus damnum inferremus, imò potius ipſam Euangelij prædicationem ad nudum nomen contraheremus: velut, verbi gratia, (vt eius quod primum ac communiſsimum eſt primam mentionem faciam) figura Crucis ſignare eos qui in nomẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti ſpẽ habẽt, quis ſcripto docuit?

Dogmata Eccleſia, vel ex ſcriptis, vel ex traditionibus Apoſtolicis prodierunt.

Crucis ſignum.

I 3 Inuo-

Oſtenſio Eucharistiæ.

Inuocationis verba dum oſtenditur panis Euchariſtię & pòculum benedictionis, quis ſanctorum ſcripto nobis reliquit? Nõ enim his contenti ſumus, quorum Apoſtolus aut Euangelium mentionẽ fecit. Sed & antè, & poſteà, alia quædã dicimus, velut magnũ robur ad myſteria habentia, ex doctrina ſcripto nõ prodita, aſſumpta. Benedicimus aquam baptiſmatis, & oleum vnctionis, in ſuperq; ipſum qui baptizatur, ex quibus ſcripturis? non'ne à tacita & arcana traditione? Ipſam verò olei illitionẽ, quæ doctrina ſcripta docuit? At ter immergi hominem, vnde eſt? Reliqua item quæ circa baptiſma fiũt, renunciare Satanæ & Angelis eius, ex qua ſunt ſcriptura? non'ne ex hac non publicata & arcana doctrina? quam in minimè curioſo ac ſolicito ſilentio Patres noſtri conſeruarunt, rectè illi, vtpotè docti myſteriorum reuerentiam ac authoritatem ſilentio cuſtodire. Quæ enim ne inſpicere quidem fas erat non initiatis, horum doctrinã quomodò par erat in literis velut in triumpho oſtentare?

Benedictio aquæ baptiſmatis, & olei vnctionis.

Renunciare Satanæ.

5 IDEM, epiſt. 70. Vnum eſt crimen quod nunc vehementer damnatur ac punitur, diligẽs obſeruatio traditionum Patrũ. Ob hoc fugantur patrijs pij, & ad ſolitudines habitationẽ transferunt. Non canicies apud iudices iniquitatis, venerabilis eſt: nõ exercitatio pietatis, non vita iuxta Euangelium à iuuẽtute vſq; ad ſenectã peracta.

Traditiones Patrum.

6 AVGVST. tom. 6. contra epiſtolam Fundamenti, Cap. 4. Vide ſup. lect. 12. litera. D. auth. 1.

7 IDEM tom. 2. epiſt. 108. ad Seleucianam. Non omnia quæ facta ſunt, etiam ſcripta inueniuntur, veruntamen facta eſſe ex cæteris documentis probantur. Scriptũ eſt quãdo baptizatus ſit Apoſtolus Paulus, & ſcriptum non eſt quando baptizati ſint alij Apoſtoli: veruntamẽ etiam ipſos baptizatos intelligere debemus: quemadmodùm ſcriptum eſt quando baptizatæ ſunt plebes Eccleſiarum in Hieruſalẽ & Samaria, quãdo autem baptizatæ ſint aliæ plebes gentium, quibus Apoſtoli epiſtolas miſerunt, non eſt vtiq; ſcriptum: & tamen etiam ipſas baptizatas vtiq; minimè dubitamus, propter illam Domini ſententiã: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, nõ intrabit in regnum cœlorum.

Multa non ſcripta credimus ex traditione.
Act. 9.
Acto. 2. & 8.
Ioan. 3.

8 ET Epiſt. 118. ad Ianuarium, Cap. 1. Illa autẽ quę non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quæ quidem toto orbe terrarum obſeruãtur, datur intelligi vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenarijs Concilijs, quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima authoritas, commendata atque ſtatuta retineri: ſicut quod Dñi Paſſio, & Reſurrectio, & Aſcenſio in cœlũ, & aduentus de cœlo Spiritus ſancti, anniuerſaria ſolennitate celebrantur. Et ſi quid aliud tale occurrerit, quod ſeruatur ab vniuerſa, quacunq; ſe diffundit, Eccleſia.

Quæ nõ ſũt ſcripta, ſed tradita & per totũ orbem ſeruantur, vnde habeant originem.

9 AMBROS. tom. 2. de fide, ad Gratianum Auguſtum, lib. 3. Cap. 7. Non igitur verbum, ſed vim verbi fugiunt, quia nolunt verum eſſe Dei Filium. Nam licet humano verbo nõ poſſit Diuinæ generationis ſeries comprehendi, tamen iudicarunt Patres fidẽ ſuam tali propriè contra *impios* ſermone ſignandam, authoritatem ſecuti Prophetę, qui ait: Qui ſtetit in ſubſtantia Dei, & vidit verbum eius. Secundùm impietatem igitur ſuam, propoſitum ſubſtantiæ verbum recipiunt Ariani: ſecundùm pietatem autem fidelium comprobatum, repudiant atq; reſũtant. *Et paulò pòſt.* Seruemus igitur præcepta Maiorum, nec hæreditaria ſignacula auſi rudis temeritate violemus. Librũ ſignatum illum propheticum, non Seniores, non Poteſtates, non Angeli, nõ Archangeli aperire auſi ſunt, ſoli Chriſto explanandi eius prærogatiua eſt ſeruata. Librum ſacerdotalem quis noſtrum reſignare audeat, ſignatũ à confeſſoribus, & multorum iam martyrio conſecratum? Quem igitur reſignare coacti ſunt, poſteà tamen dãnata fraude ſignarũt. Qui violare non auſi ſunt, cõfeſſores & martyres extiterunt. Quomodò fidem eorum poſſumus denegare, quorum victoriam prædicamus?

Maiorũ præcepta & inſtituta ſeruanda.
Apocaly. 5.

10 AVGVST. tom. 7. Cõtra Creſconium Grammaticum, lib. 1. Cap. 33. Proinde quanuis huius rei (*Videlicet, non rebaptizandos eſſe hæreticos*) certè de ſcripturis canonicis non proferatur exemplum, earundem tamen ſcripturarum etiam in hac re à nobis tenetur veritas, cùm hoc facimus quod vniuerſæ iam placuit Eccleſiæ, quam ipſarum ſcripturarum cõmendat authoritas, vt quoniã ſancta ſcriptura fallere non poteſt, quiſquis falli metuit huius obſcuritate quæſtionis, eandem Eccleſiam de illa conſulat, quã ſine vlla ambiguitate ſancta ſcriptura demonſtrat. Si autẽ dubitas quòd Eccleſiam, quæ per omnes gentes numeroſitate copioſiſſima dilatatur, hęc ſancta ſcriptura cõmẽdat, (neq; enim ſi nõ dubitares, adhuc eſſes in parte Donati) multis & manifeſtiſſimis teſti-

Cùm id fit quod vniuerſa ſeruat Eccleſia, ſcripturarum tenetur veritas, licet in eis ſcriptum non ſit.

Quiſquis falli metuit in aliqua obſcura quæſtione, Eccleſiam conſulat.

teſtimonijs ex eâdem authoritate prolatis, onerabo.

11 IDEM tom.6.contra epiſt. Fundamenti, Cap.5. Ego verò Euangelio non crederem, niſi me Catholicæ Eccleſiæ cõmoueret authoritas. Quibus ergò obtemperaui dicentibus, Credite Euangelio: cur eis nõ obtemperem dicentibus mihi, Noli credere Manichæo? Elige quid velis, ſi dixeris, Crede Catholicis: ipſi me monent vt nullam fidem accommodem vobis. Quapropter non poſſum illis credens, niſi tibi non credere. Si dixeris, Noli Catholicis credere: non rectè facies per Euãgelium me cogere ad Manichæi fidem, quia ipſi Euangelio Catholicis prædicantibus credidi. Si autem dixeris, Rectè credidiſti Catholicis laudantibus Euangelium, ſed non rectè illis credidiſti vituperantibus Manichæum: vſque adeò me ſtultum putas, vt nulla reddita ratione, quod vis credam, quod non vis, non credã? Multò quippe iuſtius & cautius facio, ſi Catholicis quoniam ſemel credidi, ad te non tranſeo, niſi me non credere iuſſeris, ſed maniſeſtiſsimè ac apertiſsimè ſcire aliquid feceris. Quocircà ſi mihi rationem redditurus es, dimitte Euangelium. Si ad Euangelium te tenes, ego ad eos me teneam, quibus præcipientibus Euangelio credidi: & his iubentibus tibi omnino non credam. Quòd ſi fortè in Euangelio aliquid apertiſsimũ de Manichæi apoſtolatu inuenire potueris, in firmabis mihi Catholicorum authoritatẽ, qui iubent vt tibi non credam. Qua infirmata, iam nec Euangelio credere potero, quia per eos illi credideram: ita nihil apud me valebit, quidquid inde protuleris. Quapropter ſi nihil manifeſtum de Manichæi apoſtolatu in Euangelio reperitur, Catholicis potius credam quàm tibi. Si autem inde aliquid manifeſtum pro Manichæo legeris, nec illis, nec tibi: illis, quia de te mihi mentiti ſunt: tibi autem, quia eam ſcripturã mihi mentiti ſunt. Sed abſit vt Euangelio ego non credam. Illi autem credens, non inuenio quomodò poſsim etiã tibi credere. Apoſtolorum enim nomina quæ ibi leguntur, non inter ſe continent nomen Manichæi. In locum autem traditoris Christi, qui ſucceſſerint, in Apoſtolorũ Actibus legimus: cui libro neceſſe eſt me credere, ſi credo Euangelio: quoniam vtramq; ſcripturã ſimiliter mihi Catholica commendat authoritas.

Euangelio credimus propter Eccleſiæ authoritatem.

Eccleſiæ iudicium ſequendũ eſt in recipiendis ſcripturis, & damnandis hæreticis.

Eccleſia Catholica authoritate infirmata, nec Euangelio credendum.

Matth. 10.
Act. 1.
Illis ſcripturis eſt credẽdum, quas Eccleſia cõmendat.

12 ORIGENES tomo.2.in Matth. tracta.29. in fine. Erunt autem & alij plures qui dicturi ſunt diſcipulis ex Diuinis ſcripturis, coniungentes eis ſuum proprium ſenſum, Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic. Si autẽ dixerint vobis, Ecce in ſolitudine, nolite exire: ecce in domibus, nolite credere. Quidam enim ſecreta proferentes, dicunt, Ecce in ſolitudine. Quando enim ſecretas & non vulgatas ſcripturas proferunt ad confirmationem mendacij ſui, videntur dicere, Ecce in ſolitudine verbum eſt veritatis. Secretæ enim ſcripturæ, rectè ſolitudines appellantur, in quibus aut pauci ſunt credentes, aut nullus. Quoties autem canonicas proferunt ſcripturas, in quibus omnis Chriſtianus conſentit & credit, videntur dicere, Ecce in domibus verbum eſt veritatis. Sed nos illis credere non debemus, nec exire à prima & Eccleſiaſtica traditione, nec aliter credere, niſi quemadmodùm per ſucceſsionem Eccleſiæ Dei tradiderunt nobis. Vel ſic. Eorum verborum falſorum profeſſores, quidam quidem nec ab initio ſimulant ſcripturas, & ſic fallere tentant. Ideò (exiſtimo) eos ſermones qui ſunt omnino extra ſcripturam oſtendere volens, dixit, Si dixerint vobis, Ecce in ſolitudine eſt, nolite exire de regula fidei. Eos autem qui ad ſchiſma ſimulant diuinas ſcripturas, oſtendere volens, dixit, Si dixerint vobis, Ecce in domibus, nolite credere. Quodcunq; profeſsi fuerint de ſcripturis, & de myſterijs quæ ſunt in eis ad demonſtrationem, nolite credere quæ dicuntur. Veritas enim ſimilis eſt fulguri egredienti ab Oriente & apparenti vſque ad Occidentem. Qualis eſt veritas Eccleſiæ Dei: ab ea enim ſola ſonus in omnem terram exiuit, & in fines orbis terræ verba eorum, & velociter currit ſola veritas Dei.

Matth. 14.

Non recedẽdum à Traditione Eccleſiaſtica.

Matth. 14.
In ſola Eccleſia eſt veritas.
Pſal. 18.

13 HISTORIA Tripartita, lib. 9. Capit. 19. Quapropter dedit conſilium (*Siſinnius Nectario*) vt diſputatiuas fugeret intentiones, & teſtimonium ex traditione veterum adhiberet: vtq; præſules hæreſeon interrogaret Imperator, an ſermonem vellent facere antiquis Eccleſiæ Doctoribus qui ante diuiſionem floruiſſent, an certè illos velut alienos à Chriſtianiſmo reſpuerent. Et ſi quidem eos abnegarent, obijceretur eis: Ergò eos anathematizare præſumite. Et ſi hoc facere non auderent, à populo pellerentur. Quo facto, apertam fore victoriam veritatis. Si

Firmum teſtimoniũ ex Traditione veterum.

verò de Principis non offenderentur doctoribus: Noſtrum,inquit,eſt præbêre veterū libros,per quos noſtrum dogma illorum teſtimonio roboretur.

M

1 AVGVST. tomo.7. De Baptiſmo contra Donatiſtas lib.2.Cap.1. Quod per vniuerſæ Eccleſiæ ſtatuta firmatū eſt, vel vnius Epiſcopi authoritati,vel vnius prouinciæ Concilio præſerendum eſt.

Vniuerſa Eccleſia ſtatuta, præferenda ſunt priuatis.

2 IDEM tom.2.epiſt.118.Cap.1. Vide ſup.lit.L.auth.8.

3 ORIGE. tom.1.in procemio Periarchon. Vide ſup.lect.12.litera. M. autho.4. *Deinde*.Illud tamen ſcire oportet, quoniam ſancti Apoſtoli, Chriſti fidem prædicãtes, de quibuſdam quidem quæcunq; neceſſaria crediderunt,omnibus credẽtibus etiam his qui pigriores erga inquiſitionem Diuinæ ſcientiæ videbantur,manifeſtiſsimè tradiderunt,rationem ſcilicet aſſertionis eorū relinquentes ab his inquirendam, qui Spiritus dona excellentia, & præcipuè ſermonis,ſapientiæ,& ſcientiæ, per ipſum Spiritum ſanctum percipere merebantur.

Quæ neceſſaria erãt,tradiderunt Apoſtoli.

N

1 CONCIL. Chalcedon.Actione.1. Scire enim vos volumus,quia tam diuiniſsimus & pijſsimus orbis terræ dominus, quã nos,Catholicam fidem a Sanctis trecentis decem & octo, & à Sanctis centum quinquaginta,necnon etiam & à cæteris ſanctiſſimis & glorioſiſsimis Patribus traditam, cuſtodîmus,& ſecundûm ipſam credimus. Reuerendiſsimi Epiſcopi clamauerũt: Expoſitionem alteram nullus facit, neque tentãmus,neque audemus exponere. Docuerunt enim Patres,& in ſcripturis cuſtodiuntur quæ ab eis ſunt expoſita,& citra ea dicere non poſſumus.

Cõcilijs œcumenicis fides adhibẽda.

O

1 AVGVST. tom.7.de Baptiſmo cõtra Donatiſtas,lib.2.Cap.3. Et ipſa Concilia,quæ per ſingulas regiones vel prouincias fiunt(*quis neſciat*)plenariorum Conciliorum authoritati, quæ fiunt ex vniuerſo orbe Chriſtiano,ſine vllis ambagibus cededere,ipſaq; plenaria ſæpe priora poſterioribus emendari, cùm aliquo experimento rerū aperitur quod clauſum erat, & cognoſcitur quod latebat,ſine vllo typho ſacrilegæ ſuperbiæ,ſine vlla inflata ceruice arrogãtiæ,ſine vlla cõtentione liuidæ inuidiæ, cum ſancta humilitate, cum pace Catholica,cum charitate Chriſtiana?

Cõciliorum Decreta,interdum pro varietate tẽporum, mutantur.

2 BASIL. lib.de Spiritu ſancto, Cap, 27. Vide ſup.lit.L.autho.4. *Et poſt pauca*. Deficiet me dies ſi Eccleſiæ myſteria ſcripto nõ prodita recẽſêre velim. Omitto reliqua,ipſam fidei confeſsionem,quòd credimus in Patrem, & Filium, ac Spiritũ ſanctum,ex quibus ſcriptis habemus? Si enim ex baptiſmatis traditione,iuxta pietatis cõgruentiam,velut baptizamur: ita etiam credere debentes,ſimilem baptiſmati confeſſionem teſtificamur:concedant nobis iuxta eandem congruentiam,vt ſimilem fidei glorificationem reddamus.Si verò glorificationis modū velut ſcripto non proditum reijciunt,producant nobis & cõfeſsionis fidei, & reliquorum quæ cõmemorauimus cõſcriptas demonſtrationes.Deinde cùm tot ſint quæ ſcripto non conſtent,& tãtam vim ad pietatis myſterium habeant: vnã dictionẽ quæ ex Patribus ad nos deuênit,non cõcedent,quam nos ex non affectata conſuetudine,inter incommutabiles Eccleſiarum ritus permanſiſſe comperimus, non paruam rationem habentem,neque modicã vtilitatem ad myſterij vim afferentem?

Traditionũ authoritas.

Symbolum fidei,ex traditione.

3 EVSEB. Cæſar. Eccleſiaſt.hiſt.lib. 7.Cap.22. Poſt hæc, cùm quid eſſet in vero patuiſſet,accõmodabãt nihilominus abſque contentione cõſenſum,iudicantes hoc, quòd non continuò ſi quid ſemel animo viſum fuerit,omni id ſtudio & cõtentione ſeruandū eſt:ſed eſſe rectius tũc mutare ſentẽtiã,cùm eam melior & rectior ſuperauerit.

Mutãda eſt ſentẽtia quã do alia apparet melior.

4 AVGVST. tom. 7. de Baptiſmo contra Donatiſtas,lib.7.Cap.27. Itẽ alius Felix ab Vſlacenis,dixit,In hæreticis ſine baptiſmo Eccleſiæ admittendis,nemo conſuetudinem rationi,& veritati præponat, quia cõſuetudinem ratio & veritas ſemper excludit.Huic reſpondetur, veritatem non oſtendis,de conſuetudine confitêris. Rectè igitur conſuetudinem teneremus plenario Concilio poſteriore firmatam, etiam ſi veritas adhuc latêret,quam credimus iam eſſe manifeſtam.

Conſuetudo quando vim habeat.

5 ANACLETVS Papa,epiſt.1.Vniuerſis Eccleſijs ſcripta. Scimus enim quia multum derogatio præualet,quãdo derogator creditur fidedignus.Ideò,fratres,varijs detractionibus & accuſationib' nõ oportet labeſactari iudices & Primates Eccleſię,ſed magis Apoſtolorum & Doctorū regulis informari & roborari.Vnde iuſtū eſt,omnes in vniuerſo Romanorū orbe Doctores legis, ea quæ legis ſunt rectè ſapere & operari,& non regulas naſcẽtis Eccleſiæ cõfundi, aut fidẽ,aut doctrinã Apoſtolorū varijs maculare doctrinis,nec fratres infeſtare.

Maiorum leges ſeruandæ.

L E-

LECTIO XIIII.

DOCTOR.

QVID vocas Sanctorum communionem?

ADOLESCENS.

Hac ipſa,fideles in ſuo quiſq; gradu ac vocatione inuicem arctiſsime cum Eccleſia, [a] tanquàm membra cũ corpore & cum eius capite Chriſto Ieſu, [b] ex quo bona omnia noſtra proficiſcantur,coniunguntur: Deinde bonorum,quæ ſingulatim ab omnibus fiunt,operum, ſumma inter omnes extat communicatio, dum & mutuò ac inuicem orant, & eadem ſimul dilectione ac cœleſti beneuolentia coaleſcunt.

[a] Ioan.17. Rom.12. 1.Corin. 10 10.&.12. Epheſ.4.&.5. Gala.3. Actor.2. Coloſ.1.
[b] Epheſ. Ioan.1. 1.Petr.1. Pſalm.118. Iacob.1. 1.Cor.1.

DOCTOR.

Poteſt'ne aliquando communionis huius fructus periclitari?

ADOLESCENS.

Poteſt ſanè: idq; tum maximè,cùm quis grauem ob culpam(qualis eſſet vel animi in aliquo flagitio pertinacia, vel ſchiſma, vel hæreſis, aut aliud aliquod crimen publicum)Eccleſiæ authoritate ac cenſura, [c] à communi bonorum vſu atque ſocietate reijcitur.

[c] Num.12. Matth.18. 1 Cor.5. 1.Timo.1. 1.Ioã.1. 2.Theſ.3. Cypr.lib. 1.epiſt. 11. Auguſt. ſer. 14. de ver. Apoſt. & epiſt. 42.&.166.& de fide & oper. & contr.Par.lib.3.cap. 2. Origen.in Hiere. hom. 11.Chryſoſt. in Matth.18.hom.61.

DOCTOR.

Quem verò mihi vocas vel Hæreticum, vel Schiſmaticum?

ADOLESCENS.

Eum ego iure nomino Hæreticum, qui communem fidei Catholicæ, quam aliquando profeſſus eſt, regulam,[d] vel vna in re pertinax oppugnat.At ille mihi cenſetur Schiſmaticus,qui Catholicam quidem fidem profitetur, ſed aliqua leui aut nulla ſæpè occaſione offenſus, ab Eccleſiæ ſe [e] authoritate & communione ſeparat.

[d] 1.Timo.2.&.6. Tit.3. Iren. lib.4.cap 43. Hier. ad Galat. cap 5. Aug. cont. Creſco. lib.2. cap.1.
[e] Pſal.18. Matth.10. Act.11. 1.Cor.1.&.12. Eph.1. Col.1. 1.Tim.2. Hebr.6. 1.Petr. 1. 2.Petr.1.

DOCTOR.

Perge iam,& de peccatorum remiſsione,qui decimus eſt in Symbolo articulus,diſſere.

ADOLESCENS.

Hæc illa eſt peccatorum remiſsio quam Ieſus Chriſtus nobis morte & ſanguine ſuo certiſsimè conquiſiuit, quæ quidem nobis ſingillatim communicari ſolet quotidie, vi ac authoritate [f] clauium, quas Eccleſiæ tanquàm tribunal quoddam eſſe voluit, adminiſtris tamen earum Paſtoribus legitimis, ſummo vnius ac viſibilis Capitis, ideſt, ſupremi Pontificis iudicio.

[f] Matth.16. Ioan.10. Cypria. lib.1.epiſt.2. Chryſoſt. lib.3. de ſacerdo. Ambr.lib.1. de pænit. cap.2.

DOCTOR.

Quod eſt tandem iſtud Caput, ſeu, vt vocas, ſupremus Pontifex?

ADOLESCENS.

Romanus Epiſcopus, quem D. Petro, [g] Apoſtolorum Principi iam inde ab initio ſuccedere credimus, qui ſummam totius Eccleſiæ adminiſtrationē accepit à Chriſto, tùm ſibi, tùm ſuis etiam ſucceſſoribus.

[g] Matth.16. Ioan.21. Act.1. & 8. Iren.lib.3.c.3. Tertull. de præſcr. Cypr.lib 1.epiſtol. 3. Orig.in Matth.tract.6. Aug.con tr.Petil. lib.2.cap.51. & epiſt. 91. 92. 93. & in Ioan. tract. 124. Cyril.in Ioan.lib.2.c.12. Hiero.ad Dama. Conc. Chalced. Conc. Epheſ. 1. Ambr.de pænit. lib.1.cap.6. Baſil.homi. de pæniten.

DOCTOR.

Aſſeris ergo D. Petrum Romæ aliquando conſediſſe?

ADOLESCENS.

Aſſero ſanè: atque adeò vt mihi illi ſine fronte omnino eſſe videantur, qui poſt tantam totius antiquitatis [h] conſenſionem, audent ea de re dubitare. Sed & D. ipſe Petrus primam illam ſuam grauitatis ac ſanctimoniæ plenam epiſtolam Romæ edidit, quam tùm certè meritò Babylonem nominauit, quòd ea, cùm adhuc non eſſet Chriſti doctrinis imbuta, omnium malorum ac infinitæ cuiuſdam impietatis ac ſuperſtitionis ſentina, iure videretur.

[h] 1.Petr.5. Iren. lib.3.c.3. Papias Hiero. Abdias. Clemēs Roma. Caius. Dionyſ.Corin. Egeſip. lib.3. Tertul.de præſcrip. & in Scorp. Clem. Alexan lib.7. Stroma. Euſeb. Eccleſ.hiſt. lib.2.cap. 24.&.25 Hiero de ſcripto. Eccleſ. Cypr.lib.1.epiſt.3. Auguſt. contr.Petil.lib.2.c.51.& epiſt. 91.93.&.164. Ambr.ſer.66. Opta Afer.cont.Dona. Nicepho. lib.2.cap.36.

A AVTHORITAT. SRIPT.

IOAN. Cap.17. Et iam non ſum in mundo: & hi in mundo ſunt, & ego ad te venio. Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi: vt ſint vnum, ſicut & nos.

AD ROM. Cap.12. Vide ſup. lect. 10. litera, D.

PRI. Ad Corinth. Cap.1. Vide ſup. lect.12. litera. A.

ET Cap.10. Calix benedictionis cui benedicimus, non'ne cōmunicatio ſanguinis Chriſti eſt? Et panis quē frāgimus, non'ne participatio corporis Domini eſt? Quoniā vnus panis, vnū corpus multi ſumus: omnes qui de vno pane participamus.

ET Cap.12. Sicut enim corpus vnū eſt, & mem-

& membra habet multa, omnia autem membra corporis cùm ſint multa, vnum tamen corpus ſunt: ita & Chriſtus. Etenim in vno Spiritu omnes nos in vnũ baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue Gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi: & omnes in vno Spiritu potati ſumus; *Et poſtea*. Et ſi quid patitur vnum membrũ, compatiuntur omnia mébra: ſiue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia mem bra. Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro.

AD EPHES. Cap.4. Veritatẽ autem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput, Chriſtus: ex quo totum corpus compactum, & connexũ per omnem iuncturam ſubminiſtrationis, C ſecundùm operationem in mẽſuram vniuſcuiuſq; membri, augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate.

ET Cap.5. Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, ſicut Domino: quoniam vir, caput eſt mulieris: ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſię. Ipſe, Saluator corporis eius. *Et mox*. Nemo enim vnquàm carnem ſuã odio habuit: ſed nutrit & fouet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam: quia membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſsibus eius.

AD GALAT. Cap.3. Omnes enim filij Dei eſtis per fidem in Chriſto Ieſu. Quicunq; enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Non eſt Iudæus, neque Græcus, non eſt ſeruus, neque liber, nõ eſt maſculus, neque fœmina. Omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu.

ACTOR. Cap.2. Omnes etiam qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia. Poſſeſsiones & ſubſtantias vendebãt, & diuidebant illa omnibus, prout cuiq; opus erat. Quotidie quoq; perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, ſumebant cibum cũ exultatione & ſimplicitate cordis: collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem.

AD COLOS. Cap.1. Vide ſup. lectio.1. lit.H.

B AD EPHES. Cap.1. Et omnia ſubiecit ſub pedibus eius: & ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam, quę eſt corpus ipſius plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.

IOAN. Cap.1. Vide ſuprà, lectio. 10. litera.B.

POSTER. D.Petri, Cap.1. Vide ſuprà, lect.2. litera.B.

PSALM. 118. Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua.

IACOB. Cap.1. Vide ſup. lectio.11. litera.G.

POSTE. Ad Corinth. Cap.1. Sed ipſi in nobiſmetipſis reſponſum mortis habuimus, vt non ſimus fidẽtes in nobis, ſed in Deo qui ſuſcitat mortuos qui de tantis periculis nos eripuit & eruit: in quem ſperamus, quoniam & adhuc eripiet, adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis, vt ex multarum perſonis facierum, eius quæ in nobis eſt donationis, per multos gratię agãtur pro nobis.

NVM. Cap.12. Locutaq; eſt Maria & Aaron contra Moyſen propter vxorem eius Æthiopiſſam, & dixerunt, Num per ſolum Moyſen locutus eſt Dominus? non'ne & nobis ſimiliter eſt locutus? Quod cùm audiſſet Dñs, iratus eſt. *Et poſt pauca*. Quare ergò non timuiſtis detrahere ſeruo meo Moyſi? Iratuſq; cõtra eos, abijt. Nubes quoque receſsit quæ erat ſuper tabernaculum: & ecce Maria apparuit candens lepra ſicut nix. Cùmq; reſpexiſſet eam Aaron, & vidiſſet perfuſam lepra, ait ad Moyſen, Obſecro Domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum quod ſtultè commiſimus, ne fiat hæc quaſi mortua, & vt abortiuũ quod proijcitur de vulua matris ſuæ: ecce iam medium carnis eius deuoratum eſt à lepra. Clamauitq; Moyſes ad Dominum, dicens, Deus obſecro ſana eam. Cui reſpondit Dñs, Si pater eius ſpuiſſet in faciem illius, non'ne debuerat ſaltem ſeptem diebus rubore ſuffundi? Separetur ſeptem diebus extra caſtra & poſtea reuocabitur. Excluſa eſt itaq; Maria extra caſtra ſeptem diebus: & populus non eſt motus de loco illo, donec reuocata eſt Maria.

MATTH. Cap.18. Vide ſup. lect.13. litera.M.

PRIO. Ad Corint. Cap.5. Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter Gentes, ita vt vxorem patris aliquis habeat. Et vos inflati eſtis: & non magis luctum habuiſtis, vt tollatur de medio veſtrum qui hoc opus fecit. Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu, iam iudicaui vt præſens, eum qui ſic operatus eſt, in nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, congregatis vobis & meo ſpiritu, cũ virtute Domini noſtri Ieſu, tradere huiuſmodi Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus

ſaluus ſit in die Dñi noſtri Ieſu-Chriſti.

PRIOR. ad Timot.Cap.1.Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee, ſecundùm præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam militiam,habens fidẽ & bonam conſcientiam,quam quidam repellentes,circa fidem naufragauerunt: ex quibus eſt Hymenæus & Alexander: quos tradidi Satanæ, vt diſcant non blaſphemare.

SECVN. Ioan.Cap.1. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert: nolite recipere eum in domum, nec, Aue, ei dixeritis.

POSTER. Ad Theſſa.Cap.3.Quòd ſi quis non obêdit verbo noſtro, per epiſto lam hunc notate: & non commiſceamini cum illo,vt confundatur:& nolite quaſi ini micum exiſtimare,ſed corripite vt fratrẽ.

D PRIOR. Ad Timot.Cap.2.Saluabitur autem per filiorum generationem:ſi per manſerit in fide & dilectione & ſanctificatione cum ſobrietate.

ET Cap.6. Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundùm pietatem eſt,doctrinæ:ſuperbus eſt,nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones & pugnas verborum:ex quibus oriuntur inuidiæ,contentiones,blaſphemiæ, ſuſpitiones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum,& qui veritate priuati ſunt,exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem.

AD TITVM Cap.3.Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionẽ,deuita:ſciens quia ſubuerſus eſt qui eiuſ modi eſt,& delinquit,cùm ſit proprio iudicio condemnatus.

E PSAL. 18.In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. In Sole poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe tanquàm ſponſus procedens de thalamo ſuo. Exultauit vt gigas ad currendam viam,à ſummo cœlo egreſsio eius:& occurſus eius vſque ad ſummum eius, nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius.

MATTH. Cap.20.Venientes autem & primi, arbitrati ſunt quòd plus eſſent accepturi: acceperunt autem & ipſi ſingulos denarios.Et accipientes murmurabant aduerſus patremfamilias,dicentes,Hi nouiſsimi vna hora fecerunt: & pares illos nobis feciſti,qui portauimus põdus diei & æſtus. At ille reſpondens,vni eorũ dixit, Amice, non facio tibi iniuriam:non'ne ex denario conueniſti mecum?Tolle quod tuum eſt,& vade:volo autem & huic nouiſsimo,dare ſi cut & tibi.Aut non licet mihi quod volo,facere?An oculus tuus nequàm eſt, quia ego bonus ſum? Sic erunt nouiſsimi, primi: & primi,nouiſsimi. Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi.

ACTOR. Cap.21. Dum autẽ ſeptẽ dies conſummarentur,hi qui de Aſia erant Iudæi,cùm vidiſſent eum in templo,concitauerunt omnem populum,& iniecerunt ei manus,clamantes, Viri Iſraëlitæ, adiuuate: hic eſt homo qui aduerſùs populum & legem & locum hunc,omnes vbique docens, inſuper & Gentiles induxit in templum,& violauit ſanctum locum iſtum..(viderant enim Trophimum Epheſium in ciuitate cũ ipſo,quem æſtimauerunt quoniam in templum introduxiſſet Paulus.) Commotaq; eſt ciuitas tota,& facta eſt cõcurſio populi. Et apprehendentes Paulum, trahebant eũ extra tẽplum.& ſtatim clauſæ ſunt ianuę. Quærentibus autem eum occidere,nunciatum eſt tribuno cohortis,Quia tota confunditur Hieruſalem.

PRIOR. Ad Corinth.Cap.1. Obſecro autem vos fratres,per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis omnes,& non ſint in vobis ſchiſmata:ſitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eâdem ſcientia.

ET Cap.12.Honeſta autem noſtra,nullius egent: ſed Deus temperauit corpus, ei cui deerat abundantiorem tribuendo honorem, vt non ſit ſchiſma in corpore, ſed idipſum pro inuicem ſolicita ſint membra.

AD EPHES. Cap.1.Propterea & ego audiens fidem veſtram quæ eſt in Dño Ieſu,& dilectionem in omnes Sanctos: nõ ceſſo gratias agens pro vobis,memoriam ve ſtri faciens in orationibus meis.

AD COLO. Cap.1. Vide ſup.lit.A. *Deinde.* Et vos cùm eſſetis aliquando alienati & inimici ſenſu in operibus malis: nũc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem, exhibere vos Sanctos & immaculatos, & irreprehenſibiles coram ipſo.Si tamẽ permanetis in fide fundati,& ſtabiles,& immobiles à ſpe Euangelij quod audiſtis, quod prædicatum eſt in vniuerſa creatura quæ ſub cœlo eſt,cuius factus ſum ego Paulus miniſter.

PRIO. Ad Timoth.Cap.2. Vide ſup. litera.D.

AD HEB. Cap.6.Non enim iniuſtus Deus

Deus vt obliuiſcatur operis veſtri & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtraſtis ſanctis & miniſtratis. Cupimus autem vnumquenq; veſtrum eãdem oſtentare ſolicitudinem ad expletionem ſpei vſq; in finẽ: vt non ſegnes efficiamini, verùm imitatores eorum qui fide & patientia hæreditabunt promiſsiones.

PRIOR. D. Petri, Cap. 1. Vide ſup. lect. 7. lit. G. *Et deinde*. Animas veſtras caſtificantes in obediẽtia charitatis, in fraternitatis amore ſimplici ex corde inuicem diligite attentius.

ET POST. Cap. 1. Vide ſup. lect. 13. lit. N.

F MATT. Cap. 16. Vide ſup. lect. 12. litera. D.

IOAN. Cap. 20. Vide ſup. lect. 12. litera. E.

G MATTH. Cap. 16. Vide ſup. lect. 12. litera. D.

IOAN. Cap. 21. Vide ſup. lect. 12. litera. D.

ACTO. Cap. 1. In diebus illis exurgẽs Petrus in medio fratrum, dixit, &c.

ET Cap. 8. Petrus autẽ dixit ad eũ: Pecunia tua tecũ ſit in perditionẽ: quoniã donũ Dei exiſtimaſti pecunia poſsideri.

H PRIO. D. Petri, Cap. 5. Per Syluanũ fidelẽ fratrẽ, vobis (vt arbitror) breuiter ſcripſi: obſecrans & conteſtans hanc eſſe verã gratiã Dei, in qua ſtatis. Salutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone, coëlecta: & Marcus filius meus.

AVTHORIT. PATR.

C 1 CYPRIA. lib. 1. epiſt. 11. ad Põponium. Interfici Deus iuſsit, Sacerdotibus ſuis non obtẽperantes, iudicibus à ſe ad tempus conſtitutis non obediẽtes: & tũc quidẽ gladio occidebantur, quãdo adhuc & circũcilio carnalis manebat: nũc autẽ quia circuncisio ſpiritalis eſſe ad fideles ſeruos Dei cœpit, ſpiritali gladio ſuperbi & cõtumaces necãtur dùm de Eccleſia eijciuntur. Neque enim viuere foris poſſunt, cùm domus Dei vna ſit, & nemini ſalus eſſe niſi in Eccleſia poſsit.

Deut. 17.

Excommunicatio eſt gladius ſpiritualis.

Excommunicati nõ poſſunt viuere.

2 AVGVS. tom. 10. De verbis Apoſtoli, ſerm. 14. Omnis Chriſtianus, qui excõmunicatur, Satanæ traditur: quomodò? Scilicet quia extra Eccleſiã eſt diabolus, ſicut in Eccleſia Chriſtus. Ac per hoc quaſi diabolo traditur, qui ab Eccleſię cõmunione remouetur. Vnde illos quos Apoſtolus Satanæ traditos prædicat, eſſe excommunicatos demonſtrat.

Quando Satanæ traduntur excommunicatus.
1. Cor 5.
1. Tim. 1.

3 IDEM tom. 2. epiſt. 24. ad Madaurenſes. Videtis certè multos pręciſos à radice Chriſtianæ ſocietatis (quæ per ſedes Apoſtolorũ, & ſucceſsiones Epiſcoporum, certa per orbem propagatione diffunditur:) de ſola figura originis, ſub Chriſtiano nomine, quaſi areſcentia ſarmenta gloriari, quas hæreſes & ſchiſmata nominamus.

Hæreſes & ſchiſmata quibus comparentur.

4 ET EPIS. 166. ad Feſtum. Quid igitur hîc faciat Eccleſiæ medicina, ſalutem omnium materna charitate conquirens, tanquàm inter phreneticos & lethargicos æſtuans? Nunquid contemnere, nunquid deſiſtere vel debet vel poteſt? Vtriſque ſit neceſſe eſt moleſta, quia neutris eſt inimica. Nam & phrenetici nolunt ligari, & lethargici nolunt excitari. Sed perſeuerat diligentia charitatis phreneticum caſtigare, lethargicum ſtimulare, ambos amare. Ambo offenduntur, ſed ambo diliguntur: ambo moleſtati, quandiu ægri ſunt, indignantur, ſed ambo ſanati gratulantur.

Eccleſia alios caſtigat, alios excitat, ſed omnes diligit.

5 IDEM tom. 4. lib. De fide & operibus, Cap. 3. Non omittendam cenſuit Chriſtus Eccleſiæ diſciplinam, imo verò admonuit adhibendam, quando ait: Attendite vobis: Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Si audierit te, lucratus es fratrem tuum. Si autem non audierit te, aſſume tecum vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium ſtet omne verbum. Quòd ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ. Si autem nec Eccleſiã audierit, ſit tibi tãquã ethnicus & publicanus. Deinde ipſius ſeueritatis terrorẽ grauiſsimum adiecit etiam eo loco, dicens: Quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt, & in cœlo: quæ ligaueritis in terra, ligata erunt in cœlo. Prohibet etiã ſanctũ dare canibus. Nec contrarius eſt Apoſtolus Dño, quia dicit: Peccantes coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant: Cùm ille dicat, Corripe eum inter te & ipſum. Vtrunque enim faciendum eſt, ſicut & infirmitatis diuerſitas admonet eorum, quos vtique non perdendos, ſed corrigendos, curandoſq; ſuſcepimus, & alius ſic, alius autem ſic ſanandus eſt: ita etiam eſt ratio diſsimulandi & tolerandi malos in Eccleſia: & eſt rurſus ratio caſtigandi & corrigendi, non admittendi, vel à communione remouendi.

Matth. 18.

Seueritatis terror grauiſsimus.
Matth. 7.
1. Timo. 5.

Excommunicatio debet eſſe diſcreta.

6 ET Cap. 5. Cùm eis, per quos Eccleſia

K regitur,

regitur,adeſt ſalua pace poteſtas diſciplinę aduerſùs improbos aut nefarios exercẽdæ:tunc rurſus ne ſocordia ſegnitiaq; dormiamus,alijs aculeis præceptorum,quæ ad ſeueritatem coërtionis pertinent,excitandi ſumus : vt greſſus noſtros in via Dominiex vtriſque teſtimonijs illo duce atque adiutore dirigentes,nec patientiæ nomine torpeſcamus,nec obtẽtu diligẽtiæ ſæuiamus.

Excommunicandi poteſtas.

7 IDEM tom.7.Contra epiſtolã Parmeniani,lib.3.Cap.2.Cùm quiſq; fratrum, id eſt,Chriſtianorum intus in Eccleſiæ ſocietate conſtitutorum,in aliquo tali peccato fuerit deprehẽſus,vt anathemate dignus habeatur,fiat hoc vbi periculum ſchiſmatis nullum eſt,atque id cum ea dilectione, de qua ipſe alibi præcipit,dicens: Vt inimicum non eum exiſtimetis, ſed corripite vt fratrem.Non enim eſtis ad eradicandum, ſed ad corrigendum.Quòd ſi ſe non agnouerit,neque pœnitẽdo correxerit, ipſe foras exiet, & per propriam voluntatem ab Eccleſiæ vnitate dirimetur. Nam & ipſe Dñs cùm ſeruis volentibus zizania colligere,dixit:Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem:præmiſit cauſam,dicens, Ne fortè cùm vultis colligere zizania, eradicetis ſimul & triticum. Vbi ſatis oſtendit,cùm metus iſte non ſubeſt,ſed omnino de frumentorum certa ſtabilitate,certa ſecuritas manet:id eſt,quando ita cuiuſq; crimẽ notum eſt omnibus,& omnibus execrabile apparet,vt vel nullos prorſus vel non tales habeat defenſores,per quos poſsit ſchiſma cõtingere,non dormiat ſeueritas diſciplinæ, in qua tanto eſt efficacior emendatio prauitatis,quanto diligentior confirmatio charitatis. Tunc autem hoc ſine labe pacis & vnitatis,& ſine læſione frumentorum fieri poteſt,cùm congregationis Eccleſiæ multitudo ab eo crimine,quo anathematizatur,aliena eſt. Tunc enim adiuuat Præpoſitum potius corripientẽ,quã criminoſum reſiſtẽtẽ.

Excommunicatio, quando ferri non debeat. — *2. Theſſ. 3.* — *Matth. 13.*

8 ORIGE. tom.1.homil.11.in Hieremiam. Si quis vult imitari vitas Prophetarum, increpet arguatq; peccatores,ſtatim odium merebitur,ſtatim ei detrahetur, ſtatim patietur inſidias. Quod etiam nunc in Eccleſijs videmus accidere. Peccauerit quodlibet quiſpiã:is qui præſidet populo, & regit Eccleſiaſticã diſciplinã, eijcit eum de congregatione ſanctorum Illicò.Ille circuit ciuitatem, lacerat eum qui quantum in ſe fuit,Eccleſiam vindicauit. Verùm nos non præbeamus his autem qui propter excommunicationẽ ſui,tàm Præpoſitos, quàm omnem Eccleſiæ concionem veſano ore dilacerant.

Excommunicatio propter graue peccatũ ferenda eſt: nec timẽda detrahentiũ lingua.

9 CHRYSOS. tom.2. homil. 61. in Cap.18.Matth.Quæcunq; alligaueritis ſuper terram,&c.Nec dixit Eccleſiæ Præſuli: Vinculis iſtũ cõſtringe: ſed,ſi ligaueris, ei qui dolorem pertulit, totum permittens: tunc hæc vincula indiſſolubilia manent.Patet ergò extremis iſtum ſupplicijs eſſe vexandum,ſed nulla culpa eius eſt qui detulit,ſed totum crimen iure in eum qui pertinax in malignitate fuit,reijcitur. Animaduertis quo pacto duplici hũc neceſsitate vinxit,præſenti dico punitione,& futuro ſupplicio?Hæc minatus eſt,ne hæc accidãt,ſed tùm ne ab Eccleſia eijciatur metuens, tùm vt vincula tàm terreſtria quàm cœleſtia reformidans,mitior fiat.Nam cùm hæc ſciat, quanuis primo ingreſſu minus fecerit, multitudine tamen iudiciorum conuictus,iram fortaſſe deponet: hac enim de cauſa nõ confeſtim abſcindit,ſed ad tertium vſque iudicium progreſſus eſt:vt ſi primo nõ paruerit, obtemperet alteri:quòd ſi ſecundum etiã ſpreuerit,tertio ſaltem moueatur: at ſi hoc etiam neglexerit,æterna ſupplicia tandem, & iudicium Dei expaueſcat.

Matth. 18. — *Excommunicandi poteſtas penes Eccleſiæ Prælatos.*

D 1 IRENÆ. aduerſùs hæreſes, lib.4. Cap.43. Vide ſuprà, lectio.12. litera. G. auth.3.

2 HIERON. tom.9.in Cap.5.ad Galatas.Nonnunquàm euenit,vt & in expoſitionibus ſcripturarum oriatur diſſenſio, è quibus hæreſes quoque, quæ nunc in carnis opere ponuntur,ebulliunt. Si enim ſapientia carnis inimica eſt Deo,(inimica autem ſunt omnia dogmata falſitatis Deo repugnantia)conſequenter & hæreſes inimicæ Deo,ad carnis opera referuntur. Αἵρεσις autem Græcè ab electione dicitur, quòd ſcilicet eam ſibi quiſq; eligat diſciplinam, quam putat eſſe meliorem. Quicunq; igitur aliter ſcripturam intelligit,quàm ſenſus Spiritus ſancti flagitat,quo conſcripta eſt: licet de Eccleſia non receſſerit, tamen hæreticus appellari poteſt: & de carnis operibus eſt,eligens quæ peiora ſunt.

Hæreſis quid ſit, & vnde oriatur. — *Rom.*

3. AVGVST. tom.7.contra Creſco. Grammaticum,lib. 2. Cap.3. Quid ſibi vult(inquis)quod ais,hæreticorum ſacrilegum errorẽ?Nã hæreſes nõ niſi inter diuerſa ſequentes fieri ſolent:nec hæreticus,niſi contrarię,vel aliter interpretatæ religionis

eſt

eſt cultor, vt ſunt Manichæi, Ariani, Marcionitæ, Nouatiani, cæteriq; quorum inter ſe contra fidem Chriſtianam diuerſa ſententia ſtat. Inter nos (*Donatiſtas & Catholicos*) quibus idem Chriſtus natus, mortuus & reſurgens, vna religio, eadem ſacramenta, nihil in Chriſtiana obſeruatione diuerſum, ſchiſma factum, non hæreſis, dicitur. Siquidem hæreſis eſt diuerſa ſequentium ſecta: ſchiſma verò, eadem ſequentium, ſeparatio.

Quid hæreſis, quid ſchiſma.

F 1 CYPRIA. lib.1.epiſt. 2. ad Corne. Nec enim fas erat, aut permittebat paterna pietas & Diuina clementia, Eccleſiam pulſantibus claudi, & dolentibus ac deprecantibus ſpei ſalutaris ſubſidium denegari, vt de ſeculo recedentes, ſine communicatione & pace ad Dominũ dimitterentur, quãdo permiſerit ipſe qui legem dedit, vt ligata in terris, etiam in cœlis ligata eſſent: ſolui autem poſſent illic, quæ hic prius in Eccleſia ſoluerentur,

In Eccleſia eſt remiſsio peccatorum, non extra illam.
Matth. 18.

2 CHRYSOS. tom. 5. De ſacerdotio, lib: 3. Qui terram incolunt atque in ea verſantur, ijs commiſſum eſt, vt ea quæ in cœlis ſunt, diſpenſent: ijs datum eſt vt poteſtatem habeant, quam Deus Optimus neq; Angelis, neque Archangelis datam eſſe voluit. Neque enim ad illos dictum eſt: Quæcunq; alligaueritis in terra, erunt alligata & in cœlo: & quæcunq; ſolueritis in terra, erunt ſoluta & in cœlo. Habent quidem & terreſtres principes vinculi poteſtatem, verùm corporum ſolùm: id autem quod dico ſacerdotum vinculum, ipſam etiam animã contingit, atque ad cœlos vſque peruadit: vſque adeò, vt quæcunq; infernè ſacerdotes confecerint, illa eadem Deus supernè rata habeat. Etenim quid nam hoc aliud eſſe dicas, niſi omnem rerum cœleſtium poteſtatem illis à Deo conceſſam? Quorumcunq; enim, ait, peccata retinueritis, retẽta ſunt. Quænam, obſecro, poteſtas hac vna maior eſſe queat? Pater omnifariã poteſtatem Filio dedit: cæterùm video ipſam eandem omnifariam poteſtatem à Deo Filio illis traditam. *Et paulò pòſt.* Noſtris ſacerdotibus non corporis lepram, verùm animæ ſordes, non dico purgatas probare, ſed purgare prorſus conceſſum eſt.

Poteſtas data ſacerdotibus, denegata Angelis.
Matth. 16. & 18.
Ioan. 20.
Sacerdotum vinculũ ad cœlos pertingit.
Matth. 18.
Sacerdotes purgant lepram animarum.

3 AMBR. tom.1. De pœnitentia, lib.1. Cap.2. Sed aiunt ſe Dño deferre reuerentiã, cui ſoli remittẽdorũ criminũ poteſtatẽ reſeruãt: imò nulli maiorem iniuriã faciũt, quàm qui eius volunt mandata reſcindere, cõmiſſum munus refundere. Nã cùm ipſe in Euãgelio ſuo dixerit Dñs Ieſus: Accipite Spiritũ ſanctũ, quorũ remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorũ retinueritis, detenta erunt: Quis eſt ergò qui magis honorat, vtrũ qui mãdatis obtẽperat, an qui reſiſtit? Eccleſia in vtroq; ſeruat obedientiã, vt peccatũ & alliget, & relaxet. Hæreſis in altero immitis, in altero inobediens, vult ligare quod nõ reſoluat, nõ vult ſoluere quod ligauit. In quo ſe ſua dãnat ſentẽtia. Dñs enim par ius & ligandi & ſoluendi eſſe voluit, qui vtrunq; pari conditione permiſit. Ergò qui ſoluendi ius nõ habet, nec ligandi habet. Sicut enim ſecundùm Dominicam ſententiã, qui ligandi ius habet, & ſoluendi habet: ita iſtorum aſſertio ſeipſam ſtrangulat, vt quia ſoluẽdi ius ſibi negant, negare debeãt & ligandi. Quomodò igitur poteſt alterum licere, alterum non licere? Si quibuſdã datum vtrunq; eſt licere, aut vtrunq; non licere: certum eſt vtrunq; Eccleſiæ licere, hæreſi vtrunq; non licere. Ius enim hoc ſolis permiſſum ſacerdotibus eſt. Rectè igitur Eccleſia vendicat, quæ veros ſacerdotes habet: hæreſis vendicare non poteſt, quæ ſacerdotes Dei non habet. Non vendicando autẽ ipſa de ſe pronunciat, quòd cùm ſacerdotes non habeat, ius ſibi vendicare nõ debeat ſacerdotale. Hac impudenti contumacia, pudentẽ cernimus confeſſionẽ. Spectat etiam illud, quoniã qui Spiritũ ſanctũ accipit, & ſoluendi poteſtatẽ & ligandi accipit. Sic enim ſcriptũ eſt: Accipite Spiritũ ſanctum, &c. Ergò qui ſoluere nõ poteſt peccatũ, non habet Spiritum ſanctũ. Munus Spiritus ſancti eſt officium ſacerdotis, ius autẽ Spiritus ſancti, in ſoluẽdis ligandiſq; criminibus eſt. Quomodò igitur munus eius vendicant, de cuius diffidunt iure & poteſtate? Quid, quòd inſolẽtiores ſunt? Nam cùm ad miſericordiam prõpior quàm ad ſeueritatẽ ſit Spiritus Dei, quod ait ſe velle, id nolunt: quod nolle, hoc agunt: cùm vindicare iudicis ſit, remittere miſericordis. Tolerabilius igitur Nouatiane remitteres, quàm ligares. Aliud enim quaſi delinquenti parcens, vſurpares: aliud quaſi ærumnæ compaſſus, ignoſceres.

Deo ſunt iniurij qui ſacerdotib' adimũt poteſtatẽ remitẽdi peccata.
Ioan. 20.
Hæretici ſeipſos iugulant.
Munus Spiritus ſancti eſt officium Sacerdotis.

G 1 IREN. aduerſùs hæreſes, lib.3. Cap. 3. Vide ſuprà, lectio. 12. litera. G. authorit. 1. *Deinde.* Fundãtes igitur & inſtruentes Beati Apoſtoli Eccleſiã, Lino Epiſcopatum adminiſtrandæ Eccleſiæ tradiderunt. Succedit autẽ ei Anacletus: poſt eum tertio loco

Numerãtur Romani Põtifices vſq; ad ætatem Irenæi.

ab Apoſtolis Epiſcopatum ſortitur Clemẽs, qui & vidit ipſos Apoſtolos, & contulit cũ eis, cùm adhuc inſonãtẽ prædicationẽ Apoſtolorũ, & traditionẽ ante oculos haberet. Huic autem Clemẽti ſuccedit Euariſtus, & Euariſto Alexãder, ac deinceps ſextus ab Apoſtolis conſtitutus eſt Sixtus, & ab hoc Teleſphorꝰ, qui etiã glorioſiſsimè martyriũ fecit, ac deinceps Higinius, pòſt Pius, poſt quem Anicetus. Cùm autẽ ſucceſsiſſet Aniceto Soter, nunc duodecimo loco Epiſcopatum ab Apoſtolis habet Eleutherius. Hac ordinatione & ſucceſsione, ea quæ eſt ab Apoſtolis in Eccleſia traditio, & veritatis præconiatio, peruẽnit vſque ad nos. Et eſt pleniſsima hæc oſtenſio, vnam & eandem viuificatricem fidẽ eſſe, quæ in Eccleſia ab Apoſtolis vſque nunc ſit conſeruata, & tradita in veritate.

Recta fidei iudicium.

2 TERTVL. de præſcriptio. hæreticorum. Vide ſup. lect. 13. lit. L. auth. 3.

3 CYPRIA. lib. 1. epiſt. 3. ad Cornel. Neque enim aliundè hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quã inde quòd Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Iudex vice Chriſti cogitatur: cui ſi ſecundùm magiſteria Diuina obtemperaret fraternitas vniuerſa, nemo aduerſùm ſacerdotum collegium quicquàm moueret: nemo poſt Diuinum iudicium, poſt populi ſuffragium, poſt Coëpiſcoporum conſenſum, iudicem ſe iam non Epiſcopi, ſed Dei faceret: nemo diſsidio vnitatis, Chriſti Eccleſiã ſcinderet: nemo ſibi placens ac tumens ſeorſum foris hæreſim nouam cõderet. *Et mox.* Chriſti aduerſarius & Eccleſiæ eius inimicus, ad hoc Eccleſiæ Præpoſitum ſua infeſtatione perſequitur, vt gubernatore ſublatio, atrocius atque violentius circa Eccleſię naufragia graſſetur. *Et paulò pòſt.* Petrus tamen, ſuper quem ædificata ab eodem Domino fuerat Eccleſia, vnus pro omnibus loquens, & Eccleſiæ voce reſpondens, ait, Domine ad quem ibimus? Verbum vitæ æternæ habes: & nos credimus & cognouimus, quoniam tu es Filius Dei Viui: ſignificans ſcilicet & oſtendens eos, qui à Chriſto receſſerint, culpa ſua perire: Eccleſiam tamen quæ in Chriſtum credat, & quę ſemel id quod cognouerit teneat, nunquã omnino ab eo diſcedere, & eos eſſe Eccleſiam, qui in domo Dei permanent. *Et longè pòſt.* Poſt iſta adhuc inſuper pſeudoepiſcopo ſibi ab hæreticis conſtituto, nauigare audent, & ad Petri Cathedram atque ad Eccleſiam principalem, vnde vnitas ſacerdotalis exorta eſt, à ſchiſmaticis & prophanis literas ferre, nec cogitare eos eſſe Romanos (quorum fides, Apoſtolo prædicante, laudata eſt) ad quos perfidia habere non poſsit acceſſum.

Hæreſes & ſchiſmata vnde oriantur. — *Cur Prælatos Eccleſiæ oppugnent hæretici.* — *Ioan. 6.* — *Eccleſia nunquam recedit à Chriſto.* — *Primatꝰ Romanæ Eccleſiæ.* — *Rom. 1.*

4 ORIGE. tom. 2. tracta. 6. in Matth. Non modica differentia eſt, quòd Petro datæ ſunt claues non vnius cœli, ſed multorũ cœlorum, vt quæcunq; ligauerit ſuper terram, ſint ligata non tantùm in vno cœlo, ſed in omnibus cœlis: & quæ ſoluerit ſuper terram, ſint ſoluta non ſolùm in vno cœlo, ſed in omnibus cœlis. Ad eos autẽ qui multi ſunt, ligatores & ſolutores in terra, ſic dicit, vt ſoluant & alligent, non in cœlis ſicut Petrus, ſed in vno cœlo, quia nõ ſunt in tanta perfectione ſicut Petrus, vt alligent vel ſoluant in omnibus cœlis.

Non vnius cœli, ſed multorũ, claues datæ ſunt Petro. — *Matth. 16.* — *Matth. 18.* — *Petri ſuper alios Apoſtolos excellentia.*

5 AVGVST. tom. 7. contra literas Petiliani, lib. 1. Cap. 51. Cathedra tibi quid fecit Eccleſiæ Romanæ in qua Petrus ſedit, & in qua hodie Anaſtaſius ſedet? vel Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, in qua Iacobus ſedit, & in qua hodie Ioannes ſedet, quibus nos in Catholica vnitate connectimur, & à quibus vos nefario furore ſeparaſtis? Quare appellas Cathedram peſtilentiæ, Cathedram Apoſtolicam? Si propter homines, quos putas legem loqui, & non facere, nunquid Dominus Ieſus Chriſtus propter Phariſæos, de quibus ait: Dicunt enim & non faciunt: cathedræ, in qua ſedebant, vllam fecit iniuriam? Non'ne illam cathedrã Moyſi commendauit, & illos ſeruato Cathedræ honore, redarguit?

In Cathedra Romana ſedit Petrus. — *Pſal. 1.* — *Matth. 23.* — *Apoſtolicæ Cathedrę nõ eſt detrahẽdum propter malos in ea ſedentes.*

6 IDEM tom. 2. epiſt. 91. quæ eſt Innocentij Papę. In requirendis de his rebus, quas omni cum ſolicitudine decet à ſacerdotibus, maximè, à vero iuſtoq; & Catholico tractari Concilio, antiquæ traditionis exempla ſeruantes, & Eccleſiaſticæ memores diſciplinæ, veſtræ religionis vigorem nõ minus nunc in conſulendo, quàm antea cùm pronunciaretis, vera ratione firmatis, qui ad noſtrum referendum approbaſtis eſſe iudicium, ſcientes quid Apoſtolicę Sedi (cùm omnes hoc loco poſiti ipſum ſequi deſyderemus Apoſtolum) debeatur, à quo ipſe Epiſcopatus & tota authoritas nominis huius emerſit. Quem ſequentes, tã mala iam damnare nouimus, quàm probare laudanda: vel id verò quòd Patrum inſtituta, ſacerdotali cuſtodientes officio, nõ cẽſetis eſſe calcanda, quod illi non humana, ſed

Antiquæ traditionis exempla ſeruanda.

Diuina

Diuina ſententia eſt, vt difficiles quæſtiones deferantur ad Romanã Sedem.

Diuina decreuere ſententia, vt quicquid de
diſiunctis remotiſq; prouincijs ageretur,
non prius ducerent finiendum, niſi ad hu-
ius Sedis notitiam perueniret. Vbi tota hu
ius authoritate iuſta quæ fuerit pronuncia
tio firmaretur, indeq; ſumerent cæteræ Ec-
cleſiæ (velut de natali ſuo fonte aquæ cun-
ctæ procederẽt, & per diuerſas totius mun
di regiones puri capitis incorruptæ mana-
rent) quid præcipere, quos abluere, quos ve
lut in cœno inemundabili ſordidatos, mun
dis digna corporibus vnda vitaret.

7 ET Epiſt. 92. ad Innocen. Papã. ad fi.
Sed arbitramur, adiuuãte miſericordia Do
mini Dei noſtri Ieſu Chriſti, qui te & re-
gere conſulentem, & orantẽ exaudire dig-
natur, authoritati Sanctitatis tuæ, de ſan-
ctarum ſcripturarum authoritate depróm-
tæ, facilius eos qui tam peruerſa & pernicio
ſa ſentiunt eſſe ceſſuros, vt de correctione
eorum potius congratulemur, quàm contri-
ſtemur interitu.

Romani Pontificis authoritas eſt ex ſacris literis.

8 ET Epiſtola. 93. quæ eſt Innocentij
Papę ad Patres Concilij Mileuitani. Di-
ligenter ergò & congruè Apoſtolico con-
ſulitis honori, honori inquàm illius, quem
præter illa quæ ſunt extrinſecus, ſolicitudo
manet omnium Eccleſiarum, ſuper anxijs
rebus quæ ſit tenenda ſententia, antiquæ
ſcilicet regulæ formam ſecuti, quã toto ſem-
per ab orbe mecum noſtis eſſe ſeruatam.
Verùm hæc miſſa facio: neque enim hoc
veſtram credo latẽre prudentiã. Quid enim
actione firmaſtis, niſi ſcientes quòd per
omnes prouincias de Apoſtolico fonte pe-
tentibus reſponſa ſemper emanent? Præ-
ſertim quoties fidei ratio ventilatur, arbi-
tror omnes fratres & Coëpiſcopos noſtros,
non niſi ad Petrum, id eſt, ſui nominis &
honoris authorem referre debere, velut
nunc retulit veſtra dilectio, quod per totum
mundum poſsit omnibus Eccleſijs in com-
mune prodeſſe. Fiant enim neceſſe eſt cau-
tiores, cùm inuentores malorum ad duplicis
relationẽ ſynodi, ſententiæ veſtræ ſtatutis,
viderint ab Eccleſiaſtica cõmunione ſeiũ-
ctos. Gemino igitũ bono charitas veſtra fun
gitur. Nam & canonũ potiemini gratia ſer
uatorũ, & beneficio veſtro totus orbis vteẽ.

2. Cor. 11.

In rebus fidei, ad Sedẽ Apoſtolicã recurrẽdum eſt, & quare.

9 IDEM tom. 9. in Ioan. tractatu. 124.
Hoc agit Eccleſia ſpe beata in hac vita ęrũ
noſa, cuius Eccleſię Petrus Apoſtolus, prop
ter Apoſtolatus ſui Primatum, gerebat figu
rata generalitate perſonam. Quod enim ad
ipſum propriè pertinet, natura vnus homo
erat, gratia vnus Chriſtianus, abundantiore
gratiore gratia vnus idemq; primus Apoſto
lus: ſed quando ei dictum eſt: Tibi dabo cla
ues regni cœlorum: & quodcunq; ligaueris
ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: &
quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolu-
tum & in cœlis: vniuerſam ſignificabat Ec
cleſiam, quæ in hoc ſeculo diuerſis tentatio
nibus velut imbribus, fluminibus, tempeſta
tibuſq; quatitur, & nõ cadit, quoniam fun-
data eſt ſuper petram, vnde & Petrus no-
men accepit: non enim à Petro petra, ſed
Petrus à petra: ſicut non Chriſtus à Chriſtia
no, ſed Chriſtianus à Chriſto vocatur.

Petrus habuit primatum Apoſtolatus, & ideo Eccleſiam repræſentabat.

Matth. 16.

Petro claues ſunt datæ ad vtilitatẽ totius Eccleſiæ.

Petrus ſic dictus à petra.

10 CYRIL. Alexandri. in Ioan. lib. 2.
Cap. 12. Nec Simon fore iam nomẽ ſibi, ſed
Petrus, prædicit, vocabulo ipſo commodè
ſignificans, quòd in eo tanquàm in petra la
pideq; firmiſsimo, ſuam eſſet ædificaturus
Eccleſiam.

Ioan. 1.

Petrus, cur ſit dictus.

11 HIERONIM. tom. 2. epiſt. 57. ad
Damaſum. Quoniam vetuſto Oriens inter
ſe populorum furore colliſus, indiſciſſam
Domini tunicam, & deſuper textam, mi-
nutatim per fruſta diſcerpit: & Chriſti vi-
neam exterminant vulpes: vt inter lacus
contritos, qui aquam non habent, difficilè,
vbi ſignatus, & hortus ille concluſus ſit, poſ
ſit intelligi: ideò mihi Cathedram Petri, &
fidem Apoſtolico ore laudatam, cenſui con
ſulendam, inde nunc meæ animæ poſtu-
lans cibum vnde olim Chriſti veſtimenta
ſuſcepi. Neque verò tanta vaſtitas elemen-
ti liquentis, & interiacens longitudo terra-
rum, me à precioſæ margaritæ potuit inqui
ſitione prohibẽre. Vbicunq; fuerit corpus,
illuc congregabũtur & aquilæ. Profligato à
ſobole mala patrimonio, apud vos ſolos in-
corrupta Patrũ ſeruatur hęreditas. Ibi reſpi
te terra fœcundo, Dominici ſeminis purita-
tem cẽteno fructu refert: hîc obruta ſulcis
frumenta, in lolium auenaſq; degenerant.
Nunc in Occidente Sol iuſtitiæ oritur, in
Oriente autem Lucifer ille, qui ceciderat,
ſupra ſidera poſuit thronum ſuũ. Vos eſtis
lux mũdi, vos eſtis ſal terræ, vos aurea vaſa
& argentea: hic teſtacea vaſa, vel lignea, vir
gam ferream, & ęternum operiuntur incen
dium. Quãquàm igitur tui me terreat mag-
nitudo, inuitat tamẽ humanitas. A ſacerdo
te victimam ſalutis, à paſtore præſidiũ ouis
flagito. Faceſſat inuidia: Romani culmi-
nis recedat ambitio: cum ſucceſſore piſcato
ris, & diſcipulo Crucis loquor. Ego nullum
primũ, niſi Chriſtũ ſequẽs, Beatitudini tuę,

Eccleſiam ſcindũt hæretici.

Ioan. 19.

Cant. 1.

Hierem. 1.

Cant. 4.

Rom. 1.

In rebus fidei conſulẽda Romana Sedes.

Matth. 24.

In Romana Eccleſia fides incorrupta.

Luca. 8.

Iſai. 14.

Matt. 5.

Hieronimi reuerẽtia erga Romanũ Pontificem, Petri ſucceſſorẽ & Eccleſiæ paſtorem.

 id eſt,

Super Cathedram Petri ædificata eſt Eccleſia. Math. 16. Exo. 12. Gen. 8. Non agnoſcẽtes Romanum Pontificẽ, pertinent ad Antichriſtum. Petit à Romano Pontifice Hieronimus quid credere debeat.

id eſt, cathedræ Petri communione conſocior: ſuper illam Petram ædificatam Eccleſiam ſcio. Quicunq; extra hanc domum agnum comederit, profanus eſt. Si quis in arca Noë non fuerit, peribit regnante diluuio. *Et mox.* Non noui Vitalem, Meletium reſpuo, ignoro Paulinum. Quicunq; tecum nõ colligit, ſpargit: hoc eſt, qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt. *Et in fine.* Quãobrem obteſtor Beatitudinem tuam, per Crucifixum, mundi ſalutem, per homouſion Trinitatem, vt mihi epiſtolis tuis ſiue tacendarum, ſiue dicendarum hypoſtaſeon detur authoritas. Et ne fortè obſcuritas loci, in quo dego, te fallat: per baiulos literarum ad Euagrium presbyterum, quẽ optimè noſti, dignare ſcripta tranſmittere: ſimul etiam, cui apud Antiochiam debeam communicare, ſignifices: quia Campenſes cum Tharſenſibus hæreticis copulati, nihil aliud ambiunt, quàm vt authoritate communionis veſtræ fulti, tres hypoſtaſes cum antiquo ſenſu prædicent.

Romanus Pontifex vniuerſalis Archiepiſcop⁹, per legatos præeſt Concilio.

2 CONCIL. Chalcedon. Actione. 3, *In qua offeruntur libelli Theodori Diaconi, Iſchyrionis Diaconi, Athanaſij presbyteri, & Sophronij Chriſtiani, contra Dioſcorum ſcripti ad Leonem Papam & Concilium: & in eis appellant Leonem vniuerſalem Archiepiſcopum & Patriarcham magnæ Romæ: cuius Legati dicuntur in Concilio Primatum Leonis tenere: & primi ſententiam aduerſùs Dioſcorum pronunciant, in hæc verba.* Vnde ſanctiſsimus & Beatiſsimus Archiepiſcopus magnæ & Senioris Romæ Leo, per nos & præſentem ſanctam ſynodum, vnà cum ter Beatiſsimo & omni laude digno B. Petro Apoſtolo,

Petr⁹, Petra & crepido Catholicæ Eccleſiæ.

qui eſt Petra & crepido Catholicæ Eccleſiæ, & ille qui eſt rectæ fidei fundamentum, nudauit eum tàm Epiſcopatus dignitate, quàm etiam ab omni ſacerdotali alienauit miniſterio. *In fine autem eiuſdem actionis in relatione ſanctæ Synodi Chalcedonenſis ad B. Papam Leonem, de geſtis generaliter in ſynodo confirmatio petitur atque inter cætera, ita dicitur:* Hæc ſunt quę tecum, qui ſpiritu pręſens eras, & complacère tanquàm fratribus

Synodus generalis petit confirmationem à Romano Pontifice.

deliberaſti, & qui penè per tuorum vicariorum ſapientiam videbaris à nobis, effecimus. Indicamus verò, quia & alia quędam pro rerũ ipſarũ ordinata quiete, & propter Eccleſiaſticorum ſtatutorum definiuimus firmitatem, ſcientes quia & veſtra Sanctitas addiſcens, & probatura & confirmatura eſt eadem. *Et ſub finem.* Rogamus igitur, & tuis decretis noſtrum honora iudicium: & ſicut nos capiti in bonis adiecimus conſonantiam, ſic & ſummitas tua filijs (quod decet) adimpleat.

13 CONCIL. Epheſinum primum, in epiſt. ad Neſtorium directa. Ecce itaq; te ſimul cum ſancta ſynodo, quæ apud amplam vrbem Romam congregata eſt, præſidente Sanctiſsimo & Reuerendiſsimo Patre Conſacerdote noſtro, Cœleſtino Epiſcopo, his ſcriptis ſynodicis te etiã tertio conuenimus, conſilium dantes, vt à tam prauis abſtineas diſtortiſq; dogmatibus, quæ & ſentire cognoſceris & docere: recipias verò fidem rectã, Eccleſijs per Beatiſsimos Apoſtolos & Euangeliſtas ab initio traditã, qui & oculis inſpexerunt, & miniſtri verbi fuiſſe monſtrantur. Quòd ſi hoc religio tua facere diſtulerit, iuxta dilationẽ literis pręfinitam Sanctiſsimi & Reuerendiſsimi Cõſacerdotis noſtri, Romanæ Præſulis Eccleſiæ Cœleſtini, ſcias te nullam ſortem habere nobiſcum, nec locum aut colloquium cũ Dei Sacerdotibus & Epiſcopis obtinere.

Qui Romano nõ paret Pontifici, inter Catholicos ſortè nõ habet.

Non enim fas eſt contemnere nos, non ſolùm Eccleſias ita turbatas, & ſcandalizatos populos, fidemq; rectiſsimam violatam, diſſipatamq;: quin etiam gregem, quem cuſtodire debueras: ſiquidem iuxta nos amator recti dogmatis extitiſſes, Sanctorum Patrũ veſtigia pia conſectans, Omnes itaq;, quos propter fidem tua religio à communione remouit, aut ab ordine ſuo depoſuit, laicos & clericos, in noſtram communionem recipimus. Non enim iuſtum eſt, eos tuis decretis opprimi, qui nouerũt recta ſentire: qui etiã, benefacientes, tibi prudentiſsimè reſtiterunt. Hoc idem namq; in epiſtola, quã miſiſti ad Præſulem amplæ Romæ ſanctum & Coëpiſcopum noſtrum Cœleſtinũ, ſignificare curaſti.

14 AMBROS. tom. 1. De pœnitẽtia, lib. 1. Cap. 6. Tu dicis Petro excuſanti ne ei lauares: Niſi lauero tibi pedes, non habebis partem mecum. *Ioan. 13.* Quod ergò iſti poſſunt cõſortium tecum habere, qui claues regni non ſuſcipiunt, negantes quòd dimittere peccata debeant? Quod quidem rectè de ſe ſatentur, non habent enim Petri hæreditatem, qui Petri fidem non habent, quam impia diuiſione diſcerpunt. Sed hoc improbè, quòd etiam in Eccleſia donari peccata negant poſſe, cûm Petro dictum ſit: Tibi dabo claues regni cœlorũ, & quæcunq; ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cœlo: &

Petri hæreditatem non habent, qui eius fidẽ nõ habent. Matth. 16.

quæ-

quæcunq; ſolueris ſuper terram, erunt ſolu
1. Cor. 1. ta & in cœlis. Cùm & ipſe vas electionis
Dominicæ dicat: Si cui autem quid dona-
ſtis, & ego: nã & ego quod donaui propter
vos in perſona Chriſti. Cur igitur Paulum
legunt, ſi eum tam impiè arbitrantur erraſ-
ſe, vt ius ſibi vendicaret Domini ſui? Sed
vendicauit acceptum, non vſurpauit inde-
bitum.

15 BASIL. homi. De Pœnitentia *Quæ
eſt inter homilias variorum argumentorũ, po-*
Petrus poſitus in fundamento. *ſtrema.* Petrus tertio abnegauit, & colloca-
tus eſt in fundamento. Petrus dixerat iam
anteà & beatus pronunciatus fuerat: dixe-
Matth. 16. rat, Tu es Filius Dei excelſi: & viciſsim au-
dierat ſe eſſe petram, ita laudatus à Domi-
no. Licet enim petra eſſet, non tamẽ petra
erat vt Chriſtus. Vt Petrus petra erat. Nã
Aliter Petrus petra, aliter Chriſtus. Chriſtus verè eſt immobilis petra, Petrus
verò propter petram. Axiomata namq; ſua
Ieſus largitur alijs. Largitur autem ea non
Axiomata ſua Chriſto largitur alijs. euacuatus, ſed nihilominus habẽs. Lux eſt:
Vos eſtis lux mũdi, inquit. Sacerdos eſt, &
facit ſacerdotes. Ouis eſt: & dicit, Ecce ego
mitto vos ſicut oues in medio luporũ. Petra
Ioan. 8. eſt, & petram fecit. Quę ſua ſunt largitur
Matt. 5. ſeruis ſuis. Argumentum hoc eſt opulenti,
Matth. 10. habere videlicet, & alijs dare.

H

1 IRENÆ. aduerſùs hæreſes, lib. 3.
Cap. 3. Vide ſup. lit. G. autho. 1.

2 PAPIAS Hieropolitanus Epiſco-
pus, *Referente Euſebio lib. 2. Eccleſiaſtica hiſto-
riæ, Cap. 15.* Cui ſimile dat teſtimoniũ etiam
1. Pet. 5. Hieropolites Epiſcopus, nomine Papias: qui
Petrus ex vrbe Roma epiſtolã ſcripſit priorẽ. & hoc dicit, quòd Petrus in prima epiſtola
ſua, quam de vrbe Roma ſcripſit, memine-
rit Marci, in qua tropicé Romam Babylona
nominarit, cùm dicit: Salutat vos ea quæ in
Babylone eſt, electa Eccleſia, & Marcus fi
lius meus.

3 ABDIAS Babyloniorum Epiſcopus
Petrus Romam venit. & Apoſtolorum diſcipulus, lib. 1. Apoſtoli-
cæ hiſtoriæ. Poſt hæc autem Petrus Romã
veniens, in ipſis diebus ſibi finẽ vitæ immi
nere præſenſit. In cõuẽtu ergò fratrũ poſi
tus, adprehenſa Clementis manu repentè
conſurgens, in auribus totius Eccleſiæ hæc
protulit verba: Audite me fratres, & con-
ſerui mei: quoniam ſicut edoctus ſum ab
D. Clementẽ Petrus laudat, & ordinat Epiſcopum Romanum poſt ſe. eo qui me miſit Domino & Magiſtro Ieſu
Chriſto, dies mortis meæ inſtat, Clemen-
tem hunc Epiſcopum vobis ordinabo, cui
ſoli meæ prædicationis & doctrinæ Cathe-
dram credo, qui mihi ab initio vſque ad fi-
nem comes in omnibus fuit, & per hoc
veritatem totius meæ prædicationis agno-
uit. Qui in omnibus tentationibus meis ſo-
cius extitit, fideliter perſeuerans: quẽ præ
cæteris expertus ſum Dominum colẽtem,
homines diligentem, caſtum, diſcendi ſtu-
dijs deditum, ſobrium, benignum, iuſtum,
patientem, ſcientem ferre nonnullorum
(etiam ex his qui in verbo Dñi inſtruun-
tur) iniurias. Propter quod ipſi trado à Do-
mino mihi datam poteſtatem ligandi & ſol
uendi, vt de omnibus quibuſcunq; decreue
rit in terris, hoc decretum ſit & in cœlis.
Ligabit enim quod oportet ligari, & ſoluet
quod oportet ſolui. Et hæc cùm dixiſſet,
manus ei impoſuit, eumq; in Cathedra ſua
ſedere compulit: multum eum inſtruẽs, qua
liter aut Eccleſiam ſibi commiſſam regeret,
aut oues ſuſceptas aleret. Tunc & Paulus *Petrus & Paulus ſub Nerone Romæ docuerunt.*
Apoſtolus Romam veniens, Chriſtum Do-
minum prædicabat. Tempore igitur Nero-
nis Cæſaris, erant Romæ ſalutiferi Docto-
res Chriſtianorum Petrus & Paulus Apo-
ſtoli, per quos dum fides Dñi Ieſu Chriſti
in omnium creſceret mentes, & religionis
propagarentur augmenta, quia eſſent ſubli
mes operibus, clari magiſterio ob virtutem
Diuinæ gratiæ, Nero per magum Simonẽ
aduerſari cœpit Apoſtolis: quia diuerſis il-
luſionibus dęmonum ita magus Cęſaris ani
mum obtinuerat, vt eum ſalutis ſuæ præſu-
lem, vitæq; cuſtodem, remota ambiguitate
confideret.

4 CLEMENS Papa martyr, epiſt. 1.
ad Iacobum fratrem Domini. Notum tibi
facio Domine, quia Simon Petrus, qui verę
fidei merito, & integræ prædicationis ob-
tentu, fundamentum eſſe Eccleſiæ defini- *Petrus fundamentũ Eccleſiæ, & primus Apoſtolorum.*
tus eſt, qua de cauſa etiam Dñi ore cogno-
minatus eſt Petrus, quia fuit primitiæ ele-
ctionis Domini, Apoſtolorum primus, cui
& primo Deus Pater Filium reuelauit, cui
& Chriſtus competenter beatitudinẽ con *Matth. 16.*
tulit, qui & vocatus eſt, & electus, & cõuiua
Domini, & comes effectus, tanquàm bonus
& probatiſsimus diſcipulus, qui obſcuriorẽ
mundi plagam Occidentis (velut omnium
potentior) illuminare præceptus eſt, quiq;
& integrè potuit implere præceptum. Sed
quouſq; ſermonem protraham, refugiens
indicare quod triſte eſt, quod quidem ne-
ceſſe eſt, licet tardè, proferre? Hic deniq;
ipſe Petrus, qui pro immenſa charitate quã
erga omnes homines gerebat, palàm cum
omni fiducia (aduerſante etiam tyranno to
tius mundi) bonum prædicare non deſtitit,

& Regem omnium ſeculorum per orbem terræ,& vſque ad ipſius Romanæ vrbis huius notitiam,vt etiam ipſa ſaluaretur, inuexit.Hic,inquam,pro pietate pati volēs,præſentem vitam finiuit.In ipſis autem diebus quibus vitæ finem ſibi imminere pręſenſit, in conuentu fratrū poſitus,apprehenſa manu mea repentè conſurgens,in auribus totius Eccleſiæ hæc protulit verba: Audite me fratres & conſerui mei,quoniam vt edoctus ſum ab eo qui miſit me,Dño & Magiſtro meo Ieſu Chriſto,dies mortis meæ inſtat,Clementem hunc , Epiſcopum vobis ordino,cui ſoli meæ prędicationis & doctrinæ Cathedram trado. Qui mihi ab initio vſque in finem comes in omnibus fuit, & per hoc veritatem totius meæ prædicationis agnouit. Qui in omnibus tentationibus meis ſocius extitit, fideliter perſeuerans. Quē præ cæteris expertus ſum,Deum colentem,homines diligentem,caſtum,diſcēdi ſtudijs deditum,ſobrium,benignum, iuſtum,patientem,& ſcientem ferre nonnullorum (etiam ex his qui in verbo Dei inſtituuntur)iniurias.Propter quod ipſi trado à Domino mihi traditam poteſtatem ligandi & ſoluendi,vt de omnibus quibuſcunq; decreuerit in terris,hoc decretū ſit & in cœlis.Ligabit enim,quod oportet ligari, & ſoluet quod expedit ſolui,tanquàm qui ad liquidum Eccleſiæ regulam nouerit . Ipſum ergò audite,ſcientes quia quicunq; contriſtauerit doctorem veritatis, peccat in Chriſtum,& Patrem omnium exacerbat Deū, propter quod & vita carebit.Ipſum autem qui præeſt cæteris oportet medici vicē agere,& non feræ beſtiæ furore commoueri.

Petrus D. Clementem Epiſcopū ordinat.

5 CAIVS ſcriptor antiquus, qui cum Zepherino Epiſcopo Romano aduerſùm Proculum quendam Cataphrygam diſputans , hæc de Apoſtolorum cõmemorat locis(*Referente Euſebio Eccleſiaſtica hiſtoria lib. 2.Cap.25.*)Ego,inquit,habeo trophæa Apoſtolorum,quæ oſtendam. Si enim procedas via regali,quæ ad Vaticanum ducit,aut via Oſtienſi,inuenies trophæa defixa , quibus ex vtraq; parte ſtatutis,Romana communitur Eccleſia.

Trophæis Petri et Pauli Romana Eccleſia communitur.

6 DIONYS. Corinth.Epiſcop.Epiſtola ad Romanos data.Sed & vos per talē doctrinam & cohortationem Romanæ & Corinthiæ Eccleſiæ,plantationem à Petro & Paulo conſitam, contemperaſtis. Ambo. enim & Corinthi apud nos verbum ſerentes,eadem docuerũt:& iſthic in Italia apud vos cũ eadē ſimul promulgaſſent ἐμαρτύρησαν κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν. eodem tempore martyrio ſunt perfuncti.

Pet. et Paulus Romæ docuerunt et paſſi ſũt.

7 EGESIPPVS lib. 3. de excidio Hieroſolymitano,Cap.2. Etant tunc temporis Romæ Petrus & Paulus Doctores Chriſtianorum,ſublimes operibus,&c. per totum caput.

Petrus & Paulus Romæ fuerint.

8 TERTVL. lib,de præſcript. hæreticorum. Vide ſup.lit.G.auth.2.

9 IDEM, lib.aduerſùs Gnoſticos,Scorpiacum,Cap.10. Nam & ſi adhuc clauſum putas cœlum,memento claues eius hic Dominum Petro,& per eum Eccleſiæ,reliquiſſe,quas hîc vnuſquiſq; interrogatus atque confeſſus feret ſecum.

Math. 16. Claues cæli per Petrum dedit Chriſtus Eccleſiæ.

10 ET Cap.15. Vitas Cæſarũ legimus, orientem fidem,Romæ primus Nero cruentauit. Tunc Petrus ab altero cingitur , cùm cruci aſtringitur. Tunc Paulus ciuitatis Romanæ conſequitur natiuitatem: cùm illic martyrij renaſcitur generoſitate.

Petrus & Paulus Romæ paſſi ſub Nerone. Ioan. 21. Act. 22.

11 CLEMENS Alexandrinus lib.7. Stromatum,circa finē. Nam Domini quæ fuit in aduentu doctrina,cùm cœpiſſet ab Auguſto,medio tempore Tiberij conſummatur:Apoſtolorum autem eius doctrina, vſque ad Pauli miniſterium, Neronis tempore conſummatur . Inferius autem circa tempora Adriani Imperatoris fuerunt qui hæreſes excogitarunt, & peruenerunt vſq; ad ætatem Antonini natu maioris,vt Baſilides,etiam ſi Glauciam ſibi adſcribat magiſtrum,vt ipſi gloriantur, qui fuit Petri interpres. Similiter autem fuit Pauli familiaris.Marcion enim cùm natus eſſet eâdem, qua ipſi ætate, verſabatur vt ſenex cum iunioribus.Poſtquem Simon Petrum audijt paululum prædicantem.

Chriſtus & Apoſtoli quo tempore docuerunt.

Hæretici quando cæperint.

Glaucias interpres Petri.

Simō Petrũ prædicãtem audiuit.

12 EVSEB. Cæſarien . Eccleſiaſticæ hiſtorię, lib. 2. Cap.14. Continuò in ipſis Claudij temporibus,clemētia Diuinæ prouidentiæ probatiſſimum omnium Apoſtolorum & Maximum,fidei magnificentia & virtutis merito primorum Principem Petrum, ad vrbem Romam , velut aduerſùm humani generis communem perniciem repugnaturum deducit, ducem quendam & magiſtrum militiæ ſuæ , ſcientem Diuina prælia gerere,& virtutum caſtra ductare. Ipſe adueniens ex Orientis partibus,vt cœleſtis quidam negociator, mercimonia Diuini luminis,ſi quis ſit comparare paratus, aduexit, & ſalutaris prædicationis verbo primus in vrbe Roma Euangelij ſui claui-

Petrus Apoſtolorum maximus & princeps Romæ docuit.

clauibus ianuam regni cœleſtis aperuit.

13 ET Cap.25. Igitur Nero vt apertum ſe hoſtem Diuinitatis, pietatiſq; profeſſus eſt ipſorum prius Apoſtolorũ (quippe qui duces,& ſigniferi erant in populo Dei) expetit neces. Et Paulum quidem capite in ipſa vrbe Roma, Petrum verò Crucis patibulo condemnat. Horum teſtimoniũ quærere extrinſecus ſuperfluum puto, cùm rē geſtam inſignia vſque in hodiernũ, & ſplēdidiſsima eorum monumenta teſtentur.

Petrum & Paulũ Romæ necat Nero.

14 HIERONIM.tom.1. In catalogo Scriptorũ Eccleſiaſticorum. Simō Petrus filius Ioãnis,prouinciæ Galilææ,vico Bethſaida,frater Andreæ Apoſtoli, & princeps Apoſtolorum,poſt Epiſcopatũ Antiochenſis Eccleſiæ,& prædicationem diſperſionis eorũ qui de circumciſione crediderāt in Pōto,Galatia,Cappadocia,Aſia,& Bithynia, ſecundo Claudij anno ad expugnādum Simonem magum Romam pergit, ibiq; viginti quinq; annis Cathedram ſacerdotalem tenuit vſque ad vltimum annum Neronis, id eſt,decimũquartũ.A quo & affixus Cruci,martyrio coronatus eſt, capite ad terrā verſo,& in ſublime pedibus eleuatis,aſſerēs ſe indignum vt ſic crucifigeretur, vt Dominus ſuus.

Petrus Princeps Apoſtolorum.

Petrus Romam venit contra Simonem magũ, & ibi paſſus eſt.

15 CYPRIA. lib.1.epiſt.3. Vide ſup. lit.G.auth.3.

16 AVGVST. tom. 7. Contra literas Petiliani,lib.1.Cap.51. Vide ſup.lit. G. authoritate.5.

17 IDEM tom.2.epiſt.91.&.93. Vide ſup.lit.G.auth.6.&.8.

18 IDEM. tom.2.epiſt.164. Vide ſup. lect.12.lit.M.auth.11.

19 AMBRO. tom.3.ſerm.66. de Natali SS.Apoſtolorum Petri & Pauli. Ergò B.Petrus & Paulus eminent inter vniuerſos Apoſtolos,& peculiari quadam prærogatiua præcellunt. Verùm inter ipſos quis cui præponatur,incertum eſt:puto enim illos æquales eſſe meritis, quia æquales ſunt paſſione,& ſimili eos fidei deuotione vixiſſe,quos ſimul videmus ad martyrij gloriā peruenisse. Non enim ſine cauſa factum putemus,quòd vna die,vno in loco, vnius tyranni tolerauere ſententiam. Vna die paſſi ſunt,vt ad Chriſtum pariter peruenirēt. Vno in loco,ne alteri Roma deeſſet. Sub vno perſecutore, vt æqualis crudelitas vtrunq; conſtringeret. Dies ergò pro merito,locus pro gloria,perſecutor decretus eſt pro virtute. Et in quo tandē loco martyriũ

Petrus & Paulus cæteros Apoſtolos præcellunt.

Incertum vter eorum maior.

Petrus & Paulus Romæ vno die necati ſunt.

pertulerunt?In vrbe Roma,quæ principatum & caput obtinet nationum,ſcilicet, vt vbi caput ſuperſtitionis erat, illic caput quieſceret ſanctitatis:& vbi Gentiliũ principes habitabant, illic Eccleſiarũ Principes morarentur.

20 OPTATVS Afer Mileuitanus, lib.2.Contra Donatiſtas.Probamus eã eſſe Eccleſiam Catholicam,quæ ſit in toto orbe terrarum diffuſa.Eius iam commemorāda ſunt ornamenta, & videndum vbi ſint quinque dotes,quas tu ſex eſſe dicis, inter quas Cathedra eſt prima: vbi niſi ſederit Epiſcopus,coniungi altera dos non poterit, qui eſt anulus. Videndum eſt, qui & vbi prior Cathedra ſederit. Si ignoras,diſce: ſi noſti,erubeſce. Ignorantia tibi adſcribi nō poteſt. Reſtat ergò vt noueris. Scientem errare,peccatum eſt.Nã ignorantibus nonnunquam ſolet ignoſci.Igitur negare nō potes, ſcire te in vrbe Roma Petro primò Cathedram Epiſcopalem eſſe collatam, in qua ſederit omnium Apoſtolorũ caput Petrus, vnde & Cephas appellatus eſt. In quo vna Cathedra,vnitas ab omnibus ſeruaretur,ne cæteri Apoſtoli ſingulas ſibi quiſq; defenderent:vt tam ſchiſmaticus & peccator eſſet,qui contra ſingularem Cathedram,alteram collocaret.Ergò Cathedra vnica, quæ eſt prima de dotibus,ſedit prior Petrus:cui ſucceſsit Linus:Lino ſucceſsit Clemēs, Clementi Anacletus,&c.Iulio Liberius, Liberio Damaſus, Damaſo Siricius hodie, qui noſter eſt ſocius,cum quo nobis totus orbis commercio formatarum in vna communionis ſocietate concordant. Veſtræ Cathedrę vos originem reddite,qui vultis vobis ſanctam Eccleſiam vendicare.

Eccleſia Catholica quę ſit, & quæ eius dotes primaria.

Petro primò Epiſcopalis Cathedra Romæ collata.

Petrus caput Apoſtolorũ.

Succeſsio Romanorũ Pontificum.

21 NICEPHORVS Eccleſiaſt. hiſto.lib.2.Cap.36.Itaque Nero Apoſtolis infenſus,planum Simonē,ipſe quoq; planus, eſt amplexus.Cùm igitur Petrus, Simoni reſiſtens,cum eo ſæpe conflictatus eſſet, tumorq; impietatis in malefico illo ſupra modum excreuiſſet,poſtremò quàm licentioſiſsimè in conſpectu omnium Romæ ad Petrum,Tu verò quid ais? inquit: proptereà ne Chriſtus tuus magnus eſt, quòd à terra cœlos conſcendit? Quin & mihi id facere procliue eſt. Et cōfeſtim manibus extenſis,ſurſum verſùm,dæmonibus eum,quibus ſe permiſerat,ducentibus,ferebatur. Petrus autem admodùm anxius eſſe, & cum Deo in corde per precationē colloqui: & tādem ſpiritu plenus, poteſtates illas quæ nefariũ hominem

Simoni mago addictꝰ Nero.

Simonis magi cũ Petro Romæ conflictus.

Petri oratione corruit Simon magus.

hominem in ſublime attollebant, increpare,& vt ab eo diſcederent, iubere. At ille ſtatim,præceps deorſùm verſùm fertur,& humi alliſus,mortuuſq; rumpitur.Ibi ex populo qui anteà Simonem Diuinos vſurpantem honores laudibus celebrauerant, ſubitò ita proſtratum videntes,laudeſq; priſtinas per palinodiam recantãtes,ingenti claraq; voce, Vnus eſt magnus Deus, acclamant,quem Petrus & Paulus apertè prædicant.Locus ſanè ipſe, in quem luctuoſum hoc ſpectaculum incidit,ad hodiernum vſque diem, Simonium vocatur, etiamnùm Simonis Antichriſti perniciem & interitũ declarans.Et erant ibi nonnulli, qui eum reuicturum eſſe opinarentur, & ob id diutius in publico iacuit. Cæterùm vbi iam cadauer diffluere, malèq; olêre cœpit,re deſperata,in occultis eum ſepeliere locis. Nero autem certior factus,à Petro & Paulo Simonem peremptum eſſe, Petrum quidem pedibus ſurſùm verſùm ſublatis(nam id ita petierat: ſimul quòd ſe indiguum reputaret,qui itidem vt Magiſter ſuuus, recto corporis ſtatu pateretur:ſimul vt leuior expeditiorq; ei in cœlum eſſet curſus) in crucẽ egit. Paulũ verò gladio feriẽs occîdit,eodẽ tẽpore,eodemq; die. Sepulti autem ſunt in Oſtiẽſi,quæ dicitur,via,trigeſimo & ſeptimo poſt ſalutiferã Chriſti paſsionẽ anno.

Populus Romanus agnoſcit Deũ.

Petrus & Paulus Romę martyrio coronantur.

LECTIO XV.

DOCTOR.

HABEMVS iam articulum in ordine vndecimum, De carnis Reſurrectione.

ADOLESCENS.

Habemus:& eum quidem magnę conſolationis & ſpei, illis qui corpus hoc fragile & caducum Diuino ſeruitio mancipant, & hęc terrena moribundaq; membra,iuſtitię atque virtuti quotidie mactant. Hęc enim vna illis eſt ratio ęternitatis ſperandę, & ſtimulus quidam grauis ad puritatem & caſtimoniam eius corporis tanquàm pretioſi cuiuſdam [a] vaſis retinendam,quod beatę aliquando ac prędulgentis animę veluti beatus ac pręfulgens denuò theſaurus eſſe debet.

a Roma.6. 1.Theſ.4.Iuſti. Apolo. 1.& .2.& dialo.cont. Tripho.et quęſt.cont.Gent.85.Clem. Alexand.lib.5.Stro.

DOCTOR.

At improbi homines ęquè'ne ac iuſti reſurgent?

ADOLESCENS.

Planè: iuſti quidem vt perpetua ęternitate perfruantur: improbi verò vt ſemper tormentis crucientur, [b] vnuſquiſq; enim referet prout geſsit in corpore ſuo, ſiue bonum ſiue malum.

b Math.25. Ioann.5.& .11. 2.Cor.5. 1.Theſ.4. Galat.6. Auguſt.de ciuit. lib. 10.c.6. &.15.& lib.11.c.11.& lib. 4.de Trinit.c.18.

DOCTOR

Cedo iam poſtremum articulum.

ADO-

ADOLESCENS.

Vitam æternam, Amen.

DOCTOR.

Cedo quoq; eius ſenſum ac explicationem.

ADOLESCENS.

Hîc eſt laborum omniũ noſtrorum [e] præmium ac terminus, hîc ea quam expectamus ſummi illius boni iucundiſsima fruitio, vita nimirùm æterna, quam ſanè vnam omnes ſperare, ad eamq; niti & contendere magnoperè debemus. Si enim omnibus ſingulatè mortalibus hac ipſa in terris vita, qualiſcunq; ea ſit, nihil eſt præſtãtius, quantò ea porrò præferenda magis quæ perpetuis momentis ac æternùm in cœlo eſt duratura?

DOCTOR.

Sed quibus tandem hæc beatitudo ac æternitas cedet?

ADOLESCENS.

Ijs ſanè qui & legi (de qua poſteà) parent, & actionibus ſanctè & [d] gnauiter incumbunt, illis præſertim quæ Euangelicis libris diſertè continentur, quarum ſingulis præmia quædam certa conſtituta ſunt, & tanquàm ius quoddam cœleſtis hæreditatis adeundæ propoſitum.

DOCTOR.

Ecquæ ſunt illæ tandem?

ADOLESCENS.

Quæ octo tãquã axiomatibus illis deſcribuntur [e] quas octo beatitudines vulgò nominamus, ac in hunc modum recenſemus. Pauperes enim ſpiritu beatos [f] dicimus, quoniã ipſorũ eſt regnũ cœlorũ. Beatos quoq; mites, [g] quòd ipſi terrã ſint poſſeſſuri. Lugentes, [h] quia conſolationem accipient. Siti ac fame iuſtitiæ [i] oppreſſos, quòd aliquando ſint explẽdi. Miſericordes, eò quòd miſericordiã ſint [k] cõſecuturi. Mundo etiã corde præditos, [l] quia Deũ illi videbunt. Pacificos, [m] erunt enim filij Dei, atq; adeò vocabuntur. Perſecutionem deniq; patientes propter iuſtitiam, [n] quòd eorum quoq; ſit regnum cœlorum.

e Matth. 19. Ioan. 17. Rom. 6. Ephef. 1. 1. Tim. 3. Tit. 1. et. 3. Coloſ. 3. 1. Ioan. 1. 4. & 5. 1. Pet. 1. 1. Pet. 1. Apocal. 1.

d Ioan. 14. Matth. 3. 16. & 22. Chryſoſt. in Matt hom. 15. Theophyl. in Luc. 18. Aug. de ſerm. Dom. in mon. lib. 1. c. 9.

e Matt. 5. Luca. 6. 1. Petr. 1. Iacob. 1. 2.

f 1. Cor. 1. Iacob. 1. 2. Reg. 11. Prou. 11. & 14.

g Num. 11. Pſal. 37. Matth. 11.

h Ioan. 16. 1. Cor. 6. Iacob. 5.

i Oſe. 6. Luc. 1. 1. Reg. 1.

K Oſea. 6. Prou. 11. & 11. Ephef. 4. Coloſ. 3. Matth. 11. & 13. Luc. 11. 2. Reg. 15. & 10. 1. Reg. 10. Iacob. 1.

l Pſalm. 23. & 50. Matth. 13. Ioan. 15. 1. Tim. 2.

m Pſal. 119. Matt. 10. Ioã. 14 1. Cor. 14. Rom. 12. 1. Tim. 1 1. The. 5.

n 1. Petr. 3. Hebr. 13.

AVTHORIT. SCRIP.

A AD ROM.Cap.6. Humanum dico, propter infirmitatem carnis veſtræ. Sicut enim exhibuiſtis mēbra veſtra ſerui re immunditiæ & iniquitati,ad iniquitatē: ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ,in ſanctificationem.

PRIOR. ad Theſſalo. Cap.4. Hæc enim voluntas Dei,ſanctificatio veſtra: vt abſtineatis vos à fornicatione,vt ſciat vnuſquiſque veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore:non in paſſione deſyderij,ſicut & gentes quæ ignorant Deū. Et ne quis ſupergrediatur; neque circunueniat in negotio fratrem ſuum: quoniam vindex eſt Dominus de his omnibus.

B MATTH. Cap.25. Vide ſup. lect.9. litera.A.

IOAN. Cap.5. Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumentis ſunt,audient vocē Filij Dei,& procedent qui bona fecerunt in reſurrectionē vitæ:qui verò mala egerūt, in reſurrectionem iudicij.

ET Cap.11. Dixit ei Ieſus,Ego ſum reſurrectio & vita:qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit,viuet:& omnis qui viuit, & credit in me,non morietur in æternum.

POSTE. ad Corinth.Cap.5.Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq; propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum.

PRIOR. ad Theſſal. Cap. 4. Vide ſup.lit.A.

AD GALAT. Cap.6. Nolite errare:Deus non irridetur. Quæ enim ſeminauerit homo:hæc & metet.Quoniam qui ſeminat in carne ſua,de carne & metet corruptionem: qui autē ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam.

C MATTH. Cap.19. Et ecce vnus accedens,ait illi,Magiſter bone,quid boni faciam vt habeam vitam æternam? Qui dixit ei,Quid me interrogas de bono? Vnus eſt bonus,Deus. Si autem vis ad vitam ingredi,ſerua mandata.Dicit illi,Quæ? Ieſus autem dixit,Non homicidiū facies,Non adulterabis,Non facies furtum,Non falſum teſtimonium dices,Honora patrem tuum & matrem tuam,Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dicit illi adoleſcens, Omnia hæc cuſtodiui à iuuentute mea: quid adhuc mihi deeſt? Ait illi Ieſus, Si vis perfectus eſſe,vade,vēde omnia quæ habes,& da pauperibus, & habebis theſaurū in cœlo:& veni, ſequere me. *Et mox.* Et omnis qui reliquerit domū,vel fratres,aut ſorores,aut patrem,aut matrem,aut vxorē,aut filios, aut agros propter nomen meum:centuplum accipiet,& vitam æternam poſſidebit.

IOAN. Cap.17. Hæc locutus eſt Ieſus:& ſubleuatis oculis in cœlum,dixit, Pater,venit hora,clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet te: ſicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis, vt,omne quod dediſti ei,det eis vitam æternam. Hæc eſt autem vita æterna,vt cognoſcant te, ſolum Deum verum,& quem miſiſti Ieſum Chriſtum.

AD ROM. Cap.6.Nunc verò liberati à peccato,ſerui autem facti Deo,habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, ſinem verò vitam æternam. Stipendia enim peccati,mors.Gratia autem Dei,vita æterna in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

AD EPHE. Cap.1.Propterea & ego audiens fidem veſtram quæ eſt in Domino Ieſu,& dilectionem in omnes ſanctos: non ceſſo gratias agens pro vobis, memoriā veſtri faciens in orationibus meis, vt Deus, Domini noſtri Ieſu Chriſti Pater, gloriæ, det vobis Spiritum ſapientiæ & reuelationis, in agnitione eius, illuminatos oculos cordis veſtri,vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis.

POSTE. ad Timoth.Cap.2. Ideò omnia ſuſtineo propter electos: vt & ipſi ſalutem conſequantur,quæ eſt in Chriſto Ieſu cum gloria cœleſti. Fidelis ſermo. Nam ſi commortui ſumus:& conuiuemus. Si ſuſtinebimus:& conregnabimus.

AD TITVM Cap.2. Vide ſuprà, lect.11.lit.E.

ET Cap.3. Vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecūdùm ſpem,vitæ æternæ.

AD COLOS. Cap. 3. Igitur ſi cōſurrexiſtis cum Chriſto: quæ ſurſum ſunt, quærite: vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens, quæ ſurſum ſunt, ſapite: non quæ ſuper terram. Mortui enim eſtis: & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.

PRIM. Ioan. Cap.2. Et hæc eſt repromiſſio quam ipſe pollicitus eſt nobis vitam æternam.

ET Cap. 4. In hoc apparuit charitas Dei in nobis,quoniam Filium ſuum vnigenitum miſit Deus in mundum, vt viuamus per eum.

ET Cap.5. Et hoc eſt teſtimoniũ, quoniam vitam ęternam dedit nobis Deus. Et hæc vita in Filio eius eſt. Qui habet Filiũ, habet vitam: qui non habet Filium Dei, vitam non habet.

PRIO. Petri, Cap.1. Vide ſup. lect. 14. litera. E.

ET POSTER. Cap. 5. Per quem maxima & precioſa nobis promiſſa donauit: vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ, fugientes eius quæ in mundo eſt, concupiſcentiæ corruptionem.

APOCALYP. Cap. 2. Qui habet aurẽ, audiat quid Spiritus dicat Eccleſijs, Vincẽti dabo edere de ligno vitæ quod eſt in paradiſo Dei mei.

D IOAN. Cap.14. Qui habet mandata mea, & ſeruat ea: ille eſt qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. Dicit ei Iudas, non ille Iſcariotes, Domine, quid factum eſt, quia manifeſtaturus es nobis teipſum, & non mundo? Reſpondit Ieſus, & dixit ei, Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eũ veniemus & manſionẽ apud eum faciemus.

MATTH. Cap.3. Facite ergò fructũ dignum pœnitentiæ. Et ne velitis dicere intra vos, Patrẽ habemus Abrahã. Dico enim vobis quoniam potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Iam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergò arbor quæ nõ facit fructum bonũ, excidetur, & in ignem mittetur. Ego quidẽ baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem poſt me venturus eſt (fortior me eſt, cuius non ſum dignus calceamẽta portare) ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto & igni. Cuius ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam: & congregabit triticum ſuum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili.

ET Cap.16. Tunc Ieſus dixit diſcipulis ſuis, Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuam, & ſequatur me: Qui enim voluerit animã ſuã ſaluã facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuã propter me, inueniet eã. Quid enim prodeſt homini, ſi vniuerſum mundũ lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo cõmutationẽ pro anima ſua? Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cũ Angelis ſuis: & tũc reddet vnicuiq; ſecundùm opera eius.

ET Cap.22. Et interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum, Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege? Ait illi Ieſus, Diliges Dñm Deum tuũ ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt maximum & primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic, Diliges proximũ tuum ſicut teipſum. In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet & Prophetæ.

E MATTH. Cap.5. Videns autem Ieſus turbas, aſcendit in montem: & cùm ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, & aperiens os ſuum docebat eos, dicens, Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorũ eſt regnũ cœlorum. Beati mites: quoniã ipſi poſsidebunt terram. Beati qui lugent: quoniã ipſi conſolabuntur. Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Beati mundi corde: quoniam ipſi Deum videbunt. Beati pacifici: quoniã filij Dei vocabuntur. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

LVCÆ. Cap. 6. Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos ſuos dicebat, Beati pauperes: quia veſtrum eſt regnum Dei. Beati qui nunc eſuritis: quia ſaturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cùm vos oderint homines, & cùm ſeparauerint vos, & exprobauerint, & eiecerint nomen veſtrum tanquàm malum: propter filium hominis. Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces veſtra multa eſt in cœlo.

PRIOR. Petri Cap.2. Hæc eſt enim gratia ſi propter Dei cõſcientiam ſuſtinet quis triſtitias, patiens iniuſtè. Quæ enim eſt gloria: ſi peccantes, & colaphizati ſuffertis? Sed ſi bene facientes, patienter ſuſtinetis: hæc eſt gratia apud Deum.

IACOB. Cap.1. Beatus vir qui ſuffert tentationem: quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitę, quam repromiſit Deus diligentibus ſe.

ET Cap.5. Patientes igitur eſtote fratres, vſq; ad aduentum Dñi. Ecce, agricola expectat precioſum fructũ terrę: patiẽter ferens donec accipiat temporaneũ & ſerotinum. Patientes eſtote & vos, & confirmate corda veſtra: quoniã aduẽtus Dñi appropinquabit. Nolite ingemiſcere fratres in alterutrũ: vt nõ iudicemini. Ecce, Iudex ante ianuã aſsiſtit. Exẽplũ accipite fratres laboris

& patientiæ, Prophetas: qui locuti ſunt in nomine Domini. Ecce beatificamus eos qui ſuſtinuerunt. Suffet ẽtiam Iob audiſtis, & finem Domini vidiſtis, quoniam miſericors Dominus eſt & miſerator.

F PRIO. ad Corint. Cap. 1. Gratias ago Deo meo ſemper pro vobis in gratia Dei quæ data eſt vobis in Christo Ieſu: quòd in omnibus diuites ſacti eſtis in illo, in omni verbo, & in omni ſcientia, (ſicut teſtimonium Chriſti confirmatum eſt in vobis) ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia, expectãtibus reuelationem Dñi noſtri Ieſu Chriſti.

IACO. Cap. 2. Audite fratres mei dilectiſsimi: non'ne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni quod repromiſit Deus diligẽtibus ſe?

2. REG. Cap. 21. Dixit ergo Dauid ad Gabaonitas, Quid faciam vobis? Et quod erit veſtri piaculum, vt benedicatis hæreditati Domini? Dixeruntq; ei Gabaonitæ, I Non eſt nobis ſuper argento & auro quæſtio, ſed contra Saul, & contra domũ eius: neque volumus vt interficiatur homo de Iſraël.

PROVERB. Cap. 12. Melior eſt pauper & ſufficiens ſibi, quàm glorioſus & indigens pane.

ET Cap. 15. Melius eſt parum cum timore Domini, quàm theſauri magni & inſatiabiles.

G NVMER. Cap. 12. Erat Moyſes vir mitiſsimus ſuper omnes homines qui morabantur in terra.

PSAL. 37. Ego autem tãquàm ſurdus non audiebam: & ſicut mutus non aperiẽs K os ſuum. Et factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones.

MATT. Cap. 11. Tollite iugum meũ ſuper vos, & diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde: & inuenietis requiẽ animabus veſtris.

H IOAN. Cap. 16. Amen, amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Mulier cùm parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius: cùm autẽ peperit puerum: iam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Et vos igitur, nunc quidem triſtitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum: & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.

POSTER. ad Corint. Cap. 6. In omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſsitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in Spiritu ſancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famã: vt ſeductores, & veraces: ſicut qui ignoti, & cogniti: quaſi morientes, & ecce viuimus: vt caſtigati, & non mortificati: quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes: ſicut egentes, multos autem locupletantes: tanquàm nihil habentes, & omnia poſsidentes.

IACOB. Cap. 5. Agite nunc diuites, plorate, vlulantes in miſerijs veſtris quę aduenient vobis. *Et vide ſup. lit.* E.

OSE. Cap. 6. In tribulatione ſua manè conſurgent ad me, venite, & reuertamur ad Dominũ: quia ipſe cœpit, & ſanabit nos: percutiet, & curabit nos:

LVC. Cap. 2. Et ecce: homo erat in Hieruſalem, cui nomen Simeõ, & homo iſte iuſtus & timoratus, expectans conſolationem Iſraël: & Spiritus ſanctus erat in eo. Et reſpõſum acceperat à Spiritu ſancto, non viſurum ſe mortem, niſi prius videret Chriſtum Domini.

PRIMI Reg. Cap. 2. Repleti prius, pro panibus ſe locauerunt: & famelici ſaturati ſunt, donec ſterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios, infirmata eſt.

OSE. Cap. 6. Quia miſericordiam volui, & non ſacrificium: & ſcientiã Dei plus quàm holocauſta.

PROVER. Cap. 21. Facere miſericordiam & iudiciũ, magis placet Domino, quàm victimæ.

ET Cap. 22. Qui pronus eſt ad miſericordiam, benedicetur: de panibus enim ſuis dedit pauperi.

AD EPHE. Cap. 4. Eſtote autẽ inuicẽ benigni, miſericordes, donantes inuicẽ ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis.

AD COLO. Cap. 3. Induite vos ergò ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti viſcera miſericordiæ.

MATT. Cap. 12. Si autẽ ſciretis quid eſt, Miſericordiam volo, & non ſacrificium: nunquàm condemnaſſetis innocentes.

ET Cap. 23. Væ vobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ: quia decimatis mentam &

ane-

anethũ & cyminũ, & reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis, iudicium, & miſericordiã, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere.

LVCÆ Cap. 11. Veruntamen quod ſupereſt, date eleemoſynam: & ecce omnia munda ſunt vobis. Sed væ vobis Phariſæis, quia decimatis mentam & rutam & omne olus: & præteritis iudicium & charitatem Dei. Hæc autem oportuit facere, & illa non omittere.

PRIMI Reg. Cap. 15. Dixitq; Saul Cynæo, Abite, recedite, atque diſcedite ab Amalec: ne fortè inuoluam te cum eo. Tu enim feciſti miſericordiam cum omnibus filijs Iſraël, cùm aſcenderent de Ægypto.

ET Cap. 20. Fac ergò miſericordiã in ſeruum tuum: quia fœdus Domini me famulum tuum tecum inire feciſti. ET. Et ſi vixero, facies mihi miſericordiam Domini: ſi verò mortuus fuero, non auferes miſericordiam tuam à domo mea vſq; in ſempiternum.

2 REGVM Cap. 10. Dixitq; Dauid, Faciam miſericordiam cum Hanon filio Naas, ſicut fecit pater eius mecum miſericordiam.

IACOB. Cap. 2. Iudicium enim ſine miſericordia illi qui nõ fecit miſericordiã. Superexaltat autẽ miſericordia iudicium.

L PSAL. 23. Quis aſcendet in montem Dñi? aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo. Hic accipiet benedictionem à Domino, & miſericordiã à Deo ſalutari ſuo.

ET. 50. Cor mundũ crea in me Deus, & Spiritũ rectũ innoua in viſceribus meis.

MATTH. Cap. 23. Væ vobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ: quia mũdatis quod deforis eſt calicis & paropſidis: intus autẽ pleni eſtis rapina & immũditia. Phariſæe cæce, mũda prius quod intus eſt, calicis, & paropſidis, vt fiat quod deforis eſt, mundũ.

IOAN. Cap. 15. Iã vos mũdi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis.

POST. ad Timoth. Cap. 2. Si quis ergò emũdauerit ſe ab iſtis: erit vas in honorẽ ſanctificatum & vtile Dño, ad omne opus bonum paratum.

M PSAL. 119. Cũ his qui oderunt pacẽ, eram pacificus: cùm loquebar illis, impugnabant me gratis.

MATT. Cap. 10. Intrantes autem in domum, ſalutate eã, dicentes, Pax huic domui. Et ſiquidem fuerit domus illa digna, veniet pax veſtra ſuper eã, ſi autẽ nõ fuerit digna, pax veſtra reuertetur ad vos.

IOAN. Cap. 14. Pacẽ relinquo vobis, pacem meam do vobis: nõ quomodò mundus dat, ego do vobis.

PRIOR. ad Corinth. Cap. 14. Non enim eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis: ſicut & in omnibus Eccleſijs Sanctorum doceo.

AD ROMA. Cap. 12. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cũ omnibus hominibus pacem habẽtes. Non voſmetipſos defendẽtes chariſſimi, ſed date locum iræ. Scriptũ eſt enim, Mihi vindictam, & ego retribuã, dicit Dominus.

POST. ad Timoth. Cap. 2. Seruũ autẽ Dñi nõ oportet litigare: ſed mãſuetũ eſſe ad omnes, docibilẽ, patientem, cum modeſtia corripientem eos qui reſiſtunt veritati.

PRIO. ad Theſſ. Cap. 5. Rogamus autem vos fratres, vt noueritis eos qui laborãt inter vos, & pręſunt vobis in Dño, & monẽt vos: vt habeatis illos abundãtius in charitate propter opus illorũ. Pacẽ habete cũ eis.

N PRIO. Petri, Cap. 3. Sed & ſi quid patimini propter iuſtitiam: beati.

AD HEB. Cap. 13. Propter quod & Ieſus, vt ſanctificaret per ſuũ ſanguinẽ populũ, extra portã paſſus eſt. Exeamus igitur ad eum extra caſtra: improperium eius portantes.

AVTHORIT. PATR.

A 1 IVSTI. Apolog. 1. Pro Chriſtianis. Ita conſtat quòd quiſquis fugit res pulchras in ſpeciem, tractans duras & tetricas, felicitatem adipiſcitur. Nam vitium prætexit ſuis actionibus honeſtatem virtutis, imitans duntaxat quædam corruptibilia, (nihil enim incorruptũ habet, aut poteſt facere) & ſic ſubigit homines humiles, perſona ſumpta pro virtute ſe oſtentans. Attamen qui vera bona intelligunt, incorrupti propter virtutẽ ſunt, vt Chriſtiani & qui vitam degunt in exercitijs, quales poëtæ celebrãt conſecratos vulgi exiſtimatione. Itaq; vel ideò quia mortẽ cõtẽnimus, licet de nobis bene ſentire. Nam & ipſe quando Platonica doctrina delectabar, cùm audirem, calumnijs Chriſtianos appeti, nec mortem horrentes, nec aliud quicquam cæteris terribile, cogitabam eſſe impoſſibile tales vitijs ſeruire ac voluptatibus. Quis enim voluptati deditus, aut intemperans,

Vitium ſæpe tegitur virtutis pallio.

Voluptates ſpernendæ ſpe futuræ felicitatis.

aut ſuauiter veſcens humanis viſceribus, poſſet morte gaudere, vt priuetur ſuis delitijs? ac non potius conaretur perpetuò hic viuere, & Magiſtratus fallere?

Mortua corpora reſurgent.

2 E T Apologia, 2. Nos, eodē modo quo illos, probare: qui non minus, atq; adeò magis Deo quàm illi ipſi, credamus, quique mortuos, & quæ in terra inhumantur, iterū corpora ſua accepturа ſperemus, quòd nihil eſſe quod Deus non poſsit efficere, cenſeamus & aſſeueremus. Quin rem diligentius conſideranti hoc multo magis incredibile videatur, ſi in corpore non eſſemus, & aliquis diceret, ex parua quadam humani ſeminis gutta, oſſa, neruos, & carnes depicta ea ſpecie & figura quam videmus, poſſe fieri. Eſto enim nobis ex hypotheſi dictū. Si quis vobis cùm tales non eſſetis, nec ex talibus, diceret, monſtrato humano ſemine, pictaq; imagine, ex tali re hominem poſſe fieri, num crederetis antequàm aſpectus fidem faceret? nemo quidē auſit repugnare. Eodem igitur modo, quòd nondum mortuū excitatum vidiſtis, increduli eſtis. Sed quē admodùm primùm tales ex parua gutta poſſe fieri non crederetis, & fieri cernitis: ſic cogitate fieri poſſe vt hominū corpora diſſoluta, atque ſeminum inſtar in terra diſſoluta, conſtituto à Deo tempore excitentur, adipiſcanturq; immortalitatem.

Gen. 49.

Omnia toleranda ſpe futurorum bonorum.

3 I D E M, Dialogo cū Triphone. Illud autem, Deligans ad vitem pullum ſuū, &c. Et operum quæ ab eo in priore aduentu effecta ſunt, & gentiū quæ ei crediturae ſunt, ſignificatio eſt. Hæ enim pulli laſciuientis & qui iugū in ceruice ſua non haberet, ſpeciem præ ſe tulerunt, quoad Chriſtus hic venit, qui miſsis diſcipulis ſuis eas docuit, ita vt accepto verbi eius iugo, dorſum ac tergum ſuppoſuerint ad perferenda omnia, ijs ductæ bonis, quæ & expectantur, & ab eo promiſſa ſunt. *Et longè pòſt.* Illud etiam perſpicuū eſt, non eſſe in toto orbe qui terreat, & in ſeruitutem abducat eos qui in Ieſum crediderunt: præſertim cùm perſpicuū ſit nos qui ſecuri ferimur, & in crucem agimur, obijcimurq; beſtijs, in vincula, & in ignē conijcimur, cæteriſq; tormētis, ſupplicijſq; omnibus afficimur, à profeſsione nō deſciſcere, ſed quò acriora hęc ſupplicia adhibita fuerint, eò plures alij fidi & pij Ieſu nomine cōparātur. *Et poſt pauca.* Ille (*ſcilicet Ioſue.*) hæreditatem quæ ad tempus duraret, eis dedit, quòd nec Chriſtus Deus eſſet, nec Dei Filius: Hic autem poſt ſanctā Reſurrectionem, æternā nobis dabit poſſeſsionem.

perfecta reſurrectio, quæ ſit.

4 I D E M, quæſt. 85. ad Orthodoxos. Si perfectam reſurrectionē reſurgentiū hominum vocamus, cùm animæ remigrant in eorum corpora, non dubiū eſt quin omnes, & qui reſurrexerunt, & qui ſuſcitādi ſunt à Dño, perfecti reſurrexerint. Fieri enim nō poteſt mortuorum reſurrectio, quin anima migret in ſuū corpus. Siue igitur dicant Diuinæ literæ aliquē reſurrexiſſe ex mortuis, ſiue corpora reſurrexiſſe ex mortuis, oportet nos vtraque locutione perfectā reſurrectionē intelligere, quæ fit dum corpori redditur anima. Ac quemadmodùm dicunt Diuinæ literæ: Qui ſuſcitauit Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum ex mortuis, viuificabit animas & corpora noſtra: nec imperfectam dicunt reſurrectionem, nec ſpectri ſuſpitionē prębent, ſed perfectam reſurrectionis fidē: ſic & cùm dicunt: Surrexerūt ex mortuis multa corpora Sanctorum, qui obdormiuerant: perfectam dicunt reſurrectionem. *Rom. 8.* *Matt. 27.*

Stoici, de mundi conflagratione, & animarū permanſione, tractant.

5 C L E M E N S Alexandr. lib. 5. Stromatum. Ei conſimilia decreta ferunt etiam Stoicorū doctiſsimi, tractantes & de cōflagratione, & mundi adminiſtratione, & de mundo qui eſt ęternè qualis, & de homine, & de animarū noſtrarū permanſione. Rurſus autem Plato quoq; in ſeptimo de Republica, eum qui eſt hîc diem, nocturnum appellauit, propter mūdi principes, vt ſentio, harum tenebrarū. Somnum autē & mortē, animæ deſcenſum in corpus, eo modo quo Heraclitus. Nunquid autem de Seruatore hoc prædixit Spiritus, dicens per Dauid, Ego dormiui, & ſoporatus ſum, excitatus ſum, quoniam Dominus me ſuſcipiet? Nō ſolā enim Chriſti reſurrectionē, ex ſomno excitationē, ſed etiā Dñi in carnem deſcenſum, ſomnū vocat allegoricè. Iam verò idē Seruator pręcipit, Vigilare: perinde ac ſi diceret, Meditemini viuere, & tentetis ſeparare animam à corpore. *Ephe. 5.* *Pſalm. 3.* *Somnus quid ſignificet.* *Matth. 25.*

Qui pertineāt ad primam, & qui ad ſecundā reſurrectionem.

B 1 A V G V S. tom. 5. De Ciuit. Dei lib. 20. Cap. 6. Ad hanc. n. primā (*reſurrectionē*) nō pertinēt niſi qui beati erūt in æternū: ad ſecundā verò, de qua mox locuturus eſt, & beatos pertinere docebit, & miſeros. Iſta eſt miſericordiæ, illa iudicij. Propter quod in pſalmo ſcriptum eſt: Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. De quo iudicio conſequenter adiunxit, atque ait: Et poteſtatem dedit ei iudiciū facere, quia filius hominis eſt. Hic oſtendit, quod in ea *Pſal. 100.*

carne

carne veniet iudicaturus,in qua venerat iu dicandus.Ad hoc enim ait, Quia filius hominis eſt.Ac deinde ſubiungens vnde agi- *Ibidem.* mus:Nolite,inquit,mirari hoc: quia veniet hora,in qua omnes qui in monumẽtis ſunt, audient vocem Filij Dei:& procedent, qui bona fecerunt,in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt,in reſurrectionem iudicij.Hoc eſt illud iudicium quod paulò antè,ſicut nunc,pro damnatione poſuerat, dicens:Qui Verbum meum audit, & credit *Ibidem.* ei qui miſit me,habet vitam æternam:& in iudicium non venit, ſed tranſit à morte in vitam,id eſt.pertinendo ad primam reſurrectionem,qua nunc tranſitur à morte animarum ad vitam virtutum, in damnationẽ non veniet quam ſignificauit appellatione iudicij:ſicut etiam in hoc loco,vbi ait: Qui verò mala egerunt,in reſurrectionem iudicij,id eſt,damnationis. Reſurgat ergò in prima, qui non vult in ſecunda reſurrectione damnari. Venit ergò hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocem Filij Dei,& qui audierint,viuent,id eſt, in damnationẽ non venient, quæ ſecunda mors dicitur: in quam mortem,poſt ſecundam,quæ corporum futura eſt,reſurrectionem, præcipitabuntur,qui in prima,quæ animarũ eſt, non reſurgunt. Veniet enim hora: vbi non ait, Et nunc eſt:quia in fine ſeculi erit, hoc eſt, in vltimo & maximo iudicio Dei, quando omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem eius,& procedent.Non dixit,quemadmodum in prima:Et qui audierint, viuent. Non enim omnes viuẽt,ea ſcilicet vita,quæ quoniã beata eſt,ſola vita dicenda eſt.Nam vtiq; ſine qualicunq; vita non poſſent audire,& de monumentis reſurgente carne procedere.Quare autẽ nõ omnes viuent, in eo quod ſequitur,docet:Qui bona, inquit, fecerũt,in reſurrectionẽ vitę,hi ſũt qui viuẽt: qui verò mala egerũt,in reſurrectionẽ iudicij, hi ſunt qui nõ viuẽt:quia ſecũda morte morientur.Mala quippe egerunt,quoniã malè vixerunt:malè autẽ vixerunt,quia in prima,quæ nunc eſt animarum reſurrectione non reuixerunt,aut in eo quod reuixerãt, non in finem vſque manſerunt. Sicut ergò duæ ſunt regenerationes,de quibus iam ſuprà locutus ſum:vna ſecundùm fidem, quæ nunc fit per baptiſmum:alia ſecundùm carnem,quæ fiet in eius incorruptione atque immortalitate,per iudicium magnum atq; nouiſsimũ: ita ſunt & reſurrectiones duæ, vna prima,quæ nunc eſt, animarum, quæ venire non permittit in mortẽ ſecundam. Alia ſecunda quæ nunc non eſt, ſed in ſeculi fine futura eſt:nec animarum,ſed corporum eſt,quę per vltimum iudicium alios mittet in ſecundam mortem, alios in eam vitam,quæ non habet mortem.

2 ET Cap.15.Hos ergò mortuos exhibuit mare,qui in eo erant, id eſt, exhibuit homines hoc ſeculum,quicunq; in eo erãt, qui nondũ obierant. Et mors, & infernus, *Apoca. 20.* inquit,reddiderunt mortuos, quos in ſe habebant.Mare exhibuit, quia ſicut inuenti *Reſurrectio bonorum et malorum.* ſunt,affuerunt.Mors verò & infernus reddiderunt,quoniam vitæ, de qua iam exierant,reuocauerunt.Nec fruſtra fortaſſe nõ ſatis fuit,vt diceret:mors,aut infernus, ſed vtrunq; dictũ eſt:mors,propter bonos, qui tantummodò mortem perpeti potuerunt, non & infernum:infernus autem, propter malos,qui etiam pœnas apud inferos pendunt.Si enim non abſurdè credi videtur,antiquos etiam ſanctos,qui venturi Chriſti tenuerunt fidẽ,locis quidẽ à tormẽtis impiorũ remotiſsimis,ſed apud inferos,fuiſſe, donec eos inde ſanguis Chriſti, & ad ea loca deſcenſus,erueret:profectò deinceps boni fideles effuſo illo pretio iam redempti,prorſus inferos neſciunt, donec etiam receptis corporibus,bona recipiant,quæ merentur. Cùm autem dixiſſet.Et iudicati ſunt ſinguli ſecùndùm facta ſua:breuiter ſubiecit quẽ- *Apoca. 20.* admodum fuerint iudicati:Et mors,& infernus,inquit,miſsi ſunt in ſtagnum ignis: his nominibus ſignificãs Diabolũ,quoniã mortis eſt author & infernarũ pœnarũ: vniuerſamq; ſimul Dæmonũ ſocietatẽ.Hoc eſt.n. quod ſuprà euidentius præoccupando iam dixerat:Et diabolus qui ſeducebat eos, miſſus eſt in ſtagnũ ignis & ſulphuris. Quod ibi verò obſcurius adiũxerat,dicẽs:Quò & beſtia,& pſeudopropheta:hic apertius: Et qui nõ ſunt inuẽti,inquit,in libro vitę ſcripti,miſsi ſunt in ſtagnũ ignis.Nõ Deũ liber iſte cõmemorat, ne obliuione fallatur: ſed prædeſtinationẽ ſignificat eorũ,quib' ęterna dabitur vita.Neq; enim neſcit eos De': & in hoc libro legit,vt ſciat:ſed potius ipſa eius præſcientia de illis, quæ falli non poteſt,liber eſt vitæ: in quo ſunt ſcripti, id eſt,præcogniti.

3 ET li.21.Cap.12 Sed pœna ęterna ideò dura & iniuſta ſenſibus videtur humanis, *Cur pœna æterna dura videatur humano ſenſui.* quia,in hac infirmitate moribundorum ſenſuũ, deeſt ille ſenſus altiſsimæ puriſsimæq; ſapientiæ,quo ſentiri poſsit quantùm nefas in illa

in illa prima prævaricatione commiſſum ſit. Quanto enim magis homo fruebatur Deo, tanto maiore impietate dereliquit Deum, & factus eſt malo dignus æterno, qui hoc in ſe peremit bonum, quod eſſe poſſit æternum. Hinc eſt vniuerſa generis humani maſſa damnata, quoniam qui hoc primitùs admiſit cum ea, quæ in illo fuerat radicata, ſua ſtirpe, punitus eſt, vt nullus ab hóc iuſto debitoq; ſupplicio, niſi miſericordia indebita gratia liberetur, atq; ita diſpertiatur genus humanum, vt in quibuſdam demonſtretur quid valeat miſericors gratia, in cæteris quid iuſta vindicta. Neque enim vtrunque demonſtraretur in omnibus, quia ſi omnes remanerent in pœnis iuſtæ damnationis, in nullo appareret miſericors gratia redimentis: rurſum ſi omnes à tenebris transferrentur in lucem, in nullo appareret ſeueritas vltionis. In qua proptereà multò plures, quàm in illa, ſunt, vt ſic oſtendatur quid omnibus debetur. Quòd ſi omnibus redderetur, iuſtitiam iudicantis iuſtè nemo reprehenderet. Quia verò tam multi exinde liberantur, eſt vnde agantur maximæ gratiæ gratuito muneri liberantis.

4 IDEM tom. 3. de Trinitate. lib. 4. Cap. 18. Scimus enim homines & oriri, & mori. Duo autem reliqua, id eſt, reſuſcitari, & aſſumi, iuſtè in nobis futura ſperamus, quia in illo facta credimus. Itaque in illo quia & id quod ortum erat, tranſijt ad æternitatem, tranſiturum eſt & noſtrum, cùm fides peruenerit ad veritatem. Iam enim credentibus, vt in verbo fidei manerent, & inde ad veritatem, ac per hoc ad æternitatem perducti à morte liberarentur, ita loquitur: Si manſeritis in verbo meo, verè diſcipuli mei eritis. Et quaſi quærerent, Quo fructu? ſecutus ait: Et cognoſcetis veritatem. Rurſus quaſi dicerent, Quid prodeſt mortalibus veritas? Et veritas, inquit, liberabit vos. Vnde, niſi à morte, à corruptione, à mutabilitate? Veritas quippe immortalis, incorrupta, incommutabilis permanet. Vera autem immortalitas, vera incorruptibilitas, vera incommutabilitas, ipſa eſt æternitas.

Reſurrectio omnium, futura.

Ioan. 8.

D

1 CHRYSOST. tom. 2. in Matth. homil. 15. Quæ fundamenta nouæ nobis collocata diſciplinæ? Audiamus itaque quæ dicuntur. Dictum eſt namq; præſentibus, ſcriptum verò his omnibus qui poſteà eſſent futuri. Proptereà docens quidem ad diſcipulos reſpicit, verùm nequaquàm in eis ſua dicta determinat, ſed infinitè, & incircunſcriptè cunctas beatitudines in cõmune proponit. Non enim dicit, Beati eſtis vos, ſi pauperes fueritis: ſed, Beati pauperes. Et certè etiamſi ad illos hoc directè ſignatèq; dixiſſet, futura nihilominus fuiſſet omnibus doctrina communis. Nam & cùm dicit, Ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi: non ad eos tantummodò loquitur, ſed per eos ad vniuerſum prorſus orbem. Et quando eos beatificat perſecutionem ferentes, exagitatos vndique, & intolerabilia illa patientes, non eis ſolùm, ſed & cunctis eadem implentibus texit coronam. Veruntamen vt iſtud magis magiſq; luceſcat, & diſcas ea quæ dicuntur à Chriſto, tibi quoque & cunctis generaliter hominibus, ſi attendere velint, eſſe communia: audi, &c.

Corona proponitur omnibus præcepta ſeruantibus.

Matt. 5.

Matth. 28.

2 THEOPHYLACT. in Luc. Cap. 18. Docet autem & per ſermonem, quòd regnum cœlorum, eſt eorum qui ſimiliter affecti ſunt vt pueri. Puer non inflatur, nec aliquem contemnit: innocẽs eſt, ſimplex, neque in proſperis extollitur, neque in triſtibus deijcitur. Vnde qui viuit in omni humilitate, & ſimplicitate, innocẽtiaq;, ille Deo acceptus eſt, & qui accipit regnum Dei ſicut puer, hoc eſt, abſque dolo & curioſitate, ſed fideliter.

Regnum cœlorum quibus detur.

3 AVGVS. tom. 4. De ſerm. Domini in monte, lib. 1. Cap. 9. Sunt autem omnes iſtæ octo ſententiæ. Iam enim cætera compellans, loquitur ad illos qui aderant, dicens, Beati eritis cùm vobis maledicent, & perſequentur vos. Superiores autem ſententias generaliter digeſſerat. Non enim dixit, Beati pauperes ſpiritu, quoniam veſtrũ eſt regnum cœlorum: ſed quoniam ipſorũ eſt regnum cœlorum. Neque, Beati mites, quoniam vos poſsidebitis terram: ſed, quoniam ipſi poſsidebunt terram. Et ita cæteras vſque ad octauam ſententiam, vbi ait: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Inde iam incipit loqui præſentes compellans, cùm & illa quæ ſuprà dicta ſunt, ad eos etiam pertinerent qui præſentes audiebãt: & hæc poſteà quæ vidẽtur præſentibus ſpecialiter dici, pertineãt etiã ad illos qui abſentes, vel pòſt futuri erant.

Beatitudines octo, omnibus ſunt propoſitæ.

L E-

LECTIO XVI.

DOCTOR.

Eſt'ne amplius aliquid nobis credendum, quàm quod his duodecim articulis expreſsè ac diſertè continetur?

ADOLESCENS.

Eſt: permulta ſunt enim ſacris & Canonicis Scripturæ voluminibus expreſſa, quorum cùm nulla hîc omnino fiat mentio, [a] credenda ſunt tamen, & perpetuò retinenda.

DOCTOR.

Rectè: & ea tamen omnia commodè articulo illo veluti inuoluta atque implicata continentur, qui de Spiritu ſancto atque Eccleſiæ myſterio authoritateq́ꝫ editus eſt: nam & inde omnia tanquàm ex puriſsimo quodam veritatis fonte [b] proficiſci, & veram ex eo quæſtionum atque controuerſiarum omnium explicationem peti debere, omnes confitentur.

ADOLESCENS.

Sic ſentio: ac proinde quæ nobis ab Eccleſiâ proponuntur, ea tanquàm certiſsima nobis eſſe debent, & ab eius ore proficiſci credẽda ſunt, [c] quæ veriſsimo Chriſti verbo columna veritatis ſic eſt conſtituta, vt neq; errare ipſa, neque erroris cauſa cuiquã vnquàm eſſe poſsit.

DOCTOR.

Age, hac iam, de qua tu ſatis multa dixiſti, Dei cognitione comparata, nihil'ne amplius nobis quàm de fide erit cogitandnm?

ADOLESCENS.

Planè omnino: quanuis enim hęc fides ea ſit [d] quę aditum nobis primò ad Chriſti promiſsiones patefaciat, eiq́ue veluti fundamento cuidam innitatur noſtrorum peccatorum [e] remiſsio, nobis Chriſti, ex quo [f] noſtra om-

[a] *Ioã.16. Luc.1. Act.1. Gala.1. 1. Cor.15. Chryſoſt. in Ioan. homil.16.21. & 28. Auguſt. in Ioan. hom.96. & 98.*

[b] *Matt.13. Ioan.16. 1.Tim.3. Iren. lib.3. c.4. & lib.4. c.45. & 46. Aug. cont. epiſt. Funda. c.4. Hiero. contr. Lucif. Hiſt. Tripart. lib.2. cap.7.*

[c] *Matth.16. & 18. Ioann.16. 2.Pet.1. 1.Timo.3. Cypr. de ſimpl. prala. Auguſt. cont. Petil. epiſ. c.3. & 4. & de baptiſ. cont. Dona. lib.1. c.4. & 7. Hiſto. Tripar. lib.9. c.19. Hiero. ad Miner. & ad Pamma.*

[d] *Matth.13. Ioan.6. Hebr.11*

[e] *Marc.1. Ioan.11. Act.10. & 13. Galat.2. Roman.10. 1.Petr.2. Iſai.42. & 45. 1.Cor.1. Philip.3. Galat.5.*

[f] *Deut.4. Luc.1. Epheſ.1. et 2. Tit.2. 1.Pet.1.*

omnis iuſtitia pendet, merito & ſanguine collata: lege tamē grauiter obſtringimur, vt in bonis [g] operibus, quę Deus nobis pręparauit, ambulemus, vt parem laboribus ac benefactis mercedem [h] reportemus. Nō decet enim nos Dei Optimi gratia abuti ocioſè ac ſine fructu, ſed tàm nobis debet eſſe Chriſtus Legiſlator [i] vt ei pareamus, quàm Redemptor, vt ab eo iuſtificemur.

g 1 Cor. 3. 2. Cor. 6. Iacob. 4. Heb. 3. & 6. 2. Tim. 2. Matth 5. Chryſoſt. de fid. & lege & in Gen hom. 1. & 2. Auguſ. de Vna Chriſt. c. 14 & de fide & ope. cap. 14. & de gra. & lib. arb. c. 7 & 8. & de. 83. quaſtionibus. q. 76 & in pſal. 31. Hila. in pſal. 51. Ambr. de voca gent. lib. 1. c. 8. Hier. in c. 3. epiſt. ad Gala Cyrill. in Ioā. li. 6. c. 1. 3. et. 4.

h Iob. 4. 7. & 22. Iſai 43. Rom. 2. Gala. 3. Epheſ. 2. 2. Tim. 1. Tit. 3.

i Deut. 30. Ezech. 11. Hiere. 23. 2. Cor. 4. Acto. 16. 1. Pet. 2. Philip. 2.

AVTORIT. SCRIPT.

A IOAN Cap. 20. Vide ſup. lectione. 2. litera. B.

LVCÆ. Cap. 1. Quoniam quidē multi conati ſunt ordinare narrationem, quę in nobis completæ ſunt, rerum: ſicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi viderūt, & miniſtri fuerunt ſermonis: viſum eſt & mihi, aſſecuto omnia à principio diligenter, ex ordine tibi ſcribere, optime Theophile, vt cognoſcas, eorum verborum, de quibus eru ditus es, veritatem.

ACTOR. Cap. 1. Vide ſup. lect. 5. litera. M.

AD GALAT. Cap. 1. Vide ſuprà lect. 2. litera. B.

PRIO. ad Corinth. Cap. 15. Vide ſup. lect. 5. lit. M.

B MATTH. Cap. 23. Super Cathedrā Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergò quæcunq; dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecundùm opera verò eorum nolite facere: dicunt enim & non faciunt.

IOAN. Cap. 16. Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò. Cùm autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatē. Non enim loquetur à ſemetipſo: ſed quæcunq; audiet, loquetur: & quæ ventura ſunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.

PRIO. ad Timoth. Cap. 3. Vide ſup. lect. 12. lit. A.

C MATTH. Cap. 16. Vide ſup. lect. 12. lit. D.

ET Cap. 18. Vide ſup. lect. 14. lit. G.

IOAN. Cap. 16. Vide ſup. litera. B.

POSTE. Petri, Cap. 1. Vide ſup. lectio. 4. lit. L.

PRIOR. ad Timot. Cap. 3. Vide ſup. lect. 12. litera. A.

D MATTH. Cap. 13. Ideò in parabolis loquor eis: quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt. Et adimpletur in eis prophetia Iſaiæ, dicēs: Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis. Incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos clauſerunt: nequando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & ſanem eos.

IOAN. Cap. 6. Dixerunt ergò ad eum, Quid faciemus vt operemur opera Dei? Reſpondit Ieſus, & dixit eis, Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum, quem miſit ille.

AD HEBR. Cap. 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Credere enim oportet accedentē ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.

E MARC. Cap. 1. Poſtquàm autem traditus eſt Ioannes, venit Ieſus in Galilæam, prædicans Euangelium regni Dei, & dicens: Quoniam impletum eſt tempus, & appropinquauit regnum Dei: pœnitemini, & credite Euangelio.

IOAN. Cap. 12. Ego lux in mundum veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.

ACTOR. Cap. 10. Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent, remiſsionē accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum.

ET Cap. 13. Notum igitur ſit vobis viri fratres, quia per hunc vobis remiſsio peccatorum annunciatur, ab omnibus quibus nō potuiſtis in lege Moyſi iuſtificari. In hoc omnis qui credit, iuſtificatur.

AD GALAT. Cap. 2. Scientes autem quòd non iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti: & nos in Chriſto Ieſu credim⁹, vt iuſtificemur ex fide

fide Chriſti, & non ex operibus legis: propter quod ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro. *Et mox.* Viuo autē, iam non ego: viuit verò in me Chriſtus. Quòd autē nūc viuo in carne: in fide viuo Filij Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me.

AD ROM. Cap. 10. Corde enim creditur ad iuſtitiam: ore autem confeſsio fit ad ſalutem. Dicit enim ſcriptura: Omnis qui credit in illum, non confundetur.

PRIOR. Petri, Cap. 2. Ad quem accedentes lapidem viuū, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum: & ipſi tanquàm lapides viui ſuperædificamini, domos ſpirituales ſacerdotium ſanctum, offerre ſpirituales hoſtias, acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtū. Propter quod continet ſcriptura: Ecce pono in Sion lapidem ſummum angularem electū, precioſum: & qui crediderit in eū, non confundetur. Vobis igitur honor credentibus: non credentibus autem, lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli: & lapis offenſionis, & petra ſcādali, his qui offendunt verbo, nec credunt in quo & poſiti ſunt.

ISA. Cap. 42. Ego Dominus vocaui te in iuſtitia, & apprehendi manum tuam, & ſeruaui te. Et dedi te in fœdus populi, in lucem Gentium: vt aperires oculos cœcorum, & educeres de concluſione vinctū, de domo carceris ſedentes in tenebris.

ET Cap. 45. Ego Dominus, & non eſt alter: formans lucem, & creans tenebras: faciens pacem, & creans malum: ego Dominus faciens omnia hæc. Rorate cœli deſuper, & nubes pluāt iuſtum: aperiatur terra, & germinet Saluatorem: & iuſtitia oriatur ſimul. Ego Dominus creaui eum.

PRIO. ad Corinth. Cap. 1. Nam quia in Dei ſapientia non cognouit mundus per ſapientiam Deum: placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes.

AD PHILIP. Cap. 3. Vide ſup. lect. 7. litera G.

AD GALAT. Cap. 5. Nos enim ſpiritu, ex fide, ſpem iuſtitiæ expectamus. Nam in Chriſto Ieſu neque circunciſio aliquid valet, neq; præputium: ſed fides quæ per charitatem operatur.

F DEVT. Cap. 5. Ego ſequeſter & medius fui inter Dominum & vos in tempore illo, vt annunciarem vobis verba eius: timuiſtis enim ignem, & non aſcendiſtis in montem.

LVC. Cap. 1. Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham Patrem noſtrum, daturum ſe nobis, vt, ſine timore, de manu inimicorū noſtrorum liberati, ſeruiamus illi, in ſanctitate & iuſtitia, coram ipſo, omnibus diebus noſtris.

AD EPHES. Cap. 1. Vide ſup. lectio. 11. lit. A.

ET Cap. 2. Vide ſup. lect. 7. lit. A.

AD TITVM Cap. 2. Vide ſuprà, lect. 11. lit. E.

G PRIO. Petri, Cap. 2. Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum: vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus, cuius liuore ſanati eſtis.

PRIO. ad Corinth. Cap. 3. Vnuſquiſque autē propriā mercedem accipiet ſecundùm ſuum laborem.

ET Poſter. Cap. 6. Vide ſup. lect. 15. litera H.

IACO. Cap. 4. Subditi ergò eſtote Deo, reſiſtite autem diabolo, & fugiet à vobis. Appropinquate Deo: & appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores: & purificate corda, duplices animo. Miſeri eſtote, & lugete, & plorate: riſus veſter in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem. Humiliamini in conſpectu Domini, & exaltabit vos.

AD HEBR. Cap. 3. Videte fratres, ne fortè ſit in aliquo veſtrum cor malum, incredulitatis, diſcedendi à Deo viuo: ſed adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, donec Hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Participes enim Chriſti effecti ſumus: ſi tamen initium ſubſtantiæ eius vſque ad finem firmū retineamus.

ET Cap. 6. Non enim iniuſtus Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtraſtis ſanctis, & miniſtratis. Cupimus autem vnumquemq; veſtrum eandem oſtentare ſolicitudinem ad expletionē ſpei vſq; in finem: vt non ſegnes efficiamini, verùm imitatores eorum qui fide & patientia hæreditabunt promiſsiones.

POSTE. ad Timoth. Cap. 2. Labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu. Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus: vt ei placeat cui ſe probauit. Nam & qui certat in agône, non coronabitur niſi legitimè certauerit.

MATT. Cap. 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus: vt videant opera veſtra bona,

bona,& glorificent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Nolite putare quoniam veni ſoluere Legem aut Prophetas: non veni ſoluere,ſed adimplere. Amē quippe dico vobis, donec tranſeat cœlum & terra, iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege: donec omnia fiāt. Qui ergò ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines: minimus vocabitur in regno cœlorum. Qui autem fecerit & docuerit: hic magnus vocabitur in regno cœlorum.

H IO B Cap. 4. Recordare obſecro te, quis vnquàm innocens perijt? aut quādo recti deleti ſunt?

E T Cap.7. Militia eſt vita hominis ſuper terram: & ſicut dies mercenarij, dies eius. Sicut ceruus deſyderat vmbram, & ſicut mercenarius præſtolatur finem operis ſui: ſic & ego habui mēſes vacuos, & noctes laborioſas enumeraui mihi.

E T Cap.22. Acquieſce igitur Deo, & habeto pacem, & per hæc habebis fructus optimos. Suſcipe ex ore illius legem, & pone ſermones eius in corde tuo. Si reuerſus fueris ad Omnipotentem, ædificaberis, & longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo. Dabit pro terra ſilicem, & pro ſilice torrētes aureos. Eritq; Omnipotens contra hoſtes tuos, & argentum coaceruabitur tibi. Tunc ſuper Omnipotentem delicijs afflues, & eleuabis ad Deum faciem tuā. Rogabis eum, & exaudiet te, & vota tua reddes. Decernes rem, & veniet tibi, & in vijs tuis ſplendebit lumen. Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui inclinauerit oculos, ipſe ſaluabitur. Saluabitur innocēs, ſaluabitur autem in munditia manuum ſuarum.

I S A. Cap.43. Ego ſum, ego ſum ipſe qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Reduc me in memoriam, & iudicemur ſimul: narra ſi quid habes vt iuſtificèris.

A D R O M. Cap.2. Secundùm autem duritiam tuam & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram, in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuiq; ſecundùm opera eius: ijs quidem qui ſecundùm patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quærunt, vitam æternam.

A D G A L A. Cap. 3. Sic ſtulti eſtis, vt cùm ſpiritu cœperitis, nunc carne conſummemini? Tanta paſsi eſtis ſine cauſa? ſi tamen ſine cauſa. Qui ergò tribuit vobis Spiritum & operatur virtutes in vobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei? Sicut ſcriptum eſt, Abraham credidit Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Cognoſcite ergò quia qui ex fide ſunt, ij ſunt filij Abrahæ.

A D E P H E. Cap.2. Vide ſuprà, litera F.

P O S T E R. ad Timoth. Cap. 1. Ob quam cauſam etiam hæc patior, ſed non confundor. Scio enim cui credidi, & certus ſum quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem.

A D T I T V M Cap.3. Diſcant autē & noſtri, bonis operibus præeſſe ad vſus neceſſarios, vt non ſint infructuoſi.

I D E V T E R. Cap. 30. Tu autem reuertèris, & audies vocem Domini Dei tui: facieſq; vniuerſa mandata quæ ego præcipio tibi hodie.

E Z E C H I E. Cap.11. Et dabo eis cor vnum, & ſpiritum nouum tribuam in viſceribus eorum: & auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum: vt in præceptis meis ambulent, & iudicia mea cuſtodiant, faciantq; ea: & ſint mihi in populum, & ego ſim eis in Deum.

H I E R E M. Cap.23. Propheta qui habet ſomnium, narret ſomnium: & qui habet ſermonem meum, loquatur ſermonē meū verè. Quid paleis ad triticum, dicit Dominus? Nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis, dicit Dominus: & quaſi malleus contereus petram?

P O S T E R. ad Corinth. Cap.4. Nō enim noſmetipſos prædicamus, ſed Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum: nos autem ſeruos veſtros per Ieſum, quoniam Deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſciētiæ claritatis Dei, in facie Chriſti Ieſu.

A C T O. Cap. 16. Et quædam mulier nomine Lydia purpuraria ciuitatis Thyatirenorum, colens Deum, audiuit: cuius Dominus aperuit cor intendere his quæ dicebantur à Paulo. E T. Tremefactus (*cuſtos carceris*) procidit Paulo & Sylæ ad pedes: & producens eos foras, ait: Dñi, quid me oportet facere vt ſaluus fiam? At illi dixerunt, Crede in Dominum Ieſum: & ſaluus eris tu, & domus tua. Et locuti ſunt ei Verbum Domini cum omnibus qui erant in domo eius.

P R I O. Petri, Cap.2. Chriſtus paſſus eſt

eſt pro nobis,vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius.

AD PHILIP. Cap. 2. Humiliauit ſemetipſum ſactus obediens vſque ad mortem: mortem autem Crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum: & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & Infernorũ: & omnis lingua confiteatur quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. Itaque chariſsimi mei (ſicut ſemper obediſtis:) non vt in præſentia mei tantùm, ſed multo magis nunc in abſentia mea, cũ metu & tremore veſtrã ſalutem operamini. Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona voluntate.

AVTHORIT. PATR.

A 1 CHRYSOST. tom.3.in Ioann. hom.16. Atqui poſt baptiſma nihil ipſum dixiſſe ſcribunt alij Euangeliſtæ: verùm omiſsis quæ intereà facta ſunt, poſt captum Ioannem, miracula proſequuntur. Ex quo non immeritò cõiectari poſſumus, quòd & hæc & alia plura prætermiſerunt, quod etiam hic Euangeliſta in fine operis ſui demonſtrauit.

Multa Chriſti facta omiſerũt Euãgeliſtæ.

Ioan. 20. & 21.

2 ET hom. 21. Multa enim ſigna prius obſcura, progreſſu temporis manifeſtata ſunt ab his qui à principio viderunt.

Multa obſcura, Apoſtoli explanarunt.

3 ET hom. 86. Cùm pauciora ſigna hic meminiſſet Euangeliſta, dicit neque alios omnes omnia collegiſſe, ſed tantùm quę ad faciendam auditoribus fidem erant neceſſaria. Nam ſi omnia, inquit, ſcriberentur, nec ipſum arbitror mundũ capere eos qui ſcribendi ſunt, libros. Vnde conſtat non ambitionis, ſed tantùm vtilitatis gratia ſcripſiſſe: ſiquidem qui plura omiſerunt, quomodò ad ambitionem ſcripſerunt? Sed cur nõ omnia tranſegerunt? Maximè propter rerum multitudinem: prætereà & illud conſyderarunt, quòd qui his nõ crediderit, nec pluribus credet: qui verò hæc acceperit, nõ indigeret pluribus ad fidem aſſequendam.

Neceſſaria tantũ Euangeliſtæ ſcripſerunt.

4 AVGVST. tom. 9. in Ioan. tract. 96. Quomodò aliquid eorum quæ poſt Aſcenſionem Domini ſcripta ſunt, nõ poſſent ferre diſcipuli, etiam nondum ſibi miſſo Spiritu ſancto, cùm omnia nunc ferant catechumeni, nõdum accepto Spiritu ſancto? Quia & ſi non eis fidelium ſacramenta produntur, non ideò fit quòd ea ferre non poſſunt, ſed vt ab eis tantò ardentius concupiſcantur, quantò eis honorabilius occultantur.

Cur multa Apoſtolis occulta, nũc catechumenis explicantur?

5 ET tracta. 98. Beatus Apoſtolus eos alloquens qui ſibi iam videbantur eſſe perfecti, cùm ſe imperfectũ ipſe dixiſſet, Quicunq; ergo (inquit) perfecti ſumus, hoc ſapiamus, & ſi quid aliter ſapitis, hoc quoq; vobis Deus reuelabit. *Et mox.* Admonitio Beatiſsimi Apoſtoli de noſtris cordibus nõ recedat: Si quis vobis Euangelizauerit præterquàm quod accepiſtis, anathema ſit. Nõ ait, Pluſquàm accepiſtis: ſed præterquàm quod accepiſtis. Nam ſi illud diceret, ſibi ipſi præiudicaret, qui cupiebat venire ad Theſſalonicenſes, vt ſupplêret quæ illorum fidei defuerunt. Sed qui ſupplet, quod minus erat, addit: non quod inerat, tollit.

Philip. 3.
Multa Deus in lege gratiæ reuelauit, & per ſuos docuit.
Galat. 1.

B 1 IRENÆ. aduerſùs hæreſes, lib. 3. Cap. 4. Vide ſup. lect. 13. lit. L. auth. 1.

2 ET lib. 4. Cap. 45, Vide ſup. lect. 12. lit. M. auth. 2.

3 ET Cap. 63. Agnitio vera, eſt Apoſtolorũ doctrina, & antiquus Eccleſiæ ſtatus in vniuerſo mundo, & character corporis Chriſti, ſecundùm ſucceſsiones Epiſcoporum, quibus illi eam, quæ in vnoquoq; loco eſt, Eccleſiam tradiderunt, quæ peruênit vſque ad nos cuſtodita ſine fictione, ſcripturarum tractatione pleniſsima, neque ablationem recipiens lectio ſine falſatione, & ſecundùm ſcripturas expoſitio legitima & diligens, & ſine periculo, & ſine blaſphemia, & præcipuum dilectionis munus, quod eſt precioſius quàm agnitio, glorioſius autem, quàm prophetia: omnibus autem reliquis chariſmatibus ſupereminens.

Laus Eccleſiæ, & ſanctarum ſcripturarum, et Apoſtolicæ doctrinæ.

4 AVGVST. tom. 6. Contra epiſt. Manichæi, quam vocant Fundamenti, Cap. 4. Vide ſup. lect. 12. lit. D. auth. 1.

5 HIERO. tom. 2. Dialogo aduerſus Luciferianos. *Lucif.* An neſcitis, etiam Eccleſiarum hunc eſſe morem, vt baptizatis poſteà manus imponantur, & ita inuocetur Spiritus ſanctus? Exigis vbi ſcriptum ſit? In Actibus Apoſtolorum. Etiam ſi ſcripturæ authoritas non ſubeſſet, totius orbis in hãc partem conſenſus inſtar præcepti obtineret. Nam & multa alia quæ per traditionẽ in Eccleſijs obſeruantur, authoritatem ſibi ſcriptæ legis vſurpauerunt: velut in lauacro ter caput mergitare: deinde egreſſos, lactis & mellis prægustare concordiam, ad infantiæ ſignificationem: die Dominico & per omnẽ Pentecoſtẽ, nec de geniculis adorare, &ie-

Act. 8. et. 9.

Traditiones vim legis habent.

& ieiuniũ ſoluere: multaq; alia ſcripta non ſunt, quæ rationabilis ſibi obſeruatio vindicauit. Ex quo animaduertes nos Eccleſiæ conſuetudinem ſequi: licet ante aduocationem Spiritus cõſtet aliquem baptizatum. ORTHODOXVS. Non quidem abnuo hanc Eccleſiarum eſſe conſuetudinem, vt ad eos qui longè in minoribus vrbibus per presbyteros & diaconos baptizati ſunt, Epiſcopus ad inuocationem Sãcti Spiritus manum impoſiturus excurrat.

6 HISTORIA. Tripart. lib. 2. Cap. 7. Ex non ſcripto nanq; ipſi impiè proferentes, quippe quod nuſquàm penitus inuenitur, ex non ſtantibus: &, fuit aliquando quando non fuit: alios culpant: proptereà ex non ſcriptis ſermonibus, piè tamen intellectis, damnati ſunt. Ipſi nanq; veluti de ſtercore re erientes, hæc verè de terra locuti ſunt. Verùm Epiſcopi non ſibimet adinuenientes verba, ſed habẽtes hæc à Patribus, teſtimonia conſcripſerunt. Veteres enim Sacerdotes ante eos penè centum triginta magnæ Romæ ciuitatiſq; noſtræ, accuſauerunt omnes qui dicunt facturam aut creaturam eſſe Filium, & non cõſubſtantialem Patri. Et hoc ſciebat Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus, qui primùm defendebat Arianorum ſectam, nouiſsimè verò ſubſcripſit Nicæno Cõcilio. Sctipſit autem & ciuibus ſuis confirmans quia & antiquorũ aliquos doctos & illuſtres Epiſcopos & conſcriptores agnouiſſet, nomine conſubſtantialitatis vſos in Patris & Filij Deitate. Iſti ergò Cõcilium metuentes, expoſitæ fidei conſenſerunt, ſecundùm Prophetæ increpationem, dicẽtis. Populus hic labijs me honorat, Cor autem eorum longè eſt à me. Theonas autẽ & Secundus nolentes adquieſcere, condemnati ſunt. Poſteà verò in Concilium venientes, viginti conſcripſerunt de cõuerſatione Eccleſiaſtica ſanctiones.

SS. Patrum quãta ſit authoritas.

Euſebius Cæſarienſis aliquãdo Arianos defendit.

Iſai. 19.

C

1 CYPRIA. De ſimplicitate prælatorum, ſiue, de Vnitate Eccleſiæ. Vnam eſſe Eccleſiam etiam in Cantico Canticorũ Spiritus ſanctus ex perſona Domini deſignat, & dicit: Vna eſt colũba mea, perfecta mea: vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ. Hãc Eccleſiæ vnitatem qui non tenet, tenêre ſe fidem credit? Qui Eccleſiæ renititur & reſiſtit, qui Cathedram Petri, ſuper quam fundata eſt Eccleſia, deſerit, in Eccleſia ſe eſſe confidit? quando & beatus Apoſtolus Paulus hoc idem doceat, & Sacramentum vnitatis oſtendat, dicens: Vnum corpus, & vnus ſpiritus, vna ſpes vocationis noſtræ, vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus. Quam vnitatẽ firmiter tenêre & vindicare debemus, maximè Epiſcopi, qui in Eccleſia præſidemus, vt epiſcopatũ quoq; ipſum vnum atque indiuiſum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei veritatem perfida præuaricatione corrumpat. Epiſcopatus vnus eſt, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur. Eccleſia vna eſt, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur: quomodò Solis multi radij, ſed lumen vnum: & rami arboris multi, ſed robur vnum, tenaci radice fundatum: & cùm de fonte vno riui plurimi deffluant, numeroſitas licet diffuſa videatur exundantis copiæ largitate, vnitas tamen ſeruatur in origine. Auelle radium Solis à corpore, diuiſionem lucis vnitas nõ capit. Ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit. A fonte præcide riuũ, præciſus areſcet. Sic & Eccleſia Domini luce perfuſa, per orbem totum radios ſuos porrigit: vnũ tamen lumen eſt, quod vbiq; diffunditur, nec vnitas corporis ſeparatur: ramos ſuos in vniuerſam terram copia vbertatis extendit, profluentes largiter riuos latius expandit: vnum tamẽ caput eſt, & origo vna, & vna mater, fœcunditatis ſucceſsibus copioſa. Illius fœtu naſcimur, illius lacte nutrimur, ſpiritu eius animamur. Adulterari non poteſt ſponſa Chriſti, incorrupta eſt & pudica: vnam domum nouit, vnius cubiculi ſanctitatem caſto pudore cuſtodit. Hæc nos Deo ſeruat: hæc filios regno, quos regenerauit, aſsignat. Quiſquis ab Eccleſia ſegregatus adulteræ iungitur, à promiſsis Eccleſiæ ſeparatur. Nec pertinet ad Chriſti præmia, qui relinquit Eccleſiã Chriſti.

Eccleſia vna eſt: & vnitas ſemper eſt ſeruãda.

Cant. 6.

Qui Petri Cathedram deſerit, in Eccleſia non eſt.

Epheſ. 4.

2 AVGVST. tom. 7. lib. De Vnitate Eccleſiæ, contra Petiliani Donatiſtæ epiſt. Cap. 3. Quærat fortaſſe aliquis, & dicat mihi, Cur ergò iſta vis auferri de medio, quando communio tua, etiam ſi proferantur, inuicta eſt? Quia nolo humanis documentis, ſed Diuinis oraculis ſanctam Eccleſiam demonſtrari. Si enim ſanctę ſcripturæ in Africa ſola deſignauerunt Eccleſiam, & in paucis Romæ Rupitanis vel Montenſibus, & in domo vel patrimonio vnius Hiſpanę mulieris, quicquid de chartis alijs aliquid proferatur, non tenent Eccleſiam niſi Donatiſtæ. Si in paucis Mauris prouinciæ Cæſarienſis eam ſancta ſcriptura determinat, ad Rogatiſtas tranſeũdum eſt. Si in paucis Tripo-

Eccleſia Diuinis oraculis demonſtratur.

Tripolitanis & Byzacenis & prouincialibus, Maximianiſtæ ad eam peruenerunt. Si in ſolis Orientalibus, inter Arianos & Macedonianos & Eunomianos, & ſi qui illuc alij ſunt, requirenda eſt. Quis autẽ poſſit ſingulas quali hæreſes enumerare gentium ſingularum? Si autem Chriſti Eccleſia Canonicarum ſcripturarum Diuinis & certiſsimis teſtimonijs in omnibus gentibus deſignata eſt, quicquid attulerint, & vndecunq; recitauerint, qui dicunt: Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic: audiamus potius, ſi oues eius ſumus, vocem Paſtoris noſtri dicentis, Nolite credere. Illæ quippe ſingulæ in multis gentibus, vbi iſta eſt, nõ inueniuntur: ergò in ſcripturis ſanctis canonicis eum requiramus.

Matth. 24.

3 ET Cap. 4. Totus Chriſtus caput & corpus eſt. Caput Vnigenitus Dei Filius, & corpus eius Eccleſia, ſponſus & ſpõſa, duo in carne vna. Quicunq; de ipſo capite ab ſcripturis ſanctis diſſentiunt, etiam ſi in omnibus locis inueniantur in quibus Eccleſia deſignata eſt, non ſunt in Eccleſia. Et rurſus quicunq; de ipſo capite ſcripturis ſanctis conſentiunt, & vnitati Eccleſiæ non communicant, non ſunt in Eccleſia: quia de Chriſti corpore quod eſt Eccleſia, ab ipſius Chriſti teſtificatione diſſentiũt. Verbi gratia. Qui non credunt Chriſtum in carne veniſſe de virgine Maria ex ſemine Dauid, quod apertiſsimè ſcriptura Dei loquitur: aut non in corpore ipſo reſurrexiſſe in quo crucifixus & ſepultus eſt: etiam ſi per omnes terras inueniantur per quas eſt Eccleſia, non vtique ſunt in Eccleſia, quia ipſum Caput Eccleſiæ non tenent, quod eſt Chriſtus Ieſus. Nec in aliqua Diuinarum ſcripturarum obſcuritate falluntur, ſed notiſsimis & apertiſsimis earum teſtimonijs contradicunt. Item, quicunq; credunt quidem quòd Chriſtus Ieſus ita, vt dictum eſt, in carne venerit, & in eadẽ carne in qua natus & paſſus eſt, reſurrexerit, & ipſe ſit Filius Dei, Deus apud Deum, & cum Patre vnum & incõmunicabile Verbum Patris, per quod facta ſunt omnia, ſed tamen ab eo corpore, quod eſt Eccleſia, ita diſſentiunt, vt eorum communio non ſit cum toto quacunq; diffunditur, ſed in aliqua parte ſeparata inueniatur, manifeſtum eſt eos non eſſe in Catholica Eccleſia. Quapropter quia cum Donatiſtis quæſtio nobis eſt, nõ de capite, ſed de corpore, ideſt, nõ de ipſo Saluatore Ieſu Chriſto, ſed de eius Eccleſia, ipſum caput de quo conſentimus, oſtendat nobis corpus ſuum, de quo diſſentimus, vt per eius verba iam diſſentire deſinamus. Ille eſt autem Vnigenitus Filius & Verbum Dei, & ideò nec Prophetæ Sancti vera loqui potuiſſent, niſi ab ipſa Veritate, quod eſt Verbum Dei, manifeſtaretur eis quod dicerent. Proinde prioribus temporibus per Prophetas ſonuit Verbum Dei. Deinde per ſeipſum, cùm Verbum caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Deinde per Apoſtolos quos miſit ad ſe prædicandũ, vt eſſet ſalus vſq; ad fines terræ. In his igitur locis quærenda eſt Eccleſia.

Totus Chriſtus caput & corpus eſt.

Qui ſint in Eccleſia, et qui non.

Ephes. 5.

Ioan. 1.

Eccleſia vbi quærenda.

4 IDEM tom. 7. De Baptiſmo contra Donatiſtas. lib. 2. Cap. 4. Quapropter S. Cyprianus, tantò excellentior, quantò humilior, qui documentum Petri ſic amauit, vt diceret, documentum ſcilicet nobis & concordiæ & patientiæ tribuens, vt non pertinaciter noſtra amemus, ſed quæ aliquando à fratribus & collegis noſtris vtiliter ſuggeruntur, ſi ſint vera & legitima, ipſa potius noſtra ducamus: ſatis oſtendit facilimè ſe correcturum fuiſſe ſententiam ſuam, ſi quis ei demonſtraret baptiſmum Chriſti ſic dari poſſe ab eis qui foras exierunt. Vnde multa iam diximus, nec nos ipſi tale aliquid auderemus aſſerere, niſi vniuerſæ Eccleſiæ concordiſsima authoritate firmati, cui & ipſe ſine dubio cederet, ſi iam illo tempore quæſtionis huius veritas eliquata & declarata per plenarium Concilium ſolidaretur. Si enim Petrũ laudat & prædicat, ab vno poſteriore collega patienter concorditerq; correctum, quantò citius ipſe cum Concilio Prouinciæ ſuæ vniuerſi orbis authoritate patefacta veritate ceſſiſſet, quia profectò & vni verum dicenti & demonſtranti poſſet facilimè conſentire tam ſancta anima, tam pacata: & fortaſſe factum eſt, ſed neſcimus.

D. Cyprianũ ſuã ſententiam Eccleſiæ ſubiecisſet.

5 ET Cap. 7. Nolite ergo nobis authoritatem obijcere Cypriani ad baptiſmi repetitionem, ſed tenete nobiſcum exemplum Cypriani ad vnitatis conſeruationem. Nondum enim erat diligenter illa baptiſmi quæſtio pertractata, ſed tamen ſaluberrimam conſuetudinem tenebat Eccleſia, in ipſis quoq; ſchiſmaticis & hæreticis corrigere quod prauum eſt, non iterare quod datum eſt. Quam conſuetudinẽ credo ex Apoſtolica traditione venientẽ, ſicut multa non inueniũtur in literis eorũ,

Conſuetudo Eccleſiæ ſeruanda.

neque in Concilijs poſteriorum: & tamen quia per vniuerſam cuſtodiũtur Eccleſiã, non niſi ab ipſis tradita & commendata creduntur.

6 HISTORIA Tripartita lib.9. Cap.19. Vide ſuprà, lectio.13. litera L. authorit.13.

A fide Eccleſiæ Catholicæ nõ recedendum.

7 HIERON. tom.3. Epiſt.152. ad Minetium. in fine. Meum propoſitũ eſt antiquos legere, probare ſingula, retinere quę bona ſunt, & à fide Eccleſię Catholicæ nõ recedere.

Rom.1.

8 IDEM tom.2. epiſt.65. ad Pammachium. Quiſquis es aſſertor nouorum dogmatum, quæſo te, vt parcas Romanis auribus: parcas fidei, quæ Apoſtoli voce laudata eſt. Cur poſt quadringentos annos docere nos niteris, quod ante neſciuimus? Cur profers in medium, quod Petrus & Paulus edere noluerunt? Vſque ad hũc diem ſine iſta doctrina mundus Chriſtianus fuit. Illam ſenex tenebo fidem, in qua puer natus ſum.

G

Bonorũ operum quanta neceſſitas.

Pſal.51.

Hiere.8.

Extra domũ Dei verſari, bonum non eſt.

Ioan.6.

Fides, vocatur opus.

1 CHRYSOST. tom.3. Sermo. de fide & lege naturæ. Et pauper quidem malè audit, diues autem exultat. Diues inquã ſermone veritatis, & florens virtutibus fructuoſæ philoſophiæ. Qualis erat Dauid dicens: Ego autem quaſi oliua fructifera in domo Dei. Oliua fructifera, non folijs tantùm germinans, ſed & fructibus pietatis abundans. Sæpe enim fit, vt anima ramis, & folijs ſit decôra, fructum autem ferat nullum, ſicut de Iſraël Hieremias dicebat: Vitis Iſraël pampinoſa, non autem frugifera. At Propheta exultat dicens, Ego autem quaſi oliua fructifera, non ſolùm foris frondoſa, ſed intus ſucculenta. In domo Dei fructifera. Nõ eſt enim bonum extra domum Dei verſari. Offendes equidem multos qui quanuis ſermonẽ veritatis non acceperint, & foris ſint, operibus tamẽ pietatis, vt appâret, ſunt conſpicui. Inuenies viros miſericordiæ, compatientes, iuſtitiæ vacantes: ſed nullos facientes fructus operum, quia neſcierunt opus veritatis. Nam & hæc ſunt opera bona. Atque neceſſariũ eſt vt præcedat opus ſummum. Enimuerò cùm olim Iudæi dicerent Domino: Quid faciemus vt operemur opera Dei? Reſpondit eis: Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum quem miſit ille. Vides quomodò fidẽ opus vocauit? Igitur quàm primùm credideris, ſimul & operibus ornatus eris. Non quòd deſint opera, ſed per ſeipſam fides plena eſt operibus bonis. Opera quidem erga homines, & ex hominibus ſunt. Fides autem ex hominibus erga Deum. Fides, eum qui conuertitur, ciuem cœlorum declarat. Fides, hominem, qui terrenus eſt, Deo familiarem efficit. Nihil enim extra fidem, bonum. Et, vt quadam verbi ſimilitudine vtar, fratres, Similes mihi videntur, qui operibus bonis florent, & Deũ pietatis ignorant, reliquijs mortuorũ pulchrẽ quidem indutis, ſenſum autem pulchrorũ non habentibus. Quæ enim vtilitas animę mortuę, Deo quidem mortuæ fide & ratione, bonis autem operibus veſtitæ? Opera in ſpe fiunt retributionis & coronarum. Quòd ſi agonothetã ignoras pro quo certas? Non oportet quidem ab operibus nudam eſſe fidem, vt ne vituperetur. Verun tamen ſublimior eſt fides, quàm opera. Sicut enim hominibus, qui hominis nomen merentur, opus eſt primùm vt præcedat vita, & ſic enutriantur: conſeruat enim vitã noſtram alimentum: ita neceſſariũ, vt præcedat vitam noſtram ſpes in Chriſtũ, quæ poſteà paſcenda bonis operibus.

Fidei effectus.

Extra fidem, nihil bonũ.

Similitudo.

Fides nõ ſit abſq; operibus.

Bonorũ operum neceſſitas.

Roma.2.

Matth.7.

2 IDEM tom.1. Hom.1. in Gene. Eccleſia ſanè locus quidam eſt medicinæ ſpiritualis: & eos qui huc veniunt, decet, ne domum redeant, niſi congrua remedia acceperint, illaq; ſuis vulneribus adhibuerint. Audi enim, quomodò audire ſolùm, & operibus nihil præſtare, nihil valeat, Beatum Paulum dicentem: Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed legis factores iuſtificabuntur. Et Chriſtus concionando dicebat: Non omnis qui dicit mihi Dñe, Domine, intrabit in regnũ cœlorum, ſed qui facit voluntatem Patris mei qui in cœlis eſt. Igitur ſcientes, nullã porrò vtilitatem ex auditu eſſe, niſi & operum ſequatur impletio, ne ſimus auditores duntaxat, ſed etiam factores, quò ipſa opera ſermones ſequentia, multæ nobis fiduciæ ſint fulcimentum.

Matth.5.

Fides ſine operibus, & opera ſine fide, mortua ſunt.

Iaco.2.

3 ET homil.2. Vt igitur alacriores nos reddatis, & iam dictorum certam cuſtodiã demonſtrare, & cum rectæ vitæ dogmatibus, vitam quoque veſtram diligenter curate. Fulgeat enim, inquir, lux veſtra corã hominibus, vt videant veſtra opera bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt: vt & vita conſonet fidei dogmatis, & dogmata prædicent vitam. Fides enim ſine operibus mortua eſt, & opera ſine fide mortua ſunt. Nam tametſi ſanã teneamus

do-

doctrinam, vitā autē negligamus, nihil nobis proderunt doctrinæ. Rurſus ſi vitæ curam diligenter geſſerimus, in fidei autē placitis claudicauerimus, neque ſic nobis aliquid lucri fuerit. Ideò conuenit vtrinq; ędificium hoc noſtrum ſpirituale communiri. *Matth. 7.* Omnis enim, inquit, qui audit hos meos ſermones, & facit eos, aſsimilabitur viro prudenti. Vide, quomodò non ſolùm audire nos vult, ſed & facere, & operibus monſtrare obedientiam.

4 AVGVS. tom. 9. lib. de Vita Chriſtiana, Cap. 14. *Ex doctrina de ſola fide, multa mala oriuntur.* Alios autem noui, quos ita ſapientiæ, & imprudentiæ tenebroſa caligo & ignorantia fallit & decipit, vt fidem quam ſe habere ſimulant, ſine iuſtitiæ operibus apud Deum ſibi cenſeant profuturā: hoc erroris genere decepti, ſine metu crimina neſanda committunt, dū credunt Deum non criminum, ſed perfidię tantùm vltorē. *Qui ſolam fidem docent, duces cæci ſunt.* Et huiuſmodi non ſolùm ſeipſos perijſſe cō renti ſunt, ſed etiam alios, in quibus nullū Diuinæ ſcientiæ lumen eſt, ſuis nituntur laqueis implicare. Et impletur in illis Saluatoris noſtri ſententia dicentis: *Matth. 15.* Cæcus ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt.

5 IDEM tom. 4. lib. de Fide & operibus, Cap. 14. Quare illud videamus quod excutiendum eſt cordibus religioſis, ne mala ſecuritare ſalutem ſuam perdant, ſi ad eā obtinendam ſufficere ſolam fidem purauerint, benè autem viuere, & bonis operibus viam Dei tenêre, neglexerint. *Ex verbis B. Pauli malè intellectis, exorta eſt hæreſis de ſola fide.* Nam etiam temporibus Apoſtolorum, non intellectis quibuſdam ſubobſcuris ſentētijs Apoſtoli Pauli, hoc eum quidam arbitrati ſunt dicere: *Rom. 3.* Faciamus mala, vt veniant bona: quia dixerat, *Rom. 5.* Lex ſubintrauit vt abundaret delictum, vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia. Quod ideò verum eſt, quia legem accipientes homines, qui de ſuis viribus ſuperbiſsimè præſumebant, nec Diuinum adiutorium vincendarum malarum concupiſcentiarum, recta fide impetrantes, pluribus grauioribusq; delictis, etiam lege præuaricata, onerati ſunt. Ac ſic magno reatu compellente confugerunt ad fidem, qua miſericordiam indulgentię mererentur, & auxilium à Domino qui fecit cœlum & terram: *Pſal. 101.* vt diffuſa per Spiritum ſanctum charitate in cordibus ſuis, cum dilectione agerent, *Rom. 5.* quæ cōtra ſeculi huius concupiſcētias iubērent, ſecundùm id quod prædictū fuit in Pſalmo: *Pſal. 15.* Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſteà accelerauerunt. *Et poſt pauca.* Iacobus autem vehementer infenſus eſt eis qui ſapiunt fidem ſine operibus valēre ad ſalutem, *Contra ſolā fidem. Iacob. 2.* vt illos etiam dæmonibus comparet, dicens: Tu credis, quoniam vnus eſt Deus, benè facis, & dæmones credunt, & contremiſcunt. Quid verius, breuius, vehementius dici potuit? Cùm & in Euangelio legamus hoc dixiſſe dæmonia, *Marc. 3.* cùm Chriſtum Filium Dei confiterentur, & ab illo corriperentur, quod in Petri confeſsione laudatum eſt. *Matth. 16.* Quid proderit, ait Iacobus, fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? *Iacob. 2.* Nunquid poterit fides ſaluare eum? Dicit etiam: Quia fides ſine operibus mortua eſt. Quouſq; igitur falluntur qui fide mortua ſibi vitam æternam pollicentur?

6 IDEM tom. 7. lib. De gratia & libero arbitrio, Cap. 7. Homines autem non intelligentes quod ait ipſe Apoſtolus: *Roman. 3.* Arbitramur iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis: putauerunt eum dicere, ſufficere homini fidem, etiam ſi malè viuat, & bona opera non habeat. *Nunquam Paulus ſenſit ſufficere ſolam fidem ad ſalutem.* Quod abſit vt ſentiret vas electionis, qui cùm dixiſſet quodam loco: In Chriſto enim Ieſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium: *Galat. 5.* mox addidit, Sed fides, quæ per dilectionem operatur. *Fides operans, fideles à dæmonibus ſeparat.* Ipſa eſt fides quæ fideles Dei ſeparat ab immundis dæmonibus. Nam & ipſi, ſicut dicit Apoſtolus Iacobus, *Iacob. 2.* credunt & contremiſcunt, ſed non benè operantur. Non ergò habent iſtam fidem ex qua iuſtus viuit, *Roma. 1. Abac. 2.* id eſt, quæ per dilectionem operatur, *Galat. 5.* vt reddat ei Deus vitam æternā ſecundùm opera eius. Sed quia & ipſa bona opera nobis ex Deo ſunt, à quo nobis & fides eſt & dilectio, *Vita æterna, cur dicatur, gratia. Rom. 6.* propterea idem ipſe Doctor gentium etiā ipſam vitam æternam, gratiam nuncupauit.

7 ET Cap. 8. Naſcitur non parua quæſtio, quæ Domino donante ſoluenda eſt. *Vita æterna redditur bonis operibus.* Si enim vita æterna bonis operibus redditur, ſicut apertiſsimè dicit Scriptura: Quoniam Deus reddet vnicuique ſecundùm opera eius: *Matth. 16.* quomodò gratia eſt vita æterna, cùm gratia non operibus redditur, ſed gratis detur? ipſo Apoſtolo dicente: *Rom. 4.* Ei qui operatur, merces non imputatur ſecundùm gratiam, ſed ſecundùm meritum. Et iterum, Reliquiæ, inquit, per electionem gratiæ, ſalux factæ ſunt. *Rom. 11.* Et mox addidit: Si autem gratia, iam non ex operibus: alioquin gra

gratia, iã non eſt gratia. Quomodò eſt ergò gratia vita æterna, quæ ex operibus ſumitur? An fortè vitam ęternã non dixit Apoſtolus gratiam? Imò verò ſic dixit, vt negari omnino non poſsit, nec intellectorem acutum, ſed tantummodò intentum deſyderat auditorem. Cùm enim dixiſſet: Stipendium peccati, mors: cõtinuò ſubdidit: Gratia autem Dei vita æterna in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Iſta ergò quæſtio nullo modò mihi videtur poſſe diſſolui, niſi intelligamus, & ipſa bona opera noſtra, quibus æterna redditur vita, ad Dei gratiã pertinere, propter illud quod ait Dominus Ieſus: Sine me nihil poteſtis facere. Et ipſe Apoſtolus cùm dixiſſet: Gratia ſalui facti eſtis per fidem, & hoc nõ ex vobis, ſed Dei donum eſt, non ex operibus, nè fortè quis extollatur: vidit vtiq; putare poſſe homines hoc ita dictum, quaſi neceſſaria nõ ſint opera bona credentibus, ſed eis fides ſola ſufficiat: & rurſus poſſe homines de bonis operibus extolli, velut ad ea facienda ſibi ſufficiant. Mox itaq; addidit: Ipſius enim ſumus figmentum, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus. Quid eſt hoc, quòd cùm, Dei gratiam cõmendans, dixiſſet: Non ex operibus nè fortè quis extollatur: cur hoc dixerit rationem reddens. Ipſius enim (inquit) ſumus figmentum, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis. Quomodò ergò non ex operibus, ne fortè quis extollatur? Sed audi & intellige, non ex operibus dictũ, tãquàm tuis, ex teipſo tibi exiſtentibus, ſed tanquàm his in quibus te Deus finxit, id eſt, formauit & creauit. Hoc. n. ait: Ipſius ſumus figmentum creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, nõ illa creatione qua homines facti ſumus, ſed ea, de qua ille dicebat, quì vtiq; iam homo erat, Cor mundũ crea in me Deus. Et de qua dicit Apoſtolus: Si qua ergò in Chriſto noua creatura, vetera tranſierunt, ecce facta ſunt noua, omnia autem ex Deo. Fingimur ergò, id eſt, formamur & creamur in operibus bonis, quæ nõ præparauimus nos, ſed præparauit Deus vt in illis ambulemus. Itaq; chariſsimi, vita bona noſtra nihil aliud eſt quàm Dei gratia: ſine dubio & vita æterna, quæ bonę vitæ redditur, Dei gratia eſt: & ipſa enim gratis datur, quia grata eſt illa cui datur. Sed illa cui datur, tantummodò gratia eſt: hæc autem quæ illi datur, quoniam præmiũ eius eſt, gratia eſt pro gratia, tanquàm merces pro iuſtitia: vt verum, quoniam verũ eſt, Quia reddet vnicuiq; Deus ſecundùm opera eius.

Rom. 11. *Vita ęterna quo pacto ſit gratia, et ſimul merces.* *Roma. 6.* *Ioan. 15.* *Epheſ. 2.* *Ephef. 2.* *Malum eſt et putare nõ eſſe neceſſaria bona opera, & de illis gloriari tanquàm propria virtute factis.* *Pſal. 50.* *2. Cor 5.* *Matth. 16*

8 IDEM tom. 4. lib. octoginta triũ quęſtionum, q. 76. Vnde manifeſtum eſt quod Paulus Apoſtolus dicit: Arbitramur. n. hominẽ iuſtificari per fidẽ ſine operibus legis. Non tamen intelligendũ eſt, vt accepta fide ſi vixerit, dicamus eum iuſtum, etiãſi malè vixerit. Ideò exẽplo Abrahæ & Apoſtolus Paulus vtitur, quia ſine operibus legis, quam nõ acceperat, per fidem iuſtificatus: & Iacobus quia fide ipſius Abrahę opera bona conſecuta eſſe demõſtrat, oſtẽdẽs quemadmodũ intelligẽdũ ſit quod Paulus Apoſtolus prædicauit. Nã qui putãt iſtã Iacobi Apoſtoli ſententiã contrariã eſſe illi Pauli Apoſtoli ſententiæ, poſſunt arbitrari etiã ipſum Paulũ ſibi eſſe contrariũ, quia dicit alio loco: Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deũ, ſed factores legis iuſtificabuntur. Et alio loco: Sed fides quæ per dilectionem operatur. Et iterum: Si enim ſecũdùm carnem vixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quæ ſint autem facta carnis, quæ operibus ſpiritalibus mortificanda ſunt, alio loco demonſtrat dicens: Manifeſta autẽ ſunt opera carnis, quæ ſunt, fornicationes, immunditiæ, impudicitiæ, Idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, animoſitates, diſſenſiones, hereſes, inuidię, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quę prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non poſsidebunt. Et ad Corinthios ait: Nolite errare, neque fornicatores, neq; idôlis ſeruientes, neque adulteri, neq; molles, neq; maſculorũ cõcubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebrioſi, neq; maledici, neq; rapaces, regnũ Dei poſſidebũt. Et hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri. Quibus ſentẽtijs maniſeſtiſsimè docet, nõ eos præterito bono õpere ad fidei iuſtificationem perueniſſe: nec meritis eorum iſtam gratiam datam, quando dicit: Et hæc quidẽ fuiſtis. Sed cũ dicit, Qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt: ſatis oſtendit iam ex quo crediderũt, bene operari debere. Quod & Iacobus dicit, & multis omnino locis idem Apoſtolus Paulus, ſatis apertéq; prædicat, rectè viuẽdum omnibus qui in Chriſto crediderunt, ne ad pœnas perueniãt. Quod & ipſe Dominus commemorat, dicens: Non omnis qui dicit mihi, Domine, Dñe, intrabit in regnum

Rom. 3. *Iuſtus non erit qui accepta fide malè vixerit.* *Rom. 4.* *Iacob. 2.* *Non ſibi contradicunt Paulus & Iacobus.* *Roma. 2.* *Roma. 8.* *Gala. 5.* *Gala. 5.* *1. Cor. 6.* *Meritis operum præteritorum non perueniſſe ad iuſtificationem.* *Iuſtificatus debet bene operari.* *Matth. 7.*

regnum cœlorum: ſed qui facit voluntatem Parris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum. Et alibi: Vt quid
Luc. 6. dicitis mihi, Domine, Domine, & non facitis quę dico vobis? Et: Omnis qui audir ver
Matt. 7. ba mea hæc, & facit ea, ſimilabo eum viro prudenti, qui ædificauir domum ſuam ſupra petram, &c. Et qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilabo eũ viro ſtulto qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam, &c. Quapropter non ſunt ſibi contrariæ duorum Apoſtolorum ſententiæ,
Rom. 3. Pauli & Iacobi, cùm dicit vnus, iuſtificari
Iacob. 2. hominem per fidem ſine operibus: quia iſte dicit, inanem eſſe fidem ſine operibus: quia ille dicit de operibus quæ fidem præcedũt, iſte de ijs quæ fidẽ ſequũtur: ſicut etiam ipſe Paulus multis locis oſtẽdir.

9 IDEM tom. 8. in præfatione Pſal. 31. Certè notum eſt nobis & manifeſtum, quoniam Abraham ad Deum habet glo-
Rom. 4. riã. At, ſi ex operibus iuſtificatus eſt Abraham, haber gloriam, ſed non ad Deum. Ad Deum habet gloriam, non ergò ex operibus iuſtificatus eſt. Si ergò non ex operibus iuſtificatus eſt Abraham, vnde iuſtificatus eſt? Sequitur & dicit vnde: Quid enim ſcriptura dicit? Id eſt, vnde dicir ſcriptura iuſtificatũ Abraham? Credidit au-
Gen. 15. tem Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Ergò ex fide iuſtificatus eſt Abraham. Iam qui audit, non ex operibus, ſed ex fide: obſeruet illam voraginem de qua locutus ſum. Vides ergò quia ex fide, non ex operibus iuſtificatus eſt Abraham. Faciam ergò quicquid volo, quia etſi bona opera non habuero, & tantùm credidero
Damnantur hæretici negantes bona opera. in Deum, deputabitur mihi ad iuſtitiam. Si dixit & decreuit, lapſus, demerſus eſt: Si adhuc cogitat & fluctuat, periclitatur. Scriptura autem Dei, veruſq; intellectus non ſolùm periclitantem à periculo liberat, ſed & demerſum à profundo eleuat. Reſpondeo ergò tanquàm contra Apoſtolum, & dico de ipſo Abraham, quod inuenimus etiam in epiſtola alterius Apoſtoli, qui volebat corrigere homines qui malè in
Paulus & Iacobus nõ diſcordant. tellexerunt iſtum Apoſtolũ. Iacobus enim in epiſtola ſua contra eos, qui nolebant bene operari, de ſola fide præſumẽtes, ipſius
Iacob. 2. Abrahæ opera cõmendauit, cuius Paulus
Rom. 4. fidem. Et non ſunt ſibi aduerſi Apoſtoli. Dicit autem Abrahæ opus omnibus notũ.
Gen. 22. Abraham filium ſuum immolandum Deo obtulit. Magnum opus, ſed ex fide. Laudo ſuperædificationẽ operis, ſed video fidei fundamentum. Laudo fructũ boni operis, ſed in fide agnoſco radicẽ. Si. n. hoc prę̨ter fidem rectã faceret Abrahã, nihil illi prodeſſet, qualecũq; illud opus eſſet. Rurſum, ſi ſic renêret fidẽ Abrahã, vt cùm ei Deus imperaret offerre ſibi immolandũ filium ſuum, diceret apud ſemetipſum, Nõ facio, & tamen credo quia me etiã contẽnentẽ iuſſa ſua liberet Deus, fides ſine operibus mortua eſſet, & tãquàm radix ſine fructu ſterilis atq; arida remanêret. Quid ergò? *Fides eſt fundamentum & radix boni operis: bonũ autem opus, eſt fidei fructus. Obediẽtia ſine fide, & fides ſine obedientia, nil prodeſt. Iacob. 2.*

Debemus nulla opera præponere fidei, id eſt, vt ante fidem quiſquàm dicatur benè operatus? Ea enim ipſa opera quæ dicũtur ante fidem, quanuis videantur hominibus laudabilia, inania ſunr. Ita mihi videntur eſſe, vt magnæ vires & curſus celerrimus præter viam. Nemo ergò computet bona opera ſua ante fidem: vbi fides non erat, bonum opus non erar. Bonum opus intentio facit, intentionem fides dirigit. *Vbi non eſt fides, neque bonũ opus.*

10 HILAR. in Pſal. 51. Confirebor tibi in ſeculũ, quia tu feciſti: & expectabo nomen tuum quoniã bonũ ante cõſpectũ Sanctorũ tuorũ. Spes in miſericordia Dei in ſeculum, & in ſeculum ſeculi eſt. Non enim ipſa illa iuſtitiæ opera ſufficient ad perfectæ beatitudinis meritum, niſi miſericordia Dei etiam in hac iuſtitiæ volũtate, humanarum demurationum & motuũ vitia, non reputet. Hinc illud Prophetæ dictum eſt: Melior eſt miſericordia tua, ſuper vitam. Quia quanuis probabilis per iuſtitiæ operationem vita iuſtorum ſit, tamẽ per miſericordiam Dei plus meriti conſequetur. Ex hac enim vita in vitam proficit æternam: & operationum iuſtitiæ volunratem in tantùm miſericordia Dei muneratur, vt miſerans, æternitatis quoq; ſuæ iuſtum quemq; tribuat eſſe participẽ. *Pſal. 51. Ad bona opera accedere debet miſericordia Dei. Pſal. 62.*

11 AMBRO. tom. 2. De vocatione Gẽtium lib. 1. Cap. 8. Proprium ergò hoc habet noua creatura per gratiam, vt qui figmentum Dei ſunr, qui natiuitate cœleſti conduntur in Chriſto non ocio torpeant, nec deſidia reſoluantur, ſed virtute in virtutẽ proficiant, per viã bonorum operum ambulando. Hoc eſt enim fingi, hoc de vetere creatura nouã fieri, hoc de imagine terreni hominis ad imaginẽ cœleſtis hominis reformari. Quod totum ſiue palàm per cooperatores gratiæ, ſiue occultè per ſubminiſtrationem Spiritus, ille inchoat, ille auget & perficit, cuius *Chriſtiani ambulare debent per viam bonorũ operum. Pſal. 83.*

 agri-

1.Cor 3. agricul!ura, cuius ædiſica io, & cuius figmẽtum ſumus.

12 HIERONYM. tom.9. in Cap.3. ad Ga!at. Maledictus omnis qui non per- *Gala.3.* n:anſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro, &c. Hoc eſt, qui non oinnia vſque ad tinem, legis mandata ſeruauerit. Quæ- *Fides ſola n n ſufficit Chriſtiano.* ritur ſanè hoc loco ſi tides ſola ſufficiat Chriſtiano, & vtrum non ſit maledictus, qui Euangelica præcepta contemnet. Sed fides ad hoc proficit, vt in primitijs credulitatis accedentes ad Deũ iuſtificet, ſi deinceps in iuſtificatione permaneãt: cæterùm ſine operibus tidei, non legis, mortua eſt fides. Quj enim non credit mandatis, & eos qui Euangelij præcepta contemnunt, maledictos eſſe & Saluator edocuit, dicens: *Matth. 15.* Diſcedite à me maledicti in ignem æter- *Iacob.2.* num. Et Iacobus Apoſtolus vnius mandati tranſgreſſorem, omnium reum eſſe demõſtrauit.

13 CYRILLVS Alexand. in Ioan. lib.6. Cap.1. Itaq; nolite vobis blandiri, *Luc.9.* quòd ſermonem meum audieritis, aut re- *Præter fidẽ, obſeruatio mandatorũ neceſſaria eſt.* ceperitis: initium id ſalutis eſt: ſed niſi mãſeritis in ſermone meo, nequaquàm id vobis profuturum eſt. Si autem ad finem vſque in eo perſtiteritis, verè diſcipuli mei *Ioan. 15.* eritis, & non ſolo nomine. Nonnulli enim ſe meos eſſe ditunt diſcipulos, & tamen à diſcipulatu meo longè ſunt alieni: nomen tenent, rem non habent.

14 ET Cap.3. Admonuit vos Ioannes Baptiſta, vt clariſsima tuba in deſerto per- *Matt. 3.* ſonans: Ne cœperitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham: Potens eſt enim Deus de lapidib' iſtis ſuſcitare filios Abra- *Fides cũ bonis operibus ſalutem affert.* hæ. Quid aliud his verbis ſignificauit, quã ſolam carnis ex Abraham ſtirpem, nemini ſalutem afferre, ſed fidem, & bonorum operum imitationem? Quia Deus ex lapideis Gentium cordibus (qui ex Abrahæ progenie non ſunt exorti) poteſt ſuſcitare filios ſpirituales Abrabæ, fideiq; & iuſtitiæ eius ſectatores.

15 ET Cap.4. Verùm magnoperè nobis formidandum eſt, ne ſimile quiddam nobis iure obijciatur, quod à Domino Iudæis hinc obiectum legimus. Gloriamur enim Chriſtiano nomine, & ſecundùm *Chriſtianus Chriſtũ imitetur.* illius ra icnem nõ viuimus. Iactamus itidẽ nos Chriſti eſſe filios per ſpiritualẽ baptiſmalis lauacri regenerationẽ: illius tamen optimos mores & veſtigia non ſequimur. Non'ne igitur grauiter timêre debemus, ne nobis etiam meritò iu ſaciem obiectetur: Si Chriſti eſt.s filij, opera Chriſti facite? Et quoniam opera Chriſti non facitis, vt res ipſa linguis tacentibus loquitur, conuincimini non veri eſſe Cbriſti filij per morum imitationem, ſed degeneres & adulterini, generatioq; praua & adultera. Enimuêrò ad ambiendos mun- *Matth. 12.* di honores toto rapimur animo, atque aſpiramus ad congerendas opes: inſatiabili voluptate ſèrimur ad voluptates, præſentiſq; vitæ delicias perfruendas, inſanîmus, & agimur præcipites. Hoc autem Chriſtus *Ioan. 6.* non ſecit, qui delatam ſibi nimio fauore regiam dignitatem, fugiendo detlinauit: qui pauper ſemper vixit, non habens vbi ca- *Luc. 9.* put reclinet: qui deniq; acerbiſsimos in *1.Pet.2.* corpore ſuo pro nobis dolores pertulit. Quocirca in nobis id locum habere videtur, quod ſcribit Paulns ad Titum: Con- *Tit. 1.* fitentur, inquit, ſe noſſe Deum, factis autem negant. Confitemur ſiquidem ore, & exteriore cultu atque habitu, nos Chriſtum noſcere, eins nomen ſumus in baptiſmo profeſsi, & clara ipſius denominatione inſigniti, appellamur Chriſtiani. Factis autem Chriſtum negamus, quoniam quæ vetuit, committimus: & quæ præcepit, omnino negligimus. Non'ne igitur cũ horrore, ingentiq; pauore debemus extimeſcere, ne demum nobis iuſtè improperet, quod hoc loco deinceps Iudæis exprobrauit? Vos ex patre diabolo eſtis, & ope- *Ioan. 8.* ra patris veſtri vultis implere. Ex patre ſiquidem diabolo ſumus, ſi malitiam eius & peruerſitatem, noſtris operibus imitamur, facti exinde morum cognatione, Satanæ filij. Opera quoque patris illius, dæmonis inquàm, implemus, ſi quæcunq; ſuggerit, mala perpetrantes, prauis moribus ſimiles illius efficimur.

(?)

LECTIO XVII.

DOCTOR.

SVnt'ne porrò actiones noſtræ eius gratiæ tanquàm cauſa princeps, quæ iuſtificandis nobis à peccato, in corda noſtra infunditur?

ADOLESCENS.

Minimè: à nobis enim, quandiu iratum Deum, nos, iræ filij & peccato inquinati, experimur,[a] nihil poteſt proficiſci quod ei magnoperè gratũ acceptumq; ſit neq; ſeriò antè, ad eius bonitatem confugere, & quidquam iuſtũ ac mercede dignum operari poſſumus, quàm eius gratia ac fauore præueniamur.

DOCTOR.

Quam ergò nobis iuſtitiam hæ noſtrę actiones comparant, & cui vſui ac vtilitati eſſe poſſunt?

ADOLESCENS.

Certè vbi ſemel per fidem ac dilectionem [b] (virtutes à Deo nobis infuſas, & harum actionum vnà [c] nobiſcum opifices) ſumus iuſtificati, augent indies ſpem ac fiduciam [d] vocationis noſtræ, faciuntq́ue virtutis ac iuſtitiæ in nobis magnam [e] acceſsionem. Quoniam verò hæc, quæ recta nos vocamus opera, [f] & Spiritus ſancti ſigillo quodammodo ſunt impreſſa, & ea voluntatis noſtræ libertate, quam habemus, adnixa, magnæ coram Deo mercedis cauſæ nobis eſſe ſolent, atque adeò æternitatis certiſsima quædam pignora, non autem ocioſa illa & emortua ſigna fidei & charitatis noſtræ.

DOCTOR.

Præclarè: atque hæc tua doctrina vendicat nos ab eorum calumnijs qui putant nos hîc Mediatoris noſtri gratiam labefactare, [g] perinde ac ſi plus æquo nobis in ſalute noſtra operanda tribueremus: & hoc inde commodum etiam aſſequimur, quòd dum noſtram quoq;, in ſalutis noſtrę negotio, operam requiri credimus, illam ex animis temeritatem, ac ſecuritatem nimiam excutimus, qua illi diſtinentur, qui ſibi perſuadent nos à Deo, nobis in vtramuis aurẽ dormientibus,[h] ſaluari.

a Luc. 7. Acto. 15. Rom. 3. 4. 5. & 10. 2. Corin. 5. Galat. 2. & 3. 2. Pet. 1.

b Rom. 5. Philip. 2. 2. Petr. 1. Iacob. 1.

c Matt. 25. Acto. 2. Philip. 2. Hebr. 6. 1. Petr. 1.

d Matt. 25. Luc. 19. Apoca. 22. Aug. in Ioann. tractat. 72. & in pſal. 31 & de doc. Chriſ. lib. 1. c. 37.

e Ioan. 9. & 15. Rom. 5. Colo. 1. Epheſ. 1. 1. Cor. 15. 1. Reg. 16.

f Matt. 16. 20 & 25. 1. Cor. 3 2. Pet. 1. Apoc. 14. 2. Tim 4.

g Deut. 36.

h Iobel. 2 Iſa. 55. 1. Regum. 7. Ezech. 36. Iacob. 1. Philip 2. 1 Petr. 1. Tit. 1. Cyrill. Alex. in Ioan. lib. 9. c. 43.

ADOLESCENS.

Sic ego ſentio.

DOCTOR.

Sed quis eorum,quæ iuſtè à nobis fieri debent,rationẽ, ac regulam præſcribet?

ADOLESCENS.

Lex Dei Optimi Maximi,& legitima eius explicatio.

AVTHORIT. SCRIP.

A LVCÆ Cap.7. Cùm autẽ impleſſet oĩa verba ſua in aures plebis, intrauit Capharnaũ. Cẽturionis autẽ cuiuſdã ſeruus malè habẽs,erat moriturus:qui illi erat precioſus. Et cùm audiſſet de Ieſu, miſit ad eum ſeniores Iudæorũ,rogans eũ vt veniret, & ſaluaret ſeruũ eius.At illi cùm veniſſent ad Ieſum,rogabant eum ſolicitè,dicentes ei,Quia dignus eſt vt hoc illi præſtes.Diligit enim gentem noſtrã,& ſynagogã ipſe ædificauit nobis. Ieſus autẽ ibat cùm illis.Et cùm iã nõ longè eſſet à domo, miſit ad eũ Centurio amicos dicẽs, Dñe, noli vexari.Non enim ſum dignus, vt ſub tectum meum intres.Propter quod & me ipſum non ſum dignũ arbitratus vt venirẽ ad te:ſed dic verbo,& ſanabitur puer me⁹. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate cõſtitutus,habens ſub me milites: & dico huic, vade, & vadit: & alij,veni,& venit:& ſeruo meo,ſac hoc,& ſacit.Quo audito,Ieſus miratus eſt: & conuerſus, ſequentibus ſe turbis,dixit:Amen dico vobis, nec in Iſraẽl tantam fidem inueni.

ACT. Cap.15.Cùm autẽ magna conquiſitio fieret, ſurgẽs Petrus dixit ad eos: Viri fratres, vos ſcitis quoniã ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire Gentes verbũ Euãgelij,& credere. Et qui nouit corda Deus, teſtimonium perhibuit,dãs illis Spiritũ ſanctũ ſicut & nobis: & nihil diſcreuit inter nos & illos,fide purificans corda eorũm. Nunc ergò quid tentatis Deum,imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neq; patres noſtri,neq; nos portare potuimus? Sed per gratiam Domini Ieſu Chriſti credimus ſaluari,quemadmodum & illi.

AD ROM.Cap.3.Scimus autẽ quoniam quęcunq; lex loquitur,ijs qui in lege ſunt loquitur,vt omne os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus Deo: quia ex operibus legis nõ iuſtificabitur omnis caro coram illo.Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt,teſtificata à lege & Prophetis. Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti, in omnes & ſuper omnes qui credunt in eo:non enim eſt diſtinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei.Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiationem per fidem in ſanguine ipſius,ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, propter remiſsionem præcedentium delictorum,in ſuſtentatione Dei ad oſtenſionem iuſtitiæ eius in hoc tẽpore: vt ſit ipſe iuſtus & iuſtificans eum qui eſt ex fide Ieſu Chriſti. Vbi eſt ergò gloriatio tua? Excluſa eſt.Per quã legẽ? factorũ? Non. Sed per legem fidei.Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis.

ET Cap.4. Quid ergò dicemus inueniſſe Abrahã patrẽ noſtrũ ſecundùm carnem? Si enim Abrahã ex operibus iuſtificatus eſt:habet gloriã,ſed non apud Deũ. Quid enim dicit ſcriptura? Credidit Abrahã Deo, & reputatũ eſt illi ad iuſtitiã. Ei autem qui operatur,merces nõ imputatur ſecundùm gratiam,ſed ſecundùm debitũ. Ei verò qui non operatur,credenti autem in eum qui iuſtificat impiũ,reputatur fides eius ad iuſtitiam ſecundùm propoſitum gratiæ Dei.

ET Cap.5. Vide ſup.lect.11.lit. E.

ET Cap.10. Corde enim creditur ad iuſtitiã,ore autẽ confeſsio fit ad ſalutẽ.Dicit enim ſcriptura: Omnis qui credit in illum,non confundetur. Non enim eſt diſtinctio Iudæi & Græci: nam idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicunque inuo-

innocauerit nomen Domini, ſaluus erit.

POSTER. ad Corint.Cap.5. Vide ſup.lect.1.lit.I. *Et deinde.* Eum qui nō nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit: D vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo.

AD GALA. Cap. 2. Scientes autē quòd nō iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti, & nos in Chriſto Ieſu credimus, vt iuſtificemur ex fide Chriſti, & non ex operibus legis: propter quod ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro. Quòd ſi quærentes iuſtificari in Chriſto, inuenti ſumus & ipſi peccatores, nūquid Chriſtus peccati miniſter eſt? Abſit.

ET Cap.3. Vide ſup.lect.16.lit. H.

POST. Petri Cap.1. Vide ſup.lect. 14.lit.B.

B AD ROM.. Cap.5. Vide ſup.lit.A.

AD PHILIPP. Cap. 2. Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona voluntate.

POSTER. Petri, Cap.1. Vide ſup. lect.13.lit.N. *Et deinde.* Hæc enim ſi vobiſcum adſint, & ſuperent: non vacuos, nec ſine fructu vos conſtituent io Dñi noſtri Ieſu Chriſti cognitione. Cui enim non præſto ſunt hæc: cœcus eſt, & manutentans, obliuionem accipiens veterum ſuorum delictorum. Quapropter fratres magis ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis: hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. Sic.n. abundanter miniſtrabitur vobis introitus in æternum regnum Dñi noſtri & Saluatoris Ieſu Chriſti.

IACO. Cap. 1. Vide ſup.lect.2.lit.E.

MATT. Cap.25. Acceſsit autem &
C qui duo talenta acceperat, & ait, Dñe duo talenta tradidiſti mihi: ecce alia duo lucratus ſum. Ait illi Dñs eius, Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.

ACT. Cap.2. Omnes etiā qui credebant, erant pariter, & habebant omnia cōmunia. Poſſeſsiones & ſubſtantias vendebāt, & diuidebāt illa omnibus, prout cuiq; opus erat. Quotidie quoq; perdurātes vnanimiter in teplo, & frāgētes circa domos panē, ſumebant cibum cum exultatione & ſimplicitate cordis: collaudātes Deum, & habētes gratiā ad omnē plebē. Dñs quoq; augebat qui ſalui fierēt quotidie in idipſū.

AD Phil.Cap.2. Vide ſup.lec.10.lit.E.

AD HEB. Cap.6. Vide ſup.lect.16. litera.G.

POST.Petri, Cap.1. Vide ſup.lis.A.B.

D MATT. Cap.25. Sicut enim homo peregrè proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et vni dedit quinq; talenta, alij autem duo, alij verò vnū, vnicuiq; ſecundùm propriam virtutē: & profectus eſt ſtatim. Abijt autē qui quinq; talenta acceperat, & operatus eſt in eis & lucratus eſt alia quinq;. Similiter & qui duo acceperat, lucratus eſt alia duo.

LVC. Cap.19. Et factum eſt vt rediret accepto regno: & iuſsit vocari ſeruos. quib⁹ dedit pecuniā: vt ſciret quātū quiſq; negotiatus eſſet. Venit autē primus, dicēs, Dñe, mna tua, decē mnas acquiſiuit. Et ait illi, Euge bone ſerue, quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatē habens ſuper decem ciuitates. Et alter venit, dicens, Dñe, mna tua fecit quinq; mnas. Et huic ait, Et tu eſto ſuper quinq; ciuitates.

APOCAL. Cap.22. Ecce venio citò, & merces mea mecum eſt, reddere vnicuiq; ſecūdùm opera ſua. Ego ſum, α, & ω, primus & nouiſsimus, principium & finis. Beati qui lauant ſtolas ſuas: vt ſit poteſtas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem.

E IOAN. Cap.9. Me oportet operari opera eius qui miſit me, donec dies eſt: venit nox, quādo nemo poteſt operari. Quādiu ſum in mundo, lux ſum mundi.

ET Cap.15. Iam vos mundi eſtis propter ſermonē quē locutus ſum vobis. Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructū à ſemetipſo, niſi manſerit in vite: ſic nec vos niſi in me māſeritis. Ego ſum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructū multum: quia ſine me nihil poteſtis facere.

AD ROM. Cap.5. Vide ſup.lit.A.

AD Coloſſ. Cap.1. Vide ſup. lect.14. litera.E.

AD Epheſ.Cap.2. Nūc autē in Chriſto Ieſu vos qui aliquādo eratis lōgè, facti eſtis propè in ſanguine Chriſti. Ipſe. n. eſt pax noſtra, qui fecit vtraq; vnū, & mediū parietē maceriæ ſoluēs, inimicitias in carne ſua: legē mādatorū decretis euacuās: vt duos cōdat in ſemetipſo in vnū nouū hominē, faciēs pacē, & recōciliet ambos in vno corpore, Deo per crucē, interficiens inimicitias in ſemetipſo. Et veniēs euāgelizauit pacem vobis qui longè fuiſtis, & pacē ijs

qui

qui propè: quoniam per ipſum habemus ac
ceſsũ ambo in vno ſpiritu ad Patrẽ. Ergò
iã non eſtis hoſpites & aduenæ: ſed eſtis ci
ues Sanctorũ & domeſtici Dei, ſuperædifi
cati ſuper fundamẽtũ Apoſtolorum & Pro
phetarum, ipſo ſummo angulari lapide Ie-
ſu Christo: in quo omnis ædificatio cõſtru-
cta, creſcit in templum ſanctum in Dño,
in quo & vos coædificamini in habitacu-
lum Dei in Spiritu ſancto.

PRI. ad Corint. Cap. 15. Itaq; fratres.
mei dilecti, ſtabiles eſtote, & immobiles:
abundantes in opere Dñi ſemper, ſcientes
quod labor veſter non eſt inanis in Dño.

LIB. 1. Reg. Cap. 26. Dñs autem retri
buet vnicuiq; ſecũdùm iuſtitiã ſuã & fidẽ.

F MATT. Cap. 16. Filius hominis vẽtu
rus eſt in gloria Patris ſui cũ Angelis ſuis:
& tũc reddet vnicuiq; ſecũdùm opera eius.

ET Cap. 20. Reſpondens autem Ieſus,
dixit, Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere
calicẽ quẽ ego bibiturus ſum? Dicũt ei, Poſ
ſumus. Ait illis, Calicẽ quidẽ meũ bibetis:
ſedẽre autẽ ad dexterã meam & ſiniſtram,
non eſt meum dare vobis, ſed quibus para-
tum eſt à Patre meo.

ET Cap. 25. Tunc dicet Rex his qui à
dextris eius erũt, Venite Benedicti Patris
mei, poſsidete paratum vobis regnũ à con
ſtitutione mundi. Eſuriui enim: & dediſtis
mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bi-
bere: hoſpes erã, & collegiſtis me: nudus, &
operuiſtis me: infirmus, & viſitaſtis me: in
carcere eram, & veniſtis ad me.

PRI. ad Corin. Cap. 3. Qui autẽ plan-
tat & qui rigat, vnum ſunt. Vnuſquiſq; au-
tem propriã mercedem accipiet ſecũdùm
ſuum laborem. Dei enim ſumus adiutores,
Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis.

POST. Petri, Cap. 1. Vide ſup. lit. B.

APOCA Cap. 14. Et audiui vocem
de cœlo, dicentem mihi: Scribe, Beati mor
tui qui in Dño moriũtur. Amodò iam dicit
Spiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis.
Opera enim illorum ſequuntur illos.

POST. ad Timoth. Cap. 4. Bonum
certamen certaui, curſum conſummaui, fi-
dem ſeruaui. In reliquo, repoſita eſt mihi
corona iuſtitiæ, quã reddet mihi Dñs in il-
la die iuſtus iudex: nõ ſolùm autem mihi,
ſed & ijs qui diligunt aduentum eius.

G DEVTE. Cap. 30. Teſtes inuoco ho
die cœlũ & terrã, quòd propoſuerim vobis
vitã & bonum, benedictionem & maledi-
ctionem. Elige ergò vitã, vt & tu viuas, &
ſemen tuũ: & diligas Dñm Deum tuũ, atq;
obedias voci eius, & illi adhæreas (ipſe eſt
enim vita tua, & longitudo dierum tuorũ)
vt habites in terra pro qua iurauit Domi-
nus patribus tuis Abraham, Iſaac, & Iacob,
vt daret eam illis.

H IOEL. Cap. 2. Nunc ergò, dicit Dñs,
Conuertimini ad me in toto corde veſtro,
in ieiunio, & in fletu, & in planctu. Et ſcin-
dite corda veſtra, & nõ veſtimenta veſtra,
& conuertimini ad Dñm Deum veſtrum:
quia benignus & miſericors eſt, patiens &
multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper
malitia. Quis ſcit ſi cõuertatur, & ignoſcat;
& relinquat poſt ſe benedictionem, ſacrifi
cium & libamen Domino Deo noſtro?

ISAI. Cap. 55. Quærite Dñm dum in
ueniri poteſt, inuocate eum dum propè eſt.
Derelinquat impius viam ſuam, & vir ini-
quus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Do
minum, & miſerebitur eius, & ad Deũ no-
ſtrum: quoniam multus eſt ad ignoſcendũ.

LIB. 1. Regum Cap. 7. Ait autem Sa-
muel ad vniuerſam domum Iſraël, dicens,
Si in toto corde veſtro reuertimini ad Do
minum, auferte deos alienos de medio ve-
ſtri, Baalim & Aſtaroth: & præparate cor-
da veſtra Dño, & ſeruite ei ſoli, & eruet
vos de manu Philiſthijm.

EZECH. Cap. 36. Et dabo vobis cor
nouum, & ſpiritum nouum ponam in me-
dio veſtri. Et auferam cor lapideum de car-
ne veſtra, & dabo vobis cor carneũ. Et Spi
ritum meum ponam in medio veſtri, & fa-
ciam vt in præceptis meis ambuletis, &
iudicia mea cuſtodiatis, & operemini.

IACOB. Cap. 2. Vis autem ſcire, ô
homo inanis, quoniam fides ſine operibus
ocioſa eſt? Abraham pater noſter nõ'ne ex
operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac fi-
lium ſuum ſuper altare? Vides quoniam
fides cooperabatur operibus illius: & ex
operibus fides conſummata eſt? Et ſup-
pleta eſt ſcriptura, dicens, Credidit Abra-
ham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam:
& amicus Dei appellatus eſt. Videtis quo
niam ex operibus iuſtificatur homo, & nõ
ex fide tantùm? Similiter autem & Ra-
hab meretrix, non'ne ex operibus iuſtifi-
cata eſt ſuſcipiens nuncios, & alia via
eijciens? Sicut enim corpus ſine ſpiritu
mortuũ eſt: ita & fides ſine operibus mor-
tua eſt.

AD PHILIP. Cap. 2. Itaque chariſ-
ſimi mei (ſicut ſemper obediſtis) non vt in
præ-

præſentia mei tantùm, ſed multò magis nunc in abſentia mea, cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini. Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate.

PRIOR. Petri Cap. 1. Propter quod ſuccincti lumbos mẽtis veſtræ, ſobrij, perfectè ſperate in eam quæ offertur vobis gratiam, in reuelatione Ieſu Chriſti, quaſi filij obedientiæ, non configurati prioribus ignorantiæ veſtræ deſyderijs: ſed ſecundùm eum qui vocauit vos, Sanctum, & ipſi in omni cõuerſatione Sancti ſitis. quoniam ſcriptum eſt: Sancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum. Et ſi Patrem inuocatis eum qui ſine acceptione perſonarum iudicat ſecundùm vniuſcuiuſq; opus: in timore, incolatus veſtri tempore conuerſamini.

AD TITVM Cap. 1. Dixit quidã ex illis, proprius ipſorum propheta, Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtię, ventres pigri. Teſtimonium hoc verum eſt. Quam ob cauſam increpa illos durè, vt ſani ſint in fide, non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auerſantium ſe à veritate. Omnia munda mundis: coinquinatis autẽ & infidelibus nihil eſt mundum, ſed inquinatæ ſunt eorum & mẽs & conſcientia. Cõfitentur ſe noſſe Deum: factis autem negant, cùm ſint abominati & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.

AVTHORIT. PATR.

D 1 AVGVST. tom. 9. in Ioan. tract. 72. Apoſtolũ igitur audiamus: *Roma. 4.* Credenti, inquit, in eum qui iuſtificat impium, deputatur fides eius ad iuſtitiam. In hoc opere facimus opera Chriſti, quia & ipſum credere in Chriſto, opus eſt Chriſti. Hoc operatur in nobis, non vtique ſine nobis. Audi ergò iam, & intellige, Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, quia facio vt faciat. Quæ opera, niſi vt ex impio iuſtus fiat? Et maiora horum faciet. Quorum obſecro? Nunquid nam omnium operum Chriſti maiora facit, qui cum timore & tremore ſuam ipſius ſalutem operatur? Quod vtique in illo, ſed nõ ſine illo, Chriſtus operatur. Prorſus maius hoc eſſe dixerim, quàm eſt cœlum & terra, & quæcunq; cernuntur in cœlo & in terra. Et cœlum enim & terra tranſibit: prædeſtinatorum autem, id eſt, eorũ quos præſcit, ſalus & iuſtificatio permanebit. In illis tantùm opera Dei, in his autem etiam eſt imago Dei.

Chriſtus in nobis operatur, & nos operamur. *Ioan. 14.* *Philip. 2.* *Matth. 14.*

2 IDEM tom. 8. præfatione in Pſal. 31. Si fides ſine dilectione ſit, ſine opere erit. Ne autem multa cogites de opere fidei, adde illi ſpem & dilectionem, & noli cogitare quid operẽris. Ipſa dilectio vacare non poteſt. Quid enim de quoquam homine, etiam malè operatur, niſi amor? Da mihi vacantem amorem, & nihil operantem? Flagitia, adulteria, facinora, homicidia, luxurias omnes, non 'ne amor operatur? Purga ergò amorem tuum, aquam fluentem in cloacam conuerte ad hortum. Quales impetus habebas ad mũdum, tales habeas ad artificem mundi. Non vobis dicitur, nihil ametis: Abſit. Pigri, mortui, deteſtandi, miſeri eritis, ſi nihil ametis. Amate, ſed quid ametis videte. Amor Dei, amor proximi, charitas dicitur. Amor mundi, amor huius ſeculi, cupiditas dicitur. Cupiditas refrænetur, charitas excitetur. Ipſa enim charitas benè operantis, dat ei ſpem bonæ conſcientiæ: ſpem enim gerit bona cõſcientia. Quomodò mala conſcientia tota in deſperatione eſt, ſic bona conſcientia tota in ſpe. Et erunt tria hæc de quibus dixit Apoſtolus, Fides, Spes, Charitas. *1. Cor. 13.*

Fidei ſine dilectione operãti, ſi accedat Spes et Charitas, bene operabitur. *Nec benè nec malè operamur, niſi per bonũ vel malum amorem.*

3 IDEM tom. 3. De Doctrina Chriſtiana, lib. 1. Cap. 37. Fide titubante, charitas etiam ipſa langueſcit. Nam ſi à fide quiſque ceciderit, à charitate etiam neceſſe eſt cadat. Non enim poteſt diligere, quod eſſe non credit. Porrò ſi & credit & diligit, benè agendo, & præceptis bonorũ morum obtemperando, efficit vt etiã ſperet ſe ad id, quod diligit, eſſe venturum. Itaq; tria hæc ſunt quibus & ſcientia omnis & prophetia militat, Fides, Spes, Chariras. Sed fidei ſuccedit Spes, quam videbimus. Et ſpei ſuccedit Beatitudo ipſa, ad quam peruenturi ſumus. Charitas autem etiam iſtis decedentibus augebitur potius. Si enim credendo diligimus, quod nondũ videmus, quantò magis cùm videre cœperimus? Et ſi ſperando diligimus, quò nondum peruẽnimus, quãtò magis cùm peruenerimus?

Sine fide corruit Charitas. *Omnis ſcientia & prophetia, Fides, Spes, & Charitas militat.* *Augetur manſura Charitas, Fide, & Spe decedente.*

H 5 CYRILL. Alexand. in Ioannem, lib. 9. Cap. 43. Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Cùm perituris omnia ſe largiturum pollicitus ſit, ne falſò hæc ſibi dicta eſſe videantur (multi enim in nomine eius petunt, & non accipiunt) pau- *Ioann. 14.*

Charitati merces promittitur.

paucißimis ſtatim verbis expoſuit, quibus hæc facta pollicitatio eſt. Diligentibus ergò ſeipſum, & præcepta ſua ſeruantibus, gratia ſolummodò ſpiritualium bonorum conceditur. *Et paulò pòſt.* Cùm igitur diligentibus hæc bona futura dixerit, quæ per ipſum ex parte profundūtur, confeſtim quomodò hæc dilectio habeatur, & quis ſit modus eius, aperuit. Non enim quicunq; dixerit Deum à ſe diligi, verè dicere videbitur, nec in verbis nudis virtutis vires conſiſtunt, nec veritatis fulgentißimum decus verbo confirmatur: ſed bonis operibus, & animo probè affecto cognoſcitur: ita Diuinorum obſeruatio mandatorum, charitatem noſtram erga Deū oſtendit, & viuam veramq; virtutē conſtituit,

Præcepta custodit qui diligit Deum.

quæ non ſolùm verbo, ſed multò magis opere conſtat. Quod ipſe quoque Dominus demonſtrat dicens: Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem Patris mei. Non enim in verborum aſſentatiunculis, ſed in affectu agentis, fides eſſe probatur. Quare mortuam ipſam eſſe ſine operibus, ſcriptura docet. Non enim homines ſolùm, verùm etiam impuri dæmones virtutem Creatoris horreſcentes, Vnitatem Dei fatentur. Opera verò fidei congruentia facere, eorum ſolùmmodò eſt, qui Deum diligunt. Perfectißimus ergò fidei terminus, & dilectionis Dei demonſtratio eſt, Euangelicorum præceptorum obſeruatio atque cuſtodia.

Matth. 7.

Iaco. 2.

DE

DE LEGE,

CAPVT SECVNDVM.

LECTIO PRIMA.

DOCTOR.

QVAM porrò tu Dei legem intelligis?

ADOLESCENS.

Eam quam vulgo Decalogũ ideò nominamus,[a] quòd duabus tabulis decem præcepta Moſi Deus expreſsit, quæ omnis noſtræ iuſtitiæ rationem continerent.

DOCTOR.

Sed cùm Hebræis ſolùm lex iſta initio fuerit cõſtituta,[b] qua ratione ad eius nos obſeruationẽ cogimur, qui nunc ſub Euangelio, ac nouo Teſtamento verſamur?

ADOLESCENS.

Propterea quòd eò nos ſua Chriſtus authoritate ac verbo[c] obligauit.

DOCTOR.

Quænam verò huius legis eſt ſumma?

ADOLESCENS.

Prima quidem tabula tribus præceptis ea potiſsimùm complectitur,[d] quæ ſummo Principi Deo à nobis tribuenda ſunt: Secunda verò rectam[e] cum proximo conſuetudinẽ luculenter explicat.

DOCTOR.

Cedo primum prioris tabulæ præceptum.

a *Deutero.4.5.& 33. Exo.19. Pſal. 118. Leui.26. Matt.19. & 22. Ioã.1.& 7. Roman.2. Galat.3. 1.Tim.1. Aug.q.in Exod.& cõt.Fauſtũ. Ioſeph. lib.antiquit.*

b *Rom.8.& 9. Heb. 7.& 12. Act. 15. 2.Cor. 3. Galat.4. Ephеſ.2.*

c *Matt.5. Roma.7.& 13. Heb.8. Gal.2. Iaco.1.2.& 4.*

d *Exo.20. Matt.22. 1.Timot.1. Ioſeph. lib.3.antiquit.c.6. Orig.hom.8. in Exo. Aug.q.72. in Exod.*

e *Roma.13. Iacob.2. Gala.5. Aug. ibid.*

ADOLESCENS.

Audi Iſraël: f Ego ſum Dn̄s Deus tuus, Non habebis Deos alienos coram me, non facies tibi ſculptile, aut omnem ſimilitudinem, vt ea adores, & colas.

f *Exo. 10. Leuit 19. & 26. Deut. 5. 10. & 28. Sapien. 14. Amos. 4. Abac. 2. Iſai. 30. Pſal. 96. 1. Cor. 6. 1. Ioan. 5.*

DOCTOR.

Ecquis eſt horum tandem verborum ſenſus?

ADOLESCENS.

Duo hîc ego ſemper obſeruo. Primùm enim Deus ipſe quędā præfatur, quæ eò ſpectant vt intelligamus eius eſſe authoritatē omnem ac vim g leges præſcribendi, vel eo ſanè nomine, quòd ea nobis ob oculos beneficia reuocet, quæ nobis, ſummo exilio ac tyrannide ſpirituali afflictis, afferta ac reſtituta h libertate, contulit. Quæ omnia præclarè in nos quadrant, Ægyptiæ illius cladis, ac Hebraicæ libertatis ex Pharaonica i ſeruitute, veluti quibuſdam inuolucris adumbrata.

g *Deut. 6. Malac. 1. Hiere. 35. Matt. 5. Iacob 4. Hebra. 5. 1. Tim. 2.*
h *Deu 4 & 8. Hier. 2. Iſa. 63. Ioſue. 24. Luc. 1. Ioann. 8. 2. Tim. 1. Hebra. 2. Rom. 6.*
i *Exod. 4. 5. 6. & 13.*

DOCTOR.

Quid ſecundo loco annotaſti?

ADOLESCENS.

Præcepti vim ac explicationem. Vnum enim ac ſolum & prępotentem Deum ſic iubemur adorare & reuereri, vt aliū k nuſquàm vnquàm nobis præter eum eſſe fingamus. Deinde grauiter cauetur ne ſummum eius honorem ac venerationem ſupremā, l idolis ac ſimulacris tribuamus: néue ea nos vel ſculpamus, vel ſtatuamus, vt ijs cultum atque adorationem tanquàm Dijs m exhibeamus.

k *Deutero. 6 & 10. Pſalm. 96. Exod. 3. Matt. 4. Luc. 4.*
l *Deut. 4. 1. Reg. 2. 3. Reg. 18. Iudic. 6. Malac. 1. Eph. 4. 1. Tim. 1.*
m *Leuit. 19. Deu. 28. Pſalm. 96. Iſai. 44. Hier. 44. Ezech. 8. Sap. 14. 1. Cor. 10. 1. Ioan. 5.*

DOCTOR.

Iubemur ergo Deum hunc ſummum ac æternum toto corde atque animo venerari, colere, atque n inuocare. Iubemur item eū præ cæteris, o ac ſuper omnia, ex omnibus voluntatis ac ſenſus noſtri viribus ac facultate ita diligere, vt nulli vnquàm creaturæ, ſupremæ huius venerationis particulam, quauis ratione tribuamus.

n *Num. 6. Deut. 6. Ioan. 4. Roma. 10. 1. Tim. 2.*
o *Deut. 6. 10 & 11. Matt. 22. Mar. 12. Luc. 10. 1. Ioan. 4. Rom. 8.*

ADOLESCENS.

Sic intelligo.

AV-

AVTHORIT. SCRIP.

A DEVTER. Cap. 4. Locutusq; eſt Douinus ad vos de medio ignis. Vocẽ ver borum eius audiſtis,& formam penitus nõ vidiſtis. Et oſtendit vobis pactum ſuum quod præcepit vt faceretis, & decem verba quæ ſcripſit in dnabus tabulis lapideis: Mihiq; mandauit in illo tempore,vt docerem vos cęremonias & iudicia, quæ facere deberetis in Terra quam poſſeſſuri eſtis. Cuſtodite igitur ſolicitè animas veſtras.

ET Cap. 5. Hæc verba locutus eſt Dominus ad omnem multitudinem veſtram in monte de medio ignis,& nubis, & caliginis,voce magna,nihil addẽs amplius: & ſcripſit ea in duabus tabulis lapideis quas tradidit mihi.

ET Cap. 33. Hæc eſt benedictio qua benedixit Moyſes homo Dei filijs Iſraël ante mortem ſuam. Et ait, Dominus de Synai venit,& de Seir ortus eſt nobis:apparuit de monte Pharan, & cum eo ſanctorum millia. In dextera eius ignea lex. Dilexit populos, omnes ſancti in manu illius ſunt: & qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. Legẽ præcepit nobis Moyſes,hæreditatem multitudinis Iacob.

EXOD. Cap.19.Totus autem mons Synai fumabat:eo quòd deſcendiſſet Dominus Deus ſuper eum in igne,& aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornace:eratq; omnis mons terribilis.Et ſonitus buccinæ paulatim creſcebat in maius, & prolixius tendebatur. Moyſes loquebatur,& Dominus reſpondebat ei.

PSAL. 118. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Beati qui ſcrutãtur teſtimonia eius:in toto corde exquirunt eum. *Et paſsim per totum pſalmum.*

LEVITICI Cap.26. Ego Dominus Deus veſter,Nõ facietis vobis Idôlum, & ſculptile,nec titulos erigetis,nec inſignẽ lapidem ponetis in terra veſtra, vt adoretis eum,ego enim ſum Dominus Deus veſter. Cuſtodite Sabbatha mea, & pauète ſanctuarium meũ. Ego Dominus.Si in pręceptis meis ambulaueritis,& mãdata mea cuſtodieritis,& feceritis ea,dabo vobis pluuias temporibus ſuis, & terra gignet germen ſuum, & pomis arbores replebuntur,&c.

MATTH. Cap.19.Et ecce vnus accedens ait illi, Magiſter bone quid boni faciam vt habeam vitam æternam? Qui dixit ei,Quid me interrogas de bono? Vnus eſt bonus,Deus.Si autem vis ad vitam ingredi,ſerua mandata.Dicit illi,Quæ?Ieſus autem dixit ei,Non homicidiũ facies, Nõ adulterabis,Non facies furtum, Non falſum teſtimonium dices. Honora patrem tuum & matrem tuam. Diliges proximũ tuum ſicut teipſum.

ET Cap. 22. Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege? Ait illi, Ieſus, Diliges Dominum Deum tuũ ex toto corde tuo,& in tota anima tua,& in tota mente tua.Hoc eſt maximum & primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. In his duobus mandatis, vniuerſa lex pendet & Prophetæ.

IOAN. Cap. 1.Lex per Moyſen data eſt,gratia & veritas per Ieſum Chriſtũ facta eſt.

ET Cap.7. Non'ne Moyſes dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legẽ?

AD Roman.Cap.2.Nõ enim auditores legis iuſti ſunt apud Deũ:Sed factores legis iuſtificabuntur.

AD GALAT. Cap. 3. Maledictus omnis qui non permãſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea.Quoniam autem in lege nemo iuſtificatur apud Deum,manifeſtum eſt:Quia iuſtus ex fide viuit.Lex autem non eſt ex fide:ſed, Qui fecerit ea,viuet in illis.

PRIO. ad Timoth.Cap.1. Scimus autem quia bona eſt lex, ſi quis ea legitimè

B vtatur.

AD ROM. Cap.8.Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati & mortis. Nam quod impoſsibile erat legi,in quo infirmabatur per carnem: Deus Filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati,& de peccato damnauit peccatum in carne,vt iuſtificatio legis impleretur in nobis,qui non ſecundùm carnẽ ambulamus, ſed ſecundùm Spiritũ.

ET Cap.9. Optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis,qui ſunt cognati mei ſecundùm carnem,qui ſunt Iſraelitæ,quorum adoptio eſt filiorum,& gloria, & teſtamentum, & legiſlatio,& obſequium,& promiſſa, quorum patres,& ex quibus eſt Chriſtus ſecũdùm carnem,qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula,Amen.

AD Heb. Cap.7.Si ergò cõſummatio

per ſacerdotium Leuiticum erat (populus enim ſub ipſo legem accepit) quid adhuc neceſſarium fuit ſecundùm ordinem Melchiſedech alium ſurgere ſacerdotem, & non ſecundùm ordinem Aaron dici? Tranſlato enim ſacerdotio, neceſſe eſt vt & legis translatio fiat.

E T Cap. 12. Non enim acceſsiſtis ad tractabilem montem, & acceſsibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ ſonum, & vocẽ verborum, quam qui audierunt excuſauerunt ſe, ne eis fieret verbum. (Non enim portabant quod dicebatur: Et ſi beſtia tetigerit montem, lapidabitur. Et ita terribile erat quod videbatur, Moyſes dixit: Exterritus ſum & tremebundus) ſed acceſsiſtis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Hieruſalem cœleſtẽ, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Eccleſiam primitiuorum, qui conſcripti ſunt in cœlis, & Iudicem omnium Deum, & ſpiritus iuſtorum perfectorũ, & teſtamenti noui mediatorem Ieſum, & ſanguinis aſperſionem melius loquentẽ quàm Abel. Videte ne recuſetis loquentem. Si enim illi non effugerunt, recuſantes eum qui ſuper terram loquebatur: multò magis nos qui de cœlis loquentem nobis, auertimus. Cuius vox mouit terram tunc: nunc autem repromittit, dicens, Adhuc ſemel: & ego mouebo non ſolùm terram, ſed & cœlum. Quod autem, Adhuc ſemel, dicit: Declarat mobilium tranſlationem tanquàm factorum, vt maneant ea quæ ſunt immobilia. Itaque regnum immobile ſuſcipientes, habemus gratiam: per quam ſeruiamus placentes Deo, cũ metu & reuerentia. Etenim Deus noſter ignis conſumens eſt.

A C T O R. Cap. 15. Surrexerunt autem quidam de hæreſi Phariſęorũ qui crediderunt, dicentes, Quia oportet circuncidi eos, pręcipere quoq; ſeruare legẽ Moyſi. Conueneruntq; Apoſtoli & Seniores videre de verbo hoc. Cùm autem magna conquiſitio fieret, ſurgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres, vos ſcitis quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire gentes verbum Euangelij, & credere. Et qui nouit corda Deus, teſtimonium perhibuit, dans illis Spiritum ſanctum ſicut & nobis, & nihil diſcreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorum. Nunc ergo quid tentatis Deum imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque patres noſtri, neque nos portare potuimus? Sed per gratiã Domini Ieſu Chriſti credimus ſaluari, quemadmodum & illi. *Et vide ſuprà. Cap. 1. lectio. 13. litera. G.*

P O S T E R. ad Corint. Cap. 3. Quòd ſi miniſtratio mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moyſi, propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur: quomodo non magis miniſtratio Spiritus erit in gloria? Nam ſi miniſtratio dãnationis in gloria eſt: multò magis abundat miniſterium iuſtitiæ in gloria. Nam nec glorificatum eſt, quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuatur, per gloriam eſt: multò magis quod manet, in gloria eſt.

A D G A L A T. Cap. 4. Dico autem, quanto tempore hæres paruulus eſt, dihil differt à ſeruo, cùm ſit Dominus omnium, ſed ſub tutoribus & actoribus eſt vſque ad præfinitum tempus à Patre: ita & nos, cùm eſſemus paruuli, ſub elementis mundi eramus ſeruientes. At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege: vt eos qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.

A D E P H E S. Cap. 2. Vide ſuprà, Cap. 1. lect. 17. litera. E.

C M A T T H. Cap. 5. Nolite putare quoniam veni ſoluere Legem aut prophetas: non veni ſoluere, ſed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec tranſeat cœlum & terra, iota vnum, aut vnus apex nõ præteribit à lege, donec omnia fiant. Qui ergò ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.

A D R O M A N. Cap. 7. Itaque Lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonum. Quod ergo bonum eſt, mihi factum eſt mors? Abſit. Sed peccatum, vt appareat peccatum, per bonum operatum eſt mihi mortem: vt fiat ſupra modum peccans peccatum per mãdatum. Scimus enim quòd Lex ſpiritualis eſt: ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccato.

E T C A P. 13. Nemini quidquam debeatis, niſi, vt inuicem diligatis: qui enim diligit proximũ, legem impleuit. Nam, Nõ adulterabis, Non occides, Non furaberis,

Non

Non falſum teſtimonium dices, Non concupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatum:in ſn hoc verbo inſtauratur, Diliges proximū tuum ſicut teipſum. Dilectio proximi, malum non operatur. Plenitudo ergò legis, eſt dilectio.

AD HEB. Cap.8. Nunc autem melius ſortitus eſt miniſterium, quanto & melioris teſtamenti mediator eſt, quod in melioribus repromiſsionibus ſancitū eſt. Nam ſi illud prius culpa vacaſſet:nō vtiq; ſecundi locus inquireretur.

E

AD GALAT. Cap.2. Scientes autem quòd non iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti: & nos in Chriſto Ieſu credimus, vt iuſtificemur ex fide Chriſti, & non ex operibus legis:

F

propter quod ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro. Quòd ſi quærentes iuſtificari in Chriſto, inuenti ſumus & ipſi peccatores, nunquid Chriſtus peccati miniſter eſt? Abſit. Si enim quæ deſtruxi, iterum hæc ædifico: præuaricatorem me conſtituo. Ego enim per legem, legi mortuus ſum, vt Deo viuam.

IACO. Cap.1. Eſtote autē factores verbi, & non auditores tantùm: fallentes voſmetipſos. Quia ſi quis auditor eſt verbi, & non factor: hic cōparabitur viro conſyderanti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo: conſyderauit enim ſe, & abijt, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit. Qui autem perſpexerit in lege perfectæ libertatis, & permanſerit in ea, nō auditor obliuioſus factus, ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit.

ET Cap.2. Si tamen legem perficitis regalem ſecundùm ſcripturas, Diliges proximum tuū, ſicut teipſum: bene facitis. Si autē perſonas accipitis, peccatū operamini, redarguti à lege quaſi tranſgreſſores. Quicunq; autē totam legē ſeruauerit, offendat autem in vno: factus eſt omnium reus. Qui enim dixit, Non mœchaberis: dixit &, Nō occides. Quòd ſi non mœchaberis, occides autem, factus es tranſgreſſor legis. Sic loquimini, & ſic facite ſicut per legem libertatis incipientes iudicari.

ET Cap.4. Nolite detrahere alterutrū fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrē ſuū, detrahit legi, & iudicat legē. Si autem iudicas legē, non es factor legis, ſed iudex. Vnus eſt enim Legiſlator, & Iudex qui poteſt perdere & liberare.

D EXO. Cap.20. Non habebis Deos alienos coram me. Nō facies tibi ſculptile, neq; omnem ſimilitudinē quæ eſt in cœlo deſuper: & quæ in terra deorſum: neq; eorum quæ ſunt in aquis ſub terra. Non adorabis ea, neq; coles, &c. Non aſſumes nomē Domini Dei tui in vanū, &c. Memēto vt diē Sabbathi ſanctifices.

MATT. Cap.22. Vt ſup. lit. A.

PRIO. ad Timoth. Cap.1. Finis præcepti eſt charitas de corde puro, & cōſcientia bona, & fide non ficta.

AD ROM. Cap.13. Vide ſup. lit. C.

IACOB. Cap.2. Vide ſup. lit. C.

AD GALAT. Cap.5. Omnis enim lex in vno ſermone impletur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum.

EXOD. Cap.20. Vt in textu.

LEVIT. Cap.19. Nolite conuerti ad idôla, nec Deos conflatiles faciatis vobis: ego Dominus Deus veſter.

ET Cap.26. Vide ſup. litera A.

DEVTE. Cap.5. Non habebis Deos alienos in conſpectu meo. Non facies tibi ſculptile, nec ſimilitudinem omnium quæ in cœlo ſunt deſuper, & quæ in terra deorſum, & quæ verſantur in aquis ſub terra. Non adorabis ea, & non coles.

ET Cap.10. Et nunc Iſraël quid Dominus Deus tuus petit à te, niſi vt timeas Dominum Deum tuū, & ambules in vijs eius; & diligas eum, ac ſeruias Domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua; cuſtodiaſq; mandata Domini, & cæremonias eius quas ego hodie præcipio tibi, vt benè ſit tibi? ET. Dñm Deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies: ipſi adhęrebis, iurabiſq; in nomine illius.

ET Cap. 28. Conſtituet te Dominus in caput, & non in caudam: & eris ſemper ſuprà, & non ſubter: ſi tamen audieris mandata Dñi Dei tui quæ ego præcipio tibi hodiè, & cuſtodieris & feceris, ac non declinaueris ab eis, nec ad dexteram, nec ad ſiniſtrā, nec ſequutus fueris Deos alienos, neq; colueris eos.

SAPIEN. Cap.14. Iterum alius nauigare cogitans, & per feros fluctus iter facere incipiens, ligno portante ſe, fragilius lignum inuocat. *Et poſt pauca.* Per manus autem quod fit idôlum, maledictum eſt, & ipſum, & qui fecit illud: quia ille quidem operatus eſt: illud autem cùm eſſet fragile, Deus cognominatus eſt. Similiter autem odio ſunt Deo, impius & impietas eius. Etenim quod factum eſt, cum illo qui fecit, tormenta patietur. Propter hoc & idôlis

ſdôlis nationum non erit reſpectus: quoniã creaturæ Dei in odium ſactæ ſunt, & in tentationem animabus hominũ, & in muſcipulam pedibus inſipientium. Initiũ enim fornicationis, eſt exquiſitio idolôrum: & adinuentio illorum, corruptio vitæ eſt. Neque enim erant ab initio, neq; erunt in perpetuum.

A M O S Cap.4. Venite ad Bethel, & impiè agite: ad Galgalam, & multiplicate præuaricationem: & offerte manè victimas veſtras, tribus diebus decimas veſtras. Et ſacrificate defermentato laudem: & vocate voluntarias oblationes, & annunciate: ſic enim voluiſtis filij Iſraël, dicit Dominus Deus. Vnde & ego dedi vobis ſtuporem dentium in cunctis vrbibus veſtris, & indigentiam panum in omnibus locis veſtris: & non eſtis reuerſi ad me, dicit Dominus.

H A B A C. Cap.2. Quid prodeſt ſculptile, quia ſculpſit illud fictor ſuus conflatile & imaginem falſam? quia ſperauit in figmento fictor eius, vt faceret ſimulacra muta. Væ qui dicit ligno, Expergiſcere: ſurge, lapidi iacẽti. Nunquid ipſe docère poterit? Ecce iſte coopertus eſt auro & argento: & omnis ſpiritus non eſt in viſceribus eius. Dominus autem in templo ſancto ſuo: ſileat à facie eius omnis terra.

I S A. Cap.30. Et aures tuæ audient verbum poſt tergum monentis, Hæc eſt via, ambulate in ea: & non declinetis neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Et contaminabis laminas ſculptilium argenti tui, & veſtimentum conflatilis auri tui, & diſperges ea ſicut immunditiã menſtruatæ. Egredere dices ei.

P S A L M. 96. Confundantur omnes qui adorant ſculptilia: & qui gloriantur in ſimulacris ſuis.

P R I O R. ad Corinth. Cap. 6. Nolite errare, Neque fornicarij, neque idôlis ſeruientes, &c. regnum Dei poſſidebunt.

P R I. Ioann. Cap. 5. Filioli, cuſtodite vos à ſimulacris.

G D E V T E R O. Cap. 6. Hæc ſunt præcepta, & cæremoniæ atque iudicia quæ mandauit Dominus Deus noſter vt docerem vos, & faciatis ea in Terra ad quã transgredimini poſſidẽdam, vt timeas Dominum Deum tuum, & cuſtodias omnia mandata & præcepta eius, quę ego pręcipio tibi & filijs ac nepotibus tuis cunctis diebus vitæ tuæ, vt prolongentur dieș tui. Audi Iſrael, & obſerua vt facias quæ præcepit tibi Dominus, & bene ſit tibi, & multiplicêris amplius, ſicut pollicitus eſt Dominus Deus patrũ tuorum tibi Terram lacte & melle manantem.

M A L A C H. Cap. 1. Filius honorat patrem, & ſeruus Dominum ſuum: ſi ergo Pater ego ſum, vbi eſt honor meus? Et ſi Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus? dicit Dominus exercituum.

H I E R E M. Cap. 35. Et factum eſt verbum Domini ad Hieremiam, dicens, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël: Vade, & dic viris Iuda, & habitatoribus Hieruſalem, Nunquid non recipietis diſciplinam, vt obediatis verbis meis, dicit Dominus? Præualuerunt ſermones Ionadab filij Rechab, quos præcepit filijs ſuis, vt non biberent vinum, & non biberunt vſque ad diem hanc, quia obedierunt præcepto patris ſui: ego autem locutus ſum ad vos, de mane conſurgens & loquens, & nõ obediſtis mihi. Miſiq; ad vos omnes ſeruos meos prophetas conſurgens diluculo, mittenſq;, & dicens, Conuertimini vnuſquiſq; à via ſua peſſima, & bona facite ſtudia veſtra: & nolite ſequi Deos alienos, neque colatis eos, & habitabitis in terra quam dedi vobis & patribus veſtris: & nõ inclinaſtis aurem veſtram, neque audiſtis me. Firmauerunt igitur filij Ionadab filij Rechab præceptum patris ſui quod præceperat eis: populus autem iſte non obediuit mihi.

M A T T H. Cap. 5. Videns autem turbas, aſcendit in montem: & cùm ſediſſet acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, & aperiens os ſuum, docebat eos dicens, Beati pauperes ſpiritu, &c.

I A C O B I. Cap.4. Vnus eſt enim Legiſlator & Iudex, qui poteſt perdere & liberare.

A D H E B R Æ. Cap. 5. Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo, tanquàm Aaron. Sic & Chriſtus non ſemetipſum clarificauit vt Pontifex fieret: ſed qui locutus eſt ad eum, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit, Tu es ſaçerdos in æternum ſecundùm ordinẽ Melchiſedech.

P R I O R. ad Timoth. Cap. 2. Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus: qui dedit redemptionẽ ſemetipſum pro omnibus: cuius teſti-

teſtimonium temporibus ſuis cõfirmatum eſt. In quo poſitus ſum ego prædicator & Apoſtolus (veritatem dico, non mentior) Doctor Gentium in fide, & veritate.

H DEVTE. Cap. 4. Cuſtodite igitur ſollicitè animas veſtras. Non vidiſtis aliquã ſimilitudinem in die qua locutus eſt vobis Dominus in Horeb de medio ignis, ne fortè decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem, aut imaginem maſculi vel fœminę, ſimilitudinem omnium iumentorum quæ ſunt ſuper terram, vel auium ſub cœlo volantium, atque reptilium quæ mouentur in terra, ſiue piſcium qui ſub terra mouentur in aquis: ne fortè eleuatis oculis ad cœlum, videas Solem & Lunã, & omnia aſtra cœli, & errore deceptus adores ea, & colas quæ creauit Dominus Deus tuus in miniſteriũ cunctis gentibus quæ ſub cœlo ſunt. Vos autem tulit Dominus, & eduxit de fornace ferrea Ægypti vt haberet populũ hæreditarium ſicut eſt in præſenti die.

ET Cap. 8. Obſerua, & caue ne quando obliuiſcaris Domini Dei tui, & negligas mandata eius atq; iudicia & cæremonias quas ego pręcipio tibi hodie: ne poſtquàm comederis & ſatiatus fueris, domos pulchras ędificaueris, & habitaueris in eis, habuerisq; armenta boum, & ouium greges, argenti & auri, cunctarumq; rerum copiam, eleuetur cor tuum, vt non reminiſcaris Domini Dei tui, qui eduxit te de Terra Ægypti de domo ſeruitutis.

HIEREM. Cap. 2. Et factũ eſt verbum Domini ad me, dicens, Vade & clama in auribus Hieruſalem, dicens, Hæc dicit Dominus, Recordatus ſum tui, miſerans adoleſcentiam tuam, & charitatem deſponſationis tuę quando ſecuta es me in deſerto, in terra, quæ non ſeminatur. Sanctus Iſraël Domino, primitiæ frugũ eius: omnes qui deuorant eum, delinquunt: mala venient ſuper eos, dicit Dominus. Audite verbum Domini domus Iacob, & omnes cognationes domus Iſraël. Hæc dicit Dominus. Quid inuenerunt patres veſtri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt poſt vanitatẽ, & vani facti ſunt? Et nõ dixerũt, vbi eſt Dñs qui aſcendere nos fecit de Terra Ægypti: qui traduxit nos per deſertum, per terram inhabitabilem, & inuiam, per terram ſitis & imaginem mortis, per terram in qua non ambulauit vir, neque habitauit homo? Et induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructum eius, & optima illius: & ingreſsi contaminaſtis terram meam, & hæreditatem meam poſuiſtis in abominationem.

ISAI. Cap. 63. Miſerationum Domini recordabor, laudem Domini ſuper omnibus quæ reddidit nobis Dominus, & ſuper multitudinem bonorum domui Iſraël, quæ largitus eſt eis ſecundùm indulgentiã ſuã, & ſecũdùm multitudinem miſericordiarũ ſuarũ. Et dixit, Verũtamen populus meus eſt, filij non negantes: & factus eſt eis Saluator. In omni tribulatione eorum nõ eſt tribulatus, & Angelus faciei eius ſaluauit eos: in dilectione ſua, & in indulgẽtia ſua, ipſe redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus ſeculi.

IOSVE Cap. 24. Hæc dicit Dominus Deus Iſraël: Trans fluuium habitauerunt patres veſtri ab initio, Thare pater Abraham & Nachor, ſeruieruntq; Dijs alienis. Tuli ergo patrem veſtrum Abraham de Meſopotamiæ finibus, & adduxi eum in terram Chanaan: multiplicauiq; ſemen eius, & dedi ei Iſaac: Illiq; rurſum dedi Iacob, & Eſau: è quibus Eſau dedi montem Seir ad poſsidendum: Iacob vero, & filij eius deſcenderunt in Ægyptum. Miſiq; Moyſen & Aarõ, & percuſsi Ægyptum multis ſignis atque portẽtis: Eduxiq; vos & patres veſtros de Ægypto, & veniſtis ad mare: perſecutiq; ſunt Ægyptij patres veſtros cum curribus & equitatu, vſque ad Mare rubrum. Clamauerunt autem ad Dominum filij Iſraël, qui poſuit tenebras inter vos & Ægyptios: & adduxit ſuper eos mare, & operuit eos: Viderunt oculi veſtri cũcta quæ in Ægypto fecerim, & habitaſtis in ſolitudine multo tempore: & introduxi vos in Terram Amorrhæi qui habitabat trans Iordanẽ. Cũmq; pugnarent contra vos, tradidi eos in manus veſtras, & poſſediſtis Terram eorum, atque interfeciſtis eos. ET. Nunc ergò timete Dominum, & ſeruite ei perfecto corde atque veriſsimo: & auferte Deos quibus ſeruierũt patres veſtri in Meſopotamia & in Ægypto, ac ſeruite Dño.

LVCÆ Cap. 1. Benedictus Dominus Deus Iſraël, quia viſitauit & fecit redemptionem plebi ſuæ. Et erexit cornu ſalutis nobis in domo Dauid pueri ſui: *Et quæ ſequuntur.*

IOAN. Cap. 8. Amẽ, amẽ dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati: ſeruus autẽ non manet in domo in

æternum:filius manet in æternum: Si ergô
vos Filius liberauerit, verè liberi eritis.
P O S T. Ad Timoth.Cap.1.Noli itaque
erubeſcere teſtimonium Domini noſtri,ne
que me vinctũ eius:ſed collabôra Euãgelio
ſecũdùm virtutẽ Dei, qui nos liberauit &
vocauit vocatione ſua ſancta, nõ ſecũdùm
opera noſtra,ſed ſecundũ propoſitũ ſuũ &
gratiã,quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu
ante tẽpora ſecularia.Manifeſtata eſt autẽ
nunc per illuminationẽ Saluatoris noſtri
IeſuChriſti,qui deſtruxit quidẽ mortẽ,illu
minauit autem vitam & incorruptionem
per Euangelium.

A D H E B R. Cap.2.Vide ſup.Cap.
1.lect.5.lit.E.

A D R O M. Cap.6.Neſcitis quoniã
cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum,
ſerui eſtis eius cui obeditis, ſiue peccati ad
mortem,ſiue obeditionis ad iuſtitiam?Gra
tias autem Deo quòd fuiſtis ſerui peccati,
obediſtis autem ex corde in eam formam
doctrinæ in qua traditi eſtis. Liberati autẽ
à peccato,ſerui facti eſtis iuſtitiæ.

I E X O D. Cap. 4. Hæc Dicit Domi-
nus,Filius meus primogenitus,Iſraël. Dixi
tibi,Dimitte filium meum vt ſeruiat mihi,
& noluiſti dimittere eum,ecce ego interfi-
ciam filium tuũ primogenitum. *Et rurſus
capite.5.6.7.8.9.10. ac.13. recẽſentur miracu
la facta per Moyſen corã Pharaone, & tandẽ Iſ
raëlitici populi liberatio, & exitus de Ægypto.*

K D E V T E R. Cap.6.Audi Iſraël,Do
minus Deus noſter, Deus vnus eſt.

E T Cap. 10. Dominus Deus veſter,ip
ſe eſt Deus Deorum,& Dominus Domi-
nantium,Deus magnus,& potens, & terri-
bilis. E T. Dñm Deum tuũ timebis, & ei
ſeruies,ipſi adhærebis, iurabiſq; in nomi-
ne illius.Ipſe eſt laus tua, & Deus tuus qui
fecit tibi hæc magnalia & terribilia quæ
viderunt oculi tui.

P S A L M. 96.Vide ſup.lit.F.

E X O. Cap.3..Ait Moyſes ad Deũ,Ec
ce ego vadã ad Filios Iſraël, & dicam eis:
Deus Patrũ veſtrorũ miſit me ad vos. Si
dixerint mihi,Quod eſt nomen eius? Quid
dicã eis?Dixit Dñs ad Moyſen, Ego ſum
qui ſum,Ait:ſic dices filijs Iſraël. Qui eſt,
miſit me ad vos. Dixitq; iterum Deus ad
Moyſen.Hæc dices filijs Iſraël. Dñs Deus
patrum veſtrorũ,Deus Abraham, & Deus
Iſaac,& Deus Iacob miſit me ad vos: hoc
nomen mihi eſt in æternum,& hoc memo
riale meũ in generatione & generationem.

M A T T. Cap. 4. Dñm Deum tuum
adorabis,& illi ſoli ſeruies.

L V C. Cap.4.Dñm Deum tuum ado
raberis,& illi ſoli ſeruies.

L D E V T E R. Cap.4.Vide ſup.lit.H.
Et deinde. Scito ergo hodie, & cogitato in
corde tuo quòd Dñs ipſe eſt Deus in cœlo
ſurſum, & in terra deorſum,& nõ ſit alius.

L I B. 1.Regum,Cap.2.Vide ſup.Cap.1.
lect.11.litera.G.

L I B. 3. Regum,Cap.18. Cùm iam tem
pus eſſet vt offerretur holocauſtum, acce-
dens Helias propheta, ait,Domine Deus
Abraham,& Iſaac, & Iſraël, oſtende hodie
quia tu es Deus Iſraël,& ego ſeruus tuus, &
iuxta præceptũ tuũ feci omnia verba hęc.
Exaudi me Domine,exaudi me: vt diſcat
populus iſte quia tu es Dominus Deus, &
tu conuertiſti cor eorum iterũ. Cecidit au-
tem ignis Domini, & vorauit holocauſtum,
& ligna, & lapides, puluerem quoque &
aquam quæ erat in aquæductu lambens.
Quod cùm vidiſſet omnis populus,cecidit
in faciem ſuam, & ait, Dñs ipſe eſt Deus,
Dominus ipſe eſt Deus.

I V D I C V M Cap.6. Tolle taurum
patris tui, & alterum taurum annorum
ſeptem,deſtrueſq; aram Baal quæ eſt pa-
tris tui:& nemus quod circa aram eſt,ſuc-
cîdes: & ædificabis altare Domino Deo
tuo in ſummitate petræ huius,ſuper quam
ante ſacrificium poſuiſti, &c.

M A L A C H I. Cap.2. Nunquid non
pater vnus omnium noſtrum? Nunquid
non Deus vnus creauit nos? Quare ergo
deſpicit vnuſquiſq; noſtrum fratrem ſuũ,
violans pactum patrum veſtrorum? Trãſ-
greſſus eſt Iuda,& abominatio facta eſt in
Iſraël, & in Hieruſalem:quia contamina-
uit Iudas ſanctificationem Domini, quam
dilexit, & habuit filiam Dei alieni. Diſ-
perdet Dominus virum qui fecerit hoc,ma
giſtrum & diſcipulum de tabernaculis Ia-
cob,& offerentem munus Dño exercituũ.

A D E P H E S. Cap. 4. Vnus Do-
minus, vna fides, vnum Baptiſma. Vnus
Deus & Pater omnium, qui eſt ſuper
omnes, & per omnia, & in omnibus no-
bis. E T. Hoc igitur dico & teſtificor
in Domino: vt iam non ambulemus ſi-
cut & gentes ambulant in vanitate ſen-
ſus ſui, tenebris obſcuratum habentes in-
tellectum, alienati à vita Dei per igno-
rantiam quæ eſt in illis,propter cæcitatem
cordis ipſorum,qui deſperãtes, ſemetipſos
tra-

tradiderunt impudicitiæ, in operationem
immunditiæ omnis,in auaritiam.
P R I. ad Timoth.Cap.1.Regiſeculorũ
immortali & inuiſibili,Soli Deo honor &
gloria in ſecula ſeculorum,Amen.
L E V I T I. Cap. 19. Vide ſup. li-
M tera·F.
D E V T. Cap.5.&.28.Vide ſup.lit.F.
P S A L M. 96.Vide ſup.lit.F:
I S A I. Cap. 44. Plaſtæ idôli omnes
nihil ſunt,& amantiſsima eorum non pro
derunt eis.Ipſi ſunt teſtes eorum,quia non
vident,nec intelligunt, vt confundantur.
Quis formauit Deum, & ſculptile confla-
uit ad nihil vtile? Ecce omnes participes
eius confundentur. Fabri enim ſunt ex ho
minibus:conuenient omnes, ſtabunt,& pa
uebunt,& confundentur ſimul.
H I E R E M. Cap.44. Verbum quod
factum eſt ad Hieremiam, ad omnes Iu-
dæos qui habitabant in terra Ægypti, habi
tantes in Magdalo,& in Taphnis, & in
Memphis, & in Terra Phatures, dicens:
Hæc dicit Dominus Deus exercituũ Deus
Iſraël,Vos vidiſtis omne malũ iſtud quod
adduxi ſuper Hieruſalem, & ſuper omnes
vrbes Iuda: & ecce deſertę ſunt hodie,&
non eſt in eis habitator. Propter malitiam
quam fecerunt,vt me ad iracundiam prouo
carent,& irent, & ſacrificarent, & cole-
rent Deos alienos quos neſciebant, & illi,
& vos,& patres veſtri.Et miſi ad vos om-
nes ſeruos meos prophetas de nocte conſur
gens,mittenſq;,& dicens:Nolite facere ver
bum abominationis huiuſcemodi quã odi-
ui.Et non audierunt,nec inclinauerunt au
rem ſuam vt conuerterentur à malis ſuis,
& non ſacrificarent Dijs alienis.
E Z E C H I E. Cap.8.Et emiſſa ſimili-
tudo manus apprehendit me in cincinno
capitis mei: & eleuauit me Spiritus inter
terram & cœlum: & adduxit me in Hie-
ruſalem in viſione Dei,iuxta oſtium inte-
rius quod reſpiciebat ad Aquilonem, vbi
erat ſtatutũ Idôlũ Zeli ad prouocandam
æmulationẽ.*Et cætera vſque ad finem capitis.*
S A P I E N. Cap.14. Vide ſup.lit.F.
P R I O R. ad Corinth:Cap.10.Neq;
idololatrę efficiamini,ſicut quidã ex ipſis:
quẽadmodũ ſcriptũ eſt: Sedit populus mã
ducare & bibere,& ſurrexerunt ludere.
P R I. Ioan.Cap.5.Vide ſup.lit.F.
N N V M E. Cap.6.Inuocabuntq; nomẽ
meũ ſuper filios Iſraël,& ego benedicã eis.
D E V T E. Cap.6.Dominum Deum
tuum timebis,& illi ſoli ſeruies, ac per no-
men illius iurabis.Non ibis poſt Deos alie
nos cunctarũ gentium quæ in circuitu no-
ſtro ſunt:quoniam Deus æmulator,Domi-
nus Deus tuus in medio tui: ne quando
iraſcatur furor Domini Dei tui contra te,
& auferat te de ſuperficie terræ.
I O A N. Cap.4.Patres noſtri in mon
te hoc aderauerunt,& vos dicitis quia Hie
roſolymis eſt locus vbi adorare oportet.
Dicit ei Ieſus:Mulier crede mihi, quia ve-
niet hora,quando neq; in monte hoc, neq;
in Hieroſolymis adorabitis Patrẽ. Vos ado
ratis quod neſcitis,nos adoramus quod ſci-
mus,quia ſalus ex Iudæis eſt. Sed venit ho
ra,& nunc eſt,quando veri adoratores ado
rabunt Patrem in Spiritu & veritate.Nam
& Pater tales quærit qui adorent eum.
A D R O M. Cap.10. Vide ſup.Cap.
1.lect.17.lit.A.
P O S T E R. ad Timoth.Cap.2. Iuue
nilia autem deſyderia fuge:ſectare verò iu
ſtitiam,fidem,charitatem,& pacem cũ ijs
qui inuocant Dominum de corde puro.
O D E V T. Cap.6.Diliges Dñm Deum
tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima
tua,& ex tota fortitudine tua.
E T Cap.10. Vide ſup.litera.F.
E T Cap.11.Ama Dñm Deum tuũ, &
obſerua præcepta eius,& cæremonias, iudi
cia atque mandata omni tempore.
M A T T. Cap.22. Vide ſup.lit.A.
M A R C. Cap.12.Diliges Dñm Deũ
tuũ ex toto corde tuo,& ex tota anima tua,
& ex tota mẽte tua,& ex tota virtute tua.
L V C. Cap.10.Diliges Dñm Deũ tuũ
ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, &
ex omnibus viribus tuis,& ex omni men-
te tua.
P R I M. Ioã. Cap.4.Nos ergo Diliga-
mus Deũ, quoniã Deus prior dilexit nos.
A D R O M. Cap.8. Scimus autẽ quo
niam diligentibus Deum omnia cooperan
tur in bonum, ijs qui ſecundùm propoſitũ
vocati ſunt ſancti.

AVTHORIT. PAT.

A 1 AVGVS. tom.4.lib.2. Quæſtio-
num ſuper Exod.Cap.140.Cùm tã
multa locutus ſit Deus, duæ tantum tabu-
læ dantur Moyſi lapideæ, quæ dicuntur *Duo præcepta charitatis comprehendunt totum Decalogum.*
tabulæ teſtimonij futuræ in arca. Nimirũ
omnia cætera quæ præcepit Deus, ex il-
lis decem præceptis quæ duabus tabulis
conſcripta ſunt, pendere intelliguntur, ſi
dili-

diligẽter quærantur, & benè intelligãtur: quomodò hæc ipſa rurſus decem præcepta ex duobus illis, dilectione ſcilicet Dei, & proximi, in quibus tota lex pendet, & Prophetæ.

Matth. 22.

2 IDEM tom.6.lib.15. contra Fauſtũ, Cap. 4. Ibi (*nempe in duabus tabulis*) ſunt duo illa præcepta, dilectionis Dei, & dilectionis proximi, ſingulis tabulis explicata. *Et mox.* Quæ duo præcepta, ipſa ſunt Decem: tria pertinent ad Deum, & ſeptem ad proximum.

Duo præcepta charitatis ſũt decẽ: & decem, ſunt duo.

3 IOSEPHVS lib.3. Antiquitatum, Cap.6. Verba quidem quę Moyſes in duabus tabulis dereliquit, fas nobis non eſt ſecundùm vnumquemq; ſermonem apertè depromere, virtutes autem eorum inſinuabimus. Docet itaq; nos prim⁹ ſermo, quòd Deus eſt vnus, & hic ſolummodo eſt colendus. Secundus autem iubet, nullius animalis factam imaginem penitus adorandam. Tertius verò vt per Deum in nulla re aliquis debeat fruſtra iurare. Quartus, ſeruandas ſeptimanas, cùm ab omni forent opere ceſſaturi. Quintus verò, parẽtes honorandos. Sextus, abſtinendum à cæde. Septimus verò, non adulterandum. Octauus autem, furtum non faciendum. Nonus, falſum teſtimonium non dicendum. Decimus autem, nullius alienę rei habendã eſſe concupiſcentiam. *Et paulò pòſt.* Duas tabulas oſtendit eis, habentes ſcripta illa decẽ verba, in vtraq; quina. Erat in eis ſcriptio manus Dei.

Quomodò Decẽ præcepta in duas tabulas diuidantur.

4 BASIL. in Iſa. Cap.8. Non longè ante finem. Legem vtiq; accepiſti in adiutorium. Abundè quidem magnum fuerat, quòd naturæ beneficio tibi inſita fuerit aptitudo quædam & dexteritas ad comparandam bonitatem, ſed vt ad perfectionẽ iſtius natiuæ alacritatis rectà contenderes, adiecit Deus legem velut manuductionẽ, viam tibi præmunientem. Vis certò perſuadêri quæ ſint futura? Prouide ſedulò, vt quæ tibi lex faciẽda præſcripſit, opere expleas diligenter, & certus opperitor iucundiſſimã fruitionem repoſitorũ tibi bonorũ.

Obſeruatio mandatorũ Dei, ducit ad gloriam.

B 1 HIERO. tom.7. in Pſal.93. in titulo. Quatuor Euangelia in Decalogo cõputantur, vt quodcunq; dicebatur in Decalogo hoc cõpleatur in quatuor Euãgelijs, vt non diſsẽtiat Lex vet⁹ ab Euãgelica dignitate.

Decalogus cõcordat cũ Euangelio.

D 1 IOSEPH. lib.3. Antiquit. Cap. 6. Vide ſup. lit. A.

2 ORIGE. tom.1. in Exodum, hom. 8. Nunc ergò videamus quod ſit initium mandatorum legis, & ſi non occurrimus ad omnia, initia ſaltem prout Dominus dederit, explicemus. Primum ergò mandatũ eſt. Non erunt tibi dij alij præter me. Et poſt hæc ſequitur, Non facias tibi idôlum, neque vllam ſimilitudinem, &c. Hæc omnia ſimul nonnulli putant eſſe vnum mandatum. Quod ſi ita putetur, non implebitur decem numerus mandatorum. Et vbi iam erit Decalogi veritas? Sed ſi eo modo dirimatur, quo & nos in ſuperiori pronunciatione diſtinximus, integer decem mandatorum numerus apparebit.

Quæ præcepta ad priorẽ tabulam, et quæ ad poſteriorẽ pertineant.

3 AVGVST. tom.4. lib.2. Quæſtionum ſuper Exod. Cap.71. Quęritur, decem præcepta legis quemadmodum diuidenda ſint, vtrum quatuor ſint vſq; ad præceptũ de Sabbatho, quæ ad ipſum Deum pertinẽt. Sex autem reliqua, quorum primum, Honora patrem & matrem, quæ ad hominem pertinent. An potius, illa tria ſint, & iſta ſeptem. Qui enim dicunt illa, quatuor eſſe, ſeparant quod dictum eſt, Non erunt tibi Dij alij pręter me: vt aliud præceptum ſit, Non facies tibi idôlum, &c. vbi figmenta colenda prohibentur. Vnum autem volunt eſſe Non concupiſcas vxorem proximi tui: &, Non concupiſces domum proximi tui: & omnia vſque in finem. Qui verò tria illa eſſe dicunt, & iſta ſeptem, vnum volunt eſſe, quicquid de vno colẽdo Deo pręcipitur, ne aliquid aliud præter illum pro Deo colatur. Hæc autẽ extrema præcepta, in duo diuidunt, vt aliud ſit præceptum, Non cõcupiſces vxorẽ proximi tui: & aliud, Non concupiſces domũ proximi tui, nõ ſeruum, non ancillã, non bouẽ, nõ aſinũ, neq; omnia quæ illius ſunt. Decẽ tamẽ eſſe præcepta neutri ambigũt, quoniã hoc ſcriptura teſtatur. Mihi tamẽ videntur congruẽtius accipi tria illa, & iſta ſeptem: quoniam Trinitatẽ videntur illa quæ ad Deũ pertinent inſinuare diligentius intuentibus.

Quomodò partienda præcepta decalogi.

E 1 AVG. tom. 4. lib.2. Quæſt. ſuper Exo. Cap.71. Vide ſup. lit. D.

2 HIERO. tom.7. in Pſal.32. in initio. Decẽ chordarũ, id eſt, decem verba legis. Tria mãdata in vna Tabula, quæ ad fidem Trinitatis pertinẽt, hæc ſunt. Primũ: Audi Iſraël, Dñs Deus tuus Deus vnus eſt. Secũdum: Non habebis nomẽ Dei tui in vanũ. Tertiũ: Obſerua diẽ Sabbathi. Septẽ in altera Tabula, ad dilectionem proximi pertinent.

Tabula prima continet tria præcepta: ſecunda verò ſeptem.

LE

LECTIO II.

DOCTOR.

AT NVNQVID duo ſunt hîc diſtinctæ præceptiones Dei, ſcilicet adorandi, & nō ſculpendorum ſimulacrorum?

ADOLESCENS.

Imò vnica ſolùm eſt, & eadem præceptio. Nam cùm vnum Deum, & non plures agnoſcere ac venerari iubemur, continuò videtur illud etiam eſſe conſequens, vt ab omni ſuperſtitione ac idololatria, ſiue animo [a] ſolùm concipiatur, ſiue corpore etiam perpetretur, abſtineamus: ac proinde vnius eiuſdemq; rei, ratione tamen diuerſa, vnica tantùm debuit eſſe præceptio, qua verus vnius Dei cultus ritè & adamuſsim ſic exprimeretur, vt in eo & quæ nobis facienda, & quę cauenda quoq; eſſent, planè intelligeremus.

a *Hiero. in Amos. 2. Auguſt. in Exo. q. 71. & de vera relig. cap. 37. & in Ioſue. q. 19. Cyril. in Iulia. Tertul. de Idololat.*

DOCTOR.

Atqui quibuſdam videri poſsit cultus hic ac veneratio, quam tu vni Deo tribuis, Sanctis etiam, qui beati ſunt, communicari.

ADOLESCENS.

Falſò. Nā ſi quid hac in parte Sanctis tribuimus, ideò facimus, Tùm quòd, vt in eis ſingularem Dei gratiam atque authoritatem aliquādo eluxiſſe recordamur, [b] ita & nunc maximè ſplendere credimus, & eorum nos opera ac labore ſcimus multa beneficia ac vtilitates certiſſimas olim accepiſſe: Tùm quòd quotidiana eorum etiā nunc in nos, ac Eccleſiam vniuerſam officia experimur. Sed quæ æterno ac immortali Deo exhibemus, ea porrò ſunt eiuſmodi, vt non niſi in ſummum Opificem, ac vberrimum totius boni fontem cadere poſsint, ne quē eius vnquam Imperij ac Diuinitatis conſortem adſciſcere videamur.

b *Eccleſiaſtici. 44. 1. Reg. 2. Heb. 11. Iuſti. apol. 2. Euſeb. Eccleſ. hiſt. lib. 4. cap. 15. & lib. 6. cap. 5. & 9. Baſil. in Iulit. mart. Hiero. in Vigilan. & ad Euſto. Chryſoſt. homil. 8. ad Ephe. & in Iuuen. & Maxi. & ad popu. Antioche. hom. 66. & ad Rom. hom. vltim. Aug. de cura pro mort. c. 16. & cōtra Fauſt. li. 20. c. 21. et de vera relig. cap. 55. & de ciuit. Dei lib. 8. cap. 27. lib. 9. c. 5. lib. 22. c. 10. Theodore. Græc. affect. Hiſt. Tripart. lib. 2. c. 19. & lib. 9. c. 21. & 31.*

DOCTOR.

Rectè, & quidem quantuſcunq; eſt honor quem Beatis hominibus impertiri conſueuimus, [c] is in Deū ipſum Optimū Maximū, in primis redundat, cuius beneficētia illi,

c *Matt. 10. & 14. Epheſ. 1. 1. Pet. 1. Rom. 8.*

illi, tanquàm membra [d] capiti coniunctiſsimè annexi, Chriſto Ieſu authore,iucundiſsimè in cœlo perfruũtur, ſpe tamẽ Reſurrectionis illius extremæ confiſi,qua cor pora eorũ illis reſtituẽtur immortalia, quæ nobis hîc in terim veluti quædam ſanctimoniæ ac virtutis ſuauiſsima [e] pignora relicta ſunt, quibus ſuum etiam honorem ſtudioſè deferimus.

d *Ioan.1.& 17. Apoc.3.& 7. Hilar.8 de Trinit 8. & cõs.Conſtan.Hiero.ad Rip. & in Vigilan.*

e *Auguſt.de Eccle.dog.cap.73. Chryſ.in.16.ad Roman. Greg. Naz.oratione in Athanaſ.& in Cypria.& in Iul. Aug.de.Spir. & anima.c.59.& de catechi. rudib.c.7.Euſeb.Eccleſ.hiſt.lib. 6.c.9.& lib.11.c.33.*

ADOLESCENS.

Ita credo.

DOCTOR.

At nunquid in hoc præceptum diſertè peccatur, dum quædam in templis Imagines habentur, quas cultu ac veneratione etiam proſequamur?

ADOLESCENS.

Minimè. Nam cùm ſcripturæ atque adeò picturæ artes, dona [f] quædam Dei ſint, non magis in genere damnari poſſunt Imagines, quàm ipſa pingendi atque ſculpendi officia. Adde quaſdam etiam Moyſi, ac alijs quibuſdam olim à Deo [g] fuiſſe imperatas, quamuis hanc ille pridem aduerſùs idololatriam legem ſtatuiſſet. Sed ſi quis tamen effigies quaſcunq; atque adeò ipſas Diuorum Imagines ideò effingeret, vt in idololatriæ aut ſuperſtitionis crimen laberetur, is [h] demum legis huius authoritatem labefactaret.

f *Exod.31. 3.Reg.6. Tertul.lib. 2.contra Marcio.*

g *Num.21. Ioan.3. Exod.15. 3.Reg.6.*

h *Leuit.16. Hier. 10. & 16. 1.Corin.6.*

AVTHORIT. SCRIP.

B ECCLESIASTICI, Cap. 44. Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua. Multam gloriã fecit Dominus magnificentia ſua à ſeculo. Dominantes in poteſtatibus ſuis, homines magni virtute, & prudentia ſua præditi, nunciantes in prophetis dignitatẽ prophetarum, & imperantes in præſenti populo, & virtute prudentiæ ſanctiſsima verba. In peritia ſua requirentes modos muſicos, & narrantes carmina ſcripturarum. Homines diuites, in virtute pulcritudinis ſtudiũ habentes pacificãtes in domibus ſuis. Omnes iſti in generationibus gentis ſuæ gloriã adepti ſunt, & in diebus ſuis habentur in laudibus. Qui de illis nati ſunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum: & ſunt quorum non eſt memoria: perierunt quaſi qui non fuerint, & nati ſunt quaſi non nati, & filij ipſorũ cum ipſis. Sed illi viri miſericordiæ ſunt, quorũ pietates non defuerunt: cum ſemine eorum permanent bona, hæreditas ſancta nepotes eorum, & in teſtamentis ſtetit ſemen ecrum: & filij eorũ propter illos vſque in æternum manent: ſemen eorum & gloria eorum non derelinquetur. Corpora ipſorum in pace ſepulta ſunt, & nomen eorum viuit in generationem & generationem. Sapientiam ipſorum narrent populi, & laudem eorum nunciet Eccleſia.

LIB. 1. Reg. Cap. 2. Dñs pauperem facit,

facit, & ditat: humiliat, & ſubleuat. Suſcitat de puluere egenum, & de ſtercore eleuat pauperem: vt ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat. Domini enim ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem. Pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit, & impij in tenebris conticeſcent, quia non in fortitudine ſua roborabitur vir. E T. Quicunq; honorificauerit me, glorificabo eũ: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.

AD HEBR. Cap. 11. Iuxta fidem deſuncti ſunt omnes iſti non acceptis repromiſsionibus, ſed à longe eas aſpicientes, & ſalutantes, & confitentes quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram. Qui enim hęc dicunt, ſignificant ſe patriam inquirere. Et ſiquidem ipſius meminiſſent de qua exierunt: habebant vtique tempus reuertendi, nunc autem meliorem appetunt, id eſt, cœleſtem. Ideò nõ confunditur Deus, vocari Deus eorum: parauit enim illis ciuitatem.

MATTH. Cap. 10. Qui recipit vos,
C me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me miſit. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Et qui recipit Iuſtũ in nomine Iuſti, mercedem iuſti accipiet.

E T Cap. 24. Quis, putas, eſt fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore? Beatus ille ſeruus quem cùm venerit Dominus eius, inuenerit ſic facientẽ: amen dico vobis, quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

AD EPHES. Cap. 2. Iam non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorum & domeſtici Dei, ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Ieſu Chriſto: in quo omnis ædificatio conſtructa, creſcit in templum ſanctũ in Domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu ſancto.

POST. Petri, Cap. 1. Vide ſup. Cap. 1. lect. 14. lit. B.

AD ROM. Cap. 8. Quicunq; Spiritu Dei aguntur, ij ſunt filij Dei. Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore: ſed accepiſtis Spiritũ adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, Pater. Ipſe enim Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quòd ſumus filij Dei. Si autem filij, & hæredes, hęredes quidẽ Dei, cohæredes autem Chriſti: ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur.

D IOAN. Cap. 1. In propria venit, & ſui eum non receperunt: quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius: qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Et Verbũ caro factum eſt, & habitauit in nobis (& vidimus gloriam eius, gloriam quaſi Vnigeniti a Patre) plenum gratiæ & veritatis.

E T Cap. 17. Et pro eis ego ſanctifico meipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum, ſed & pro eis qui credituri ſunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint: vt credat mundus, quia tu me miſiſti. Et ego claritatem quam dediſti mihi, dedi eis: vt ſint unum, ſicut & nos vnũ ſumus. Ego in eis, & tu in me, vt ſint conſummati in vnum: & cognoſcat mundus, quia tu me miſiſti, & dilexiſti eos, ſicut & me dilexiſti. Pater, quos dediſti mihi, volo, vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum: vt videant claritatem meam quam dediſti mihi, quia dilexiſti me ante conſtitutionẽ mũdi.

APOCALYP. Cap. 3. Vide ſup. Cap. 1. lect. 11. lit. C. *ad finem*.

E T Cap. 7. Poſt hęc vidi turbã magnã quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, ſtantes ante thronum, & in conſpectu Agni, amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum. *Et poſt pauca*. Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine Agni: ideò ſunt ante thronum Dei, & ſeruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui ſedet in throno habitabit ſuper illos, non eſurient, neque ſitient amplius, nec cadat ſuper illos ſol, neque vllus ęſtus. Quoniam Agnus qui in medio throni eſt, reget illos, & deducet illos ad vitæ fontes aquarum, & abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.

F EXOD. Cap. 31. Ecce vocaui ex nomine Beſeleel filium Vri filij Hur de tribu Iuda, & impleui eum Spiritu Dei, ſapiẽtia, & intelligentia, & ſcientia in omni opere, ad excogitandum quicquid fabre fieri poteſt ex auro, & argento, & ære, marmore, & gemmis, & diuerſitate lignorum.

LIB. 3. Regum Cap.6. Et omnes parietes templi per circuitum ſculpſit varijs cœlaturis,& torno:& ſecit in eis Cherubim, & palmas,& picturas varias: quaſi prominentes de pariete & egredientes,&c.

G NVMER. Cap.21: Orauitq; Moyſes pro populo,& locutus eſt Dñs ad eum, Fac ſerpentem ęneum,& pone eum pro ſigno,qui percuſſus aſpexerit eum,viuet. Fecit ergo Moyſes ſerpentem æneum, & poſuit eum pro ſigno,quem cum percuſsi aſpicerent,ſanabantur.

IOAN. Cap.3.Sicut Moyſes exaltauit ſerpentẽ in deſerto,ita exaltari oportet filiũ hominis:vt omnis qui credit in ipſum, non pereat,ſed habeat vitam æternam.

EXOD. Cap.25. Duos quoque Cherubim aureos , & productiles facies , ex vtraque parte oraculi.

LIB. 3. Reg.Cap.6.Et fecit in oraculo duos Cherubim,de lignis oliuarum, decem cubitorum altitudinis,&c.

H LEVI. Cap.26. Vide ſup.lec.1.lit.A.

HIERE. Cap. 10. Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia, confuſus eſt artifex omnis in ſculptili: quoniã falſum eſt quod cõflauit,& nõ eſt ſpiritus in eis. Vana ſunt, & opus riſu dignum:in tẽpore viſitationis ſuæ peribunt. Nõ eſt his ſimilis pars Iacob: qui enim formauit omnia,ipſe eſt:& Iſraël virga hæreditatis eius:Dominus exercituũ nomen illi.

ET Cap.16.Quare locutus eſt Dñs ſuper nos omne malũ grãde iſtud? Quę iniquitas noſtra? & quod peccatũ noſtrũ quod peccauimꝰ Dño Deo,noſtro? Dices ad eos,Quia dereliquerunt,me patres veſtri(ait Dñs)& abierunt poſt Deos alienos, & ſeruierũt eis, & adorauerunt eos , & mẽ dereliquerunt, &legem meam non cuſtodierunt.

PRIO. ad Corin.Cap.6.Vide ſuprà, Cap.1.lect.5.lit.I.

AVTHORIT. PATR.

A 1 HIERO. tom.5.in Amos Cap.2.Iudas autẽ in quo,illo tẽpore quo hęc dicebãtur,erat Dei religio,& tẽplũ,& cęremonię(qui acceperat legẽ,& præcepta, & iudicia,& teſtimonia,atq; mandata : ſuper quorũ differentia in.18.Pſal.& in.118.plenius diſputatur)increpatur à Dño atq; cõuincitur,& digna ſupplicia recepturus eſt, quia abiecerit legẽ eius,& mãdata illius nõ cuſtodierit.Quę quia abiecit atq; cõtẽpſit, ordine & via deceperũt eum idôla ſua.Nõ enim poterat antè ab Idôlis decipi,niſi legem Dñi repuliſſet, & mandata illius non feciſſet.Hæc ſunt idôla poſt quę abierunt Patres eorum in Ægypto,Ægyptij vobis ſimulacra fingentes , & adorantes Beelphegor,& colentes Aſtaroth,& Baalim.

Legis Dñi ne transgreſſor, facilè labitur in idololatriam.

2 AVGVS. tom.4.lib.2.ſuper Exo. q.71. Illud autẽ vbi dictum eſt, Non erũt tibi Dij alij præter me:apparet huius rei diligentiorẽ executionẽ eſſe in ijs quæ ſubiecta ſunt.Quò enim pertinet,Nõ facies tibi idôlũ,neq; vllum ſimulacrũ: quæcunq; in cœlo ſunt ſurſum,& quęcũq; in terra deorſum:& quæcunq; in aqua ſub terra,nõ adorabis ea,neq; ſeruies illis:niſi ad id quod dictum eſt,Non erũt tibi Dij alij pręter me?

Exo. 20.

Simulacra non facienda vt colantur.

3 IDEM tom.1.Lib.de vera Religione. Cap.37.Non.n.tãtùm ſcrutari creaturã cõtra præceptũ Dei,ſed ea frui,potius quàm ipſa lege & veritate,voluũt:quod primi hominis peccatũ deprehenditur,malè vtentis libero arbitrio. Sed hoc quoq; in ipſa dãnatione addũt,vt nõ modò diligãt,ſed & ſeruiant creaturæ potiuſquàm Creatori, & eã colant per partes eius, à ſummis vſque ad ima venientes.

Dãnãdi,qui colunt creaturas.

4 IDEM tom.4.lib.5.quæſtionum ſuper Ioſue.q.29. Quid eſt quod ait idem Ieſus loquẽs ad populũ,Et nunc circũ auferte Deos alienos qui ſunt in vobis , & dirigite corda veſtra ad Dñm Deũ Iſraël? Non.n. credẽdi ſunt habuiſſe adhuc apud ſe aliqua gentiũ ſimulacra,cũ ſuperius eorũ obedientiã prædicarit.Aut verò ſi haberẽt,poſt tãtas legis cõminationes illa eos proſpera ſequerentur,cũ ſic in eos vindicatũ ſit,quod vnus eorũ de anathemate furtũ fecerat.Deniq; Iacob dixit hoc eis qui cũ illo exierãt de Meſopotamia,vbi ſic idôla colebãtur,vt Rachel paterna furaretur: ſed poſt illã admonitionem Iacob, dederũt quæ habebãt. Vnde apparuit hoc eis ita dictum eſſe,quia ſciebat eos habere ille qui dixerat.Nũc verò poſt hanc admonitionẽ Ieſu Naue, nullus tale aliquid protulit. Nec tamen putandũ eſt,hoc illũ inaniter pręcepiſſe.Non. n. ait,Et nũc auferte Deos alienos,ſi qui ſunt in vobis:ſed omnino tãquàm ſciẽs eſſe,qui ſunt(inquit)in vobis.Proinde propheta ſanctus in cordibꝰ eorum eſſe cernebat cognitiones de Deo,alienas à Deo, & ipſas admonebat auferri.Quiſquis. n. talẽ cogitat Deum,qualis nõ eſt Deus,alienum Deum vtique & falſum in cogitatione portat.

Ioſue.24.

Corde Idololatria committi poteſt.

Geneſ. 31.
Geneſ. 35.

5 CYRILL. Alex.lib.5.cõtra Iulianũ in

Quiſquis ta lẽ Deũ cogitat qualis nõ eſt, falſũ Deũ habet. Nulli tribuẽdũ quod ſoli Deo debetur.

in ſnitio. Duo ſunt maximè neceſſaria, & hæc præ alijs poſita ptæcepta, vt ordinentur cætera: quibus & rectè ad optimã vitã contingit peruenire. Potentiſsimã enim omniũ dico eſſe religionẽ in Deũ, per quã omnẽ deſciſceudi modũ vitare licet, dũ nulli tribuit, quod illum & ſolum decet, ſoliq; debetur. Ego.n.ſum, inquit, Dñs Deus tuus, & nõ erunt alij Dij præter me. Igitur quãdo etiã in noſtris rebus & negotijs rectã veritatẽ ſectamur, omnibus iuſtis gratũ eſt, & exoſum eſt mendaciũ: quomodò nõ dignisſimũ fuerit, & exactiſsima & dſligentiſsima cognitio quæratur eius quod verè eſt: & non aliò & ad ea quę min⁹ decet, trãſeatur, falſò nominatos, & hos qui non ſunt, Deos colendo?

Exod. 20.

6 TERTVL. Lib de Idololatria, Cap. 2. Pleriq; Idololatriã ſimpliciter exiſtimant his ſolis modis interpretandã, Si quis aut incendat, aut ſmmolet, aut proluceat, aut ſacris aliquib⁹, aut ſacerdotijs obligetur. Quẽadmodum ſi quis exiſtimet adulteriũ in oſculis, & ſn amplexibus, & in ipſa carnis congreſsione cenſendũ: aut homicidium in ſola ſanguinis profuſione, & in animę ereptione reputandum. At enim Dñs quàm extenſius iſta diſponat, certi ſumus, cùm adulterium etiã in concupiſcentia deſignat, Si quis oculũ impegerit libidinoſè, & animã cõmouerit impudicè: cùm homicidium etiam in verbo maledicti, vel cõuitij iudicat, & in omni impetu iræ, & in negligentia charitatis in fratrẽ: ſicut Ioãnes docet, homicidã eſſe qui oderit fratrẽ. Aliôquin in modico conſiſteret, & diaboli ingenium de malitia, & Dei Dñi de diſciplina, qua nos aduerſùs diaboli altitudines munit, ſi in his tantùm delictis iudſ caremur, quæ etiã nationes decreuerunt vindicãda. Quomodo abundabit iuſtitia noſtra ſuper ſcribas & phariſæos, vt Dñs præſcripſit, niſi abundantiã aduerſariæ eius, ſd eſt, ſniuſtitiæ perſpexerimus?

Non externo tãtùm actu: ſed interno etiam idololatria perpetratur.

Matth. 5.

1. Ioan. 3.

Matt. 5.

B 1 IVSTIN. Mart. Apolog. 2. nõ lõgè poſt initiũ. Fatemur quidẽ nos talibus Dijs carere, non Deo, qui veriſsimus eſt, & iuſtitiæ, & tẽperãtiæ, cæterarumq; virtutum pater, nec quicquã vitij admixtum habet, habereq; vllo modo poteſt. Sed & illũ & eius Filium, qui venit, noſq; hęc docuit, & aliorũ ſequentium ſimiliumq; bonorum Angelorũ exercitũ, & ſpiritũ propheticũ colimus atq; adoramus, verboq;, & re, ſiue veritate veneramur, idq; omnibus qui diſcere velint, vt docti inſtitutiq; ſumus, copioſè tradimus.

Deum, & Chriſtum, et Angelos adorãdos docet.

Et paulò pòſt. Nos autẽ hoc ſumpſimus, Deũ oblationis quę ex materia conſtat, quamq; homines dent, nõ indigère, cùm illum prębêre omnia & ſuppeditare videamus. Eundemq; illos tãtùm charos habere docuimus, nobiſq; perſuaſimus, & credimus, qui ea quę in eo inſunt imitãtur, tẽperantiã dico, iuſtitiam, humanitatem, omniaq; quæ Dei ſunt propria, qui nomine nullo appellatur, quod quidem ſit impoſitum.

Sanctos Deo charos eſſe.

2 EVSEB. lib. 4. Hiſt. Eccleſ. Cap. 15. Neque Chriſtum aliquãdo poſſumus derelinquere qui mortẽ pro totius mundi ſalute ſuſtinuit: neque aliũ quẽquã colere, quoniã verum Deum, & qui ſolus colendus ſit, nouerimus. Martyres verò tanquã diſcipulos Dñi diligamus & veneremur, quaſi integrè fidem Magiſtro ſeruantes & Dñ.o, quorum nos quoque in fide & perſeuerantia charitatis optamus eſſe participes.

Deus ſolus, vt Deus colendus: Sancti diligendi, & veneratione digni.

3 IDEM lib. 6. Cap. 5. Cùm Baſilides, vnus ex his quibus implêre ſpiculatoris officium mos eſt, ſuſceptã Potamienã duceret ad ſupplicium, ac multitudo impudicorũ pariter & impiorũ Potamienæ, verbis & iniurijs conarẽtur illudere, Baſilides abigere impudẽtius irruẽtes, ac deturbare cœpit, humanitatis & miſerationis obtẽtu. At illa, religioſum viri votũ erga ſe, & propoſitũ humanitatis amplexa: Certus eſto (inquit) quòd cùm abiero ad Dñm meũ, ſine mora boni huius tibi remunerationem parabo. Poſt hęc autẽ verba, conſtanter ſuſcepit ſtatuta ſupplicia, picis calidę paulatim per artus & membra diffuſæ, & hoc modo beata virgo è terris migrauit ad cœlũ. Nõ multis autẽ pòſt diebus, Baſilides cùm inter collegas ſuos ob cauſam quandã iuramentũ poſceretur, ait, ſibi nõ licêre omnino iurare, pro eo quòd eſſet Chriſtianus: & hoc publicè fatebatur. Ioco exiſtimatus eſt primò dicere: tùm deinde cùm cõſtantius affirmaret, pertrahitur ad tribunal, vbi cùm perſeueraſſet in confeſsione, vinculis traditur. Tùm verò viſitantibus eum noſtris, & cauſam ſubitę & laudabilis huius permutationis inquirentibus, dixiſſe traditẽ, quòd Potamiena poſt diẽ tertium martyrij ſui, noctu aſsiſtẽs coronã capiti ſuo impoſuerit, dicẽs, Deprecatã ſe pro ipſo Dñm, & impetraſſe, vt ſecundùm quod ſcriprũ eſt, Qui recipit Martyrem, mercedem Martyris cõſequatur. Quibus auditis, confeſtim fratres ſignum ei Dominicũ tradunt, & die poſtera ob Dñi martyrium, capite punitur.

Potamiena profectura ad Deũ promittit ſe remunerationẽ impetraturã Baſilidi.

Potamiena Baſilidi praſtat quod promiſerat. Matth. 10.

4 E.T Cap. 9. Ipſe Alexãder in epiſtolis

ſuis ad Antinoitas ſcriptis,quæ vſq; ad pręſens ſeruantur apud nos, meminit Narciſsi tãquàm ſocij & cõſortis in Epiſcopatu, his ipſis verbis de eo ſcribẽs:Salutat vos Narciſſus,qui ante me Epiſcopatũ huius vrbis regere cœpit,quiq; mecũ poſitus, orationibus veſtris centũ iã & ſedecim annos vitæ ſuæ gerit,qui & ipſe vos pariter mecum deprecatur eſſe concordes.

Sanctorum orationes multum prodeſſe.

5 B A S I L. in Martyrẽ Iulittam,nõ lõge poſt initium.His dictis in lignorum ſtruem accenſam inſiluit,(*S. Iulitta*) quæ perinde ac thalamus ſplendore coruſcus,corpus ſanctæ Iulittæ circũplexa, animam quidem in cœleſtem illam deſtinauit regionem,& quæ illius meritis congruebat,requiẽ:corpus autẽ honore præcipuo memorabile,aſſeruauit affinibus & cognatis incolume,nec vlla ſui parte læſum,quod ſanè in ornatiſsimo primarij templi vrbis totius veſtibulo conditũ, loco quidẽ adfert memorabilẽ ſanctimoniã, nec minus qui eo loci conueniunt,efficit ſanctiores: terra porrò, iſtius Beatæ aduentu aquã emiſit,quę ſuaptè natura nulli non noſtrũ gratioſiſsima eſſe debeat,adeò vt Martyr hæc imaginem pientiſsimæ referat matris,dùm nutricis in morem totius incolas vrbis alit ſuauiter,perinde ac lacte quopiam in communes vſus affatim ſcaturiente.

Sãcta Iulitta reliquiæ præcipuo honore aſſeruantur, et ſanctiores efficiuntur qui eas venerantur.

6 H I E R O. Epiſt.53. ad Ripariũ,tom.2. *Videlicet, Apolog. 1. aduerſus Vigilãtiũ.* Nos, non dico Martyrum reliquias, Sed,ne Solẽ quidẽ & Lunã,nõ Angelos,nõ Archãgelos, nõ Cherubim,nõ Seraphim,&omne nomẽ quod nominatur,& in præſenti ſeculo & in futuro,colimus & adoramus: ne ſeruiamus creaturæ potius quã Creatori,qui eſt benedictus in ſecula. Honoramus autẽ reliquias Martyrũ,vt eũ,cuius ſunt martyres, adoremus.Honoramus ſeruos, vt honor ſeruorum redundet ad Dñm, qui ait,Qui vos ſuſcipit, me ſuſcipit.

Non adoramus martyrũ reliquias

Honor Sanctorum redundat in Dominum.
Matth. 10.

7 E T Rurſus Apolog.2.Si Apoſtoli & Martyres adhuc in corpore cõſtituti,poſsũt orare pro cæteris,quãdo pro ſe adhuc debẽt eſſe ſoliciti:quãtò magis poſt coronas, victorias,& triũphos? Vnus homo Moyſes ſexcentis millibus armatorũ impetrat à Deo veniã:& Stephanus imitator Dñi ſui, & primus Martyr in Chriſto,pro perſecutoribus veniã deprecatur:& poſtquã cum Chriſto eſſe cœperint,minus valebũt?Paulus Apoſtolus, ducentas ſeptuaginta ſex ſibi dicit in naui animas cõdonatas:& poſtquã reſolutus eſſe cœperit cum Chriſto,tũc ora clauſurus eſt, & pro ijs qui in toto orbe ad ſuum Euangelium crediderunt,mutire non poterit?

Etiam mortui pro viuis orare poſſunt.
Exo. 32.
Actor. 7.
Actor. 27.

8 I D E M tom.1. Epiſt. 27. Epitaphiũ Paulæ,ad Euſtochiũ.Non mœremus quod talẽ amiſimus:ſed gratias agimus quod talem habuimus,imò habemus.Deo.n.viuunt omnia,& quidquid reuertitur ad Dñm,in familiæ numero cõputatur. Quanquàm amiſsio illiùs, cœleſtis domus habitatio ſit: quæ quãdiu in corpore fuit peregrinata eſt à Dño.*Et iterũ.* Ibi ſiti ſunt Heliſæus & Abdias prophetæ: &,quo maior inter natos mulierũ non fuit, Ioannes Baptiſta:vbi multis intremuit conſternata mirabilibus! nanq; cernebat varijs dæmones rugire cruciatibus,& ante ſepulcra Sanctorum vlulare homines more luporum,vocibus latrare canum,fremere leonũ, ſibilare ſerpentum, mugire taurorũ,alios rotare caput,&poſt tergum terram vertice tãgere.*Et in fine.* Vale,ô Paula, & cultoris tui vltimam ſenectutem orationibus iuua.Fides & opera tua Chriſto te ſociant:præſens facilius,quod poſtulas,impetrabis.

Deo viuunt Sancti.
2. Cor. 5.
Apud ſepulcra Sanctorum dæmones torquentur.
Matth. 11.
D. Hieronymus inuocat Paulã. Præſes Chriſto, facilius impetrat.

9 C H R Y S O S. to.4. in epiſt. ad Ephe. homil. 8. paulò poſt principium. Vellem nunc in eis eſſe locis,in quibus iſta dicũtur eſſe vincula. Et meritò: celebrarem viros iſtos,qui huius erga Chriſtum deſyderij fuerunt.Cuperem videre catenas illas quas quidem verentur & horrent dæmones, venerantur verò Angeli.

D. Chryſoſtomus optat videre Pauli catenas, quas venerãtur Angeli.

10 I D E M tom.3. ſerm. in Iuuentinum & Maximum,martyres: in fine. Illos non indignum fuerit,& colũnas,& ſcopulos, & turres, & candelabra,& tauros,ſimul appellare.Nam Eccleſiã ſicut colũnæ ſuſtinent, Sicut turres,muniunt:& ſicut ſcopuli, oẽs vndarũ aſſultus repulerunt,multâ interim ipſi ſeruantes tranquillitatem: ſicut luminaria,tenebras impietatis diſcuſſerũt:& ſicut tauri anima promptitudineq; eâdem, ſuaue Chriſti iugum traxêre.Idcirco ſæpè eos inuiſamus,tumulos adornemus, magnaq; fide reliquias eorum contingamus, vt inde benedictionem aliquã aſſequamur. Etenim ſicut milites,vulnera in prælijs ſibi inflicta,Regi monſtrantes,fidenter loquuntur: ita & illi in manibus abſecta capita geſtantes, & in medium afferentes,quæq; voluerint, apud Regem cœlorum impetrare poſſunt.

Martyres ſunt turres & colũnæ.
Tumuli Sanctorum inuiſendi, & magna fide reliquiæ contingẽdæ, benedictionis conſequẽdæ gratia.
Quæ voluerint impetrare poſſunt Sancti.

11 I D E M tom.5. ad populũ Antioche. hom.66. Chriſtus tunc omnẽ terrarũ orbem ad ſe traxit adorandũ, cũ mortuus fuiſſet: & quid de Chriſto loquor, cùm & diſcipulos poſtquàm obierũt tũc effulgêre fecerit?

quid

quid dico diſcipulos? nam & eorum loca & ſepulcra ſimul & tempora, perenni memoria celebrari curauit. Tu verò mihi ſepulcrum oſtendas Alexandri, & profer diem quo vitam finiuit. Sed nihil horum inſigne, ſed omnia deſtructa ſunt & exterminata: Chriſti verò ſeruorum & ſepulcra chara ſunt, Regiam aſſecuta ciuitatem, & dies notiſsimi mūdo feſtam afferentes lætitiam. Et illius quidem loculum etiam proprij neſciunt: horum autem ſciunt & Barbari. Et ſeruorum Crucifixi ſepulcra, Regijs aulis ſunt clariora, non magnitudine, & ædificiorum pulchritudine, (nam & in hoc quidem ſuperant) ſed quod multò maius eſt, conuenientium ſtudio. Nam & ipſe qui purpuram indutus eſt, accedit illa complexurus ſepulcra, & faſtu depoſito, ſtat ſanctis ſupplicaturus, vt pro ſe apud Deum intercedant: & ſcenarum fabrum, & piſcatorem etiam mortuos, vt protectores orat, qui diademate redimitus incedit. Audebis igitur, quæſo, horum Dominum nuncupare mortuum, cuius ſerui vel mortui, terrarum orbis Regum ſunt protectores? *Et poſt pauca.* Et hic quidem Regnans alicui ſubiecto pręcipit, vt hune quidem ſoluat, illum verò liget: Sanctorum verò oſſa, non hanc habent miſerabilem & abiectam poteſtatem, ſed illa multò maiorem. Dæmonas enim liſtunt & torquent, & vinctos ab illis ſoluunt ſæuiſsimis vinculis. Quid hoc foro magis reuerēdū, cū videatur nemo, nemo dęmonis inſtet lateribus, voces ſentiuntur & lacerationes, flagella, tormentaq;, & linguæ ardentes, terribilem illam vim dæmone nō ferente? Et corpus induti, incorporeas opprimunt poteſtates: & cinis, & oſſa, & ſauilla, inuiſibiles illas poteſtates dilaniant. Itaque, quò Regias quidem aulas videat, nullus vnquàm peregrinatus fuerit: multi verò Reges plerunq; huius ſpectaculi gratia peregrinati ſunt. Futuri nanque iudicij veſtigia & ſigna Sanctorum ædes exhibent, vbi dæmones flagellantur, corriguntur homines & liberantur.

Sepulcra & natalitia Apoſtolorū clara ſunt.

Imperatores Sanctis ſupplicant, vt pro ſe apud Deum intercedant.

Sancti ſunt protectores Imperatorū.

Reliquiæ Sāctorum dæmones torquent.

Peregrinationes ad Sāctorū ſepulcra.

12 I D E M tom. 4. in Epiſtolam, ad Roman. homil. vlt. Si enim (*Paulus*) cum hic eſſet, vſque adeò dilexit homines, vt cùm diſſolui ex animi propoſito, & cum Chriſto eſſe cuperet, elegerit hic eſſe: multò magis illic ſeruentiorem amorem oſtendet. *Et iterum.* Vellem videre ſepulcrum, quo recondita ſunt arma illa iuſtitiæ, arma lucis, membra nunc viuentia, tùm verò cùm in hac vita eſſent, emortua, in quibus omnibus viuebat Chriſtus, quæ mundo fuerunt crucifixa; membra Chriſti, quę Chriſtum induerunt, quæ templum Spiritus ſancti, ſanctaq; fuerunt ædificatio, quæ ligata erant Spiritu, confixa timore Dei, habentia ſtigmata Chriſti. Hoc corpus vrbem hanc munit, quod quauis turri innumeriſque mœnibus ac vallis eſt tutius.

Paulus in cælo feruentius nos diligit.

Cupit videre ſepulcrū D. Pauli, cuius corpus vrbē munit.

13 A V G V S T. tom. 4. Lib. de Cura pro mortuis gerenda, Cap. 16. Alij ſunt humanarum limites rerum, alia Diuinarum ſigna virtutum: alia ſunt quæ naturaliter, alia quæ mirabiliter fiunt: quamuis & naturæ Deus adſit vt ſit, & miraculis natura non deſit. Non igitur ideò putandum eſt, viuorum rebus quoslibet intereſſe poſſe defunctos, quoniam quibuſdam ſanandis vel adiuuandis Martyres adſunt: ſed ideò potius intelligendum eſt, quòd per Diuinam poteſtatem Martyres viuorum rebus interſunt, quoniam defuncti per naturam propriam, viuorum rebus intereſſe non poſſunt. Quanquam iſta quæſtio vires intelligentiæ meę vincat, quemadmodū opitulentur Martyres ijs, quos per eos certum eſt, adiuuari: vtrum ipſi per ſeipſos adſint vno tempore tam diuerſis locis, & tanta inter ſe longinquitate diſcretis, ſiue vbi ſunt eorum memoriæ, ſiue præter ſuas memorias vbicunq; adeſſe ſentiuntur: an ipſis in loco ſuis meritis congruo, ab omni mortalium conuerſatione remotis, & tantùm generaliter orantibus pro indigentia ſupplicantium, ſicut nos oramus pro mortuis, quibus vtique non præſentamur, nec vbi ſint, vel quid agant, ſcimus; Deus Omnipotens qui eſt vbique præſens, nec concretus nobis, nec remotus à nobis, exaudiens Martyrum preces, per Angelica miniſteria vſquequaque diffuſa, præbeat hominibus iſta ſolatia, quibus in huius vitæ miſeria indicat eſſe præbenda: & ſuorum merita Martyrum vbi vult, quādo vult, quomodo vult, maximèq; per eorum memorias, quemodo hoc nouit expedire nobis ad ędificādam fidē Chriſti, pro cuius illi confeſsione ſunt paſsi, mirabili atque ineffabili poteſtate ac bonitate cōmendet.

Quamuis Sāctis viuorum rebus interſint, non omnes tamen mortui præſentes eſſe poſſunt.

Auguſtini dubitatio de modo quo in diuerſis locis adſunt Sancti.

Oratio pro mortuis.

14 I D E M tom. 6. Lib. 20. contra Fauſtum Manichæum, Cap. 21. Populus Chriſtianus memorias Martyrum religioſa ſolēnitate concelebrat, & ad excitandā imitationem, & vt meritis eorum conſocietur,

Soli Deo cōſtituūtur altaria, quamuis in memorias Martyrum.

atque orationibus adiuuetur : ita tamen vt nulli Martyrũ, ſed ipſi Deo Martyrũ, quanuis in memorias Martyrum, conſtituamus altaria. Quis enim Antiſtitum in locis Sanctorum corporum aſsiſtens altari, aliquando dixit, offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane? Quod offertur, offerẽ Deo qui Martyres coronauit, apud memorias eorũ quos coronauit: vt ex ipſorum locorum admonitione maior effectus exurgat, ad acuendã charitatẽ & in illos quos imitari poſſumus, & in illũ quo adiuuante, poſſumus. Colimus ergò Martyres eo cultu dilectionis & ſocietatis, quo & in hac vita coluntur ſancti homines Dei, quorum cor ad talem pro Euangelica veritate paſsionem paratum eſſe ſentimus. At illo cultu, quæ Grecè, latria, dicitur, Latinè vno verbo dici non poteſt, cùm ſit quædam propriè Diuinitati debita ſeruitus, nec colimus, nec colẽdum docemus, niſi vnum Deum. Cùm autem ad hũc cultũ pertineat oblatio Sacrificij, vnde Idololatria dicitur eorum, qui hoc etiam Idôlis exhibẽt: nullo modo tale aliqnid offerimus aut offerendum præcipimus, vel cuiquam Martyri, vel cuiquam ſanctæ animæ, vel cuiquã Angelorum: & quiſquis in hunc errorem delabitur, corripitur per ſanam doctrinã, ſiue vt corrigatur, ſiue vt caueatur. Ipſi enim Sancti vel Angeli vel homines, exhiberi ſibi nolunt, quod vni Deo deberi norũt. Apparuit hoc in Paulo, & Barnaba, cùm commoti miraculis quę per eos facta ſunt, Lycaonij tãquàm Dijs immolare voluerunt: conſciſſis enim veſtimentis ſuis, confitentes & perſuadentes ſe Deos non eſſe, iſta ſibi fieri vetuerunt. Apparuit & in Angelis, ſicut in Apocalypſi legimus, Angelum ſe adorare prohibentem, ac dicentem, adoratori ſuo: Conſeruus tuus ſum, & fratrũ tuorum. Iſta ſibi planè ſuperbi ſpiritus exigunt, diabolus & angeli eius, ſicut per omnia templa & ſacra Gentilium.

Sanctis non offeruntur ſacrificia. — *Martyres et Sancti quomodo colantur.* — *Latria, Diuinitati debita ſeruitus.* — *Nulli creaturæ ſacrificatur.* — *Act. 14.* — *Apoca. 19. & 22.* — *Dæmones expetunt ſacrificia.*

15 IDEM, tom. 1. Lib. de Vera Religio. Cap. 55. Non ſit nobis Religio cultus hominum mortuorum: quia ſi piè vixerunt, non ſic habentur vt tales quærant honores, ſed illum à nobis coli volunt, quo illuminante lætantur meriti ſui nos eſſe conſeruos. Honorandi ergò ſunt propter imitationẽ, non adorãdi propter Religionem. *Et mox.* Quod colit ſummus Angelus, id colẽdum eſt etiã ab homine vltimo, quia ipſa hominis natura id non colendo, facta eſt vltima. Non enim aliunde ſapiens Angelus, aliunde homo, aliunde ille verax: aliũde homo, ſed ab vna incommutabili ſapientia & veritate. Nam idipſum actum eſt temporali diſpenſatione ad ſalutem noſtram, vt naturam humanam ipſa Dei virtus, & Dei ſapientia, incommutabilis & conſubſtantialis Patri & Coæternus, ſuſcipere dignaretur, per quam nos doceret id eſſe homini colendum, quod ab omni creatura intellectuali & rationali colendum eſt. Hoc etiam ipſos optimos Angelos, & excellentiſsima Dei miniſteria velle credamus, vt vnum cum ipſis colamus Deum, cuius contemplatione beati ſunt. Neq; enim & nos videndo Angelos beati ſumus, ſed videndo veritatẽ, qua etiã ipſos diligimus Angelos, & his congratulamur. Nec inuidemus quòd eo paratiores, vel nullis moleſtijs interpedientibus, perfruũtur: ſed magis eos diligimus, quoniam & nos tale aliquid ſperare à communi Dño iuſsi ſumus. Quare honoramus eos charitate, non ſeruitute. Nec eis templa cõſtruimus. Nolunt. n. ſe ſic honorari à nobis, quia nos ipſos, cùm boni ſumus, tẽpla Summi Dei eſſe nouerũt. Rectè igitur ſcribitur hominem ab Angelo prohibitum ne ſe adoraret, ſed vnum Deum, ſub quo ei eſſet & ille conſeruus.

Sancti honorandi propter imitationẽ, non adorandi propter religionem. — *Colendus Deus quem colunt Angeli.* — *Angeli honorandi charitate, nõ ſeruitute.* — *1. Cor. 3.* — *Apocal. 22.*

16 IDEM tom. 5. Lib. 8. de Ciuita. Dei, Cap. 27. Nec tamen nos eiſdẽ martyribus tẽpla, ſacerdotia, ſacra, & ſacrificia conſtituimus: quoniam non ipſi ſed Deus eorum nobis eſt Deus. Honoramus ſanè memorias eorum tanquàm ſanctorũ hominum Dei, qui vſque ad mortem ſuorũ corporum pro veritate certarunt, vt innoteſceret vera religio, falſis religionibus fictiſq; conuictis: quod etiãſi qui anteà ſentiebant, timẽdo reprimebant. Quis autem audiuit aliquãdo fidelium ſtantem ſacerdotẽ ad altare, etiã ſuper Sanctum corpus Martyris ad Dei honorem cultumq; conſtructum, dicere in precibus, Offero tibi ſacrificiũ Petre, vel Paule, vel Cypriane, cùm apud eorum memorias offeratur Deo, qui eos, & homines, & Martyres fecit, & Sanctis ſuis Angelis cœleſti honore ſociauit? vt ea celebritate, & Deo vero de illorũ victorijs gratias agamus, & nos ad imitationẽ taliũ coronarũ atq; palmarũ, eodẽ inuocato in auxiliũ ex eorũ memoriæ renouatione adhortemur. Quæcunq; igitur religioſorũ adhibentur obſequia in Martyrum locis: ornamenta ſunt memoriarũ, non ſacra vel ſacrificia mortuorũ tanquàm Deorum.

Sanctis templa, ſacerdotia, ſacra, et ſacrificia nõ conſtituuntur: ſed memoriæ honorantur. — *Honor Martyri exhibitus, non eſt ſacrificium mortuorũ tãquàm Deorum.*

17 ET Lib. 9. Cap. 5. Sancti Angeli & cùm ſine ira puniãt, quos accipiunt æterna

Dei

Quadã Angelis tribuũtur propter quandã operum ſimilitudinem nõ propter affectionum infirmitatem.

Dei lege puniendos: & miſeris, ſine miſeriæ
compaſsione ſubueniant: & periclitantibus
eis quos diligunt, ſine timore opitulentur: ta
men iſtarum nomina paſsionum, conſuetu-
dine locutionis humanæ, & in eos vſurpan-
tur, propter quandam operum ſimilitudinẽ,
non propter affectionum infirmitatem.

18 ET Lib.22. Cap.10. Nobis Martyres
non ſunt Dij, quia vnũ, eundemq; Deũ, &
noſtrum ſcimus, & Martyrũ: nec tamẽ mira
culis quæ per memorias noſtrorũ Martyrũ
fiunt, vllo modo comparanda ſunt miracula,
quæ facta per tẽpla perhibentur illorũ. Ve
rũ ſi qua ſimilia videntur, ſicut à Moyſe Ma
gi Pharaonis, ſic eorum Dij victi ſunt à Mar
tyribus noſtris. Fecerunt autẽ illa dæmones
eo faſtu impuræ ſuperbiæ, quo eorũ Dij eſ-
ſe voluerunt: faciunt autẽ iſta Martyres, vel
potius Deus, vel orantibus aut cooperãtib⁹
eis, vt fides illa proficiat, qua eos, nõ Deos eſ
ſe noſtros, ſed eũ Deũ habere nobiſcũ creda
mus. Deniq; illi talibus Dijs ſuis, & templa
ædificarunt, & ſtatuerũt aras, & ſacerdotes
inſtituerunt, & ſacrificia fecerunt. Nos autẽ
Martyribus noſtris, non templa ſicut Dijs,
ſed memorias ſicut hominibus mortuis, quo
rũ apud Deũ viuunt ſpiritus, fabricamus:
nec ibi erigimus altaria, in quibus ſacrifice-
mus Martyribus, ſed vni Deo, & Martyrum
& noſtro, ſacrificiũ immolamus. Ad quod ſa
crificium, ſicut homines Dei, qui mundũ in
eius confeſsione vicerũt, ſuo loco & ordine
nominãtur: nõ tñ à ſacerdote, qui ſacrificat,
inuocãtur. Deo quippe, nõ ipſis ſacrificat,
quãuis in memoria ſacrificat eorũ: quia Dei
ſacerdos eſt, non illorum.

Martyres nõ ſunt Dij, & tamen eorum miracula honoranda.

Exod. 8.

Martyribus dicantur tẽpla non tanquam Dijs, ſed Dei ſeruis.

19 THEODORE. Cyren. Eṗs, de
Græcarũ affectionũ curatione, lib. 8. qui eſt
de Martyrib⁹. Hi ſunt igiť veri hominũ Du
ces, Principes, Propugnatores, Cuſtodes, per
quos à nobis infortunia auertũtur, proculq;
arcẽtur quæ à dęmonibus inferũtur mala. *Et
ſub finẽ.* Qui homines proſpera ſunt valetudi
ne, cõſeruari eã ſibi à Martyribus petũt: qui
verò ęgritudinẽ aliquã patiũtur, ſanitatẽ ex
poſcũt. Inſuper & ſteriles viri & mulieres,
dari ſibi filios petũt: qui verò parẽtes ſunt,
integra ſibi & proſpera cuſtodiri quæ cõſe
cuti ſunt, dona. Itaq; qui peregrè aliquò pro
ficiſcuntur, petũt Mártyres ſibi comites eſſe
in via, vel potius itineris duces. Qvi verò iã
ſoſpites redierũt, gratias agunt, acceptũ be-
neficiũ cõfitẽtes. Nõ qui ſe ad Deos accede-
re arbitrẽtur, ſed qui orẽt Dei Martyres tan
quàm Diuinos homines, interceſſoreſq; ſibi
eos apud Deum aduocent ac precentur.

Martyres ſunt hominum duces, propugnatores, & cuſtodes.

Martyres inuocãtur intercessores ad impetranda omnis generis beneficia.

20 HISTO. Tripar. Lib. 2. Cap. 19. In-
ſignis locus patuit peregrinis & vrbicis, vbi
olim quidẽ Veſta colebať, poſteà verò Ec-
cleſia facta eſt, qui locus nũc Michaeliũ nũ
cupatur, in dextera poſitus parte nauigan-
tiũ à Ponto Conſtantinopolim, diſtãs ab ea,
nauigio quidẽ ſtadijs fere triginta & quin-
que: per terrã verò, circũeuntibus omnẽ ſi-
num, vſq; ad ſeptuaginta & amplius tendi-
tur. Sortitus eſt igitur is locus appellationẽ
nũc vſq; ſeruatã, eò ꝙ illic manifeſtè cerni-
tur apparere Michael Diuinus Archãgelus:
quod etiã ego iutus eximiè verũ eſſe confir-
mo. Oſtendit igitur hoc ita eſſe, etiã multis
alijs virtus Diuina per ipſarũ rerum experi
menta. Quidã enim in cauſas difficiles aut
ineuitabilia pericula, alij verò in lãguores,
aut ignotas paſsiones incidentes, illic ſuppli
cantes Deo, liberari promeruerũt. Sed quæ
ſingulis & quomodo illic miracula contige
rint, narrare longum eſt. Quæ verò proue-
nerint Aquilino nobis noto, & in cauſis fo-
renſibus ſocio, partim ab eo audiẽs, partim
ipſe cognoſcens, neceſſariò pandam. Cùm
eum ardẽtiſsima febris rubris choleris mota
comprehendiſſet, æſtuenti poculũ dederũt
medici, quod euomuit: moxq; cũ vomitu dif
fuſæ choleræ ſuperficiem vultus eius ſimili
ſui colore tinxerunt: quamobrem quicquid
comederet aut biberet, euomebat. Cùmq;
hoc diu pateretur, nec eſca ad nutrimenta
proficeret, hærebat ars medicorum, & dùm
morti vicinus eſſet, iuſsit ſuis vt ſe ad locum
hunc ducerent, credẽs aut illic ſe mori, aut
lãguore priuari. Iacentiq; per noctẽ Diuina
virtus apparẽs præcepit, vt quicquid come
deret, in huiuſmodi potionẽ tingeret, quæ
eſſet ex pipere & vino, & melle confecta.
Quo facto, ab ægritudine liberatus eſt: quip
pe cùm medicis ratione medicinæ videatur
eſſe contrariũ calida pocula cholericis exhi
bere. Audiui. n. & Probianũ virũ in palatio
habentẽ militiã medicorũ, crudeli podagræ
paſsione detentum, ibi doloribus liberatũ.

In tẽplo Michaelis Archangeli, multa beneficia eũ inuocantibus donantur.

Duo viri à morbis liberati in Tẽplo D. Michaelis.

21 ET Lib. 9. Cap. 11. Quędã mulier Chri
ſtiana, nõ tñ Gaza, Diuino pręcepto per no
ctẽ oſſa Martyrũ colligẽs, & in vrnam recõ
dẽs Zenoni eorũ conſobrino ſeruãda cõtra
didit. Deus. n. per viſionẽ mulieri reuelauit
hũc virũ: ei nãq; erat ignotus, & nuper ha
bita perſecutione celabať. Hoc ergò modo
per mulierẽ reliquias eorum accepit, & inte
rim domi ſeruabat. Cũq; is in eiuſdẽ Eccle-
ſię ſuſcepiſſet Eṗatũ, Imperãte Theodoſio

Oſſa martyrum Relegioſè collecta & aſſeruata.

fabricata Baſilica ante ciuitatem, & altari fixo, oſſa Martyrum collocauit iuxta confeſſorem Neſtorem.

22 ET Cap.31. Cùm Iulianus apud Pythium Daphnæum peteret reſponſa de Parthici belli victoria, & ille viciniam corporis Babylæ martyris accuſaret, iuſsit eius corpus auferri. Ob quam rem cùm Chriſtiani feſtiuitatē deducto corpore pſallentes agerent, & indignatione principis quidā Theodorus iuuenis multa paſsionum tormenta pertuliſſet, hoc quidem facto, fallax dæmō Martyris gloriam auxit, ſuum verò mendacium clarius detexit. Fulmen nanq; cœlitus miſſum, omne templum accendit, & ipſum Pythij Apollinis ſimulacrum redegit in puluerem.

Babylæ martyris corpus honoratum eſt miraculo.

D

1 HILAR. Lib. 8. de Trinitate. Honorem acceptum à Patre, Filius omnibus qui in ſe credituri ſunt, dedit.

Chriſtus honorem ſuū alijs impertit.

2 IDEM Lib. contra Conſtantium Auguſtum. Et cæteri quidem mortales ſemper cum viuis bella geſſerunt, dùm homini ad hominem vltra mortem nihil cauſæ eſt: tibi verò inimicitiarum nullus eſt finis. Receptos enim iam in æternam quietem Patres laceſsis, & in decreta eorum peruerſus irrumpis. Apoſtolus communicare nos Sanctorum memorijs docuit: tu eas damnare coëgiſti. Eſt'ne aliquis hodie aut viuus, aut mortuus, cuius tu dicta non reſcideris?

Hæretici Sāctos laceſſunt.

Rom. 12.

3 HIERON. Ad Riparium, & contra Vigilantium. Vide ſup. litera. B. authoritate. 6. & 7.

E

1 AVGVST: tom. 3. Lib. de Eccleſiaſt. dogma. Cap. 73. Sanctorum corpora, & præcipuè Sanctorum Martyrum reliquias, ac ſi Chriſti membra, ſynceriſsimè honoranda: & Baſilicas eorum nominibus appellatas, velut loca Sancta Diuino cultui mancipata, affectu pijſsimo & deuotione fideliſsima adeunda credimus. Si quis contra hanc ſententiam venerit, non Chriſtianus, ſed Eunomianus, & Vigilantianus creditur.

Reliquiæ Sanctorum honorandæ, & eorū templa adeūda

2 CHRYSOST. tom. 4. in. 16. Cap. ad Roman. Homil. vlt. Quis mihi nunc dabit circunfundi corpori Pauli, affigi ſepulcro, videre puluerem corporis illius, quæ adhuc in Chriſto deerant adimplentis, ſtigmata illius geſtantis, prædicationem Euangelij vbiq; ſeminantis?

Optat D. Pauli videre reliquias.

3 GREGOR. Nazian. Oratione. 21. in Athanaſium, ipſum alloquens. Nos autem vtinam ipſe benignus è cœlis aſpicias, atque hunc populum gubernes, perfectum perfectæ Trinitatis, quæ in Patris, & Filij, & Spiritus ſancti contemplatione percipitur & colitur, adoratorem: meq; (ſiquidem res pacatæ futuræ ſint) in vita retinens, gregemq; mecum paſcas: ſin autem Eccleſia bellis flagratura eſt, reducas aut aſſumas, tecumq; & cū tui ſimilibus colloces, tametſi magnum ſit quod poſtulo, in Chriſto Domino noſtro, cui omnis gloria, honor, & imperium in ſecula, Amen.

Inuocat D. Athanaſiū.

4 IDEM, Oratio. 18. in laudem Diui Cypriani. Nam quanquam Cypriani nomen apud omnes non modò Chriſtianos, verùm eos quoque qui doctrinæ noſtræ aduerſantur (omnes enim æquè veneratione ſui virtus afficit) clariſsimum ac celeberrimum eſſet: corpus tamen obſcurum erat. Atque hic theſaurus apud mulierem quandam acri atque ardenti pietate præditam occultabatur, idq; perdiuturno tempore: ſiue hoc eò fieret quòd Deus piam mulierculam honoraret, ac propterea illa Martyrem complexu ſuo teneret: ſiue etiam vt deſiderij noſtri periculum faceret, atque experiretur num hac iactura excruciaremur, acerbiſsimèq; ferremus nos ſacroſanctis reliquijs deſraudari. Ea verò poſteaquàm ille Martyrum Deus commune omnium bonum alicui priuatim concedere, ac ſingulari erga illam gratia publicis commodis detrimentum afferre minimè ſuſtinuit: per reuelationem corpus in apertum profert, atque hunc rurſus honorem probæ cuidam mulieri confert: vt mulieres quoque ex eo ſanctificentur, quòd quemadmodum Chriſtum antè repererunt, reſurrectioniſq; ipſius nuncium Diſcipulis attulerunt, ita nunc & Cyprianum, hoc eſt, publicum orbis bonum partim indicarunt, partim tradiderunt. Hæc laudum illius poſtrema eſt. Sic in medium prodit, qui indignus erat, vt in obſcuro deliteſceret: nec ſui furtum tolerare ſinitur. Quandoquidem præſtantiori, atque excelſiori animo erat, quàm vt omnes honores ambiret, qui corporibus haberi conſueuerunt. *Et mox.* Veſtræ iam partes ſunt ea quæ reſtant, à vobis metipſis adiungere, vt nonnullum ipſi quoque munus offeratis. dęmonum profligationem, morborū depulſionē, futurarū rerum præſcientiā: quæ quidē omnia vel cineres ipſi Cypriani, modò fides adſit, efficiūt: quēadmodū norūt qui huius rei periculum fecerūt, ac miraculū ad nos vſq; tranſ-

D. Cyprianum venerātur omnes.

Corpus D. Cypriani piè occultatum, et reuelatum.

Matth. 28.

Crebra miracula apud D. Cypriani reliquias.

tranſmiſerunt, eiuſdemq; memoriam poſteris quoq; tradituri ſunt.

5 IDEM Oratio. 1. in Iulianũ apoſtatã. Non victimas pro Chriſto cæſas reueritus es? Nec magnos pugiles extimuiſti, Ioannẽ illũ, Petrum, Paulũ, Iacobũ, Stephanũ, Lucam, Andręã, Teclã, eos qui & poſt illos, & ante illos, capitis ſui periculo, veritatẽ protexerunt? Qui cũ igni & ſerro, & belluis, & tyrãnis, & pręſentibus malis & denũciatis, alacri animo, veluti in alienis corpotibus, imò quaſi corporũ expertes dimicarunt: (cur? ne pietatẽ rectamq; doctrinã etiã verbotenus proderẽt) quib⁹ præclari honores & feſta conſtituta, à quibus dæmones propelluntur, & morbi curantur, quorum apparitiones & prædictiones, quorum vel ſola corpora idẽ poſſunt quod animę ſanctæ, ſiue manibus contrectẽtur, ſiue honorẽtur, quorũ vel ſolæ ſanguinis guttę, atq; exigua paſsionis ſigna, idẽ poſsunt quod corpora?

Sanctis honores & feſta conſtituta, eorumq; reliquiarum cõtactu, multa edita miracula.

6 ET Oratione ſecũda. Non iam martyrum ſepulcris ignem admouebunt, vt per eorum ignominiam alios deterreant: nõ iam Sanctorũ reliquias cum oſsibus cõtemptiſſimis per contemptum permixtas flammis abſument, aut in ventos mittent, vt eos honore talibus hominibus debito ſpolient.

Sanctis debetur honor.

7 AVGVS. tomo. 3. Lib. de Spiritu & anima, Cap. 59. Sanctos alloquens, ait, Vos igitur qui meruiſtis conſortes fieri ſupernorũ ciuiũ, & perfrui ęternę claritatis gloria, orate pro me ad Dñm, vt educat me de iſto carcere, in quo teneor captiuus & ligatus.

Inuocat Sanctos.

8 IDEM tom. 4. Lib. de Catechizan. rudibus, Cap. 7. Prænunciandũ etiã, inuenturum eum in Eccleſia multos Chriſtianos bonos, veriſsimos ciues cœleſtis Hieruſalem, ſi eſſe ipſe cœperit. Ad extremũ, ne ſpes eius in homine ponatur, ſedulò monendus eſt: quia neque facilè ab homine iudicari poteſt quis homo ſit iuſtus: &, ſi facilè poſſet, non ideò nobis proponi exempla iuſtorum, vt ab eis iuſtificemur, ſed vt eos imitantes, ab eorum iuſtificatore nos quoque iuſtificari ſciamus.

Imitari debemus Sanctos.

9 EVSEB. lib. 6. Eccleſi. Hiſt. Cap. 9. Vide ſup. lit. B. auth. 3. in fine.

10 IDEM lib. 11. Cap. 33. Igitur (*Theodoſius*) præparatur ad bellũ, non tam armorum telorumq;, quàm ieiuniorum orationumq; ſubſidijs: nec tàm excubiarum vigilijs, quàm obſecrationum pernoctatione munitus, circumibat cũ ſacerdotibus & populo omnia orationum loca, ante Martyrum & Apoſtolorum thecas iacebat cilicio proſtratus, & auxilia ſibi fida Sanctorum interceſsione poſcebat.

Theodoſius ante Sanctorum reliquias, ipſos inuocat.

F 1 TERTVL. Lib. 2. contra Marcio. Cap. 22. Proinde & ſimilitudinẽ vetans fieri omnium quæ in cœlo, & in terra, & in aquis, oſtendit & cauſas, idololatriæ ſcilicet ſubſtantiam cohibentes. Subijcit. n. Nõ adorabitis, neque ſeruietis illis. Serpentis autẽ ænei effigies poſteà præcepta Moyſi à Domino, non ad Idololatriæ titulũ pertinebat, ſed ad remediandos eos qui à ſerpentibus infeſtabãtur, & taceo de figura remedij. Sic & Cherubim, & Seraphim aurea in arcæ figuratum exẽplum, certè ſimplex ornamentum, acommodata ſuggeſtui, longè diuerſas habendo cauſas ab idololatriæ conditione, ob quam ſimilitudo prohibetur, non videntur ſimilitudinum prohibitarum legi refragari, nõ in eo ſimilitudinis ſtatu deprehenſa, ob quem ſimilitudo prohibetur.

Exod. 20. Non abſolutè prohibita ſunt ſculptilia, ſed quæ ad idololatriã eriguntur. Numer. 21. Exo. 25. & 37.

LECTIO III.

DOCTOR.

QVOD nam verò crimen iſtud eſt Idololatriæ?

ADOLESCENS.

Cùm quis eum [a] creaturæ alicui cultum ac honorem defert, qui vni ac ſoli Deo eſt tribuendus.

[a] Act. 17. Roman. 1. Tertul. de Idololat. Aug. de Trinit. li. 1. c. 6. Athana. q. ad Antioc. c. 38. Cyril. in Iſa.

DOCTOR.

Et non'ne illud tibi videtur à nobis in Imagines fieri?

ADO-

ADOLESCENS.

Apageſis.Nam nobis illæ ſigna ac notæ quædã ſunt earũ rerum,quæ vel perpetuæ ſunt,vel aliquando in vita fuerunt:& noſter omnis in hoc genere cultus,[b] neq; eã, de qua conſtant,ſolidã materiã,neq; etiã illarũ effigiem expreſſam aut delineamẽta reſpicit,ſed earum aſpectu,admoniti eorũ,quæ in cœlis ſcimus eſſe,& quæ fides animis noſtris ſuggerit, aut Deũ ac eius Filiũ Ieſum,ad expreſſas vtriuſq; Imagines adoramus, aut Sanctũ aliquẽ ac beatum in cœlis virũ, ad eorũ quoq; effigies,diſtinctè ac ordine veneramur.

[b] *Conc.Nic.2.Baſil.epiſtola ad Iul.Apoſta. & lib.de Spir. ſanct. c.18.Conc. Conſtan. 8.Generale.Nice. 2. generale. Damaſ.de orthod.fid li.4.c.17. & orat. 1. 2. 3.de imagin.Greg. lib.7. Regiſt. epiſt. 53. & 109 & lib. 9. epiſt. 9.Nilus.*

DOCTOR.

Doces ergò,vel ante imaginẽ procũbere,vel coram ea preces fundere,nihil aliud eſſe q̃ Creatori primùm,deinde Sanctis eius, ſuo cuiq; ordine debitũ honorẽ exhibere.Neq; vllam nos in externa illa & aſpectabili materia,ſpem aut Diuinitatẽ [c] hoc noſtro cultu velle collocare,ſed omnẽ imaginẽ agnoſcere,per ſen ſuũ noſtrorũ ſatellitiũ quoddã tanquàm veritatis & rei abſentis internũtiã,vt ea religionis nr̃æ officia,ijs quibus obſtringimur, ritè perſoluamus.

[c] *Atha. ad Antbio.c. 39.Baſil.Nice.2.ſynod.Euſeb lib.7. ca. 14.Hiſt.Trip.lib. 6. c.41.Neceph.lib.6. c.15.&.16.et.lib. 10.c.30.*

ADOLESCENS.

Ita planè exiſtimo.Quò fit vt mihi deſipere omnino videãtur illi,qui putãt nos rebus his externis,& quæ hominis fiunt induſtria, adgeniculari [d] eo animo ac opinione, qua ſuis olim idolis & ſimulacris Ethnici homines procumbebant.

[d] *Iſai.44. Sapiẽ.14. 1.Cor.8.10.&.12. Act.15.Aug. de Ciuit.li.4.c.9.&.31. Damaſc.orat.de imaginibus.*

DOCTOR.

Eſto ſanè earum rerũ fieri imagines quæ corpore aliquãdo mortali præditæ fuerũt,ſed quo pacto defendes ac propugnabis eos qui aduerſus graues Prophetarũ minas,Dei [e] qui à nullo ſe vnquàm videri voluit, exprimunt effigiem, ac ſimilitudinem exculpunt?

[e] *Exod.20.&.34.Leuit.19.Deut.12.et 18.Iſa.40.41.44 &.46 Hiere.10.& 16.Sap.14.Abac.2.*

ADOLESCENS.

At neq; is eſt nobis animus,vt ſi quas Dei Imagines effingamus,ijs omnino Diuinitatem,[f] quæ ſpiritus eſt,repræſentare ac oculis ſiſtere cupiamus.Hac enim rudi ac impolita materia,quãtacunq; accedat hominũ induſtria,quicquid etiam picturæ aut colorũ diligenter adhibeatur,fieri id nunq̃ poteſt. Nam Diuina & quæ ſunt ſine corpore,figura aſpectabili nõ exprimuntur.Sed hoc tantùm hîc nos volumus aſſequi,vt ea quæ corporea ſunt, velut ipſam Chriſti humanitatẽ,& reliqua Sanctorũ corpora,ac præclara ipſorum geſta ſenſibus ipſis tãquàm adminiſtris,animo accuratè ſubijciamus.

[f] *2.Par.6.Ioann.1. & 4. Act. 17. 1.Timot.1.&.6. Euſeb. li.7.c.14 & li.11 c.26 Nicebp li.10. c.30.Nilus.Damaſ. orat de imagin.& de fide ortho.lib.6. cap. 17. Greg.li. 7. epiſto.53.Nicena.2. ſynodus tota.*

A V-

AVTHORIT. SCRIP.

A ACTO. Cap.17.Genus ergò cùm ſimus Dei,non debemus æſtimare auro,aut argẽto,aut lapidi, ſculpturæ artis & cogitationis hominis,Diuinum eſſe ſimile.

ADROM. Cap.1.Mutauerũt gloriã incorruptibilis Dei,in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hominis,& volucrũ, & quadrupedum,& ſerpentiũ(propter quod tradidit illos Deus in deſyderia cordis eorũ, in immunditiã:vt cõtumelijs affitiãt corpora ſua in ſemetipſis)qui cõmutauerunt veritatem Dei in mendaciũ,& coluerunt, & ſeruierunt creaturæ potius quàm Creatori.

D ISA. Cap.44. Vide ſup.lect.1.lit.M.

SAPIEN. Cap.14.Initiũ fornicationis,eſt exquiſitio Idolorũ:& adinuentio illorũ,corruptio vitæ eſt. Neq; . n. erant ab initio,neque erunt in perpetuum.Superuacuitas.n.hominum hæc adinuênit in orbẽ terrarum,& ideò breuis illorum finis eſt inuentus.Acerbo.n.luctu dolens pater, citò ſibi rapti filij fecit imaginem : & illum qui tunc quaſi homo mortuus fuerat, nunc tanquàm Deum colere cœpit,& conſtituit inter ſeruos ſuos ſacra & ſacrificia.Deinde interueniente tempore,conualeſcente iniqua conſuetudine,hic error tanquàm lex cuſtoditus eſt,& tyrannorum imperio colebantur figmenta , & hos quos in palàm homines adorare non poterãt,propter hoc quôd longẽ eſſent,ẽ longinquo figura eorũ allata euidentem imaginem Regis quem honorare volebãt,fecerũt, vt illũ qui aberat, tanquàm præſentem colerent ſua ſolicitudine.Prouexit autem ad horum culturam, & hos quos ignorabant,artificis eximia diligentia.Ille enim volens placere illi qui ſe aſſumpſit,elaborauit arte ſua, vt ſimilitudinem in melius figuraret.Multitudo autem hominum abducta per ſpeciẽ operis , eum qui ante tempus tãquàm homo honoratus fuerat,nunc Deum æſtimauerunt. Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio , quoniam aut affectui,aut Regibus deſeruiẽtes homines, incõmunicabile nomẽ lapidibus & lignis impoſuerunt.Et non ſuffecerat erraſſe eos circa Dei ſcientiam,ſed & in magno viuentes inſcitiæ bello, tot & tam magna mala, pacem appellant.

PRI. ad Corin.Cap.8.De eſcis autem quæ Idolis immolantur, ſcimus quia nihil eſt idôlum in mundo , & quòd nullus eſt Deus niſi vnus.Nam & ſi ſunt qui dicãtur Dij,ſiue in cœlo,ſiue in terra(ſiquidẽ ſunt dij multi,& Dñi multi)nobis tamen vnus Deus,Pater ex quo omnia,& nos in illo:& vnus Dñs Ieſus Chriſtus,& nos per ipſum.

ET Cap.10. Vide ſup.Lect.1.lit. M.

ET Cap.12.De ſpiritualibus autẽ nolo vos ignorare fratres.Scitis quoniã cùm gentes eſſetis,ad ſimulacra muta prout ducebamini euntes.

ACTO.Cap.15. Vide ſup.Lec.1.lit.B. in fine.

B EXOD. Cap.20. Non facietis Deos argenteos, nec Deos aureos facietis vobis.

ET Cap.34.Deos cõflatiles nõ facies tibi.

LEVI . Cap.19. Vide ſup.Lec.1.lit.F.

DEVT. Cap.12.Subuertite omnia loca in quibus coluerunt gentes , quas poſſeſſuri eſtis , Deos ſuos ſuper montes excelſos, & colles,& ſubter omne lignũ frondoſum. Diſſipate aras eorũ, & cõfringite ſtatuas,lucos igne cõburite, & idôla cõminuite: diſperdite nomina eorum de locis illis . Non facietis ita Domino Deo veſtro.

ET Cap. 18. Quando ingreſſus fueris terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi,caue ne imitari velis abominationes illarum gentium.

ISA. Cap.40.Cui ergò ſimilẽ feciſtis Deũ?aut quã imaginẽ ponetis ei?Nunquid ſculptile cõflauit faber?aut aurifex auro figurauit illud,& laminis argẽteis argẽtari ?

ET Cap.41.Cõſortauit faber ærarius percutiens malleo, eum qui cudebat tunc temporis,dicens, Glutino bonum eſt:& cõfortauit eum clauis,vt non moueretur .

ET. Cap.44. Vide ſup.Lect.1.lit. M.

ET . Cap.46 . Cui aſsimilaſtis me , & adæquaſtis & comparaſtis me,& feciſtis ſimilem?Qui confertis aurum de ſacculo , & argentum ſtatera ponderatis : conducentes aurificem vt faciat Deum:& procidunt , & adorant.

HIERE. Cap.10. Vide ſup.Lect. præcedenti,litera. H. *Et poſt pauca.* Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia , confuſus eſt aurifex omnis in ſculptili:quoniam falſum eſt quod conflauit , & non eſt ſpiritus in eis. Vana ſunt,& opus riſu dignum , in tempore viſitationis ſuæ peribunt.

ET Cap.16.Nunquid faciet ſibi homo Deos? & ipſi non ſunt Dij.

SAPIEN. Cap.14. Vide ſup. Lect. 1.litera.F.

HABACVCH. Cap.2. Vide ſup. Lect.1.lit.F.

LIB.

F LIB. 2. Paralip. Cap. 6. Ergô'ne credibile eſt, vt habitet Deus cũ hominib⁹ ſuper terrã? Si cœlũ & cœli cœlorũ nõ te capiũt, quantò magis domus iſta quam ædificaui? Sed ad hoc tantùm facta eſt, vt reſpicias orationem ſerui tui, & obſecrationem eius Domine Deus meus: & audias preces quas fundit famulus tuus corã te, vt aperias oculos tuos ſuper domum iſtam, diebus ac noctibus, ſuper locum in quo pollicitus es vt inuocaretur nomen tuum, & exaudires orationem quã ſeruus tuus orat in eo, & exaudias preces famuli tui, & populi tui Iſraël.

IOAN. Cap. 1. Deum nemo vidit vnquàm, Vnigenitus qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit.

ET Cap. 4. Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eũ, in ſpiritu & veritate oportet adorare.

ACTOR. Cap. 17. Vide ſuprà, litera A.

PRIO. ad Timoth. Cap. 1. Vide ſup. lect. 1. lit. L.

ET Cap. 6. Rex regum, & Dominus Dominantium, qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſsibilem, quem nullus hominem vidit, ſed nec videre poteſt, cui honor & imperium. ſempiternum, Amen.

AVTHORIT. PAT.

A 1 TERTVLL. Lib. de Idololatria, Cap. 1. Idololatria Deo fraudem facit honores illi ſuos denegans, & conferens alijs, vt fraudi etiam contumeliã coniungat.

Idololatria eſt Diuinos honores creaturæ tribuere.

2 ET Cap. 15. Si Idôli honor eſt, ſine dubio idôli honor idololatria eſt. Si hominis cauſa eſt, recogitemus omnem idololatriam in hominis cauſam eſſe. Recogitemus omnem idololatriam in homines eſſe culturam, cùm ipſos Deos nationum homines retrò fuiſſe, etiam apud ſuos conſtet.

3 AVGVST. tom. 3. lib. 1. de Trinitate, cap. 6. Idololatræ dicuntur qui ſimulacris etiam ſeruitutem exhibent quæ debetur Deo. Secundùm hanc enim ſeruitutem dictum eſt, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.

Idololatra eſt qui alij tribuit quod Dei eſt. Matt. 4.

4 ATHANASIVS lib. de Varijs quæſtionibus ad Antiochum, quæſt. 38. Sicut omnes qui per ſanguinem irrationabilium animalium putantes Deo immolationem eſſe offerendam, Chriſti exangue ſacrificiũ corrumpũt, & abominabile faciũt: ita omnes qui carnem circuncidunt, ſpiritualem circunciſionem, ſcilicet ſanctum baptiſma, vilipendunt & euertunt.

Idololatria eſt tribuere pecudũ ſanguini, quod ſanguini Chriſti tribuendũ eſt.

5 CYRILL. Alexand. tom. 1. lib. 4. in Iſa. Cap. 46. Contumelioſos eſſe arguit, & anguſto animo præditos, Idolôrum cultores, & in ipſam Diuinam ac ſupremam naturam delinquere. Quantum enim in ipſis eſt, eminentiã ipſius gloriæ, ad quæ non conuenit, & ad inanimam materiam depriment & abijciunt: dũ ad ſua opificia & figmenta transferunt, & pœnis vltimis ſacra ſua capita implicant. *Et vide ſup. lect. præcedenti, lit. A. auth. 5.*

Idololatræ ſunt contumelioſi.

B 1 CONCILIVM Nicenũ. 2. Actione. 5. in fine. Qui torquent ſententias ſcripturæ de Idôlis, in imagines, anathema. Qui venerandas imagines non complectũtur, anathema. Qui venerandas imagines Idôla vocant, anathema. Qui clamant, Chriſtianos imagines vt Deos adorare, anathema. Qui ſcienter communicant cum ijs qui ignominia afficiunt ſanctas imagines, anathema. *Et Photius Patriar. Conſtantino. epiſtola ad Michaelẽ Bulgariæ Principem, de ſeptem Concilijs OEcumenicis (habetur in initio tomi primi Conciliorum) loquens de Concilio. 2. Niceno, ſic ait.* Sanctum & OEcumenicum Concilium, eos qui adulteræ iſtius, & multis ſeminibus commiſtæ opinionis ignobilitatem fugere noluerunt, tanquàm nothos, & à fidelium nobilitate alienos, inſolubilibus anathematis vinculis conſtringendos iudicauit. Imaginem autem Chriſti veri Dei noſtri, ex Apoſtolorum & Sanctorum Patrum traditionibus, & Sanctorũ oraculorum teſtimonijs, ad honorem & venerationem illius quem ipſa refert, adorandam atque colendã ſuffragijs omnibus cenſuit & confirmauit. Cùm adoratio nimirũ atque honor adhibeatur eodem modo. quo in alijs ſacris notis & formis ſanctiſsimæ latriæ vtimur. Neque enim in illis conſiſtimus, honoremq; & adorationem concludimus, neque ad alios diuerſos ac varios fines diſtrahimur: ſed per diuerſum & ſingularem ipſorum cultum & adorationem, quę cernitur, ſacra, conuenientiq; ac minimè diuiſa ratione, animos noſtros ad indiuiſibilem illam, ſingularemq; atque vnicam Diuinitatem dirigimus. *Et paulò pòſt.* Quapropter & diuinus ac ſanctus ille beatorum atque ſacrorum virorum cœtus, non ſolùm imaginem Chriſti, quemadmodum diximus, verũ etiã immaculatiſsimæ, ſemperq; Vir-

Anathematiſm damnantes imaginũ vſum.

Imagines venerãdę et honoranda.

virginis Mariæ & Dominæ noſtræ Dei genitricis,& ſacras Sanctorũ omnium Imagines pro oratione excellentiæ & ſanctitatis exemplarium,colendas & adorandas communiũ oraculorũ decretis cõſtituit,& confirmauit.Per ipſas enim ad præſentiã quodãmodo atque congreſſum,animi ducimus intentionẽ,& per hanc,Diuina naturamq; ſuperante coniunctione , copulamur cum illo, qui ſummus eſt rerum expetendarũ. Hæc igitur ſapienterq; ſeptimũ illud Concilium decreuit atque conſtituit.

2 BASIL. Epiſt.in Iulia.apoſta. Vide inf.auth.4.poſt med.

3 IDEM Lib.de Spiritu ſancto ad Amphilochiũ,Cap.18.Rex dicitur Regis imago,non autem duo Reges. Neque enim poteſtas ſcinditur,neq; gloria diuiditur.Quẽadmodum autẽ principatus ac poteſtas nobis dominãs,vna eſt: ſic & glorificatio quã illi deferimus,vna eſt,nõ multæ.Itaq; Imaginis honor,ad exemplar primũ refertur.

Honor Imaginis ad primum exemplar refertur.

4 CONSTANTINOP. Concilium.8.generale,Can.3.Sacram Imaginem Dñi noſtri Ieſu Chriſti & omnium Saluatoris, æquo honore cũ libro ſanctorũ Euangeliorum adorare decernimus. Sicut enim per ſyllabarum eloquia,quæ in libro feruntur,ſalutem conſequuntur omnes : ita per colorum Imaginariam operationem, & ſapientes & idiotæ cuncti, ex eo quod in prõptu eſt , perfruũtur vtilitate.Quę enim in ſyllabis ſermo, hæc & ſcriptura quæ in coloribus prædicat & commendat . Dignũ eſt enim vt ſecundũm congruentiam rationis & antiquiſsimam traditionem, propter honorem,quia ad principalia ipſa refertur, & deriuatiuæ Imagines honorentur & adorentur, vt ſanctorum Euangeliorum ſacer liber,atque typus precioſæ Crucis.

Imagines venerandæ ſicut Euangelia.

5 CONCIL. Nicenum.2. Generale, Actione. 2. in epiſtola ſynodica Adriani primi Pontificis Romani ad Conſtantinũ Imperatorem. Hi principes Apoſtolorum (*Videlicet Petrus & Paulus*) qui Catholicam orthodoxam fidem auſpicati , per ſcripta quidem veluti legibus latis fidem ſuam ſeruandã præceperũt : Omnibus ſcilicet qui in ſedes illorũ ſucceſſuri erãt,& in fide eorũ vſq; ad conſumationẽ ſeculi permãſuri: atq; ita noſtra ſeruat Eccleſia,& ſanctas eorum figuras veneratur,vnde in hunc vſque diẽ venerandis horũ Imaginibus Eccleſiæ noſtræ ornatæ ac conſpicuæ ſunt. *Et paulò pòſt,loquens de Conſtantino iam baptizato,ita inquit.*Deinde nõ immemor accepti beneficij, Eccleſias Dei exędificare cœpit, colũnas earũ paſsim ſacris Imaginib⁹ in memoriã Incarnationis Dñi noſtri Ieſu Chriſti, omniumq; ſanctorũ reuerentiã,exornauit: nec alia de cauſa,quàm vt Chriſtianiſmũ in lucẽ & veritatẽ,Deiq; cultũ proueheret, & oẽs gẽtes à cultu idolorũ,& diabolica deceptione cõuerteret.Quemadmodũ etiã D.Pater Gregorius Apoſtolorũ ſucceſſor prædicauit,ob id depingi in templis euangelicas hiſtorias,vt homines illiterati , & qui ſanctos libros legere nequeunt(quorũ ſanè maxima pars eſt)cõſpectis illis,redderẽt Deo gloriã,& reducerent in mentẽ,quæ in carne conuerſatio Dñi noſtri Ieſu Chriſti fuiſſet. Vt taceam interim orthodoxos illos & Chriſtianiſsimos Imperatores,cum ſacerdotibus omnibus & honeſtis viris Deũ colentibus,ſimul etiã cũ vniuerſo Chriſtiano populo ,qui oẽs iuxta antiquã ſanctorũ Patrũ traditionẽ,venerandas Imagines & recepe runt & tenent, & in memoriã & in cõpunctionem cordis conſeruant,& in hunc vſq; diem venerantur. *Deinde citat illud ex Gregorio Nyſſeno.* Vidi(inquit ille de Patriarcha Abraham) non infrequenter paſsionis figurã, neq; ſine lacrymis eiuſcemodi picturã tranſij,cũ ſcilicet opus artificij in perſonã ſignificatam demonſtratũ eſſe viderẽ. *Rurſus ex Epiſtola D.Baſilij qua in Iulianum deſertorem inuehitur.*Confiteor (inquit) Filij incarnatam [illegible]: deinde ſanctã Mariam,quæ ſecũdũm carnem illum peperit: ſuſcipio etiam ſanctos Apoſtolos, Prophetas, & Martyres,qui pro me apud Deũ ſupplicãt,quo per illorũ meditationẽ propitius mihi ſit Deus noſter benigniſsimus, & remiſsionẽ peccatorũ mihi gratis largiatur. Quã ob cauſam & hiſtorias Imaginũ illorũ honoro,& palàm adoro. Hoc enim traditũ nobis à ſanctis Apoſtolis,nõ eſt prohibendum,ſed in omnibus Eccleſijs noſtris eorũ hiſtorias erigimus. *Deinde citans Beati Stephani Epiſcopi Boſtrenſis teſtimonium:* Omnis Imago (inquit)ſiue Angelorum, ſiue Prophetarum,aut Apoſtolorũ,aut Martyrum, aut aliòqui iuſtorũ virorũ , in nomine Dei facta,ſancta eſt.Nõ eñ ipſum lignũ adoratur,ſed ipſum illud quod in ligno datur cõtẽplãdũ · atq; ita per recordationẽ veneratio exhibetur. Oẽs eñ principes etiãſi perſimi ſint peccatores , adoramus & reuerẽter ſalutamus.Quid vetat igitur quo minus nõ liceat & ſanctos Dei miniſtros venerari,

Conſtantinus Magnus Eccleſias Imaginibus exornauit.

Gregorius ad Serenũ Maſsilien Epiſ., lib. 9. epiſt. 9. & ad eundem lib. 7. epiſt. 109. in dictione. 2.

Oẽs orthodoxi ſunt in eadem ſententia.

Pictura immolationis Iſaac,Gregorium Nyſſenum ad lacrymas cõmouit.

Baſilij Magni teſtimonium.

Sancti pro nobis ſupplicant.

Honorat Imagines Sãctus Baſilius ex Apoſtolorum traditione.

Stephani Boſtrenſis Epiſcopi teſtimonium.

Non honoratur lignum aut materia.

& in memoriam eorum Imagines ſtatuete & erigere, ne in obliuionem perpetuã veniant. *Hanc Adriani Epiſtolam vniuerſa ſynodus in eadem actione. 2. recepit & approbauit.*

Imagines Chriſti & Sanctorum, venerantur Orientales Epiſcopi.

Non in materia, aut coloribus, honorẽ cõſtituunt.

In figuratũ, honor redũdat.

6 ET Actione tertia approbantur literæ Orientalium Epiſcoporum ad Tharaſium, in quibus, inter cætera, ſic ſcribunt. Sanctas Imagines reueremur, principio adorãtes Dei Verbi propter nos incarnati Dñi noſtri & Seruatoris Ieſu Chriſti, qui formam ſerui aſſumpſit, Imaginem. Veneramur etiam & adoramus Imaginem Deiparæ, & Dominæ noſtrę irreprehenſibilis, immaculatæ, & inexplicitæ caſtitatis matris, quæ illum peperit. Quin etiam Sanctorum Apoſtolorum, Prophetarum, & victorum Martyrum, ſanctorumq; & beatorum, veluti amicorũ Dei, Imagines colimus, non in materia aut coloribus honorem conſtituentes, ſed per hoc officium noſtrũ, quod ipſis adeò, quorũ typum Imagines geſtant, debemus, impartientes: cùm ſciamus, iuxta Baſilij Magni ſententiam, quòd Imagini honor exhibitus, ad ipſum prototypum referatur.

Approbat ſancta ſynodus Imaginum venerationem.

Anathema Iconoclaſtis

7 ET Actione. 4. in fin, eſynodus dixit: Venerandas Imagines veneramur. Nos veteri Eccleſię legislationi inſiſtamns, nos ſtatuta Patrum conſeruemus. Nos, qui addunt vel auferunt aliquid de Eccleſia, anathematizamus. Nos, nuperam Chriſtianorum accuſatorum inuentionem anathematizamus. Nos venerandas Imagines ſalutamus. Nos, qui ſic nolunt, anathemati ſubijcimus.

Ab Apoſtolis perdurãs traditio, ab hiſtorijs & patribus approbata.

Matth. 9.

8 ET Actione. 6. tom. 4. Quôd antẽ cũ multis alijs quæ in Eccleſia obſeruantur ſine ſcriptura, nobis Imaginũ veneratio tradita ſit, ab Apoſtolorum temporibus latè per hiſtorias traditum ęſt, Imagine maximè Hęmorroiſſæ, quam multis ſcriptoribus cõfirmare poſſumus. Huiuſmodi autem cum ipſo Domino Imago in ſtatuam cõflara eſt. Contingit autem ipſa fimbriam ſtatuæ Dominicæ, quemadmodum in Euangelio traditum eſt, vnde etiam ſalutem conſecuta eſt, atque hoc in libris multorum eccleſiaſticorum ſcriptorum reperire licet. Quin etiã Baſilius Magnus, cuius ſcripta per omnes terrę fines reſonant, in dinerſis opuſculis ſuis mentionem Imaginum facit. Er *citatis, Gregorio Nyſſeno, Theologo, Chryſoſtomo, Cyrillo, Anaſtaſio, Sophronio, & Maximo, ita cõcludit:* Sed quid hos nominatim citamus? Omnes eñ ſancti Patres noſtri Imagines

Omnes patres Imagines receperunt.

recepetunt. Quam ob canſam mẽdaces deprehenduntur in hoc, qui dicunt, non eſſe Patrum traditionem.

Traditio Eccleſiaſtica de Imaginibus.

Synodi definitio de honorandis Imaginib⁹.

9 ET Actione. 7. Fatemur vnaniniiter nos Eccleſiaſticas traditiones, ſiue ſcripto, ſiue conſuetudine valentes & decretas, retinere velle, quarum de numero eſt Imaginnm effiguratio, vt quæ hiſtoriæ Euangelicæ promiſſionis concinat, ad credulitarem veræ & nõ phãtaſticæ Incarnationis Dei, & ad vtilitatẽ ſimilitudinis, quam nobis exhibet, vtiliter inuentam. His ſic ſe habentibus, Regiam viam incedentes, & ſanctorũ noſtrorum & Diuinorum Patrum doctrinæ inſiſtentes, & Catholicæ Eccleſiæ, in qua Sanctus ſpiritus inhabitat, traditionẽ obſeruantes: definimus cum omni diligentia & cnra, venerandas & ſanctas Imagines ad modum & formam venerandæ & viuificantis Crucis, è coloribus & teſſellis, aut alia quauis materia commodè paratas, dedicandas, & in templis ſanctis Dei collocandas, habendaſq;: tum in ſacris vaſis & veſtibus, tùm in parietibus & tabnlis, in ædibus priuatis, in vijs publicis: maximé autem Imaginem Domini Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, deinde intemeratę Dominæ noſtræ Deiparæ, venerandorũ Angelorum, & omnium deinde Sanctorum virorum. Quò ſcilicet per hanc Imaginum pictarum inſpectionem, omnes qui contemplantur, ad prototyporum memoriam & recordationem & deſiderium veniant, illiſq; ſalutationem, & honorariam adorationem exhibeant, non ſecundùm fidem noſtram, veram latriam, quæ ſolùm Diuinæ naturæ competit: ſed quemadmodum typo venerandæ & viuificantis Crucis, & ſanctis Euangelijs, & reliquis ſacris oblationibus ſuffitorum & luminarium reuerenter accedimus, quemadmodum veteribus piè in conſnetudinem hoc adductum eſt. Imaginis enim honor, in prototypum reſultat: & qui adorat Imaginem, in ea adorat quoque deſcriprum argumentum. Sic enim ſanctorum noſtrorum Patrum obtinet diſciplina, vel traditſo Catholicæ Eccleſiæ, quæ à finibus vſqne ad fines Euangelium ſuſcepit. Paulo ergo ſic in Chriſto loquenti, omnique Apoſtolico cœtus & Patribus ſanctis idem ſentientibus inhærentes, ſeruamus traditiones quas ſuſcepimus. *Et ſubſcriptione facta, ſynodus exclamauit,* Omnes ſic credimus, omnes idem ſapimus, omnes approbantes ſubſcrip-

Vtilitas ſictarũ Imaginum.

Qualis veneratio ijs debeatur.

2. Theſ. 2.

Hæc eſt fides Apoſtolorũ & orthodoxorũ.

ſubſcripſimus. Hæc eſt fides Apoſtolorum, hæc eſt fides Patrum, hæc eſt fides Orthodoxorum, hæc fides orbem terrarum confirmauit. Credentes in vnum Deum, in Trinitate laudatum, venerandas imagines amplexamur.

Diſputat aduerſùs eos qui reprehendunt Imaginum Chriſti & Sanctorũ venerationem.

10 DAMASC. Lib. 4. Orthodoxæ fidei, Cap. 17. Quia nonnulli nobis exprobrant, quòd adoramus & veneramur Saluatoris noſtri, & Reginæ noſtræ Deiparæ Imaginem, inſuper & reliquorum Sanctorum & ſamulorum Chriſti: audiant quòd à principio Deus hominem ad ſuam imaginem fecerit.

Geneſ. 1.

Cuius igitur gratia inuicẽ adoramus, niſi quatenus ad imaginem Dei ſacti ſumus? Nã, vt inquit Deiter & Magnus in Diuinis Baſilius, Imaginis honor, ad exemplaris transfertur honorem: exemplar autem eſt, quod Imaginem efformat, & ex quo, quod deducitur, fit.

Baſil. lib. de Spiritu ſancto, c. 18.

Cuius gratia Moſaycus populus tabernaculum in circuitu adorabat, imaginem & formam gerẽs cœleſtium, magis autem & totius creaturę.

Exod. 33.

Dixit igitur Deus Moyſi: Vide feceris omnia ſecundùm formã tibi oſtenſam in monte.

Exod. 25.

Et Cherubim obumbrantia propitiatorium, non'ne opera ſunt manuum hominum? Quid autem in Hieroſolymis celebratiſsimum templum, non'ne manu factum eſt; & hominum arte cõſtructum? Diuina autẽ ſcriptura accuſat adorantes ſculptilia, ac etiam ſacrificantes Dæmonibus: ſacrificabant autem Græci, ſacrificabant & Iudæi: ſed Græci Dæmonibus, Iudæi verò, Deo: & deteſtabile erat Græcorũ ſacrificium, & damnabile: Iudæorum autẽ, Deo bene acceptabile.

Nõ tã quod fiat, quàm cui, & quo animo fiat, videndum.

Sacrificauit enim Noe, & odoratus eſt Deus, odorẽ ſuauitatis, bonæ volũtatis & beneuolentiæ ad ipſum ſuauitatem ſuſcipiens.

Geneſ. 8.

Sic Græcorum ſculptilia, quia dæmoniorum erant ſimulacra, deteſtabilia & interdicta ſunt. Ad hæc, inuiſibilis & incorporei, incircunſcriptibilis, & infigurabilis Dei, quis poteſt facere repræſentationem? Inſipientiæ igitur & extremę impietatis eſt figurare Diuinitatem. Hinc in antiquo teſtamento, tritus non fuit Imaginum vſus.

Sculptilia quatenus Dæmonũ ſimulacra erant, prohibebantur: ſic quia Diuinitatẽ per ea exprimere conabantur.

At verò poſteaquàm Deus per viſcera miſericordiæ ſuę ſecundùm veritatem factus homo eſt propter noſtrã ſalutẽ, non vt Abrahæ, viſus eſt in ſpecie hominis, nõ vt Prophetis, ſed ſecũdùm ſubſtantiã veraciter factus homo eſt, diuerſatus in terra, & cũ hominibus conuerſatus eſt, miracula operatus eſt, paſſus eſt, crucifixus eſt, reſurrexit, aſſumptus eſt.

Deut. 4.
Luc. 2.
Gen. 18.
Baruc. 3.

Et hæc omnia ſecũdum veritatẽ geſta ſunt, & viſa ab hominibus, & ſcripta nobis ob memoriam & doctrinam ſunt, cùm præſentes non eſſemus: vt cùm non viderimus, audientes & credentes, adipiſcamur beatitudinem Dei.

Imagines librorum loco ſunt.

Et quia non omnes literas norunt, neque lectioni incumbunt, Patres noſtri conſenſerunt, veluti quædam trophęa, hęc in Imaginibus repræſentare ad promptam memoriam.

Imago Crucifixi, memoriam paſsionis inuentiõ renouat.

Siquidem ob negligentiam frequenter cogitatione non tenentes paſsionẽ Chriſti, imaginem transfixionis Chriſti videntes, & procidentes adoramus, non materiã, ſed Imagine repræſentatum: vt, neque materiam ex qua ſcriptum eſt Euangelium, ſic neque Crucis materiã adoramus, ſed quod typo figuraq; exprimitur.

Adorantes Imaginem, non materiã ſed quod repræſẽtatur, adoramus.

Nam quid refert Crux à materia, ſi non habet Chriſti repræſentationem? Identidem, & de Dei matris Imagine: nam honor ad ipſam, in illum qui ex ea incarnatus eſt, reuocatur. Similiter autem & Sanctorum fortia facta præparant nos ad fortitudinem, & zelum, & imitationem virtutis illorum, & gloriam Dei.

Imagines Sanctorum nos excitãt ad ipſorum imitationẽ.

Vt enim diximus, honorem qui exhibetur benignis gratiſq; conſeruis, beneuolentiæ ad communem Dominum præſeferre indicium: ſic & Imaginis honor ad prototypum, id eſt, exemplar, Imaginiſq; veritatem, transfertur.

Honor Imaginis ad prototypum refertur.

Eſt autem hæc traditio non ſcripta, perinde ac adorationis ad Oriẽtem, adorare ſcilicet Crucem, aliaque plurima, ijs, quæ dicta ſunt, ſimilia.

Traditio nõ ſcripta, eſt cultus & vſus Imaginum.

Fertur autem & quædam hiſtoria, quòd Dominus Abagaro Edeſſenorum ciuitatis Regi, qui pictorem miſerat, vt Domini ſimilem pingeret Imaginem, non valente autem pictore ob reſplendentem faciei ſuæ claritatem, ipſe veſtimentum ſuæ faciei Diuinæ & viuificæ applicans, in veſtimento ſui ipſius Imaginem abſterſit, & ſic deſyderanti miſiſſe Abagaro.

Eiuſdẽ Imaginis et hiſtoria meminit Niceph. Eccleſ. hiſt. lib. 2. c. 7. & lib. 17. cap. 16. & Euagrius Eccleſiaſtic. hiſt. li. 4. c. 26. 7. ſynodo actio. 5. Metaphraſtes. 16. Aug.

Quòd autem plurima ſancti Apoſtoli tradiderint ſine ſcripto, ſcribit Paulus gentium Apoſtolus: Ecce fratres ſtate & tenete traditiones noſtras, quas edocti eſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram. Et ad Corinthios. Laudo autem vos fratres, quia per omnia mei meminiſtis, & ſicut tradidi vobis, traditiones tenetis.

Apoſtolicæ traditiones non ſcriptæ.
2. Theſſ. 2.
1. Cor. 11.

11 IDEM Damaſcenus ſcripſit libros tres aduerſùs eos qui ſanctas Imagines traducunt & criminantur, præcipuè verò aduerſùs Imperatorem Leonem Iſaurum

neſcientes literas,ipſam hiſtoriā attēdētes, diſcerent quid actum ſit, quia tranſiſſe in adorationem videras, idcircò commotus es vt eas Imagines frangi præciperes. Atque eis dicēdum: Si hanc inſtructionem ad quam Imagines antiquitus factæ ſunt, habere vultis in Eccleſia, eas modis omnibus & fieri & haberi permitto. Atque indica quòd non tibi ipſa viſio hiſtoriæ, quæ pictura teſte, pādebatur, diſplicuerit: ſed illa adoratio quæ picturis fuerat incōpetenter exhibita. Atq; in his verbis, eorū mētes demulcēs, eos ad cōcordiā tuam reuoca, & ſi quis Imagines facere voluerit, minimè prohibe: adorare verò Imagines, omnib⁹ modis deuita. Sed hoc ſolicitè fraternitas tua admoneat, vt ex viſione rei geſtæ, ardorem conpunctionis percipiāt, & in adoratione ſolius Omnipotentis Sanctæ Trinitatis, humiliter proſternantur.

15 NILVS in quodā parænetico tractatu *habetur in Bibliotheca SS. Patrum tom. 3. in fine.*) Nunquid Angelos, vel Poteſtates, vel Chriſtum ſenſiliter videre potes, lupum pro paſtore ſuſcipiens, & dęmones inimicos adorans? Vanagloria eſt mentis erroris initium, qua mens incitata, id quod Diuinum eſt, formis & figuris circunſcribere conatur.

Error eſt ea, quæ Diuina ſunt alijs tribuere.

C

1 ATHANAS. Alexand. lib. de quæſtionibus ad Antiochum, quæſt. 39. Crucis certè figuram ex duobus lignis componentes, adoramus. At ſi quis infidelium nos accuſet, quòd lignum adoremus, facilè poſſumus ea duo ligna ſeparare, & formam Crucis deſtruentes, quaſi inania hæc ligna reputando, eidem infideli perſuadere, quòd non lignum colimus, ſed Crucis figuram.

Crucis figura, non lignum, adoratur à Chriſtianis.

2 BASIL. Vide ſup. lit. B. auth. 2. & 3.

3 NICÆNA Secunda Synodus. Vide ſup. lit. B. authorit. 5. 6. 7. 8. & 9.

4 EVSEBIVS Cæſarienſis, Eccleſiaſt. hiſtoriæ lib. 7. Cap. 14. Mulierem illam ſanguinis profluuio afflictam, quā ſanctorum Euangeliorum teſtimonio à Seruatore noſtro, morbi remedium inueniſſe cognouimus, ex ea ciuitate (nempe Cæſarêa Philippi) oriundam, illiuſq; domum ibi oſtendi, & admirabilia quædam Seruatoris in eam beneficij monumenta & quaſi trophæa ad hoc vſque tempus durare memorant. Pro foribus enim domus illius, æneam mulieris effigiem genibus flexis, & manibus inſtar ſupplicantis, in anteriorem partem extenſis, ſuper editum lapidem collocatam; huic è regione viri erectam imaginem ex eâdem materia conflatam, & manum mulieri porrigentem, ad cuius pedes in ipſa baſi peregrinam quandam & inuſitatam herbæ ſpeciem enaſci: quam quidem, vbi ad ænei veſtitus fimbriam excreuerit, morbis cuiuſq; generis medicandi vim & facultatem habere. Hanc ſtatuam, eſfigiem Ieſu exprimere dicunt: quam ad noſtram vſque ætatem manentem, ipſi ad eam ciuitatem profecti, oculis cernebamus. Nec planè mirùm, eos, qui ex gentilibus propagati, & Seruatore dùm inter homines viuebat, beneficijs affecti fuiſſent, iſta effeciſſe, cùm & nos Petri & Pauli Apoſtolorum, & Chriſti etiam ipſius, Imagines in picturis colorum varietate expreſſas, conſeruataſq; aſpeximus.

Matt. 9. Marc. 5. Luc. 8.

Mulier in Euāgelio cōmendata à Chriſto, eius Imaginē erexit.

Miraculū.

Euſebius eam imaginem oculis conſpexit.

Imagines Petri & Pauli.

5 HISTORIA Tripartita, lib. 6. Cap. 41. Illud quoque quod ſub Iuliano accidit, non ſilebo: fuit enim ſignum quidem virtutis Chriſti, & indicium contra Principem iræ Dei. Cùm enim cognouiſſet in Cæſarea Philippi, ciuitate Phœniciæ, quam Paneada vocabant, inſigne Chriſti eſſe ſimulacrum, quod mulier illa ſanguinis liberata profluuio conſtituerat, eo depoſito ſuam ibi ſtatuam collocauit. Quæ violento igne de cœlo cadente, circa eius pectus diuiſa eſt, & caput cum ceruice vna parte deiectum atque in terra fixum: reliqua verò pars hactenus ſuperſuit, & fulminis indicium reſeruauit. Statuam verò Chriſti tùnc quidem pagani trahentes confregerunt: poſteà verò Chriſtiani colligentes in Eccleſiam recondiderunt, vbi hactenus reſeruatur. Hoc itaq; ſimulacrum (ſicuti refert Euſebius) omnium paſsionum & ægritudinum noſcitur eſſe medicamentum. Iuxta quod quædam herba germinauit, cuius ſpeciem nullus noſtræ terræ medicus, licet expertus, cognouit.

Miraculum circa Chriſti Imaginem.

Lib. 7. Eccleſiaſt. hiſt. c. 14.

6 NICEPHORVS, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 6. Cap. 15. & lib. 10. c. 30. Eandem quam Euſebius, & Tripartita hiſtoria refert.

7 IDEM Lib. 6. Cap. 16. Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ipſiuſq; Chriſti, & quæ eum ſupra naturæ captum mirificè genuit, Virginis matris, coloribus adumbratas Imagines plurimas ad hunc vſque diem conſeruatas eſſe nouimus. Ac Lucas quidem Apoſtolus, primus ipſas accuratè, opus id exorſus, manibus ſuis depinxit: deinde verò ex veteribus alij quoque viri, pro eo atque par erat, veluti

Imagines Chriſti, B. Mariæ, ac Petri, & Pauli: à S. Luca depictæ.

ſeruatores ſuos, in ſignis & picturis ſeruantes, idem fecere. Et Eccleſia inde acceptum morē, magis ac magis adauxit, prouidētia Dei curante atque diſponente.

Idem habetur lib. 2. cap. 43.

D

1 AVGVST. de Ciuita. Dei, lib. 4. Cap. 9. Hunc (*ſcilicet Iouem*) Varro credit etiam ab his coli, qui vnum Deum ſolum ſine ſimulacro colunt, ſed alio nomine nuncupari. Quod ſi ita eſt, cur tam malè tractatus eſt Romæ, ſicut quidam & in cæteris gentibus, vt ei fieret ſimulacrum? Quod ipſi etiā Varroni ita diſplicet, vt cùm tantæ ciuitatis peruerſa conſuetudine premeretur, nequaquàm tamen dicere & ſcribere dubitaret, ꝙ hi qui populis inſtituerunt ſimulacra, & metum adempſerunt, & errorem addiderunt.

Error eſt ſimulacra colere.

2 ET Cap. 31. Dixit etiā (*ſcilicet Varro*) antiquos Romanos plusquàm annos centum & ſeptuaginta, Deos ſine ſimulacro coluiſſe. Quod ſi adhuc (inquit) manſiſſet, caſtius Dij obſeruarētur. Cuius ſentētiæ ſuæ, teſtē adhibet inter cętera etiā gentē Iudęā: nec dubitat eum locum ita concludere, vt dicat: Qui primi ſimulacra Deorum populis propoſuerunt, eos ciuitatibus ſuis & metum adempſiſſe, & errorem addidiſſe, prudēter exiſtimans, Deos facilè poſſe in ſimulacrorum ſtoliditate contemni. Quod verò non ait, errorē tradiderunt, ſed, addiderunt, iam vtiq; fuiſſe etiam ſine ſimulacris intelligi vult errorem.

3 DAMASCE. Oratio. 1. de Imaginibus, non longè poſt initium. Nos autem, quibus, vt Theologicè loquar, datum eſt vt ſuperſtitioſum errorem fugientes, & veritatem cognoſcentes, purè cum Deo verſemur, eiq; ſoli ſeruiamus, & perfectas Diuinæ notitiæ diuitias aſſequamur, inſantiamq; prætereuntes, in virum perfectum euadamus: non ſumus amplius ſub pædagogo, quippe qui diſcernendi vim à Deo atque habitum conſecuti, ſciamus quid imagine exprimi poſsit, quid non poſsit. Neque enim formā, inquit, ipſius vidiſtis. Quis Legiſlatoris ſapientiam non admiretur? Quando enim illius imago qui ſub aſpectum non cadit, explicabitur? Quomodo illius effigies, qui nullam habet effigiem, exprimi poterit? Quomodo is qui & quantitate & magnitudine vacat, & nullo termino concluditur, effingetur? Quomodo illius qui forma caret, qualitas adumbrabitur? Quomodo qui corporis eſt expers, coloribus deſcribetur? Quæ nam igitur hic arcana ratio? Ea nimirùm, vt cùm videris illum, qui corpore vacat, propter te factum eſſe hominem, tunc humanæ illius formæ ſimilitudinem efficias. Cùm is, qui cerni non poteſt, carnem indutus, ſe conſpicuum præbuerit, tunc illius imaginem exprimas.

Diuinitas per imaginē nequit exprimi.

Deut. 4.

4 ET Oratione. 2. Circa initium. Erraremus profectò, ſi vel Dei, qui cerni non poteſt, imaginem faceremus, tùm id quod eſt corporis expers, quodq; nec oculis videtur, nec circunſcribitur, nec figuram habet, effingi nequeat. Impièq; rurſum ageremus omnino, ſi imagines hominum à nobis confectas, deos arbitraremur, eiſq; tanquàm Deis Diuinos honores tribueremus. Verùm nihil horum facimus, ſed cum Deus propter incredibilem bonitatem ſuam, carnem induerit, eaq; viſus ſit in terra, & cum hominibus verſatus, naturamq;, & magnitudinem, & figurā, & colorem carnis aſſumpſerit, eius imaginem facientes, non erramus: eius enim formam videre cupimus. Nam, vt diuus ait Apoſtolus, in ſpeculo nūc & ęnigmate cernimus: imago autem, ſpeculum eſt, & ænigma craſſæ corporis noſtri conditioni conueniens. Licet enim multum laboret mens noſtra, ea tamen quæ corporea ſunt, tranſilire non poteſt.

Baruc. 3.

1. Cor. 13.

5 ET Oratione. 3. Cap. 4. Quemadmodum igitur Moyſes effinxit Cherubim, & quemadmodum ſeſe ipſa conſpicienda hominibus dignis præbuerunt, corporeis imaginibus ſic effinguntur, vt ex Imagine corporea contemplatio quædam animo conueniens, oſtendatur. At natura Diuina ſola eſt incomprehenſa, & nullam prorſus figuram habet, nec percipi poteſt. Ac tametſi Diuina illi ſcriptura formas corporeas tribuat, vt tanquàm figuræ perſpiciantur, tamen etiam illæ ſunt incorporeæ. *Et poſt pauca.* Itaq; tùm Deus ea nollet nos ignorare, quæ corporis ſunt expertia, pro naturæ noſtræ ratione, formas, & figuras, & Imagines quaſdam illis adhibuit: figuras inquàm corporeas, quæ mentis oculis materia carentibus ſpectantur, quas quidem nos Imaginibus exprimimus. Alioquin quomodo Cherubim potuiſſent effingi, atque imaginibus exprimi? Quid, quòd ſcriptura, Dei figuras & Imagines continet?

Incorporea cur pingantur.

6 IDEM tom. 1. De Fide Orthodoxa, lib. 4. Cap. 17. Ad hęc, quiſnam eſt, qui inuiſibilis & corpore vacantis, ac circunſcriptionis & figuræ expertis Dei, ſimulacrum effingere queat? Extremæ itaq; dementiæ

atq;

trema de Ex̃ntia & impietas eſt, Diuinatem pingere.

atque impietatis fuerit Diuinum numen fingere ac figurare. Atque hinc eſt quòd in veteri teſtamento minimè tritus ac peruulgatus imaginum vſus erat.

F

1 E V S E B. Eccleſiaſt.hiſt.lib.7.Cap. 14. Vide ſup.lit.C.authorit.4.

2 E T Lib.11.Cap. 29. Sed & illud apud Alexandriam geſtum eſt, quod & Thoraces Serapis, qui per ſingulas quaſq; domos in parietibus, in ingreſsibus, in poſtibus etiã ac feneſtris erant, ita abſciſi ſunt omnes & abraſi, vt ne veſtigium quidem vſquàm, vel nominis appellatio, aut ipſius, aut cuiuslibet alterius dæmonis remaneret, ſed pro his Crucis Dominicæ ſignum vnuſquiſq; in poſtibus, in ingreſsibus, in feneſtris, in parietibus, columnis quoq; depingeret.

Crucis ſignum in parietibus, in poſtibus, in feneſtris, et in columnis depictum.

3 N I C E P H O R V S, Eccleſiaſt. hiſtoriæ, Lib.10.Cap.30. Vide ſup. litera. C. author.6.

4 N I L V S. Vide ſup. lit. B. authoritate.13.

5 D A M A S C E. Oratio. De Imagin. 1. 2. 3. Vide ſup.litera.B.authorit.10. & litera.D.authorir. 3. 4. &.5.

6 I D E M, De fide Orthodoxa, Lib. 6. Cap.17. Vide ſup.litera.B. authoritare. 9. & litera. D.authorit.6.

7 G R E G O R. Papa in Regiſtro, Lib. 7.epiſt.53. Vide ſup.lit.B.authorit.11.

8 N I C E N A Secunda Synodus. Vide ſup.lit.B.authorit.5. 6. 7. 8. &. 9.

L E C T I O IIII.

D O C T O R.

SED cur Dei Patris effingitis Imaginem, qui nullum habuit vnquàm cum noſtra carne commercium?

A D O L E S C E N S.

At nec aliud quidem nos eiuſmodi Imaginibus repræſentare contendimus, quàm arcanam illam ſpeciem, quæ Diuino quondam Danieli [a] Deum Patrem, veluti iam grandæum & antiquũ dierum exhibuit. Hanc certè nos figuram colorum ac picturæ varietate adumbramus, quam & verbis depinxit, & corpoream quodammodo vidit, ad Diuinitatis nonnullius concipiendæ adminiculum. Quòd ſitam ſæpe in ſacris literis membra [b] Deo tribuuntur ad varias virtutes ac facultates exprimendas, quid eſt quod offendat pictura, quæ ea ipſa coloribus delineat?

a Dan.7. Apocal.4.

b Caput, oculi, os, aures, manus, pedes. Athana. ad Antioc.

D O C T O R.

At video Angelos quoque, & Spiritum ipſum ſanctum depingi.

A D O L E S C E N S.

E T rectè quidem: Sed ad retinendam Spiritus ſancti memoriam, eam tantùm columbæ formam exprimimus, qua ille [c] viſus eſt Chriſto inſidêre, dùm aquis à Ioanne tingeretur. Diuinitatem enim eius ſcimus formari non poſſe penicillo. At Angelorum corpora, qualiacunq; tandem illi induerint, ea tantùm

c Matth. 3. Marc.1. Luc.3. Ioan.1.

vtcunq; figuramus,[d] quibus ſe Patribus olim videndos præbuerunt. Alæ,[e] & cætera quæ eis tribuuntur, eorum dotes, munia, atque functiones deſignant.

d *Gene.3.16.18.19.& 31 Exod.31.& 33. Iudic.6.et.13. Num.12. Tob.5. 3.Reg.19. Matth.28. Luc.1.& 24. Act.5.*

e *Exo.15. Ezech.10.*

DOCTOR.

Præclarè hæc omnia. Iam quò ſpectant illæ vel tam graues minæ,[f] vel tam opulentæ promiſsiones quæ primo huic præcepto tā cumulatè ſubijciuntur?

f *Exod.10. Deut.5. Leui.16. Pſal.96. Hiere.1. Oſea.1.*

ADOLESCENS.

Minæ quidem illæ graues,[g] vt ad impietatem, ac deprauatam cupiditatem noſtram coërcendam maius habeant pondus, ad tertiam & quartam vſque generationem protenduntur: At præclaræ illæ promiſsiones, quæ nullis temporum momentis circunſcribuntur, magnoperè nos excitant[h] ad accuratā Legis obſeruationem: atque ita intelligimus miſericordiam Dei in hac rerum vniuerſitate, Iuſtitia eſſe multò abundantiorem.

g *Deut.4.10.29.& 31. 2.Reg.7. Iſa.63. Num.14. Ioſu.14. Galat.3. Clem.Alex.pædago. lib.1.c.10.& 11.*

h *Pſal.144. Exo.34. Iaco.2. Rom.5.*

DOCTOR.

Quid? An ita filius iniquitati ac peccato patris erit obnoxius, vt eam ob cauſam igni perpetuo condemnetur?

ADOLESCENS.

Minimè omnium. Nam pœnæ poſteritatis quas hîc videmus annecti,[i] non ad Beatitudinis ac immortalitatis iacturam referuntur (alibi enim diſertè exclamat ſcriptura,[k] Vnumquemq; onus ſuum portaturum) ſed ad moleſtias ac calamitates temporales, qualia ſunt exilia, carceres, bella, peſtes, diſſidia, & ſi quæ ſunt eiuſmodi, quibus ſæpe Deus poſteritatem affligit, vt intelligat à maiorum ſuorum prauo ac flagitioſo itinere[l] ſibi eſſe diſcedendum.

i *Deut.24. Aug.cōt. Adi.c.7.& in qq. no.& vet. teſt.cap.14.*

K *Ezec.18. Hier.31. Pſal.61. 1.Cor.3. Aug.cōt.aduer. leg. & proph.lib.1.c.16.*

l *Leuit.26. 2.Reg.24. Exod.19. 1.Eſdr.1.*

AVTHORIT. SCRIP.

A DANIEL. Cap,7. Aſpiciebam, donec throni poſiti ſunt, & Antiquus dierum ſedit: veſtimentum eius cādidum quaſi nix, & capilli capitis eius quaſi lana munda: thronus eius, flāmæ ignis, rotæ eius, ignis accenſus.

APOCALYP. Cap. 4. Et quatuor animalia, ſingula eorum, habebant alas ſenas in circuitu: & intus plena ſunt oculis, & requiem non habebant die ac nocte, dicentia, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Omnipotens, qui erat, & qui eſt, & qui venturus eſt. Et cùm darent illa animalia gloriam & honorem & benedictionē ſedenti ſuper thronum, viuenti in ſecula ſeculorum, procidebant vigintiquatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viuentem in ſecula ſeculorum.

C MATTH. Cap.3. Baptizatus autem Ieſus, confeſtim aſcendit de aqua, & ecce aperti ſunt ei cœli, & vidit Spiritum Deī deſcendentem ſicut colūbam, & veniētem ſuper

ſuper eum. Et ecce vox de cœlis dicẽs, Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

MARC. Cap. 1. Et ſtatim aſcendens de aqua, vidit cœlos apertos, & Spiritum tanquàm columbam deſcendentem & manentem in ipſo.

LVC. Cap. 3. Factum eſt autem cùm baptizaretur omnis populus, & Ieſu baptizato & orante, apertum eſt cœlum, & deſcendit Spiritus ſanctus, corporali ſpecie ſicut columba in ipſum. Et vox de cœlo facta eſt, Tu es Filius meus dilectus, in te cõplacuit mihi.

IOAN. Cap. 1. Et teſtimonium perhibuit Ioannes, dicens, Quia vidi Spiritũ deſcendentem quaſi columbam de cœlo, & manſit ſuper eum.

D GENES. Cap. 3. Collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeũ gladium atque verſatilem, ad cuſtodiendã viam ligni vitæ.

ET Cap. 16. Cùmq; inueniſſet eam Angelus Domini iuxta fontem aquæ in ſolitudine quæ eſt in via Sur in deſerto, dixit ad illã, Agar ancilla Sarai, vnde venis? & quò vadis? Quæ reſpondit, A facie Sarai Dominę meæ ego fugio. Dixitq; ei Angelus Domini, Reuertere ad Dominam tuam, & humiliare ſub manu illius.

ET Cap. 18. Apparuit autem ei Dominus in conualle Mambre, ſedenti in oſtio tabernaculi ſui in ipſo feruore diei. Cùmq; eleuaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri ſtantes prope eũ: quos cùm vidiſſet, occurrit in occurſum eorũ, de oſtio tabernaculi ſui, & adorauit in terrã, & dixit, Dñe, ſi inueni gratiã in oculis tuis, ne trãſeas ſeruum tuum: ſed afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes veſtri, & requieſcite ſub arbore: ponamq; buccellã panis, & confortetur cor veſtrũ, poſteà tranſibitis: idcirco enim declinaſtis ad ſeruum veſtrum. Qui dixerunt, fac vt locutus es.

ET Cap. 19. Venerunt duo Angeli Sodomam veſpere, ſedente Loth in foribus ciuitatis. Qui cùm vidiſſet eos, ſurrexit, & iuit obuiam eis, adorauitq; pronus in terram, & dixit, Obſecro, Dñi, declinate in domum pueri veſtri, & manete ibi, lauate pedes veſtros, & manè proficiſcemini in viam veſtram.

ET Cap. 32. Traductis (*Iacob*) omnibus quæ ad ſe pertinebant, manſit ſolus: & ecce vir luctabatur cum ęo vſque manè. Qui cùm videret, quòd eum ſuperare nõ poſſet, tetigit neruum fœmoris eius, & ſtatim emarcuit. Dixitq; ad eũ, Dimitte me, iam enim aſcendit aurora. Reſpondit, Non dimittam te, niſi benedixeris mihi. Ait ergò. Quod nomen eſt tibi? Reſpondit, Iacob. At ille, Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael: quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quantò magis contra homines pręualebis? Interrogauitq; eum Iacob, Dic mihi, quo appellaris nomine? Reſpondit, Cur quęris nomen meum? Et benedixit ei in eodem loco. Vocauitq; Iacob nomen loci illius, Phanuẽl, dicẽs, Vidi Dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea.

EXOD. Cap. 32. Reuerſus Moyſes ad Dominum, ait, Obſecro, peccauit populus iſte peccatum maximum, feceruntq; ſibi Deos aureos: aut dimitte eis hanc noxã: aut ſi non facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti. Cui reſpondit Dominus, Qui peccauerit in me delebo eum de libro meo: tu autẽ vade, & duc populum iſtũ quò locutus ſum tibi, Angelus meus præcedet te.

ET Cap. 33. Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Vade, aſcẽde de loco iſto, tu & populus tuus quem eduxiſti de terra Ægypti, in terram quam iuraui Abraham, Iſaac, & Iacob, dicens, Semini tuo dabo eã: & mittam præcurſorem tui Angelum.

IVDIC. Cap. 6. Venit autem Angelus Domini, & ſedit ſub quercu quæ erat in Ephrà, & pertinebat ad Ioas patrem familiæ Ezri. Cùmq; Gedeon filius eius excuteret atque purgaret frumentum in torculari, vt fugeret Madian, apparuit ei Angelus Domini, & ait, Dominus tecum virorum fortiſsime.

ET Cap. 13. Erat quidam vir de Saraa, & de ſtirpe Dan, nomine Manue, habens vxorem ſterilem. Cui apparuit Angelus Domini, & dixit ad eam, ſterilis es & abſq; liberis: ſed concipies & paries filium. *Et mox*. Exaudiuit Dominus deprecationem Manue, & apparuit rurſum Angelus Dei vxori eius ſedenti in agro. Manue autem maritus eius non erat cum ea. Quæ cùm vidiſſet Angelum, feſtinauit & cucurrit ad virum ſuum, nunciauitq; ei, dicens, Ecce apparuit mihi uir quem antè videram.

NVMER. Cap. 22. Surrexit Balaam manè, & ſtrata aſina ſua profectus eſt cum eis. Et iratus eſt Deus. Stetitque Angelus Domini in via contra Balaã, qui inſidebat

aſinæ,

aſinæ, & duos pueros habebat ſecum. Cernens aſina Angelum ſtantem in via euaginato gladio, auertit ſe ab itinere, & ibat per agrum. Quam cùm verberaret Balaã, & vellet ad ſemitam reducere, ſtetit Angelus in anguſtijs duarum maceriarum, quibus vineæ cingebantur.

TOB. Cap. 5. Egreſſus Tobias, inuẽnit iuuenem ſplendidum, ſtantem, præcinctum, & quaſi paratum ad ambulandũ. Et ignorans quòd Angelus Dei eſſet, ſalutauit eum, & dixit, Vnde te habemus bone iuuenis?

LIB. 3. Regum, Cap. 19. Proiecitq; ſe & obdormiuit in vmbra Iuniperi: & ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi, Surge, & comede. Reſpexit, & ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis, & vas aquæ: comẽdit ergò, & bibit, & rurſum obdormiuit. Reuerſuſq; eſt Angelus Domini ſecundò; & tetigit eum, dixitq; illi, Surge, comede: grandis enim tibi reſtat via.

MATTH. Cap. 28. Angelus Domini deſcendit de cœlo, & accedens reuoluit lapidem; & ſedebat ſuper eum. Erat autẽ aſpectus eius, ſicut fulgur, & veſtimentum eius ſicut nix.

LVC. Cap. 1. Apparuit Zachariæ Angelus Dñi, ſtans à dextris altaris incenſi. Et Zacharias turbatus eſt videns, & timor irruit ſuper eum. Ait autem ad illum Angelus, Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt deprecatio tua.

ET Cap. 24. Et factum eſt, dum mente conſternatę eſſent de iſto, ecce duo viri ſteterunt ſecus illas in veſte fulgenti.

ACTOR. Cap. 5. Angelus autẽ Domini per noctem aperiens ianuas carceris, & educens eos, dixit. Ite: & ſtantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ huius.

E EXOD. Cap. 25. Duos quoque Cherubim aureos, & productiles facies, ex vtraque parte oraculi. Cherub vnus ſit in latere vno, & alter in altero. Vtrunq; latus Propitiatorij tegant expandentes alas, & operientes oraculum, reſpicientq; ſe mutuò verſis vultibus in Propitiatorium quo operienda eſt arca, in qua pones teſtimonium quod dabo tibi.

EZECH. Cap. 10. Cùm eleuarent Cherubim alas ſuas, vt exaltarentur de terra, non reſidebant rotæ, ſed & ipſæ iuxtà erant. Stantibus illis, ſtabant: & cum eleuatis, eleuabantur. Spiritus enim vitæ erat in eis. Et egreſſa eſt gloria Domini à limine templi, & ſtetit ſuper Cherubim. Et eleuantia Cherubim alas ſuas, exaltata ſunt à terra coram me: & illis egredientibus, rotæ quoque ſubſecutæ ſunt: & ſtetit in introitu portæ domus Dñi, orientalis, & gloria Dei Iſraël erat ſuper ea.

F EXOD. Cap. 20. Vide ſup. lect. 1. lit. D. *Et deinde*. Ego ſum Dominus Deus tuus fortis, Zelotes, viſitans iniquitatem patrũ in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me: & faciẽs miſericordiam in millia his qui diligun me, & cuſtodiunt præcepta mea.

DEVTER. Cap. 5. Vide ſup. lect. 1. lit. F. *Et deinde*. Ego enim ſum Dominus Deus tuus, Deus æmulator, reddens iniquitatem patrum ſuper filios in tertiã & quartam generationem his qui oderunt me, & faciens miſericordiam in multa millia diligentibus me, & cuſtodientibus præcepta mea.

LEVIT. Cap. 26. Vide ſup. lect. 1. litera. A. *Et rurſus*. Quòd ſi nõ audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, ſi ſpreueritis leges meas, & iudicia mea contempſeritis, vt non faciatis ea quæ à me conſtituta ſunt, & ad irritum perducatis pactum meum: ego quoque hæc faciam vobis, viſitabo vos velociter in egeſtate, & ardore qui conficiat oculos veſtros, & conſumat animas veſtras, &c.

PSALM. 96. Vide ſuprà, Lectio 1. litera. F.

HIEREM. Cap. 1. Ab Aquilone pandetur malum ſuper omnes habitatores terræ: quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis, ait Dominus: & venient, & ponent vnuſquiſq; ſolium ſuum in introitu portarum Hieruſalem, & ſuper omnes muros eius in circuitu, & ſuper vniuerſas vrbes Iuda. Et loquar omnia iudicia mea cum eis ſuper omnem malitiã eorum qui dereliquerunt me, & libauerunt Dijs alienis, & adorauerunt opus manuum ſuarum.

OSE. Cap. 1. Dixit Dñs ad Oſee, Vade ſume tibi vxorem fornicationum, & fac filios fornicationum, quia fornicans fornicabitur terra à Domino. Et abijt, & accepit Gomer filiam Debelaim, & concepit & peperit ei filium: & dixit Dominus ad eum; Voca nomen eius Iezrahël quoniã adhuc modicum, & viſitabo ſanguinem Iezrahël ſuper domũ Iehu, & quieſcere faciã regnũ domus

domus Iſraël. Et in illa die conteram arcũ Iſraël in valle Iezrahël. Et concepit adhuc, & peperit filiam:& dixit ei, Voca nomen eius, Abſque miſericordia;quia nõ addam vltra miſereri domui Iſraël, ſed obliuione obliuiſcar eorum.

G DEVTERON. Cap. 4. Caue ne quando obliuiſcaris pacti Domini Dei tui, quod pepigit tecum:& facias tibi ſculptam ſimilitudinem eorũ quę Dominus fieri prohibuit:quia Dominus Deus tuus ignis conſumens eſt, Deus æmulator. Si genueritis filios ac nepotes, & morati fueritis in terra, deceptiq; feceritis vobis aliquam ſimilitudinem, patrantes malum coram Domino Deo veſtro, vt eum ad iracundiam prouocetis:teſtes inuoco hodie cœlũ & terrã, citò perituros vos eſſe de terra quam trãſito Iordane poſſeſſuri eſtis. Non habitabitis in ea lõgo tempore, ſed delebit vos Dominus, atque diſperget in omnes gentes, & remanebitis pauci in nationibus ad quas vos ducturus eſt Dominus. Ibique ſeruietis Dijs qui hominum manu fabricati ſunt, ligno & lapidi, qui non vident, nec audiunt, nec comedunt, nec odorantur.

ET Cap. 10. Vide ſup. Lect. 1. lit. F.

ET Cap. 29. Vos noſtis quomodò habitauerimus in terra Ægypti, & quomodo tranſierimus per medium nationum, quas tranſeuntes vidiſtis, abominationes, & ſordes, id eſt, idôla eorum, lignum & lapidẽ, argentum & aurum, quæ colebant. Ne fortè ſit inter vos vir aut mulier, familia aut tribus, cuius cor auerſum eſt hodie à Domino Deo noſtro: vt vadat & ſeruiat Dijs illarum gentium, & ſit inter vos radix generans fel & amaritudinem. Cùmq; audierit verba iuramenti huius, benedicat ſibi in corde ſuo, dicens, Pax erit mihi, & ambulabo in prauitate cordis mei: & aſſumat ebria ſitientem, & Dominus non ignoſcat ei:ſed tunc quàm maximè furor eius fumet, & zelus contra hominem illum, & ſedeāt ſuper eum omnia maledicta quæ ſcripta ſunt in hoc volumine, & deleat Dominus nomen eius ſub cœlo, & conſumat eum in perditionem ex omnibus tribubus Iſraël, iuxta maledictiones quæ in libro legis huius ac fœderis continentur, &c.

ET Cap. 32. Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit: Incraſſatus, impinguatus, dilatatus: dereliquit Deum factorem ſuum, & receſsit à Deo ſalutari ſuo. Prouocauerunt eum in Dijs alienis, & in abominationibus ad iracundiã concitauerunt. Immolauerũt dæmonis, & non Deo, Dijs quos ignorabant. Noui recenteſq; venerunt, quos non coluerunt Patres eorum. Deum qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es Dñi Creatoris tui. Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus eſt, quia prouocauerunt eum filij ſui, & filiæ. Et ait, Abſcondam faciẽ meã ab eis, & conſiderabo nouiſsima eorum. Generatio enim peruerſa eſt, & infideles filij. Ipſi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus ſuis. Et ego prouocabo eos in eo qui non eſt populus, & in gente ſtulta irritabo illos. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſsima, deuorabitq; terram cum germine ſuo, & montium fundamenta comburet, &c.

LIB. 2. Regum, Cap. 7. Cùm completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, ſuſcitabo ſemẽ tuũ poſt te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnũ eius. Ipſe ædificabit domum nomini meo, & ſtabiliam thronum regni eius vſque in ſempiternum. Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium. Qui ſi iniquè aliquid geſſerit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum: miſericordiam autẽ meam non auferam ab eo, ſicut abſtuli à Saul, quem amoui à facie mea. Et fidelis erit domus tua, & regnum tuum vſque in æternum ante faciẽ tuam, & thronus tuus erit firmus iugiter.

ISA. Cap. 63. Et conculcaui populos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi in terram virtutem eorum. Miſerationum Domini recordabor, laudem Domini ſuper omnibus quæ reddidit nobis Dominus, & ſuper multitudinẽ bonorum domui Iſraël, quæ largitus eſt eis ſecundùm indulgentiam ſuam, & ſecundùm multitudinem miſerationum ſuarũ.

NVMER. Cap. 14. Magnificetur fortitudo Domini ſicut iuraſti, dicens, Dominus patiens & multæ miſericordiæ, auferẽs iniquitatem & ſcelera, nullumq; innoxiũ derelinquens, qui viſitas peccata patrũ in filios in tertiam & quartam generationẽ.

IOSVE Cap. 24. Seruiemus Domino, quia ipſe eſt Deus noſter. Dixitq; Ioſue ad populum, Non poteritis ſeruire Domino. Deus enim Sanctus, & fortis æmulator eſt, nec ignoſcet ſceleribus veſtris, atque peccatis. Si dimiſeritis Dñm, & ſeruieritis Dijs alienis, cõuertet ſe, & affliget vos,

vos,atque ſubuerret poſtquàm vobis præſtiterit bona.

AD GALAT. Cap.3. Quicunque enim ex operibus legis ſunt,ſub maledicto ſunt. Scriptum eſt enim, Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea.

H PSALM. 144. Miſerator & miſericors Dominus:patiens, & multum miſericors. Suauis Dñs vniuerſis: & miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Confiteantur tibi Domine omnia opera tua, & ſancti tui exultent.

EXOD. Cap. 34. Cùm deſcendiſſet Dominus per nubem, ſtetit Moyſes cum eo inuocans nomen Domini. Quo tráſeunte corã eo,ait, Dominator Domine Deus, miſericors & clemens, patiens & multæ miſerationis, ac verax, qui cuſtodis miſericordiam in millia: qui aufers iniquitatẽ & ſcelera, atque peccata, nullusq; per ſe apud te innocens eſt. Qui reddis iniquitatem patrũ filijs ac nepotibus in tertiam & quartã progeniem.

IACOB. Cap.2. Iudicium ſine miſericordia illi qui non fecit miſericordiam: ſuperexaltat autem miſericordia iudicium.

AD ROMAN. Cap.5. Sed non ſicut delictum, ita & donum. Si enim vnius delicto multi mortui ſunt, multò magis gratia Dei & donum, in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit. Et non ſicut per vnum peccatum, ita & donum. Nã iudicium quidem ex vno, in condemnationem: gratia autem ex multis delictis, in iuſtificationẽ. Si enim in vnius delicto mors regnauit per vnum: multò magis abundantiam gratiæ & donationis & iuſtitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum. Igitur ſicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem: ſic & per vnius iuſtitiam, in omnes homines in iuſtificationem. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi: ita & per vnius obeditionem, iuſti conſtituentur multi. Lex autem ſubintrauit vt abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, ſuperabũdauit & gratia.

I DEVTER. Cap.24. Non occidentur patres pro filijs, nec filij pro patribus, ſed vnuſquiſq; pro peccato ſuo morietur.

K EZECHIE. Cap.18. Quid eſt quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium iſtud in terra Iſraël, Dicentes, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt? Viuo ego, ait Dominus Deus, ſi erit vltrà vobis parabola hæc in prouerbiũ in Iſraël. Ecce oẽs animæ, meæ ſunt: vt anima patris, ita & anima filij, mea eſt: anima quæ peccauerit, ipſa morietur. *Et poſt pauca.* Anima quæ peccauerit, ipſa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij. Iuſtitia iuſti ſuper eum erit, & impietas impij erit ſuper eum.

HIERE. Cap. 31. In diebus illis non dicent vltrà, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt, ſed vnuſquiſq; in iniquitate ſua morietur. Omnis homo qui comederit vuam acerbam, ob ſtupeſcent dentes eius.

PSAL. 61. Semel locutus eſt Deus, duo hæc audiui, quia poteſtas Dei eſt, & tibi Domine miſericordia: quia tu reddes vnĩ cuiq; iuxta opera ſua.

PRIOR. ad Corint. Cap.3. Vnuſquiſque autem propriam mercedem accipiet ſecundùm ſuum laborem.

L LEVIT. Cap.26. Et qui de vobis remanſerint, dabo pauorem in cordibus eorũ in regionibus hoſtium, terrebit eos ſonitus folij volantis, & ita fugient quaſi gladium: cadent nullo perſequente, & corruent ſinguli ſuper fratres ſuos, quaſi bella fugientes, nemo veſtrum inimicis audebit reſiſtere: peribitis inter gentes, & hoſtilis vos terra conſumet. Quod etſi de ijs aliqui remãſerint, tabeſcent in iniquitatibus ſuis, in terra inimicorum ſuorum, & propter peccata patrum ſuorũ & ſua affligentur: donec confiteantur iniquitates ſuas, & maiorum ſuorum, quibus præuaricati ſunt in me, & ambulauerunt ex aduerſo mihi. Ambulabo igitur & ego contra eos, & inducam illos in terram hoſtilem, donec erubeſcat incircuncifa mens eorum: tunc orabunt pro impietatibus ſuis.

LIB. 2. Regum, Cap.24. Cùm veniſſet Gad ad Dauid, nunciauit ei, dicẽs, Aut ſeptẽ annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribus mẽſibꝰ fugies aduerſarios tuos, & illi te perſequẽtur: aut certè tribus diebus erit peſtilentia in terra tua, &c. *Et mox.* Dixitque Dauid ad Dominum cùm vidiſſet Angelum cædentem populum, Ego ſum qui peccaui, & ego iniquè egi: iſti qui oues ſunt, quid fecerunt? Vertatur obſecro manus tua contra me, & contra domum patris mei.

EXOD.

EXO. Cap. 19. Moyſes autem aſcēdit ad Deum: vocauitq; eum Dñs de monte, & air, Hæc dices domui Iacob, & annunciabis filijs Iſraël: Vos ipſi vidiſtis quæ fecerim Ægyptijs, qnomodò portanerim vos ſuper alas aquilarū, & aſſumpſerim mihi. Si ergò andieriris vocē meā, & cuſtodieritis pactū meum, eritis mihi in peculium de cūctis populis: mea eſt enim omnis terra. Et vos eritis mihi in regnū ſacerdotale, & gēs ſancta.

LIB. 2. Eſdræ, Cap. 1. Cùm audiſſem verba huiuſcemodi, ſedi, & fleui, & luxi diebus multis, & ieiunabam & orabam ante faciem Dei cœli, & dixi, Quæſo Dñe Deus cœli, fortis, magne, atq; terribilis, qui cuſtodis pactum & miſericordiam cum his qui te diligunt, & cuſtodiunt mādata tua. Fiāt aures ruæ auſcnltantes, & oculi tui aperti, vt audias orationem ſerui tui, quá ego oro corá te hodie, nocte & die pro filijs Iſraël ſeruis tuis. Et confiteor pro peccaris filiorū Iſraël quibus peccauerunt tibi: & ego, & domus patris mei, peccauimus, & vanitate ſeducti ſumus, & non cuſtodiuimus mandatum tuum, & cæremonias, & iudicia quæ præcepiſti Moyſi famulo tuo.

AVTHORIT. PATR.

B 1 ATHANAS. lib. Quæſtionū ad Antiochum, Quæſt. 28. Poſt omnes Prophetas, & poſt ipſam etiá apparitionē Chriſti, dixit ſanctus Apoſtolus Euangeliſta, & Theologus Ioannes, quòd Deum nemo vidit vnquā. Et vt credatur tāquàm horribile ac alienū hoc verbū, ſuperaddidir, ꝙ Vnigenitus Filius qui eſt in ſinu Patris, ille enarrauit. Vnde & ſanctus Apoſtolus Paulus, inquit, Quē vidit nullus hominū, neq; videre poteſt. Itaq; nullus mortalium nudā Dei eſſentiam videre poreſt: nequaquàm. Sed quo ad humanam imbecillitatē Deus condeſcendendo Prophetis figuratus apparuit incorporeus runc exiſtens, ſæpe vt homo illis repræſentatus eſt corporalis, quò notum ſit, qnòd non eſſentiam Dei viderunt, ſed gloriam. Quod & in Angelis, & animabus ita oportet intelligere. Sola verò ſancta Dei mater, nudam ſubſtantiam, ſicut re vera eſt, Gabriel, ipſa vidir.

Ioan. 1.

1. Timot. 6.

Dei eſſentiā vidit nemo mortalium, niſi ſola B. Virgo.

G 1 CLEMENS Alex. lib. 1. Pædagog. Cap. 10. Ex futuris autē conſtat tertia pars dādi conſilij, qua, quæ ſunt euentura, iubet caueri, quēadmodū illud quoq; dictum eſt: Qui autē in peccata inciderint, eijciētur in tenebras exteriores, illic erit flet⁹ & ſtridor dētiū. Et quæ ſunt ſimilia. Adeo vt ex his omnibus clarum ſit, Dñm per omnem medendi rationem procedentem, humanā naturam euocare ad ſalutem. Conſolatione autem peccata ſolatur, minuens quidem cupiditatem, ſimul autem ſpem præbens ad ſalutem. Dicit enim per Ezechielem: Si cōuerſi fueritis ex roto corde veſtro, & dixeritis, Pater: audiam vos tanquàm populum ſanctum. *Et paucis interiectis*. Per Moyſen autem propter ſuam in homines beneuolentiam, donum quoq; pollicetur ijs qui cōtendunt ad ſalutem. Dicit enim, & introducam vos in terrā bonā quā iurauit Dñs Patribus veſtris. Et pręterea. Introducā vos in montem ſanctum, & vos lætitia afficiā, ait per Iſaiam. Iā verò eſt aliud quoq; genus pędagogiæ, nēpe beatificatio: Beatus ille eſt, per Dauid dicit, qui nō peccauit, & erit tāquā lignū quod plantatū eſt ſecus decurſus aquarū, quod fructū ſuū dabir in tēpore ſuo: & foliū eius nō defluet. (Per hoc etiā tacitè ſignificauit Reſurrectionē) Er omnia quęcunq; faciet, ei rectè ſuccedēt. Nos vult eſſe tales, vt ſimus beati. Rurſus autē oſtendens id quod ex aduerſo reſpondet iuſtitię rrutinę: At, nō ſic impij, inqnit, nō ſic, ſed ranquā puluis quē proijcit vētus à facie terræ. Cùm peccatorū pœnas, & facilem & tāquàm ventis perflabilem eorum diſsipationem oſtēdiſſet pædagogus, per pœnā à cauſa dehortatus eſt: & cùm ſuppliciū pro meritis intentaſſet, beneficentię ſuæ benignitatē oſtēdit, vt bona nobis paremus, ijſq; fruamur, per eam ſummo nos artificio excitans.

Matt. 8. et 22.

Luc. 13.

Modis omnibus conatur Deus humanam naturā reuocare ad ſalutē.

Ezech. 18.

Deut. 4. & 8.

Iſai. 56.

Pſal. 1.

Per pœnas et ſupplicia nos hortatur De⁹ ad pœnitentiā.

2 ET Cap. 11. Eius quidē in homines beneuolētię & pædagogię mod⁹ vt à nobis geri potuit, oſtēſus eſt. Quocirca ipſe ſeipſū pulcherrimè exponēs, grano ſinapis aſsimilauit, & verbi quod ſeminaē, quod in eo ineſt ſpirituale, naturāq; multiplicē, verbaliſq; ſeu rationalis poteſtatis magnificētiā ſimul & ſanctitatem, & præterea reprehenſionis mordacitatē, & repurgandi facultatē eſſe vtilē propter acrimoniā ſignificās. Perexiguū itaq; granū, quod allegoricè dicit, vniuerſę humanę naturę plurimā ſalutē largiē. Atq; mel quidē, cū ſir dulciſsimū, bilē generat, quēadmodū quod bonū eſt, contēptum: quod quidē cauſa eſt peccandi. Sinapi autē & bilē diminuit, hoc eſt, irā: & phlegma excindit, hoc eſt, faſtū ac ſuperbiā. Ex quo verbo, vera aīę ſanitas, ęternaq; bona tēperatura accedit. Olim itaq; per Moſen, Verbum pædagogi fungebaē officio, deinde etiā per

Matt. 13.

Prophetas. Eſt autẽ Moſes quoq; Propheta. Eſt enim lex pędagogia puerorum inſolentiu, qui habenis no facile retinẽtur. Saturati ergo, inquit, ſurrexerũt ludere. Saturati aute Græce eſt χορτασθέντες, quaſi dicas, fœno repleti, nempe qui a ratione alienam alimenti plenitudinẽ χόρτασμα, hoc eſt, fœni repletionem, non autem cibũ dixerit. Quonia autẽ abſq; ratione ſatiati, abſq; ratione ludebant, proptereà ipſos & lex & timor ſequebatur, vt & peccata reſcinderet, & ad res honeſtas rectè & ex virtute gerẽdas ad hortaretur, aures præparans, vt vero pædagogo obedirent, qui eſt vnum & idẽ Verbum, legi quæ vrgebat, conueniens.

Exod. 32.
Pœna à Deo inflicta, nos à peccatis deterrent.

I 1 AVGVST. tom. 6. Lib. cõtra Adimantium Manichęi diſcipulum, Cap. 7. De eo quod in Exodo ſcriptum eſt, Ego ſum Deus zelotes, tribuens filijs tertiæ & quartæ generationis, parentum peccata, qui me oderũt. Huic loco Manichæi illud de Euangelio dicunt eſſe cõtrariũ quod Dñs dicit, Eſtote benigni ſicut Pater veſter cœleſtis, qui ſolẽ ſuũ oriri facit ſuper bonos & malos. Et illud aliud quod idẽ Dñs ait, Nõ ſolùm ſepties peccãti fratri dimittendum, ſed etiã ſeptuagies ſepties. A quibus tñ ſi quæram, vtrũ Deus nõ puniat inimicos ſuos, ſine dubio turbabũtur. Ipſi enim dicũt, Deũ genti tenebrarum æternum carcerẽ præparare, quã dicunt eſſe inimicã Deo. Et parũ eſt, ſed eum etiam ſua membra ſimul cum ipſa gente puniturũ eſſe non dubitant dicere. Sed cùm ad capitula veteris & noui teſtamenti veniunt, vt imperitos decipiãt, & ea ſibi aduerſa eſſe criminentur, fingunt ſe nimis bonos. Sed dicãt nobis, quibus dicturus eſt Dñs, Ite in ignẽ æternum qui præparatus eſt diabolo & Angelis eius: ſi omnibus parcit, & neminem damnat? Quare intelligendum eſt, & illud rectum eſſe, quod Deus retribuit parentum peccata filijs qui eũ oderunt. Ex eo enim quod addidit, Qui me oderunt: intelligimus eos puniri peccatis parentum, qui in eâdem peruerſitate parentum perſeuerare voluerũt. Tales. n. nõ ſæuitia, ſed potius iuſtitia Dei, & ſua iniquitate puniuntur, ſicut Propheta ait, Sanctus enim Spirit⁹ diſciplinę effugiet fictũ, & aufert ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu, & corripietur à ſuperueniẽte iniquitate, id eſt, corripietur homo ſuperueniente ſibi iniquitate ſua, cùm ab eo receſſerit Spiritus ſanctus. *Et poſt pauca.* Datur intelligi, quod dictũ eſt: Tertiæ & quartæ generationis peccata parentum redditurũ Deum: his vtiq; legitimè, atque debitè qui parentũ peccata perſeuerantes tenere, quã Dei iuſtitiam ſequi maluerunt. Nam non pertinere patris peccata ad filium iuſtè viuentem, Propheta Ezechiel apertiſsimè oſtendit.

Exod. 20.
Matth. 5.
Matth. 18.
Matth. 25.
Filij puniũtur pro peccatis parentũ, ſi ea imitentur.
Sap. 1.
Exod. 20.
Non puniẽtur filij peccatis parentũ niſi ea patrauerint.
Ezech. 18.

2 IDEM tom. 4. Lib, quæſtio. Veteris & Noui teſtamenti, Cap. 14. Quid eſt, vt Deus qui iuſtus prædicatur, peccata parẽtũ filijs reddere promiſerit in tertiã & quartã progeniẽ? Nihil iniuſtè Deum facere aut dicere, qui dubitat, inſanus eſt. Itaq; ſi verba Dñi non ſupprimantur, ſed omnia quæ ad eandem quæſtionẽ pertinent proponãtur, lucebit quod obſcurũ videbatur, & piũ ęſtimabitur quod minimè iuſtum putabatur. Qui. n. verba ſupprimit quæſtionis, aut imperitus eſt, aut tergiuerſator, qui calumnię magis ſtudeat quàm doctrinæ. Porrò autẽ repromiſit quidẽ Dñs reddere ſe peccata patrũ filijs, ſed ijs qui oderunt eũ, hoc eſt, qui in paternis malis verſati, ſeruiunt idôlis, ſicut & patres illorũ. Ille enim inimicus Dei eſt, qui honorem nominis eius vẽdicat creaturæ. Sicut enim iuſtorum filij & ipſi iuſti, nobilitant in ſe genus iuſtitiæ, dùm & patrum & ſua iuſtitia ſublimantur: ita & nequiſsimorum, & ipſi filij nequiſsimi, crementum faciunt malitiæ, quia & malorum filij ſunt, & nequitiam illorum exemplarunt ad perditionem multorum. Cum terrore ergò locutus videtur Deus, ſed verum eſt, & hoc habet ratio. Quis enim malum & mali hominis filiũ non duplici genere execretur, quomodò bonum & boni filium duplici mercede non cenſet honorandum? Idcirco autem in tertiam & quartam progeniem reddere ſe promiſit, vt ſi poſt patrẽ malum, filius non ſequatur perfidiam patris, nepos autem aui in malis imitator exiſtens, ſciat ſe non immunem futurum à ſeueritate ſententiæ: aut ſi & nepos fortè non aui ſed patris ſecutus veſtigia teſtamentum diligat Dei, non ignoret pronepos ad ſe vſque peruenire ſententiam ſi æmulus ſit proaui perfidiæ. Hac legis manifeſtatione deterreri voluit Deus impios patres, vt agnoſcentes quantum mali pareret ſectatio idololatriæ, vel affectu filiorum reuocarentur ad reuerentiam Creatoris: aut filij timentes ne incurrerent peccata patrum, Dei legi obtemperarent. Illi autem attendentes ad nequitiam, aliter hoc interpretari cœperũt, dicentes, Pa-

Exo. 20.
Quomodo intelligatur Deum reddere iniquitatem patrũ in filios.
Ezech. 18.

Patres noſtri manducauerunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt: vt ſecuri de impunitate, eò quòd filijs ipſorũ redderentur peccata, illi tamen neque ſpiritus neque carnis haberẽt pietatem. Hinc dicitur eis, Non morietur filius pro patre, nec pater pro filio, ſed anima quæ peccauerit, ipſa morietur. vt addiſcerent non impunè ſibi futurum, ſed ſic reddi peccata parentum filijs, vt quia impietatem parentum ſecuti, mala quæ obliteranda erant exemplauerint, acerbius puniantur.

K 1 AVGVST. tom.6. Lib. 1. Contra aduerſarium legis & Prophetarũ, Cap. 16. Mortibus corporum legimus alios etiam mortuos, propter non ſua, ſed aliena peccata. Vbi magis eſt in dolore cordis plaga viuentium, quàm in reſolutione carnis, pœna morientiũ, vbi animæ de corporibus exeũtes, habẽt cauſas ſuas, vel bonas, vel malas, nõ propterea grauatę, quia exutę. Animarũ verò morte alius pro alio plectitur nemo.

Morte corporis non animæ, pro alterius peccato puniri quis poteſt.

LECTIO V.

DOCTOR.

CEDO iam nobis ſecundum præceptum.

ADOLESCENS.

Non [a] aſſumes nomen Domini Dei tui inuanum.

DOCTOR.

Quænam porrò nobis hac præceptione iubentur?

ADOLESCENS.

Vt Dei in primis magnitudinẽ reuereamur, [b] ſitq́; ille apud nos veritatis aſſertor, & vindex adeò grauis, vt eum mendacij nullius vnquàm teſtem [c] nominemus. Deinde cauetur etiam ne temerè nomẽ eius iuramẽto vſurpemus. Atque [d] vt ſi quãdo nobis erit iurãdũ, id faciamus, primũ quidẽ boni alicuius præſtãtis publici, vel priuati, noſtri vel alterius, ratione ducti. Deinde tribus his conditionibus accuratè adſeruatis, Veritate nimirùm, Reuerentia, & Neceſsitate, alioqui Diuini nominis profanationem vix aliquando effugiemus.

a Leuit. 5. Ioſue. 23. Zach. 5. Matth. 5. Iacob. 5.

b Deut. 6. Leuit. 19. Ioſue. 14. Matt. 14. 1. Petr. 2.

c Exod. 34. Num. 53. Ioan. 3. Roman. 3.

d Deut. 6. Aug lib. 19. cont. Fauſt. cap. 23. & li. 1. de ſer. Dom. in mon. cap. 30. Et Chryſoſ. in Matt. 5. Tertul. cont. Marcio. et Apolog. c. 32.

DOCTOR.

Nihil'ne hîc præterquàm temeraria nominis Dei vſurpatio, ac mendacium etiam prohibetur?

ADOLESCENS.

Maximè. Nam & cauetur etiã ne vlla vnquàm verba, vel ocioſa, [e] vel quæ aut Diuinũ honorẽ lædere, aut fratribus proximis obeſſe poſsint, à nobis proficiſcãtur. Sed & cõtrà iubetur, vt verbis ac oratione vtamur, tùm ſanctimoniæ, [f] & grauitate pleniſſimis, tùm Dei ac Diuinæ ſcripturæ reuerẽtiſsimis, [g] ſintq́; ſermones noſtri ex Chriſti inſtituto, Eſt, & Non.

e Matt. 12. Epheſ. 5. Coloſ. 4.

f Coloſ. 4. 1. Petr. 4.

g Deut. 6. 2. Corin. 1. & 4. 1. Tim. 1. & 2. Matt. 5. Iacob. 5. Clem. Alex. Stro. lib. 7. Iuſti. apol. 2. Hiero. in Matt. 5.

DOCTOR.

Non'ne etiã creaturas iuramẽtis noſtris poſſumus adhibere, ſi quando conditiones illæ tres adfuerint?

ADOLESCENS.

Poſſumus: [h] Dũ enim per creaturã aliquã iuramus, dictis noſtris teſtẽ eũ adhibemus Creatorẽ, qui cũ omnia ſit in omnib⁹, vbicũq; veritas ſit propugnãda, eius ipſe vindex eſt Supremus.

h Gene. 24. 1. Co. 25. Matth. 13. Aug. in epiſt. ad Galat. & ſermo. 30. de verb. Apoſtoli.

DOCTOR.

Nihil'ne hoc præcepto amplius continetur?

ADOLESCENS.

Hoc præterea, vt ſi qui Deo fidẽ ſuã, quæcunq; tandẽ ea ſit, voto legitimè adſtrinxerint, [i] eam illi omnes diligenter ſartam tectam, & integram, ſeruare teneantur.

i Num. 30. Deut. 23. Leuit. 27. Pſal. 75. Eccleſ. 5. Ione. 2.

DOCTOR.

Quid ſi votum temerariè ſit nuncupatum?

ADOLESCENS.

Graui tunc ac ſano bonorum ac eruditorũ hominum iudicio ſtandum erit. Vbi tamen & qui vouet [K] rationis vſu pollet, atq; adeò quod ipſe pollicetur eſt laudabile ac legitimũ, & eiuſmodi eſt vt per Dei gratiã ab eo ritè præſtari poſſit, poſtquàm ſecũ ipſe negotiũ quod inceptat, accuratè perpenderit, non puto votum illud vlla ratione temerarium & irritum dici poſſe.

K Num. 30. Pſal. 65. Prouerb. 20. Aug. in pſal. 75. & epiſt. 45. Cyril. in Ioan lib. 9. cap. 28. Aug. li. de bo. vidu. c. 21. Greg. hom. 27. in Euang. & in Regis. lib. 8. epiſt. 33.

DOCTOR.

Sic ergò negas temerarios eſſe eos, qui hac lege, hoc iudicio ac ſpe Deo vouẽt [l] cœlibatum ac virginitatem, dum & rectè & legitimè zelo ſuæ ſalutis cõmouentur, & proprijs animi viribus minimè cõfiſi, Diuinæ gratiæ ſecurius innituntur. His enim dat Deus & velle & perficere pro bona voluntate.

l Iſai. 56. Matth. 19. 1. Cor. 7. Apoc. 14. 1. Tim. 5. Philo. Iud. Tertul. de virg. velan. Cypria. de habi. virgin. Orig. in Matt. 7. trac. Ambr. ad virg. lap. c. 4. & 5. Baſil. de vir. Chryſoſ. in Matt. 19. & epiſt. 6. Aug. li. de bo. cõiug. c. 21. & de adulte. cõiug. lib. 1. c. 15. & li. 2. c. 19. & li. de ſanct. virg. Hiero. in Ioui. li. 1. D. Ephrẽ. Greg. Nyſſ. li. de virg. c. 9. Aſteri⁹ Eps Amaſeę.

ADOLESCENS.

Sic ſentio. Quo fit vt grauiter illi errẽt, qui vota eiuſmodi ab homine vllo obſeruari poſſe negãt, quaſi aut Diuinæ opis facultas, eſſet nulla, aut nihil ea in re [m] à nobis induſtriæ ac iudicij deberet collocari.

m Cyril. in Ioan. lib. 9. c. 28. & lib. 12. in Leuit. Aug. cõfeſ. lib. 6. c. 11. & lib. 10. c. 19.

AVTHORIT. SCRIP.

A LEVITI. Cap. 5. Anima quæ iurauerit, & protulerit labijs ſuis, vt vel malè quid faceret, vel benè, & idipſum iuramẽto & ſermone firmauerit, oblitaq; poſteà intellexerit delictum ſuũ, agat pœnitentiã pro peccato, & offerat de gregibus agnam ſiue capram,

caprã,orabitq; pro ea ſacerdos & pro peccato eius.

IOSVE Cap.23. Eſtote ſoliciti vt cuſtodiatis cuncta quæ ſcripta ſunt in volumine legis Moyſi,& nõ declinetis ab eis,neq; ad dexterã, neq; ad ſiniſtrã: ne poſtquàm intraueritis ad gentes quæ inter vos futuræ ſunt;iuretis in nomine Deorũ earũ & ſeruiatis eis,& adoretis illos: ſed adhæreatis Domino Deo veſtro, quod feciſtis vſq; in diem hanc.

ZACHA. Cap.5. Et cõuerſus ſum,& eleuaui oculos meos,& vidi,& ecce volumẽ volans. Et dixit ad me, Quid tu vides? Et dixi, Ego video volumẽ volãs,lõgitudo eius viginti cubitorũ, & latitudo eius decẽ cubitorũ. Et dixit ad me, Hæc eſt maledictio quę egreditur ſuper faciẽ omnis terræ,quia omnis fur,ſicut ibi ſcriptũ eſt, iudicabitur: & omnis iurans ex hoc ſimiliter iudicabitur. Educam illud, dicit Dominus exercituum:& veniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter:& commorabitur in medio domus eius, & conſumet eum, & ligna eius, & lapides eius.

MATTH. Cap.5. Iterũ audiſtis quia dictum eſt antiquitus, Non periurabis:reddes autem Domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis non iurare omnino, neque per cœlum,quia thronus Dei eſt: neq; per terram,quia ſcabellum eſt pedum eius:neque per Hieroſolymã, quia ciuitas eſt magni Regis:neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum. Sit ſermo autem veſter, Eſt,Eſt,Non,Non. Quod autem his abundantius eſt,à malo eſt.

IACOB. Cap.5. Ante omnia autem fratres mei,nolite iurare, neq; per cœlum, neque per terram;neque aliud quodcunq; iuramentum. Sit autem ſermo veſter, Eſt, Eſt, Non, Non: Vt non ſub iudicio decidatis.

B DEVTERON. Cap.6. Dominum Deum tuum timebis,& illi ſoli ſeruies, ac per nomen illius iurabis. Non ibitis poſt Deos alienos cunctarum gentium, quæ in circuitu veſtro ſunt: quoniam Deus æmulator Dominus Deus tuus in medio tui: ne quãdo iraſcatur furor Domini Dei tui contra te,& auferat te de ſuperficie terræ.

LEVIT. Cap.19. Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui. Ego Dominus.

IOSVE Cap.14. Iurauitq; Moyſes in die illo,dicens, Terra quam calcauit pes tuus,erit poſſeſsio tua, & filiorum tuorum in æternum:quia ſecutus es Dominũ Deũ meum. Conceſsit ergò Dominus vitam mihi,ſicut pollicitus eſt vſque in præſentem diem. Quadraginta & quinque anni ſunt ex quo locutus eſt Dominus verbum iſtud ad Moyſen,quando ambulabat Iſraël per ſolitudinem:hodie octoginta quinque annorum ſum,ſic valens vt eo valebam tempore quando ad explorandum miſſus ſum: illius in me temporis fortitudo vſque hodie perſeuerat, tam ad bellandum, quàm ad gradiendum. Da ergò mihi montem iſtum quem pollicitus eſt Dominus te quoque audiente,in quo Enacim ſunt,& vrbes magnæ atque munitæ:ſi fortè ſit Dominus mecum, & potuero delere eos, ſicut promiſit mihi.

MATTH. Cap.14. Cum iuramento pollicitus eſt (*Herodes*) ei dare quodcunq; poſtulaſſet ab eo. At illa præmonita à matre ſua, Da mihi,inquit, hic in diſco caput Ioannis Baptiſtæ. Et contriſtatus eſt Rex: propter iuramentum autem & eos qui pariter recumbebant,iuſsit dari.

PRIO. Petri, Cap.2. Deponentes omnem malitiam,& omnẽ dolum, & ſimulationes,& inuidias,& omnes detractiones,ſicut modò geniti infantes,rationabiles,ſine dolo lac concupiſcite:vt in eo creſcatis in ſalutẽ. Si tamẽ guſtaſtis quoniam dulcis eſt Dominus.

C EXOD. Cap.34. Ait Moyſes, Dominator Domine Deus,miſericors & clemẽs, patiens & multę miſerationis,ac verax,qui cuſtodis miſericordiam in millia:qui aufers iniquitatem,& ſcelera,atque peccata, nulluſq; apud te per ſe innocens eſt.

NVME. Cap.23. Nõ eſt Deus quaſi homo vt mentiatur,nec vt filius hominis, vt mutetur. Dixit ergò & non faciet? Locutus eſt,& non implebit? Ad benedicendũ adductus ſum, benedictionem prohibere non valeo.

IOAN. Cap.3. Qui de ſurſum venit, ſuper omnes eſt. Qui eſt de terra, de terra eſt, & de terra loquitur. Qui de cœlo venit, ſuper omnes eſt. Et quod vidit, & audiuit, hoc teſtatur,& teſtimonium eius nemo accipit. Qui accepit eius teſtimonium, ſignauit quia Deus verax eſt.

AD Rom. Cap.3. Quid ergò amplius Iudæo eſt? aut quæ vtilitas circunciſionis?

Multum per omnem modum. Primùm quidem, quia credita ſunt illis eloquia Dei. Quid enim ſi quidam illorum non crediderunt? Nunquid incredulitas eorum fidem Dei euacuauit? Abſit. Eſt autem Deus verax, omnis autem homo mendax: ſicut ſcriptũ eſt, Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.

D DEVTER. Cap. 6. Vide ſuprà, litera. B.

E MATTH. Cap. 12. Bonus homo de bono theſauro profert bona: & malus homo de malo theſauro profert mala. Dico autem vobis quoniam omne verbum ocioſum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die Iudicij. Ex verbis enim tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

AD EPHES. Cap. 5. Fornicatiò autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet Sanctos: aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet: ſed magis gratiarum actio.

AD COLOS. Cap. 4. Orationi inſtate, vigilantes in ea, in gratiarum actione. Sermo veſter ſemper, in gratia ſale ſit conditus: vt ſciatis quomodò oporteat vos vnicuiq; reſpondere.

F AD COLO. Cap. 4. Vide ſup. lit. E.

PRIOR. Petri, Cap. 4. Eſtote itaq; prudentes, & vigilate in orationibus. Ante omnia autem mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorũ. Hoſpitales inuicem ſine murmuratione. Vnuſquiſq; ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur, quaſi ſermones Dei: ſi quis miniſtrat, tanquàm ex virtute, quã adminiſtrat Deus. Vt in omnibus honorificetur Deus per Ieſum Chriſtum: cui eſt gloria & imperiũ in ſecula ſeculorum, Amen.

G DEVTERON. Cap. 6. Vide ſup. litera. B.

POSTER. Ad Corinth. Cap. 2. Non ſumus ſicut plurimi, adulterantes Verbum Dei, ſed ex ſynceritate, ſed ſicut ex Deo, coram Deo in Chriſto loquimur.

ET Cap. 4. Abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in aſtutia, neq; adulterantes Verbum Dei, ſed in manifeſtatione veritatis, commendantes nos metipſos ad omnem conſcientiã hominũ corã Deo.

POSTER. Ad Timoth. Cap. 1. Formã habe ſanorum verborum, quæ à me audiſti in fide & in dilectione in Chriſto Ieſu. Bonum depoſitum cuſtodi per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis.

ET Cap. 2. Noli contendere verbis, ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionẽ audientium. Solicitè cura te ipſum probabilẽ exhibere Deo, operarium inconfuſibilem, rectè tractantem Verbum veritatis. Prophana autem & inaniloquia deuita, multũ enim proficiunt ad impietatem: & ſermo eorum vt cancer ſerpit.

MATTH. Cap. 5. Vide ſuprà, litera. A.

IACOB. Cap. 5. Vide ſuprà, litera. A.

H GENES. Cap. 24. Dixit (*Abraham*) ad ſeruum ſeniorem domus ſuæ, qui præerat omnibus quæ habebat: Pone manum tuam ſub femur meum, vt adiurem te per Dominum Deum cœli & terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum inter quos habito. *Et mox.* Poſuit ergò manum ſub femore Abraham Domini ſui, & iurauit illi ſuper ſermone hoc.

PRIOR. Ad Corinth. Cap. 15. Quotidie morior per veſtram gloriam fratres, quam habeo in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

MATTH. Cap. 23. Væ vobis duces cæci, qui dicitis, Quicunq; iurauerit per tẽplum, nihil eſt: qui autem iurauerit in auro templi, debet. Stulti & cæci, quid enim maius eſt, aurum, an templum quod ſanctificat aurum? Et quicunq; iurauerit in altari, nihil eſt: quicunq; autem iurauerit in dono quod eſt ſuper illud, debet. Cæci quid enim maius eſt, donum, an altare quod ſanctificat donum? Qui ergo iurat in altari, iurat in eo, & in omnibus quæ ſuper illud ſunt: & quicunq; iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipſo: & qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei, & in eo qui ſedet ſuper eum.

I NVMER. Cap. 30. Si quis virorum votum Domino vouerit, aut ſe conſtrinxerit iuramento: non faciet irritum verbum ſuum, ſed omne quod promiſit, implebit. *Et deinceps per totum caput.*

DEVTER. Cap. 23. Cùm votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud Dominus Deus tuus: & ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatũ: ſi nolueris polliceri, abſq; peccato eris.

eis. Quod autem ſemel egreſſum eſt de labijs tuis, obſeruabis, & facies ſicut promiſiſti Domino Deo tuo, & propria volũtate & ore tuo locutus es.

LEVITI. Cap. 27. Homo qui votum fecerit, & ſpoponderit Deo animam ſuam, ſub æſtimatione dabit pretium.

PSALM. 75. Vouete & reddite Domino Deo veſtro, oẽs qui in circuitu eius affertis munera.

ECCLESIASTES. Cap. 5. Si quid vouiſti Deo, ne morêris reddere: diſplicet enim Deo infidelis & ſtulta promiſſio. Sed quodcunq; voueris, redde. Multoq; melius eſt non vouere, quàm poſt votũ pro miſſa no reddere.

IONÆ Cap. 2. Ego autem in voce laudis immolabo tibi: quæcunq; voui reddam pro ſalute Domino.

K NVMER. Cap. 30. Mulier ſi quippiam vouerit, & ſe conſtrinxerit iuramẽto, quæ eſt in domo patris ſui, & in ætate adhuc puellari: ſi cognouerit pater votum quod pollicita eſt, & iuramentum quo obligauit animam ſuam, & tacuerit, voti rea erit, quidquid pollicita eſt, & iurauit, opere complebit. *Et deinceps per totum caput.*

PSALM. 65. Reddam tibi vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea.

PROVERB. Cap. 20. Ruina eſt homini deuotare Sanctos: & pòſt, vota retractare.

L ISA. Cap. 56. Et non dicat eunuchus, Ecce ego lignum aridum. Quia hæc dicit Dominus eunuchis, Qui cuſtodierint Sabbatha mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum: Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus: nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit.

MATTH. Cap. 19. Vide inf. Lect. 9. litera. N.

PRIOR. Ad Corin. Cap. 7. Vt inf. lect. 9. litera. N.

APOCALYP. Cap. 14. Et vidi, & ecce Agnus ſtabat ſuper montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, & nomen Patris eius ſcriptum in frontibus ſuis. Et audiui vocem de cœlo, tanquàm vocem aquarum multarum, & tanquàm vocem tonitrui magni, & vocem quam audiui, ſicut citharædorum citharizantium in citharis ſuis. Et cantabant quaſi canticum nouum ante ſedem, & ante quatuor animalia & ſeniores, & nemo poterat dicere canticum, niſi illa centũ quadraginta quatuor millia, qui empti ſunt de terra. Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: Virgines enim ſunt. Hi ſequuntur Agnum quocunq; ierit. Hi empti ſunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno: & in ore eorum non eſt inuentum mendacium. Sine macula enim ſunt ante thronum Dei.

PRIO. Ad Timoth. Cap. 5. Adoleſcẽtiores autem viduas deuita. Cùm enim luxuriatæ fuerint, in Chriſto nubere volunt: habentes damnationem, quia primam fidẽ irritam fecerunt.

AVTHORIT. PATR.

D 1 AVGVST. tom. 6. Contra Fauſtũ Manichæum, Lib. 19. Cap. 23. Quia peierare graue peccatum eſt: non iurare autem, ſicut verum iurare, nullum peccatum eſt: ſed longè remotus eſt à falſum iurando, qui nec iurare conſueuit, quàm qui verum iurare procliuis eſt: maluerit nos Dominus & non iurantes nõ recedere à vero, quàm verum iurãtes propinquare periurio. Itaq; & Apoſtolus in ſermonibus, quos habuiſſe narratur, nunquàm iurauit, ne iurandi conſuetudine aliquando vel neſcius in periuriũ laberetur. In ſcripturis autem, vbi eſt conſyderatio maior atque perpenſior, pluribus locis iuraſſe inuenitur, ne quiſquam putaret etiam verum iurando peccari, ſed potius intelligeret, humanæ fragilitatis corda, non iurando tutius à periurio cõſeruari.

Melius eſt non iurare, quam etiam verum iurare: & periurare graue peccatũ eſt.

D. Paulus in ſermonibus non iurauit: in ſcriptis pluries iurauit.

2 IDEM tom. 4. De ſermone Domini in monte, lib. 1. Cap. 30. Ita intelligitur præcepiſſe Dominum ne iuretur, ne quiſquam ſicut bonum, appetat iuſiurandum, & aſsiduitate iurandi, ad periurium per conſuetudinem delabatur. Quapropter qui intelligit, non in bonis, ſed in neceſſarijs iurationem habendam, refrænet ſe quantum poteſt vt non ea vtatur, niſi neceſsitate: cùm videt pigros eſſe homines ad credendum quod eis vtile eſt credere, niſi iuratione firmetur. Ad hoc itaque pertinet quod ſic dicitur; Sit autem ſermo veſter, Eſt, Eſt, Non, Non. Hoc bonum eſt & appetendũ. Quod autem amplius eſt, à malo eſt, id eſt, ſi iurare cogeris, ſcias de neceſsitate venire infirmitatis eorũ quibus aliquid ſuades. Quæ infirmitas vtiq; malum eſt, vnde nos quotidie liberari deprecamur cùm dicimus, Libera nos à malo. Itaq; autem non dixit: Quod autem amplius eſt, malum eſt. Tu

Iurationi non aſſueſcamus: niſi in neceſſitate.

Matth. 5.

Matth. 6.

autem non malum facis qui bene vteris iuratione, quæ etſi non bona, tamen neceſſaria eſt vt alteri perſuadeas quod vtiliter perſuades: ſed à malo eſt illius cuius infirmitate iurare cogeris. Sed nemo nouit niſi qui expertus eſt, quã ſit difficilè, & conſuetudinem iurandi extinguere, & nunquàm temerè facere, quod nonnunquàm facere neceſsitas cogit.

3 CHRYSOST. tom. 2. in Matth. Cap. 5. homil. 17. Quid verò eſt, reddes autem Domino iuramenta tua? hoc eſt, iurãs, verum loquêris. *Et paulò pòſt.* Quid igitur ſuprà, Eſt, Eſt. Non, Nõ, eſſe dicemus? haud dubiè iuramentum, non periurium: hoc ſi quidem omnino manifeſtum eſt, & quod à malo eſt, doceri nullus indigeat, & nõ tàm ſuperfluum, quàm omnino contrarium. Superfluum verò eſt, quod ſuperuacuè, atque abundanter adiectum eſt: quod certè vt oſtendamus, iuramentum eſt,

Matth. 5. Iurans, veritatem loquatur.

4 TERTV. aduerſùs Marcionẽ, lib. 2. Cap. 26. Sed & iurat Deus, nunquid fortè per Deum Marcionis? Imo, inquit, multò vanius, quòd per ſemetipſum. Quid vellet facere, ſi alius Deus non erat in conſcientia eius, hoc cùm maximè iurantis, alium abſque ſe omnino non eſſe? Igitur peieranrem deprehendis, an vanè deierantem? Sed nõ poteſt videri peieraſſe, qui alium eſſe non ſciuit, vt dicitis. Quod enim ſcit, hoc deierans, verè non peierauit. Sed nec vanè deierat, alium Deum non eſſe. Tunc enim vanè deieraret, ſi nõ fuiſſent qui alios Deos crederent, tunc quidem ſimulacrorum cultores, nũc verò & hæretici. Iurat igitur per ſemetipſum, vt vel iuranti Deo, credas aliũ Deum omnino non eſſe. Hoc vt Deus faceret, tu quoque Marcion coëgiſti: iam tunc enim prouidebaris. Proinde ſi & in promiſſionibus, aut comminationibus iurat, fidem in primordijs arduam extorquens, nihil Deo indignũ eſt, quod efficit Deo credere.

Iſai. 45. Cur Deus iuret per ſemet ipſum.

5 IDEM in Apologetico aduerſùs gentes, Cap. 32. Sed & iuramus, ſicut non per genios Cæſarum, ita per ſalutem eorum, quæ eſt auguſtior omnibus genijs. Neſcitis genios dæmones dici, & inde diminutiua voce, dæmonia? Nos iudicium Dei ſuſcipimus in Imperatoribus, qui gẽtibus illos præfecit. Id in eis ſcimus eſſe, quod Deus voluit, ideoq; & ſaluum volumus eſſe quod Deus voluit, & pro magno id iuramento habemus. Cæſarum dæmones, id eſt, genios adiurare cõſueuimus, vt illos de hominibus exigamus, non deierare, vt illis honorẽ Diuinitatis conferamus.

Iurate per ſalutem Cæſaris.

Adiurare dæmones vt ab obſeſſis exeant.

1 CLEMENS Alexandrinus lib. 7. Stromatum. Eſt enim iuſiurandum quidẽ confeſsio diffinitiua cum Diuina aſſumptione. Qui eſt autem ſemel fidelis, quemadmodùm ſeipſum infidelem præbuerit, vt etiam opus habeat iureiurando, & non ita vitam geſſerit, vt ea ſit firmum ac definitiuum iuſiurandum, & fidem confeſsionis oſtenderit in conſtanti ſtabiliq; vita & ſermone? Si autem in iudicio eius qui facit & loquitur, poſitum eſt facere iniuriam, nõ in perpeſsione eius qui patitur perſecutionem: neque mentietur, neque peierabit, vt qui Deum afficeret iniuria, cùm eum ſciat natura eſſe huiuſmodi, vt minimè lædi poſſit. Sed neque propter proximum mentietur, vel aliquid tranſgredietur, quem didicit diligere etiamſi non ſit familiaris. Propter ſeipſum autem multò magis neq; mentietur, neque peierabit, ſiquidẽ nunquàm ſua ſponte in ſeipſum iniuſtus inuenietur. Sed neque iurat, vt qui in affirmatione quidem, Næ, vel, Eſt: in negatione autem, Nõ, ponere conſtituerit. Iurare enim eſt iuſiurandum, vel tanquàm iuſiurandum mente conceptum proferre affirmatiuè. Sufficit ergò ei vel affirmationi, vel negationi, addere illud, Verè dico, ad comprobãdum ijs qui non perſpiciunt ſtabilitatem eius reſponſionis.

Simplici affirmatione vtendum, nõ iuramentis.

2 IVSTIN. Martyr, Apologia. 2. pro Chriſtianis. Ne autem quiſque iuret omnino, ſemperq; omnes verum dicãt, hæc præcepit: Nolite iurare omnino, ſit autẽ veſtrũ Etiã, Etiã, Non, Non, Nõ. Quod autem præterea eſt, à malo eſt. *Et longè pòſt.* Ac nos qui quondam mutuis cædibus nos metipſos contaminabamus, non modò non gerimus bellum cum inimicis & hoſtibus, ſed etiam ne mentiamur, eoſq; qui nos quærunt capte mus & fallamus, libenter Chriſtum profitentes, mortẽ oppetimus. Poteramus enim id quod fertur: Iurauit lingua, mentem iniuratam gero: in hoc facere, rem iam ridiculam vobis quidem, qui milites volentes in delectu etiam vitæ ſuæ ac parentibus patriæq; & propinquis omnibus, profeſsionẽ veſtram iuriſiurandiq; religionem cogitis anteponere, cum nihil immortale eis præſtare poſsitis: nos autem qui immortalitatis cupiditate ducimur, non poſſumus nõ proferre omnia, vt ea quæ cupimus, ab eo qui dare poteſt, conſequamur.

Matth. 5.

Veritas dicenda in iuramẽto, etiã ſi mors immineat.

3 HIE-

3 **HIERON.** tom.6.in Matth.Cap.5. Conſidera quòd Saluator non per Deum iurare prohibuerit,ſed per cœlum, & terram, & Hieroſolymã, & per caput tuũ.Et hoc quaſi paruulis fuerat lege conceſſum: vt quomodò victimas immolabant Deo,ne eas Idôlis immolarent : ſic & iurare permitterentur in Deum: non quòd rectè hoc facerent,ſed quòd melius eſſet Deo exhibere quàm dæmonibus.Euangelica autem veritas non recipit iuramẽtum,cùm omnis ſermo fidelis pro iureiurando ſit.

Lex vetus iuramenta præcipiebat: quæ tamen lex Euangelica non recipit,niſi vrgente neceſſitate.

H

1 **AVGVST.** tom.4.In Epiſtolã ad Galatas,Cap.1.Qui dicit, Ecce corã Deo, quia non mentior:iurat vtique.Et quid ſanctius hac iuratione? Sed non eſt contra præceptum iuratio,quæ à malo eſt, non iurantis, ſed incredulitatis eius cui iurare cogitur.Nam hinc intelligitur ita Dominũ prohibuiſſe à iurando,vt quantum in ipſo eſt, quiſq; non iuret,quod multi faciunt, in ore habentes iurationem tãquàm magnum aut ſuaue aliquid.Nam vtiq; Apoſtolus nouerat præceptum Domini , & iurauit tamen. Non enim audiẽdi ſunt qui has iurationes eſſe non putant.Quid enim facient de illa: Quotidie morior per gloriam veſtram fratres,quam habeo in Chriſto Ieſu Domino noſtro:quam Græca exemplaria manifeſtiſſimam iurationem eſſe conuincunt? Quantùm ergò in ipſo eſt, non iurat Apoſtolus: non enim appetit iurationẽ cupiditate, aut delectatione iurandi:amplius eſt eñ quàm Eſt, Eſt, Non, Non: & omnino à malo eſt, ſed infirmitatis aut incredulitatis eorũ qui non aliter mouentur ad fidem.

Galat.1.

Iurare quãdo licitum.

1.Cor. 15.

2 **IDEM** tom.10.ſermone.30.de verbis Apoſtoli.Si peccatum eſſet iuratio, nec in ueteri lege diceretur: Non periurabis, reddes autem Domino iuſiurandum tuũ. Non enim peccatũ præciperetur nobis . Sed ait tibi Deus tuus: Si iuraueris,non damnabo: ſi verum iuraueris,non damnabo. Sed nunquid ſi non iuraueris,damnabo? Duo ſunt, inquit,quæ non damnabo vnquàm, veram iurationem,& nullam iurationem , damno autem falſam iurationem.Falſa iuratio,exitioſa eſt:Vera,iuratio,periculoſa eſt: nulla iuratio,ſecura eſt. *Et longè poſt.* Deniq; nõ vobis dicimus,nos non iurare. Si enim hoc dicimus,mentimur.Quantùm ad me pertinet,iuro,ſed (quantũ mihi videtur)magna neceſsitate compulſus.Cùm videro non mihi credi niſi faciam , & ei qui mihi non credit non expedire quod non credit, hac perpenſa ratione & cõſyderatione librata, cum magno timore dico,Coram Deo, aut, Teſtis eſt Deus: aut ,Scit Chriſtus ſic eſſe in animo meo. Et video quia plus eſt,id eſt, quia amplius eſt,quam Eſt,Eſt,Non, Non: ſed quod amplius eſt,à malo eſt , etſi non à malo iurantis,à malo eſt non credentis. Denique non ait,Si amplius facit malus eſt: &,Sit in ore veſtro Eſt,Eſt, Non,Non, Si quis amplius facit, malus eſt:ſed,Sit in ore veſtro Eſt,Eſt,Non,Non,quod autem amplius eo,à malo eſt:ſed quære cuius. Sed tamen aliud habet humana peſsima conſuetudo: & cùm tibi creditur iuras: & cũ nemo exigit,iuras:& horrentibus hominibus,iuras:non taces iurando,vix es ſanus non periurando.Niſi fortè putatis fratres , quia ſi ſciret Apoſtolus Paulus credere ſibi Galatas,adderet iurationem & diceret,Quæ autem ſcribo vobis,ecce coram Deo,quia nõ mentior. Videbat ibi eos qui credebant: videbat & alios qui non credebant.Ergò noli dicere,non iuro,ſi fortè exigitur : à malo eſt enim quod facis , ſed illius qui exigit. Nam tu quomodò te purges , non habes, quomodò ſatisfacias negotio quod inſtat, non inuenis.

Leuit. 19.

Falſa iuratio, exitioſa eſt:Vera, periculoſa eſt: Nulla,ſecura eſt.

Iurandum dum magna cogit neceſſitas.

Matt.5.

Peſsima eſt conſuetudo iurandi.

Galat.1.

K

1 **AVGVS.** tomo: 8 . In Pſalm.75. *Verſu, Vouete & reddite Domino Deo veſtro.* Quid debemus vouere ? Credere in illum, ſperare ab illo vitam æternam,bene viuere ſecundùm communem modum . Eſt enim quidam modus cõmunis omnibus,furtũ nõ facere. Non nubere,caſtimoniali præcipit, & nuptæ non præcipitur. Adulteriũ nõ facere,omnibus præcipitur.Non amare vinolẽtiam qua ingurgitatur anima, & corrũpit in ſe templum Dei,omnibus æqualiter præcipitur.Non hominem occidere, non odiſſe fratrem:non aduerſùs aliquẽ tenere perniciem,omnibus in communi præcipitur. Hoc totum omnes vouere debemus . Sunt etiam vota propria ſingulorum, alius vouet Deo caſtitatem coniugalem,vt præter vxorem ſuam non nouerit aliam : ſic & fœmina,vt præter virum ſuum non nouerit aliũ. Alij etiam vouent, & ſic experti tale cõiugium,vltrà nihil tale pati,nihil tale concupiſcere aut ſuſtinere: & ipſi vouerunt aliquid maius,quam illi.Alij virginitatem ipſam ab ineunte ætate vouent , vt nihil tale vel experiantur,quale illi experti ſunt , & reliquerunt, & iſti vouerunt plurimũ. Alij vouent domum ſuam eſſe hoſpitalem omnibus ſanctis aduenientibus, magnum votũ vo-

Pſalm. 75.

Vota quædam communia, quædã propria ſingulorum.

Votum caſtitatis coniugalis & vidualis.

Votum virginitatis.

Votum paupertatis & Religionis.

uouent. Alius uouet relinquere bona ſua diſtribuendo pauperibus, & ire in communem vitam, in ſocietatem ſanctorũ, magnũ votum vouit. Vouete & reddite Domino Deo veſtro. Quiſq; quod vouere voluerit, voueat: illud attẽdat, quod vouerit, reddat. Vnuſquiſq; Deo quod vouet, ſi reſpicit retrorſum, malum eſt. Neſcio quæ caſtimonialis nubere voluit. Quid voluit? Quod & virgo quælibet. Quid voluit? Quod & mater ipſius. Aliquid mali voluit? Mali planè. Quare? quia iã vouerat Domino Deo ſuo. Quid enim dixit de talibus Apoſtolus Paulus,

1.Tim. 5.

cùm dicat: viduas adoleſcentulas nubere ſi velint? Sed tamen ait quodã loco,

1.Cor. 7.

Beatior autẽ erit, ſi ſic permanſerit, ſecundùm meum conſilium. Oſtendit beatiorem ſi ſic permanſerit: non tamen damnandam ſi nubere voluerit. Quid autem ait de quibuſdã

1.Tim. 5.

Primã fidem irritam faciunt voti fragi.

quæ vouerunt, & non reddiderunt? Habentes, inquit, damnationem, quia primam fidẽ irritam fecerunt. Quid eſt primam fidem irritam fecerunt? vouerunt & non reddiderunt. Nemo ergò poſitus in monaſterio frater dicat:

Monachi fugitiui.

Recedo de monaſterio, neq; enim ſoli qui ſunt in monaſterio, peruenturi ſunt ad regnum cœlorum: & illi qui ibi nõ ſunt, ad Deum non pertinẽt. Reſpõdetur ei: ſed illi non vouerunt, Tu vouiſti, & retrò reſpexiſti.

Luc. 17.

Et poſt pauca.

Virgines poſt votum nubentes, cõparãtur vxori Loth.

Quæ autem reſpexerit ad nuptias, non quia voluit nubere, damnatur: ſed quia iam antè receſſerat, & fit vxor Loth reſpiciendo retrorſum. Nõ ſitis pigri qui poteſtis, quib⁹ aſpirat Deus apprehẽdere gradus meliores: quia non iſta ideò loquimur, vt nõ voueatis, ſed vt voueatis & reddatis.

Adhortatio ad vouẽdũ.

Iã quia iſta tractauimus, fortè volebas vouere, & modò non vis vouere. Sed quid tibi dixerit Pſalm⁹, attẽde.

Pſal. 75.

Nõ dixit, Nolite vouere: ſed, Vouete, & reddite. Quia audiſti, Reddite: non vis vouere? ergò vouere volebas, & nõ reddere? Imò vtrunq; fac.

Reddere votum, eſt ex adiutorio Dei.

Votum fit ex profeſsione tua, aliud ex adiutorio Dei perficitur. Aſpice eum qui te ducit, & non reſpicies retrò, vnde te eduxit. Qui te ducit, ante te ambulat: vnde te eduxit, poſt te eſt. Ama ducentẽ, & nõ te damnat retrò reſpicientem.

2 IDEM tom. 2. Epiſt. 45. ad Armentarium. Reddite quod vouiſtis, quia vos ipſi eſtis, & ei vos redditis à quo eſtis, reddite obſecro. Neque enim quod redditur, reddendo minuetur, ſed potius ſeruabitur & augebitur. Benignus enim exactor eſt, non egenus: & qui non creſcit ex redditis, ſed in ſe creſcere faciat redditores. Huic ergò quod non redditur, perditur: quod autem redditur, reddendo additur.

Vota Deo reddenda.

Imò verò in eo cui redditur, ipſe reddens ſeruatur. Idipſum quippe erit redditum, & redditor, quia idipſum erat debitum & debitor. *Et rurſus.* Priuſquàm eſſes voti reus, liberum fuit quo eſſes inferior, quãuis non ſit gratulanda libertas, qua fit vt nõ debeatur, quod cum lucro redditur. Nunc verò quia tenetur apud Deum ſponſio tua, non te ad magnam iuſtitiam inuito, ſed à magna iniquitate deterreo. Non enim talis eris, ſi non feceris quod vouiſti, qualis manſiſſes, ſi nihil tale vouiſſes. Minor enim tunc eſſes, non peior.

Illicitũ eſt poſt votum, quod ante illud licuiſſet.

Modò autem tantò, quod abſit, miſerior, ſi fidem Deo fregeris, quantò beatior ſi perſolueris. Nec ideò te vouiſſe pœniteat, imò gaude iam tibi ſic nõ licere, quod cum tuo detrimento licuiſſet. Aggredere itaque intrepidus, & dicta imple factis: ipſe adiuuabit, qui vota tua expetit. Felix eſt neceſsitas, quæ in meliora compellit. Vna ſola eſſe cauſa poteſt, qua te id quod vouiſti, non ſolùm non hortaremur, verùm etiã prohiberemus implere, ſi fortè tua coniũx hoc tecum ſuſcipere, animi ſeu carnis infirmitate, recuſaret.

Coniũx nihil voueat in præiudicium alterius coniugis.

Nam & vouenda talia non ſunt à coniugatis, niſi ex conſenſu & voluntate coniugis. Et ſi præproperè factum fuerit, magis eſt corrigẽda temeritas, quàm perſoluenda promiſsio.

Votum præproperũ non implendum.

Neque enim Deus exigit, ſi quis ex alieno aliquid vouerit, ſed potius vſurpare vetat alienum.

3 CYRIL. Alexand. tom. 1. In Ioan. lib. 9. Cap. 28. Quoniam quæ priſcis acciderunt, ad doctrinam noſtram ſcribuntur: hoc loco moneri nos arbitror, non oportere quidquam Deo à nobis promitti vt certum, quaſi nos Domini rerum eſſemus,

Vota ſint omninò matura, & diſcreta, earũ ſcilicet rerũ quæ ſunt in noſtra poteſtate.

partim quia quod poſſe à nobis fieri credimus, vires noſtras nonnũquàm excedit: partim quia non ſine arrogantiæ crimine hoc nos aut illud facturos dicimus. Illud enim in omnibus quæ agere volumus, dicendum eſt, quod diſcipulus Chriſti nos docuit: Si Dominus voluerit.

Iacob. 4.

Voluntas enim apparatuſq; animi nobis ad bene agendum ſemper ineſſe debet. Viam autẽ poteſtatemq; agendi, quam non habemus, temerariũ eſt nobis attribuere. Sic & Deo rerum omniũ gubernationem, vt decet, accõmodabimus: & tutius faciemus non vouentes, quàm ea vouentes, quæ reddere poteſtatis noſtræ non eſt.

4 A V-

4 AVGVST. tom. 4. lib. de Bono Viduitatis, Cap. 11. Quapropter non poſsū quidem dicere, à propoſito meliore lapſas, ſi nupſerint, fœminas, adulteria eſſe non cōiugia: ſed planè non dubitauerim dicere, lapſus & ruinas à caſtitate ſanctiore, quæ vouetur Deo, adulterijs eſſe peiores. Si em̄ (quod nullo modo dubitandum eſt) ad offenſionem Chriſti pertinet cùm membrum eius fidem non ſeruat marito, quantò grauius offenditur, cùm illi ipſi non ſeruatur fides in eo, quod exigit oblatum, qui nō exegerat offerendum? Cùm enim quiſque non reddidit, quod non imperio compulſus, ſed conſilio cōmonitus vouit, tantò magis fraudati voti auget iniquitatem, quantò minus habuit vouendi neceſsitatem. *Et mox.* Bonū ergò continentiæ vidualis luculentius decet, cùm pro illo vouendo & profitendo poſſunt cōtemnere fœminæ quod & libet & licet. Sed poſt voti profeſsionem perſeueranter frænādum & vincendū eſt quod libet, quia non licet.

Caſtitatis votum non ſeruās, peior eſt adultero.

5 GREGOR. Magnus, homil. 17. in Euang. in fine. Cùm laſciuientē quēpiā & lubricū videmus, admonendus eſt vt cōiugio frænare ſtudeat iniquitatem ſuā, quaten⁹ per hoc quod licet, diſcat ſuperare quod non licet. *Et mox.* Cùm monachū videmus, admonendus eſt vt reuerētiam habitus ſui in actu, in locutione, in cogitatione ſua ſemper circunſpiciat: vt ea quæ mūdi ſunt, perfectè deſerat: & quod oſtēdit humanis oculis habitu, hoc ante Dei oculos moribus prętendat.

Monachus ea ſernet quæ ſui ſtatus propria ſunt.

6 IDEM in Regiſtro, lib. 1. Epiſt. 33. ad Venantium. Ananias pecunias Deo vouerat, quas pôſt diabolica victus perſuaſione, ſubtraxit. Sed quia morte mulctatus eſt, ſcis. Si ergò ille mortis periculo dignus fuit, qui eos quos dederat nummos Deo abſtulit, conſidera quanto cum periculo in diuino iudicio dignus eris, qui non nummos, ſed temetipſum Deo Omnipotenti, cui te ſub monachali habitu deuoueras, ſubtraxiſti? Conſidera iudicium Dei quod mereatur qui ſemetipſum Deo vouit, continuoq; mūdi deſyderijs irretitus, mētitus eſt quod vouit.

Acto. 5.

Ingens peccatum ſi is qui ſe Deo vouerat, ſe ipſum ſubtrahat.

L 1 PHILO Iudæus, Lib. de ſacrificijs Abelis & Caini. Oportet eos qui boni aliquid faciunt, prouolare ante alios, & incunctanter amoliri impedimenta omnia. Eſt autē optimū opus ſummi illius primarijq; boni placatio ſine ceſſatione dilationeq;: ideò pręceptū extat: Si voueris votum, nō cunctaberis id reddere. Votum igitur eſt petitio boni alicuius à Deo: mandatum autem, vt voti cōpos coronā offerat Deo, nō ſibi, idque ſine mora, ſi fieri poteſt. In hac re, qui peccant, alij per beneficiorum obliuionem gratiarum actione ſe priuant, qua nihil precioſius: alij verò per nimiam arrogantiam ſeipſos authores bonorum ſuorum exiſtimant, non illum verum authorem rerum omnium. Tertij leuius peccant, quàm proximi, grauius tamen quàm primi: hi ſua bona referunt quidem ad authorem Deum, ſed aiūt ſe ſuo merito ea cōſequi: eſſe enim prudentes, fortes, temperantes, iuſtos, & omnino dignos cenſendos Diuina gratia. Horum ſingulis reſiſtit ſacra ſcriptura.

Eccleſ. 5.

Vota omnino reddēda.

2 TERTVL. Libro de Virginibus velādis, Cap. 3. Arbitrio permiſſa res erat, vt quæq; voluiſſet aut tegi, aut proſtitui, ſicut & nubere: quod & ipſum neq; cogitur, neque prohibetur. *Et mox.* O ſacrilegę manus quæ dicatum Deo habitum detrahere potuerunt. Quid peius aliquis perſecutor feciſſet, ſi hoc à virgine electum cognouiſſet?

Sacrilegi ſūt qui Deo dicatos, abſtrahunt.

3 ET Cap. 13. Et ſi à Deo confertur continentiæ virtus, quid gloriaris quaſi non acceperis?

Sap. 8.

1. Cor. 4.

4 ET Cap. 16. Adimple habitum mulieris. Vt ſtatum virginis ſerues, mentire aliquid ex ijs quæ intus ſunt, vt ſoli Deo exhibeas veritatem: quanquàm non mentiris nuptam. Nupſiſti enim Chriſto, illi tradidiſti carnem tuam, illi ſponſaſti maturitatem tuam. Incede ſecundùm ſponſi tui voluntatem. Chriſtus eſt qui & alienas ſponſas & maritatas velari iubet, vtique multô magis ſuas.

5 CYPRIANVS tract. De Habitu Virginum, *paulò pôſt initium.* Nunc nobis ad virgines ſermo eſt, quarum quò ſublimior gloria, maior & cura eſt. Flos eſt ille Eccleſiaſtici germinis, decus atque ornamentum gratiæ ſpiritalis, læta indoles, laudis & honoris opus integrum atque incorruptū, Dei imago reſpondens ad ſanctimoniā Dn̄i, illuſtrior portio gregis Chriſti. Gaudet per illas atque in illis largiter floret Eccleſiæ matris glorioſa fœcunditas. Quantòq; plus copioſa virginitas numero ſuo addidit, tantò gaudium matris augeſcit. Ad has loquimur, has hortamur affectione potius quam poteſtate, non quòd extremi, & minimi, & humilitatis noſtræ conſcij

Virginitatis laudes.

aliquid

aliquid ad cẽſuram licẽtiæ vindicemus, ſed quod ad ſolicitudinem magis cauti plus de diaboli inſeſtatione timeamus. Neque inanis cautio eſt & formido vana, quæ ad ſalutis viam conſulit, quæ Dominica & vitalia præcepta cuſtodit, vt quæ ſe Chriſto dicauerint, & à carnali concupiſcentia recedentes tam carne quàm mente ſe Deo deuouerint, opus ſuũ conſummẽt magno præmio deſtinatum, nec ornari iam aut placere cui quam niſi Domino ſuo ſtudeant, à quo & mercedem virginitatis expectant.

Qui virginitatẽ vouit, eam ſeruet.

6 ORIGEN. tom.2.tract.7.in Matthæ. Intelligentes Apoſtoli quãti ſint caſus inter coniuges, quos debet vir ſuſtinere: & propterea tenere quidem, interitum eſſe: dimittere autem, peccatum eſſe in Domino: reſponderunt ei quaſi ad rem facilem refugientes ad caſtitatem, & magis vtilem, & dixerunt: Ergò non oportet nubere ſi ita eſt cauſa viri cum muliere. Ad hæc autem Chriſtus reſpondit, dicens, gratiam eſſe donatam à Deo continẽtibus ſe omnino. Quę gratia non ſolùm per continentiam apprehenditur, ſed multis orationibus à Deo præſtatur. Hoc enim ſignificat, dicens, Non omnes capiunt hoc verbum, ſed quibus datũ eſt. *Et paulò pòſt.* Qui autem ſuſcipit verbũ viuum & efficax, & acutius ſuper omnem gladium bis acutum, & gladium ſpiritus, ſicut Apoſtolus, & præciderit concupiſcentiam ſuam, corpus ſuum non tangens: & hoc fecerit non incitatus propter timorem hominum, neque propter laudem humanam, ſed propter ſolam ſpem regni cœleſti, iſti ſunt qui eunuchizauerunt ſeipſos propter Regnum Dei. Magna ergò res eſt propter regnum Dei ſuſcipere eunuchizationem: quod non capiunt omnes, ſed quibus datum eſt. Datũ eſt autem omnibus qui huiuſmodi gladium petunt ſibi ex Deo.

Matth. 19.

Caſtitas à Deo donatur per preces noſtras.

Hebr. 4.
Epheſ. 6.

Vouentibus caſtitatem Deus gratiam donat vt eã ſeruẽt.

7 AMBROS. tom:1.lib. ad Virginẽ lapſam, Cap.4. Ingratus eſt pater ſuis viſceribus de quibus nata es: maledicit ſuo vtero mater ex quo in hanc lucem infideliter proceſsiſti. Nec tamen modum ſuo dolori reperiunt, niſi hoc ſolum planè vidẽtur habere ſolatium, quia te nec pater compulit, nec mater coëgit vt virginitatẽ profiterẽtis, quam vltrò & propria voluntate profeſſa es. Nã ſcio, cùm multas difficultates tibi tuus pater proponeret, cùm arduum eſſe iter ſeruandæ virginitatis ingereret, te non ſolùm pertinaciter perſtitiſſe, ſed & reuelationes dixiſti tibi datas terribiles. In quantum ſibi ergò ſperabant mercedem ex eo quòd non tuo propoſito reſtiterunt, in tantum tibi intellige miſera pondus iudicij creſcere, quia non ſeruaſti quod vltrô promiſsiſti. Quibus te ſpinis ſerpens ille nequiſsimus obligauit? Quibus te venenis infecit ille qui Euam decepit, vt tanta te cæcitate percuteret, tantam animę tuę faceret obliuionem?

Virginitatẽ vouens damnatur, ſi promiſsis non ſteterit.

8 ET Cap.5. Non es memorata diei ſanctæ Dominicæ Reſurrectionis, in quo Diuino altari te obtuliſti velandam? In tanto itaque ſolenni conuentu Eccleſiæ Dei, inter lumina illa ſplendida, inter candidatos Regni cœleſtis, quaſi Regina Regi nuptura proceſſeras. Non es memorata qualis allocutio facta eſt illa die ad te: Aſpice filia, & intuere, & obliuiſcete populum tuum, & domum patris tui, & concupiſcet Rex decôrem tuum, quia ipſe eſt Dominus Deus tuus. Reminiſcere ergò quantus ad ſponſi tui & Domini nuptias conuenerit populus. Seruare te oportuit fidem quam ſub tantis teſtibus pollicita es, ſemper cogitare cui virginitatem ſpoponderis: facilius te oportuit ſanguinem cum ſpiritu ſundere, quàm perdere caſtitatem tuam. His tunc in illo die conſecrationis tuæ dictis, & multis ſupra caſtitatem tuam præconijs, ſacro velamine tecta es, vbi omnis populus dotẽ tuã ſubſcribens, non atramento, ſed ſpiritu, pariter clamauit, Amen. Vincor lacrymis, cùm hæc recordor: compungor ſtimulis, cùm hæc exempla conſydero. Nam ſi inter decem teſtes cõfectis ſpõſalijs, nuptijs conſummatis, quæuis viro fœmina coniuncta mortali, nõ ſine magno periculo perpetrat adulterium: quid putes fore ſi inter innumerabiles teſtes Eccleſiæ, corã Angelis, exercitibus cœli facta copula ſpiritualis per adulterium ſoluitur? Neſcio an poſsit digna mors, an pœna cogitari. Dicit aliquis: Melius eſt nubere, quàm vri. Hoc dictum ad non pollicitam pertinet, ad nondum velatam. Cæterum quæ ſe ſpopondit Chriſto, & ſanctum velamen accepit: iam nupſit, iã immortali iuncta eſt viro. Et iã ſi voluerit nubere communi lege coniugij, adulreriũ perpetrat, ancilla mortis efficitur. Si hoc ita eſt, quid de illa dicendum eſt, quæ occulta & ſurtiua turpitudine conſtupratur, & fingit ſe eſſe quod non eſt? Habitu virgo, facto non virgo: Bis adultera, & in actu & in aſpectu.

Velatio & conſecratio virginum, quanta ſolẽnitate fieri ſolita.

Pſalm. 44.

Seruanda fides quã ſub tãtis teſtibus pollicemur.

Adulteriũ ſpirituale.

1. Cor. 7.

Melius eſt nubere, &c. ad quã virginem pertineat.

9 BASILI. Magnus, lib. De Vera

Nõ iã adulteræ quàm meſtæ virginitatẽ profeſſæ, ſtupri ſcelus honeſto coniugij nomine obtegere cupiũt.

Virginitate,col.32. Cùm virginitatem Dño profeſſæ ſint,carnali poſtmodùm voluptate malè blanda delinitæ ac deuictæ,ſtupri ſcelus honeſto coniugij nomine obtegere cupiunt.Non ignorãt huiuſmodi,quãuis ignorantiam ſimulent:quæ ſponſi dexteram & fœdera præuaricata ſit,eam nec illius vltra eſſe ſponſam,quem , nequitiæ dans manus, dereliquit:neque eius vxorem per vllas leges dici poſſe,cni ſe,deſerto ſponſo,libidine incitata coniunxir. Tunc enim legitimum conſtat eſſe connubium,& ſecũdùm diuina iura inſtitutũ, cùm non voluptatis affectus legis ſcita præceſſerit, ſed adiumẽti neceſſarij,proliſq; cauſa fuerit huiuſmodi facta cõiunctio. *Et paulò pòſt*. Non ſe fallat quæ à virginitatis curriculo ad carnis vitia deflexit.

Coniugium illis in peccatum reputabitur.

Coniugium quippe illi in peccatũ reputabitur:primùm quidem,quia peſsimum coniunctionis huius fundamentum voluptatẽ iecit, præuaricationiſq; malum:deinde, quia cauſa nõ eſſet libera:neq; eñ eſt mortuus vir eius,vt cui vult nubat, viuẽte immortali viro,meritò cenſetur adultera , quæ mortalẽ hominem,ob carnis vitia, Donũni thalamis intulit.

Adultera cenſetur.

Matth. 19.
Qui poteſt capere, capiat: quid ſignificet.

10 CHRYSOST. tom.2. in Matth. Cap.19.homil.63.Qui poteſt capere,capiat. Ita magis animat atq; incendit,vel quia magnitudinẽ virtutis oſtendit: vel quia inæſtimabili miſericordia ſua,noluit rem in neceſſitatem legis concludere.Et ad hæc poſsibile id eſſe monſtratur , vt eligendi cupiditas creſcere poſsit. Sed ſi electionis opus eſt id,inquies,quomodò incipiẽs ſtatim dixit, Non omnes capiunt,ſed quibus datum eſt? Vt ſingulare id eſſe tamen perdiſcas,non vt forte datam neceſsitatẽ ſuſpicêris.His enim datum eſt,qui ſponte id eligunt.Quod ideò dixit,vt oſtenderet ſuperiore vobis auxilio eſſe opus (quod quidem omnibus illud expetentibus paratum eſt) ſi volumus in hac luctatione ſuperiores euadere.Solitus quippe eſt quandocunq; res ardua proponitur, hoc vti modo dicendi:vt etiam quando dicebat , Vobis eſt datum noſſe myſteria regni cœlorum. Quod maximè ita eſſe , præſenti loco approbatur . Nam ſi ſupernæ ſolummodò donationis iſtud eſt , ac nihil penitus qni ſe in perpetua virginitate conſeruant, conferre videntur : ſuperflnè illis Regnum cœlorum pollicetur , nec meritò à cæteris ipſos eunuchis diſtinguit.

Quibus datum ſit hoc verbum.

Luc. 8.
Matth. 13.
Caſtitatis conſeruatio non eſt à ſolo Deo.

11 IDEM tom.5.epiſt.6.ad Theodorũ lapſum . Bonum quidem nuptias & ipſe confiteor.Honorabiles,inquit,nuptię, & cubile immaculatum : fornicatores autem & adulteros iudicabit Deus. Sed te iam ſeruare non conuenir priuilegia nuptiarum.Angelorum enim ſocietati ſemel iunctum , illã relinquere,& vxoris laqueis cõplicari, adulterij crimen incurrere eſt.Quãuis frequenter hoc ipſum nuptias voces, ego tamen & adulterio illud tanto peius aſſirmo, quanto maior ac melior mortalibns Angelus. Neq; vllus tibi forſan perſuaſerit , dicens : Nihil de non accipienda vxore Dominus præcepit.Nec me ignorare confiteor, quòd adulterium interdixir, non nuptias vetuit : verùm in te,adulterij nomen accipiet , ſi volueris vnquàm,quod abſit , nuptias cogitare,&c.Atq; vt illud repetam,quod in principio poſui epiſtolæ , ſi militiæ vincula non tenerẽt,quis tibi deſertionis crimen obijceret?Nunc autem nihil in te penitus tui iuris eſt,quippe qui tãto Imperatori militare cœpiſti.Nam ſi mulier proprij corporis nõ habet poteſtatem,ſed vir: multo magis hi qui Chriſto potius quam ſibi viuunt , conditionem corporis ſui habere non poſſunt.

Heb. 13.
Adulterij crimen.
Nuptiæ Monachorum adulterio peiores.
1. Corint. 7.

12 AVGVST. tomo.6.Lib. de Bono coniugali,Cap.21.Hunc habitnm circa continentiam quæ fit à concubitu , non habent illi quibus dicitur, Si ſe non continent, nubant.Hunc verò habẽt quibus dicitur, Qui poteſt capere capiat. Si vſi ſunt perfecti animi bonis terrenis ad aliud neceſſarijs,per hunc habitum continẽtiæ,quo eis non alligarentur,& quo poſſent eis etiam non vti ſi non opus eſſer. *Et poſt pauca*. Si non eſt impar meritum patientiæ in Petro qui paſſus eſt,& in Ioanne qui paſſus non eſt : ſic non eſt impar meritum continẽtiæ in Ioãne,qui nullas expertus eſt nuptias,& in Abraham qui filios generauit.Er illi⁹ enim cœlibatus, & illius connubium pro temporum diſtributione Chriſto militauerunt:ſed cõtinentiam Ioannes & in opere,Abraham verò in ſolo habitu habebat.

1. Corint. 7.
Matth. 19.
Virginitatis,& continentiæ coniugalis meritum.

13 IDEM tom.6.De Adulterinis coniugijs,lib.1.Cap.15.Illis qni ſe nõ continẽt, vtique expedit nubere:& quod licet, expedit.Quæ autem vouerint continẽtiam , nec licet,nec expedit.

Poſt votum, nec licet, nec expedit nubere.

14 ET Lib. 2. Cap . 19 . Non eos terreat ſarcina cõtinentiæ:leuis erit,ſi Chriſti erit: Chriſti erit, ſi fides aderit,quæ impetrat à iubente quod iuſſerit . Non eos frangat quòd videtur eorum continẽtia neceſsitatis eſſe,nõ voluntatis, quia & illi qui eam

Qui vouẽdo fecit neceſsitatis quod erat voluntatis,ſperet à Deo auxiliũ vt votũ impleat.

voluntate delegerunt, fecerunt eam eſſe neceſsitatis, quoniam vani ſine dãnatione ab illa deuiare nõ poſsũt. & qui ea neceſsitate contruſi ſunt, faciunt eam eſſe volũtatis, ſi non de ſeipſis, ſed de illo à quo eſt bonũ omne, confidunt. Illi ad eam cõſcenderunt cauſa maioris gloriæ, vt aliquid amplius inuenirent: iſti ad eam confugerunt cura ſalutis nouiſsimę, ne perirent. Vtriq; permaneant, vtriq; in quod peruenerunt, ambulent vſq; in finem, ferueant ſtudijs, ſupplicent votis: Quia & illis ſalus cogitanda eſt, vt ab eo quod voluntas arripuit, cadere timeant: & iſtis gloria deſperanda nõ eſt, ſi in eo quod neceſsitas intulit, perſiſtere diligant. Fieri enim poteſt, vt Deo terrente & hortante, cõuertente & implente, humanus in melius mutetur affectus: atq; ita voueant ſine coniugijs, & ſine vllo concubitu, atq; immunda libidinis attrectatione perſeuerãtiſsimè viuere: vt etiam ſi ſeparata coniugia, locũ ducendi alias moriendo apetuerint, claudatur ex voto, quod patêret ex licito: & quod erat neceſsitate cœptũ, fiat charitate perfectũ.

15 IDEM tom.6.lib. De Sancta virginitate, Cap.24. De quibus autem ſpadonibus loquitur Deus per Iſaiam prophetã, quibus ſe dicit daturũ in domo ſua, & in muro ſuo locum nominatum, meliorem multò quàm filiorum & filiarum: niſi de ijs qui ſeipſos caſtrant propter regnum cœlorum? Nam illi quibus ipſum virile membrum debilitatur, vt generare non poſsint, ſicut ſunt eunuchi diuitum & Regum, ſufficit vtiq; cùm Chriſtiani fiunt, & Dei præcepta cuſtodiunt, eo tamen propoſito ſunt, vt cõiuges, ſi poſsint, haberent, cæteris in domo Dei coniugatis fidelibus adæquari, qui prolẽ licitè pudicèq; ſuſceptam in Dei timore nutriũt, docentes filios ſuos, vt ponant in Deo ſpem ſuam, nõ autem accipere meliorem locum, quàm eſt filiorum atque filiarum. Neq; enim vxores, animi virtute, ſed carnis neceſsitate, non ducunt.

Iſai.56.
Eunuchi Euangelici.
Matth.19.
Pſalm.77.
Iſai.56.
Hortatur omnes ad ſeruandam caſtitatem quã vouerunt.

16 ET Cap.27. Pergite itaq; ſancti Dei, pueri, ac puellæ, mares ac fœminæ, cœlibes & innuptæ, pergite perſeueranter in finẽ. Laudate Dominum dulciùs, quem cogitatis vberiùs: ſperate feliciùs, cui ſeruitis inſtantiùs: amate ardẽtiùs, cui placetis attentiùs. Lumbis accinctis & lucernis ardentibus expectate Dñm quando veniat à nuptijs. Vos afferetis ad nuptias Agni cãticũ nouũ, quod cantabitis in citharis veſtris, id eſt, in cordibus dicatis laudibus.

Luc.12.
Apoc.14.

17 ET Cap.29. Vos ite poſt Agnũ virgines eius: Vos illuc ite poſt eum, quia propter hoc bonum vnum, quocunq; ierit ſequimini eum. Ad quodlibet enim aliud ſanctitatis donũ, quo eum ſequãtur, hortari poſſumus coniugatos, præter hoc quod irreparabiliter amiſerunt. Vos itaq; ſequimini eum tenendo perſeueranter, quod vouiſtis ardenter. Facite cùm poteſtis, ne virginitatis bonum à vobis pereat, cui facere nihil poteſtis vt redeat. Præſumite itaq;, fidite, roboramini, permanete qui vouetis & redditis Dño Deo veſtro vota perpetuę continentię, non propter præſens ſeculũ, ſed propter regnũ cœlorum.

Vota perſeueranter tenenda.

18 HIERON. tom.2.lib.1. contra Iouinianũ. Si nupſerit virgo, non peccauit. Nõ illa virgo quæ ſemet Dei cultui dedicauit: harum enim ſi qua nupſerit, habebit damnationem, quia primam fidẽ irritam fecit. Virgines enim quæ poſt conſecrationem nupſerint, non tam adulteræ ſunt, quàm inceſtæ.

1.Corint.7.
1.Timot.5.
Virgines ſacræ ſi nubant, dãnationẽ habẽt, non tã adulteræ, quam inceſtæ.

19 EPHREM Serm. de Virginitate, in initio. De virginitate & ſanctificatione animæ Paulus Apoſtolus, vt conſiliarius optimus, nos admonet omnes, virginitatiſq; gradum cunctis humanis meritis arbitratur excellere, ac ſuperiorem mũdo eſſe. Qui enim vxorem habet, inquit, hanc habet curam, quomodò placeat vxori. Qui verò in virginitate perdurat, hanc habet curam, quomodò placeat Domino. Cura illa ducit ad pœnam, hæc autem ducit ad vitam. Beatus qui ſolicitè curat placere Domino, corpuſque ſuum integrum immaculatumq; ſeruare, vt templum ſanctum & Immaculatum Chriſti regis noſtri eſſe mereatur. Templum Dei ſponte factus es homo. Tibi ergò ipſe die noctuq; vigilanter attende ne corrumpatur templum, quod pro arbitrio voluntatis tuæ condidiſti. Ipſe ſponte tua & voluntate propria Dei templum factus es, non vi coactus, ſed inductus arbitrij libertate. Nihil ergò dubites excelſi Dei effectum te eſſe domicilium.

1.Corint.7.
Qui virginitatem amplectuntur, laudantur.
1.Cor.3. & 6.

20 GREGO. Nyſſenus, De Virginitate, Cap.9. Quamobrem ijs qui in virginali ſtudio minus firmi ſunt, conducere hoc arbitramur, vt ad tutiſsimum aliquod præſidium confugiant, neq; ad huius vitæ conſuetudinẽ deſcendentes, cõtra ſe tẽtationes prouocent, neq; vt propter hos carnis affectus, illis ſe maximè rebus implicent, quæ ſummoperè mentis noſtræ repugnant rationi, periclitenturq; non de prędij finibus, nõ de pecu-

Virginitatẽ vouẽtes perſeuerẽt, etiã ſi ſeſe difficultas offerat.

pecuniarū iactura, non de vllis denique cæteris rebus quæ in hac vita expetūtur, Sed de ea ſpe quæ prælucet. *Et mox.* Sin autem laborioſa cōtra voluptates ac difficilis videtur pugna, fidenti animo quiſq; ſit, & forti. Non enim parū in eo conſuetudo valet, vt vel ijs qui ſe maximè difficiles oſtēdūt, voluptatem quandam, eamq; honeſtiſsimā, & maximè puram ex aliqua perſeuerantia pariat, cuius quidē voluptatis amore, is qui mēte præditus eſt, potius eſt detinēdus, quàm à rebus verè magnis, quæ'ue omnē mentē excedunt, alienandus ex dimiſsione quadam animi, quæ in rebus humilibus cernitur.

Euphemia pro virginitate quā vouerat, martyrium ſubiit.

21 ASTERIVS Epiſcopus Amaſeę, de Euphemia virgine. (*habetur in Conc. Nicen. 2. act. 4. & 6. tom. 3. Conciliorum.*) Mulier quædam Sancta, virgo ſyncera, Deo caſtitatem ſuam dedicauit. Euphemiam ipſam vocant. Cùm autē tyrannus aliquando pios homines ad mortem cogeret, ipſa mortis periculum alacriter ſubire cupijt. Ciues autem & ſacrificij ſodales, propter quod mortua eſt, veluti virilem & ſacram admirantes virginem, capſam exponentes, laudibus illam efferunt, feſtumq; annū cū ſumma & totius populi ſolennitate celebrant. Æditui autem diuina myſteria populo oſtendunt, & oratione memoriam illius celebrant, & quomodò certamen fortitudinis ſubierit, aduenientes docent. Pictor autem & ipſe pietatis ſtudioſus, vniuerſam hiſtoriam, quo potuit artificio, prope capſam in ſyndone effigians, ſacrum hoc ſpectaculum ibi dedicauit.

M

1 CYRIL. Alexand. tomo. 1. in Ioan. Lib. 9. Cap. 28. Vide ſuprà litera. K. authoritate. 3.

2 IDEM Lib. 11. in Leuiticū. Ne quis fortè cùm fructus ex areis, aut vinum ex torcularibus colligit, & dixerit: Volo tantùm afferre Eccleſiæ, vel in vſum pauperum aut peregrinorum tantùm præbere: ſi poſteà ex his quę vouet aliquid ad vſus proprios præſumat, iam non de ſuis fructibus præſumit, ſed ſancta Dei violat. Et ideò laqueus fortis eſt viro, ſanctificare aliquid, hoc eſt, vouere Deo, & poſtmodū pœnitentia ductum, ad vſus proprios ea quæ conſecrauerat, reuocare. Sed etſi nos ipſos conſecramus, aut offerimus Deo, aut etiāſi aliud vouemus, obſeruemus hūc laqueum, ne fortè poſteaquàm nos Deo vouimus, iterū humanis vſibus vel actibus ſubiugemur.

Vouēs Deo aliquid & non reddēs, laqueum ſibi parat.

3 AVGVST. tom. 1. Lib. 6. Confeſſionum, Cap. 11. Putabam me miſerum fore nimis, ſi fœminæ priuarer amplexibus, & medicinam miſericordiæ tuæ ad eandem infirmitatem ſanandam, non cogitabam: quia expertus non eram, & propriarum virium credebam eſſe continentiam, quarum mihi non eram conſcius, cùm tam ſtultus eſſem, vt neſcirem, ſicut ſcriptum eſt, Neminem poſſe eſſe continentem, niſi tu dederis. Vtique dares, ſi gemitu interno pulſarem aures tuas, & fide ſolida in te iactarem curam meam.

Sap. 8.

Donum continentiæ petentibus dat Deus.

4 ET Lib. 10. Cap. 29. Et tota ſpes mea, non niſi in magna valde miſericordia tua. Da quod iubes, & iube quod vis. Imperas nobis continentiam. Et cùm ſcirem, ait quidam, quia nemo poteſt eſſe continens, niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientiæ, ſcire cuius eſſet hoc donum. Per continentiam quippe colligimur & redigimur in vnum, à quo in multa defluximus. Minus enim te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. O amor qui ſemper ardes, & nunquàm extingueris. Charitas Deus meus, accende me. Iubes continentiam. Da quod iubes, & iube quod vis.

Sap. 8.

LECTIO VI.

DOCTOR.

AGE iam, cedo tertium ac poſtremum prioris tabulæ prę-ceptum.

ADOLESCENS.

Memento,[a] vt diem Sabbatthi ſanctifices.

a Exo. 20. Deut. 5. Hiere. 17.

DOCTOR.

Habes'ne aliquam eius explicationem?

ADOLESCENS.

Habeo. Deus hîc nobis ſeptimæ diei ſanctificationem commendat: primùm quidem vt [b] perpetuò meminerimus eum nobis eſſe Magiſtrum, ac Authorem ſanctitatis. Deinde [c] vt intelligamus ſupremam illam corporis & animæ quietē in cœlo non antè nos conſecuturos, quàm in omni virtutum ac pietatis genere diligenter ſit elaboratum à nobis, ſaluti noſtræ per Dei gratiam bonis operibus cumulandæ, occupatis. [d] Tertiò, vt ſciamus non ita nobis rebus ac negotijs humanis eſſe inſudandum, vt nihil ſuperſit temporis, quod diuinis ac cœleſtibus myſterijs meditandis, tùm à nobis, tùm ab ijs quibus imperamus, poſsit impendi.

b Exo.31. Ezech. 20. Leuit. 20. & 21. 2.Cor. 1. Hebra.2. & 10. 1.Petr. 1.
c Iſai.66. Hebr.4. Matt.11. 2.Thr.1. Apoc.14.
d Iſa.58. Deut.6. Luc.3. Act. 13.

DOCTOR.

Et non'ne de Deo ſemper eſt cogitatio ſuſcipienda?

ADOLESCENS.

Sanè. Diem tamen certum ille ſtatuit, tùm vt id paulò liberiore animo præſtemus, tùm quòd feſto die, cùm facilius omnes in vnum Chriſtiani homines per oppida cōueniant, multò præſtantiores illæ, ac ſæpe magis ſalutares preces videantur, [e] quæ vno in loco religioſè fiunt ab omnibus, multò etiam illuſtrior ac ſuauior verbi Dei prædicatio, & ſacramentorum adminiſtratio pacatior tunc eſſe ſoleat, quàm alijs diebus, quibus tamē quantum fieri poteſt, huic quoque rei tam neceſſariæ eſt diligenter incumbendum.

e 1.Cor.16. Act.13. Iuſt. Apolog.2. Tertul. apolog. c. 2. & 39. Baſil. ſer. in quoſdam locos ſcripturæ, & in pſal. 114. Hiſt. Tripar. lib.2. c. 9. & lib.9. c. 38.

DOCTOR.

Cur porrò nos, non diem Sabbathi, ſed Dominicum celebramus?

ADOLESCENS.

Sic ab Apoſtolis accepimus. Cùm enim magna ex parte Sabbathum eſſet non niſi vmbra quædam eius [f] quietis cuius ſpem nobis Chriſtus ſua Reſurrectione attulit, æquum fuit vt veritas quā tot annis figura portenderat, ei, luce iam Euangelij in orbe diffuſa, legitimè ſuccederet.

f Mar.vlt. Apocal.1. 1.Corint.16. Canon Apoſt.8. Clem. Mar. Tertul. apol.c.16. & de coro. mili. Hiſtor. Tripar. lib.1.c.9. Clem. Alex. li.7. Strō. Auguſt. q. ex vtroq. teſt.108. & 112. & epiſt.86. 119. & cōt. Adimā. c.16. Leo epiſt.81.

DOCTOR.

Cùm verò nõ niſi vnius diei quies nobis præcipiatur, vnde tot nobis toto anno dies feſti proponuntur?

ADOLESCENS.

Eos nobis vetus Eccleſia quondam indixit, [g] tùm vt ſacra Redemptionis noſtræ myſteria altius hominum animis hærerent, ſi quando dies feſtus eiuſmodi Chriſto aut Deo dicatus occurrat: tùm vt ad eorum vitam & pietatem imitandam vehementius accendamur, quorum dies feſtos anniuerſaria conſuetudine celebramus.

g *Igna. Epiſt. ad Phili. Eccleſ. hiſt. lib. 7. c. 19. Orig. in Matth. 1. Auguſt. epiſt. 118. & tract. 17. in Ioan. Euſeb. hiſt. Eccle. li. 10. cap. 14. Greg. Nazian orat. 43. & 44. Chryſo. orat. pro Philog. Aug. lib. 6. conf cap. 2. & Amb. homil. 61. Hiſt. Trip. lib. 9. cap. 38. Hilar. in prolog. pſal. Aug. in Ioan. tract. 120. & in præfa. epiſt. Ioan.*

DOCTOR.

An porrò, quæcunq; tandem ea ſint, opera feſtis diebus prohibentur?

ADOLESCENS.

Nequaquàm, ſed ea tãtùm quæ vocamus mechanica, & quæ lucri ſolùm & quæſtus gratia exercentur, [h] alioquin enim lege cuiuis licet, pijs ac ſtudioſis actionibus, quaſcunq; vel ratio temporis, vel perſonarũ neceſsitas obiecerit, occupari.

h *Iſai. 58. Matth. 11. Marc. 1. Luc. 6. & 13. Ioan. 5. & 9. 1. Cor. 16. Tertul. cont. Marcio. lib. 2. & apolog. c. 39. Concil. Agath. c. 47. et cano Apoſt. 10. Aug. in pſalm. 88. & de tempo ſer. 1. & 151.*

AVTHORIT. SCRIP.

EXOD. Cap. 20. Memento vt diẽ Sabbathi ſanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, ſeptimo autẽ die Sabbathũ Dñi Dei tui eſt, nõ facies omne opus in eo, tu et filius tuus, & filia tua, ſeruus tuus, & ancilla tua, iumentũ tuũ, & aduena qui eſt intra portas tuas. Sex. n. dieb⁹ B fecit Dñs cœlum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt, & requieuit in die ſeptimo, idcirco benedixit Dominus diei Sabbathi, & ſanctificauit eum.

DEVTE. Cap. 5. Obſerua diẽ Sabbathi, vt ſanctifices eũ, ſicut præcepit tibi Dñs Deus tuus. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimus dies Sabbathi eſt, id eſt, requies Dñi Dei tui. Nõ facies in eo quicquã operis, tu & filius tuus, & filia, ſeruus & ancilla, & bos, & aſinus, & omne iumentum tuũ, & peregrinus qui eſt intra portas tuas: vt requieſcat ſeruus tuus, & ancilla tua, ſicut et tu. Memento ꝙ & ipſe ſeruieris in Ægypto, & eduxerit te inde Dominus Deus tuus in manu forti, & brachio extento. Idcirco prçcepit tibi vt obſeruares diem Sabbathi.

HIERE. Cap. 17. Hæc dicit Dñs, Cuſtodite animas veſtras, & nolite portare põdera in die Sabbathi: nec inferatis per portas Hieruſalẽ. Et nolite eijcere onera de domibus veſtris in die Sabbathi, ſicut præcepi patribus veſtris.

EXO. Cap. 31. Videte vt Sabbathum meũ cuſtodiatis: quia ſignũ eſt inter me & vos in generationibus veſtris: vt ſciatis quia ego Dñs qui ſanctifico vos. Cuſtodite Sabbathũ meũ: ſanctũ eſt. n. vobis. Qui polluerit illud, morte morietur. Qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi ſui. Sex diebus facietis opus: in die ſeptimo Sabbathũ eſt, requies ſancta Dño. Oĩs qui fecerit opus in hac die, morieť. Cuſtodiãt filij Iſraẽl Sabbathũ, & celebrẽt illud in generationibus ſuis. Pactũ eſt ſempiternũ inter me, & filios Iſraẽl, ſignumq; perpetuũ. Sex enim diebus fecit Dñs cœlum & terrã & in ſeptimo ab opere ceſſauit.

EZECHIE. Cap. 20. Inſuper & Sabbatha mea dedi eis, vt eſſet ſignum

inter me & eos:& ſcirent,quia ego Dominus ſanctificans eos. *Et mox.* Sabbatha mea ſanctificate,vt ſint ſignum inter me & vos, & ſciatur, quia ego ſum Dominus Deus veſter.

LEVIT. Cap.20.Cuſtodite præcepta mea,& facite ea: Ego Dominus qui Sanctifico vos.

ET Cap.21.Sit ergò Sanctus, quia & ego ſanctus ſum Dominus, qui ſanctifico vos. ET. Ne commiſceat ſtirpem generis ſui vulgo gentis ſuæ:quia ego Dominus qui ſanctifico eum. ET.Intra velum non ingrediatur,nec accedat ad altare, qui maculam habet, & contaminare non debet ſanctuarium meum.Ego Dominus qui ſanctifico eos.

POSTER. ad Corinth. Cap.1. Qui autem confirmat nos vobiſcum in Chriſto, & qui vnxit nos, Deus:qui & ſignauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordib⁹ noſtris.

AD HEBR. Cap. 2. Decebat enim eum propter quem omnia,& per quem omnia,qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem ſalutis eorum, per paſsionē conſummare.Qui enim ſanctificat, & qui ſanctificantur,ex vno omnes.

ET Cap.10. In qua voluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel.

PRIOR. Petri,Cap.1.Propter quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ,ſobrij,perfectè ſperate in eam quæ offertur vobis gratiam,in reuelatione Ieſu Chriſti, quaſi filij obedientiæ,non configurati prioribus ignorantiæ veſtræ deſyderijs:ſed ſecūdùm eum qui vocauit vos, Sanctum, & ipſi in omni conuerſatione Sancti ſitis: quoniam ſcriptum eſt, Sancti eritis, quoniam ego Sanctus ſum.

C ISAI. Cap.66.Et erit menſis ex menſe,& Sabbathum ex Sabbatho.

AD HEBR. Cap. 4. Ingrediemur enim in requiem qui credidimus:quemadmodum dixit, Sicut iuraui in ira mea,ſi introibunt in requiem meam: & quidem operibus ab inſtitutione mundi perfectis. Dixit enim quodam loco de die ſeptima, ſic: Et requieuit Deus die ſeptima ab omnibus operib⁹ ſuis. Et in iſto rurſum, Si introibūt in requiem meam.Quoniam ergò ſupereſt introire quoſdā in illam, & ij quibus prioribus annunciatū eſt,non introibunt propter incredulitatem:iterum terminat diem quendam:Hodie,in Dauid, dicendo, poſt tantum temporis, ſicut iam ſuprà dictū eſt, Hodie ſi vocem eius audieritis,nolite obdurare corda veſtra.Nam ſi eis Ieſus requiem præſtitiſſet, nunquàm de alia loqueretur poſthàc die. Itaque relinquitur Sabbathiſmus populo Dei.Qui enim ingreſſus eſt in requiem eius: etiam ipſe requieuit ab operibus ſuis,ſicut à ſuis Deus. Feſtinemus ergò ingredi in illam requiem: vt ne in idipſum quis incidat incredulitatis exemplum.

MATTH. Cap. 11. Venite ad me omnes qui laboratis,& onerati eſtis,& ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos,& diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde:& inuenietis requiem animabus veſtris.Iugum enim meū ſuaue eſt,& onus meum leue.

POSTER. ad Theſſal.Cap. 1. Gratias agere debemus ſemper Deo pro vobis fratres,ita vt dignum eſt, quoniam ſupercreſcit fides veſtra, & abundat charitas vniuſcuiuſq; veſtrum in inuicem: ita vt & nos ipſi in nobis gloriemur in Eccleſijs Dei,pro patiētia veſtra & fide in omnibus perſecutionibus veſtris & tribulationibus quas ſuſtinetis in exemplum iuſti iudicij Dei,vt digni habeamini Regno Dei, pro quo & patimini. Si tamen iuſtum eſt apud Deum retribuere tribulationem ijs qui vos tribulant: & vobis qui tribulamini requiē nobiſcum in reuelatione Domini Ieſu de cœlos cum Angelis virtutis eius.

APOCALYP. Cap.14. Audiui vocem de cœlo dicētē mihi, Scribe,beati mortui qui in Domino moriuntur. Amodò iam dicit Spiritus vt requieſcāt à laboribus ſuis. Opera enim illorum ſequuntur illos.

D ISAI. Cap. 58. Cùm effuderis eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris:orietur in tenebris lux tua,& tenebre tuæ erūt ſicut meridies. Et requiem tibi dabit Dominus ſemper, & implebit ſplendoribus animam tuam, & oſſa tua liberabit. ET. Si auerteris à Sabbatho pedem tuum,facere voluntatem tuam in die Sancto meo,& vocaueris Sabbathum delicatum,& ſanctum Domini glorioſum, & glorificaueris eum dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris ſermonem: Tūc delectaberis ſuper Dño,& ſuſtollā te ſuper altitudines terræ,& cibabo te hæreditate Iacob patris tui. Os enim Domini locutum eſt.

DEVTERO. Cap.6. Erunt verba

hæc

hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo: & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque conſurgens.

LVC. Cap.3. Omnis arbor non faciēs fructum bonum, excidetur, & in ignē mittetur. Et interrogabant eum turbæ, dicentes, Quid ergo faciemus? Reſpondens autē, dicebat illis, Qui habet duas tunicas, det nō habenti, & qui habet eſcas, ſimiliter faciat. Venerunt autem & publicani vt baptizarentur, & dixerūt ad illum, Magiſter, quid faciemus? At ille dixit ad eos, Nihil amplius quàm quod conſtitutum eſt vobis, faciatis. Interrogabant autem eum & milites dicentes, Quid faciemus & nos? Et ait illis, Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: & contenti eſtote ſtipendijs veſtris. Exiſtimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus ſuis de Ioanne ne fortè ipſe eſſet Chriſtus, reſpondit Ioannes, dicens omnibus: Ego quidem aqua baptizo vos: veniet autem fortior me, cuius nō ſum dignus ſoluere corrigiam calceamentorum eius, ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igni, cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream ſuā, & congregabit triticū in horreum ſuum, paleas autem comburet igni inextinguibili.

ACTOR. Cap.13. Cùm impleret autem Ioannes curſum ſuum, dicebat, Quem me arbitramini eſſe? non ſum ego, Sed ecce venit poſt me, cuius non ſum dignus calceamenta pedum ſoluere.

E PRIOR. AD Corinth. Cap.16. De collectis autem quæ fiunt in ſanctos, ſicut ordinaui in Eccleſijs Galatiæ, ita & vos facite. Per vnam Sabbathi vnuſquiſq; veſtrum apud ſe ſeponat, recondens quod ei bene placuerit: vt non cùm venero, tunc collectæ fiant.

ACTOR. Cap.13. Ingreſsi ſynagogā die Sabbathorum, ſederūt. Poſt lectionem autem legis & Prophetarum, miſerūt Principes ſynagogæ ad eos, dicentes, Viri fratres, ſi quis eſt in vobis ſermo exhortationis ad plebem, dicite. *Et mox.* Qui enim habitant Hieruſalem, & principes eius, hunc ignorantes, & voces prophetarum quæ per omne Sabbathum leguntur, iudicantes impleuerunt.

F MARC. Cap.16. Surgens autem manè prima Sabatthi, apparuit primò Mariæ Magdalenæ de qua eiecerat ſeptem dæmonia.

APOCALYP. Cap.1. Fui in ſpiritu in Dominica die.

PRIO. Ad Corinth. Cap.16. vt ſuprà, litera E.

H ISAI. Cap.58. Nunquid iſtud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domino? Non'ne hoc eſt magis ieiunium quod elegi? Diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti ſunt, liberos, & omne onus diſrumpe. Frange eſuriēti panem tuum, & egenos vagoſq; induc in domum tuam. Cùm videris nudum operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. Vide ſup. lit. D.

MATTH. Cap. 12. In illo tempore abijt Ieſus per ſata Sabbatho: diſcipuli autem eius eſurientes cœperūt vellere ſpicas, & manducare. Phariſæi autem videntes, dixerunt ei, Ecce diſcipuli tui faciunt quod non licet eis facere Sabbathis. At ille dixit eis, Non legiſtis quid fecerit Dauid quādo eſuriuit, & qui cum eo erant? Quomodò intrauit in Domum Dei, & panes propoſitionis comedit, quos non licebat ei edere, neq; his qui cum eo erant, niſi ſolis ſacerdotibus? Aut non legiſtis in lege, quia Sabbathis ſacerdotes in templo Sabbathum violant, & ſine crimine ſunt? Dico autem vobis, quia templo maior eſt hic. Si autem ſciretis quid eſt, Miſericordiam volo, & non ſacrificium: nunquàm condemnaſſetis innocentes. Dominus enim eſt filius hominis etiam Sabbathi. Et cùm inde tranſiſſet, venit in ſynagogam eorum. Et ecce homo manum habens aridam, & interrogabant eum, dicentes, Si licet Sabbathis curare? Vt accuſarent eum. Ipſe autem dixit illis, Quis erit ex vobis homo, qui habeat ouem vnā, & ſi ceciderit hæc Sabbathis in foueam, no'ne tenebit, & leuabit eam? Quantò magis melior eſt homo oue? Itaque licet Sabbathis benefacere.

MARC. Cap.2. Et factum eſt iterū cùm Sabbathis ambularet per ſata, & diſcipuli eius cœperunt progredi & vellere ſpicas. Phariſæi autem dicebant ei, Ecce quid faciunt Sabbathis quod non licet? Et ait illis, Nunquàm legiſtis quid fecerit Dauid, quando neceſsitatem habuit & eſurijt ipſe & qui cum eo erant? Quomodò introiuit in domum Dei ſub Abiathar principe Sacerdotum, & panes propoſitionis manducauit quos non licebat manducare niſi ſacerdotibus, & dedit eis qui cū eo erāt? Et dicebat eis, Sabbatum propter hominem factū eſt,

& non homo propter Sabbathum. Itaque Dominus eſt filius hominis, etiam Sabbathi.

L V C. Cap. 6. Factum eſt autē in Sabbatho ſecundo primo, cùm tranſirent per ſata, vellebant Diſcipuli eius ſpicas, & manducabant confricantes manibus. Quidam autem Phariſæorum dicebant illis, Quid facitis quod non licet in Sabbathis? Et reſpōdens Ieſus ad eos, dixit, Nec hoc legiſtis quod fecit Dauid, cùm eſuriret ipſe & qui cum illo erant, quomodò intrauit in domū Dei, & panes propoſitionis aſſumpſit, & E manducauit, & dedit his qui cū ipſo erāt, quos non licebat manducare niſi tantùm ſacerdotibus? Et dicebat illis, quia Dominus eſt filius hominis, etiam Sabbathi. Factum eſt autē in alio Sabbatho, vt intraret in ſynagogam, & doceret. Et erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida. Obſeruabant autem ſcribæ & Phariſæi ſi in Sabbatho curaret, vt inuenirent vnde accuſarent eum. Ipſe verò ſciebat cogitationes eorum, & ait homini qui habebat manum aridam, ſurge, & ſta in medium. Et ſurgens ſtetit. Ait autem ad illos Ieſus, Interrogo vos, ſi licet Sabbathis benè facere, an malè: animam ſaluam facere, an perdere? Et circūſpectis omnibus dixit homini, Extende manum tuam: & extēdit, & reſtituta eſt manus eius.

E T Cap. 13. Erat autem docens in ſynagoga eorum Sabbathis. Et ecce mulier quę habebat ſpiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat inclinata, nec omnino poterat ſurſum reſpicere. Quam cùm videret Ieſus, vocauit eam ad ſe, & ait illi, Mulier dimiſſa es ab infirmitate tua, & impoſuit illi manus, & confeſtim erecta eſt, & glorificabat Deum. Reſpondens autem Archiſynagogus, indignās quia Sabbatho curaſſet Ieſus, dicebat turbæ: ſex dies ſunt in quibus oportet operari. In his ergò venite, & curamini: & nō in die Sabbathi. Reſpondens autē ad illum Dominus, dixit, Hypocritę, vnuſquiſq; veſtrū Sabbatho non ſoluit bouem ſuum, aut aſinum à præſepio, & ducit adaquare? Hanc autem filiam Abrahæ quā alligauit Sathanas, ecce, decem & octo annis, nō oportuit ſolui à vinculo iſto die Sabbathi?

I O A N. Cap. 5. Dicit ei Ieſus, tolle grabatum tuum & ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt ille, & ſuſtulit grabatum ſuum, & ambulabat. Erat autem Sabbathum in die illo. Dicebāt ergo Iudæi illi qui ſanatus fuerat, Sabbathum eſt, nō licet tibi tollere grabatum tuum. Reſpondit eis, Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuum & ambula.

E T Cap. 9. Erat autem Sabbathum quando lutum fecit Ieſus, & aperuit oculos eius.

P R I O R. Ad Corinth. Cap. 16. Vt ſuprà, litera. E.

AVTHORIT. PATR.

1 IVSTINVS Martyr, Apologia. 2. pro Chriſtianis, *Verſus finem.* Nos autem poſteà quàm ita abluimus, ex piauimuſq; eum qui credit & aſſenſus eſt, eum ad eos qui fratres dicuntur, ducimus in locum quo conuenerunt comprecandi cauſa contentis animis, & pro ſe, & pro eo qui illuſtratus eſt, omnibuſq; alijs qui vbique ſunt, vt & veritatis diſcipuli, & re ipſa bonæ ſanctæq; vitæ cultores, & pręceptorum cuſtodes poſsimus inueniri, vt æternam ſalutem adipiſcamur. *Et poſt pauca.* Die, qui Solis dicitur, omnes qui in oppidis vel agris morantur, vnum in locum conueniunt, cōmentariaq; Apoſtolorum, vel prophetarū ſcripta legunt quandiu hora patitur: deinde vbi is qui legit, deſtitit, is qui præeſt admonet, & hortatur, vt ea quæ lecta ſunt, bona imitemur: tum ſurgimus omnes, ac comprecamur, concluſiſq; noſtris precibus, panis, iam vt dixi, vinumq; & aqua offerūtur. *Et mox.* Die autem Solis omnes publicè cōuenimus, quòd is primus eſt dies, in quo Deus tenebras & materiam cùm mutaſſet, mundum effecit: & quòd eodem die Ieſus Chriſtus Conſeruator noſter à mortuis excitatus eſt.

Locus orationi deſignatus.

Die Dominico omnes Chriſtiani conueniunt ad orationē & concionem.

Dies Dominicus cur celebris.

2 T E R T V L. in Apologet. aduerſ. Gentes, Cap. 2. Plinius ſecundus cùm Prouinciam regeret, damnatis quibuſdam Chriſtianis, quibuſdam gradu pulſis, ipſa tamen multitudine perturbatus, quid de cætero ageret conſuluit tunc Traianum Imperatorem, allegans præter obſtinationem non ſacrificandi, nihil aliud ſe de ſacris eorum cōperiſſe, quàm cœtus antelucanos ad canendum & Chriſto, & Deo.

Ante lucem vna in loco ſit conuētus ad orandū.

3 E T Cap. 39. Vide ſup. Cap. 1. Lect. 13. lit. H. auth. 1.

4 B A S I L. Homil. In aliquot ſcripturæ locos, *Circa medium.* Hac de cauſa fit iſte conuentus, ac Patres noſtri has fideliū congregationes in templis ſtatuerunt, vt

In templis ſiunt congregationes fidelium.

quæ

quæ ſingulis diebus diſcere non valemus, ob eorum penuriam qui hæc doceant & ad moneant, ſingulis annis illa in communi ſolẽnitate ac celebritate conuenientes, accipiamus. Deinde ea tanquàm viaticum ad reliquum tempus cuſtodiamus, & velut in recenti memoria continuò reſonantia teneamus.

5 IDEM In Pſal. 114. *In initio.* Iam inde ab vſque nocte media, cùm hoc dicatum Martyribus templum ſubieritis, ipſorũ Martyrũ Deum, hymnidicis laudibus placabilem vobis reddentes ac propitium, interim tamen non deſtitiſtis ad hanc vſque diei horam noſtrũ operiri ad vos aduentũ. Quare vobis parata merces eſt, quòd honorem erga Martyres, cultũ item Dei, ſomno & quieti prætuleritis.

Ad templũ conueniũt ad orãdum & pſallendum.

6 HISTORIA Tripart. lib. 1. Cap. 9. Die verò qui Dominicus vocatur, quem Hebræi primum vocant, Græci autem Soli diſtribuunt, & qui ante ſeptimum eſt, ſanciuit (*Conſtantinus*) à iudicijs alijſq; cauſis vniuerſos habere vacationem, & in eo tantùm orationibus occupati.

Die Domini eo vacandũ orationibus juſſit Conſtantinus.

7 ET Lib. 9. Cap. 38. Ad Hebræos Apoſtolus dicit: Mutato ſacerdotio, neceſſariò legis mutatio fuit. Igitur nec Apoſtolus, nec Euangeliſta, accedentibus ad prædicationem, iugum ſeruitutis impoſuerunt, ſed feſtiuitatem Paſchæ, & alias celebritates honorandas eſſe dixerunt. Itaque quoniam amant homines huiuſmodi celebritates, eò quòd in eis à laboribus quieſcunt, ſinguli per prouincias ſicut voluerunt, memoriam ſalutaris Paſsionis antiquitus ex quadã conſuetudine celebrabant. Non enim hoc Saluator aut noſtri Apoſtoli lege prædicauerunt, nec pœnitentiam, aut ſupplicium, aut maledictum, ſicut lex Moſaica Iudæis, nobis Euangelia aut Apoſtoli ſunt minati, ſed ſolummodò in derogationem Iudæorum, quòd in feſtiuitatibus homicidiũ commiſerunt, in tempore azymorum Saluatorem paſſum in Euangelijs eſt relatum. Mens namq; fuit Apoſtolorum, nõ de diebus ſancire feſtiuitatem, ſed cõuerſationem rectã, & Dei prædicare culturam.

Heb. 7.

Dieb9 feſtis Deo vacandum.

F

1 CANON Apoſtolorum. 8. Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, Sanctum Paſchę diem ante vernale æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, abijciatur.

Paſcha quã do celebrandum.

2 CLEMENS Papa martyr, Conſt. Apoſt. lib. 7. Cap. 31. Die Reſurrectioni Domini dicato (Dominicum dicimus) conuenite aſsiduè, gratias agentes Deo.

Die Domini eo conueniẽdum ad gratias Deo agendas.

3 TERTVL. In Apologe. aduerſus gentes, Cap. 16. Æquè ſi diem Solis lætitiæ indulgemus, alia longè ratione quàm religione Solis ſecundo loco ab eis ſumus, qui diem Saturni ocio & victui decernũt exorbitantes & ipſi à Iudaico more, quem ignorant.

Cur diẽ Dominicum obſeruẽt Chriſtiani.

4 IDEM, Lib. de Corona militis. Cap. 3. Die Dominico ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare.

5 HISTORIA Tripar. Lib. 1. Cap. 9. Vt ſuprà, lit. E. auth. 6.

6 CLEMENS Alex. Lib. 7. Stromatum. Quid enim magnum ſi quis ſe contineat ab ijs quę non nouit? Is cùm executus ſit præceptum quod eſt ex Euangelio, facit illum diem Dominicum, quando malam abiecerit cogitationem, & acceperit eã quę eſt ex cognitione, eam quæ eſt in ipſo, Dñi glorificans Reſurrectionem.

Dominicus dies quomodo celebrandus.

7 AVGVST. tom. 4. Lib. quęſtionũ ex vtroq; Teſtamẽto, quęſt. 108. Inter principium ergo & claritatem qua illuminatus eſt mundus, Saluator noſter & Paſſus eſt, & Reſurrexit: quia quartadecima Luna paſſus eſt, primo die reſurrexit: qui iam Dominicus dicitur, quia ipſum Dominus fecit, qui multiplicatos menſes fecit, & tẽpora, & annos.

Dies Dominicus cur ſit dictus.

8 ET Quæſt. 112. In lege cautũ eſt, quin quagesimum habere numerum remiſsionẽ. Eſt enim per ſeptem ſeptimanas, primum typum habens Dominici diei: quia ſicut poſt ſeptem dies primus dies ipſe eſt qui initio factus eſt, qui ſemper finita ſeptimana dies primus eſt, ita poſt ſeptem ſeptimanas quinquageſimus numeratur. In myſterio primus eſt, qui duplici genere Dominicus dies appellatur. Primum, quia initio factus à Domino eſt, qui ſemper in ſe conuerſus per curricula, impleta ſeptimana, primus eſt. Deinde, quia in eo reſurrexit Dñs, triũphata morte, Dominicus etiã nuncupatur.

Duplici ratione dies Dominicus ſic nuncupatur.

9 IDEM tom. 2 Epiſt. 86. ad Caſulanũ. Præponitur ergò dies Dominicus Sabbatho, fide reſurrectionis, non conſuetudine refectionis. *Et iterum.* Nam propterea, ſicut Iudæi, Sabbathis non vacamus, etiamſi ad ſignificandam requiem, quæ illo die ſignificata eſt, (*Scilicet die Dominico*) Chriſtiana ſobrietate & frugalitate ſeruata, ieiunij vinculum relaxamus.

Dies Dominicus Sabbatho præponitur.

10 IDEM

10 IDEM Epiſtola.119.Ad Ianuarium, Cap.12. Inter omnia illa decem præcepta, ſolum ibi quod de Sabbatho poſitum eſt, figuratè obſeruandum præcipitur: quam figuram nos intelligendam, non etiam per otium corporale celebrandam ſuſcepimus. Cùm enim Sabbatho ſignificetur ſpiritualis requies, de qua dictum eſt in Pſalmo: Vacate, & videte, quoniam ego ſum Deus, quò vocantur homines ab ipſo Domino dicente: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. *Et mox.* Obſeruare tamen diem Sabbathi non ad literam iubemur ſecundùm otium ab opere corporali, ſicut obſeruant Iudæi: & ipſa eorum obſeruatio, quia ita præcepta eſt, niſi aliam quandam ſpiritualem requiem ſignificet, ridenda iudicatur. Vnde non inconuenienter intelligimus ad amorem excitandum, quo ad requiem tẽdimus, valere omnia quę figuratè in ſcripturis dicũtur. Quandoquidem non ſolùm in Decalogo figuratè præcipitur, vbi requies commendatur, quæ vbique amatur, ſed in ſolo Deo certa & ſancta inuenirur.

Præceptum de colendo Sabbatho, quomodò ad Chriſtianos pertineat.
Pſalm. 45.
Matth. 11.

11 ET Cap. 13. Dies tamen Dominicus non Iudæis, ſed Chriſtianis Reſurrectione Domini declaratus eſt, & ex illo habere cœpit feſtiuitatem ſuam. Animæ quippe omnium Sanctorum ante reſurrectionem corporis, ſunt quidem in quiete, ſed in ea non ſunt actione qua corpora recepta vegetantur. Talem quippe actionem ſignificat dies octauus, qui & primus: quia non aufert illam requiem, ſed glorificat. Non enim redit cum corpore difficultas ex corpore, quia nec corruptio: Oportet enim corruptibile hoc indui incorruptionem, & mortale hoc indui immortalitatẽ. Quapropter ante Reſurrectionem Domini, quãuis Sanctos Patres plenos Spiritu prophetico, octauæ ſacramentum nequaquàm latêret, quo ſignificatur reſurrectio: (nam & pro octaua Pſalmus inſcribitur: & octauo die circuncidebãtur infantes: & in Eccleſiaſte ad duorũ teſtamentorũ ſignificationem dicitur, Illis ſeptem, & illis octo reſeruatum eſt:) tamẽ illis eſt occultatum, & ſolum celebrandum Sabbathum traditum eſt, quia erat anteà requies mortuorũ. Reſurrectio autem nullius erar, donec veniret Chriſtus, qui reſurgẽs ex mortuis, iã non moreretur, & mors illi vltra non dominaretur. Sed poſtquàm facta eſt talis Reſurrectio in corpore Dominico, vt præiret in capite Eccleſiæ, quod corpus Eccleſiæ ſperaret in fine, iam etiam dies Dominicus, id eſt, octauus, qui & primus, inciperet celebrari, ipſa etiam cauſa intelligitur, cur obſeruandum Paſcha, vbi agnum occidere & comedere iubentur, quod manifeſtiſsimè paſsionem Domini præfigurat, non eis ita præceptum, vt attenderent occurrere Sabbathum, & cum menſe nouorum & tertiam Lunæ hebdomadam concurrere, vt eũdem quoq; diem Dominus potius ſua paſsione ſignaret, qui etiam Dominicum, id eſt, octauum, qui & primus eſt, declaraturus aduenerat.

Dies Dominicus in locum Sabbathi ſucceſsit apud Chriſtianos.
1. Cor. 15.
Cap. 11.
Rom. 6.

12 IDEM tom.6.lib, contra Adimantium Manichæi diſcipulum, Cap. 16. Nos quoque & Dominicum diem, & Paſcha ſolẽniter celebramus, & quaslibet alias Chriſtianas dierum feſtiuitates. Sed quia intelligimus quò pertineant, non tempora obſeruamus, ſed quæ illis ſignificantur temporibus.

Solẽnitates Chriſtianorum.

13 LEO Magnus Epiſt.81.Ad Dioſcorum, Cap.i. Dies Reſurrectionis Dominicę tantis Diuinarum diſpoſitionum myſterijs eſt conſecrata, vt quicquid eſt à Domino inſignius conſtitutum, in huius diei dignitate ſit geſtum. In hac mũdus ſumpſit exordium. In hac per Reſurrectionem Chriſti, & mors interitum, & vita accepit initium. In hac Apoſtoli à Domino prædicandi omnibus gentibus Euangelij tubam ſumunt, & inferendum vniuerſo mundo ſacramẽtum regenerationis accipiunt. In hac (ſicut B. Ioannes Euangeliſta teſtatur) congregatis in vnum diſcipulis, ianuis clauſis, cùm ad eos Dominus introiſſet, inſufflauit & dixit, Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorũ detinueritis, detenta erunt. In hac denique promiſſus à Domino Apoſtolis Spiritus ſanctus aduênit.

Dominicæ diei excellẽtia.
Geneſ. 1.
Marc. 16.
Matth. 28.
Ioan. 20.
Ioan. 14. et 16.

G

1 IGNATIVS In epiſtola ad Philippenſes. Dies feſtos nolite inhonorare.

Feſti dies honorandi.

2 HISTORIA Eccleſiaſtica Euſeb. li.7.Cap. 19.ex Dionyſij epiſt. Paſchali. Alijs fortaſsis hominibus nõ videatur tempus hoc, tempus eſſe ſolennitatis: quoniã quidem luctus vbiq; & acerba lamentatio in plateis cuncta circunſtrepit, gemitus verò ineſt & mugîtus in domib' propter multitudinem morientium. Sicut enim de

primo-

Exo.12. primogenitis quondam Ægyptiorum refertur, ita etiam nunc ingens vbique clamor attollitur. Non enim domus (ſicut ſcriptū eſt) in qua non ſit mortuus. Primò nanque ipſi manibus ſuis partem maximam & meliorē populi cęciderunt, perſequendo ſanctos: partem alteram bella inteſtina rapuerunt: partem verò quæ ſuperfuerat, peſtilens nunc ægritudo conſūmit. Sed nos neque in perſecutionibus cùm iugularemur, à feſtiuitate ceſſauimus, nec vnquàm nobis poteſt ſolennitas impediri: quibus præcipitur in tribulatione gaudere. Omnis igitur nobis locus quicunque à tyrannis eligebatur ad pœnā, ſiue ager ille, ſeu deſertum fuit, ſiue inſulæ, ſiue carcer, ſolennitatē nobis impedire nō potuit. Lętiſsimā verò ſuper omnes habuere ſolennitatem beati Martyres, qui cū ſanctis Angelis in cœlo Paſcha curarunt.

Solennitas feſtorū dierum nūquā impediēda.

3 ORIG. tom.2. In diuerſos, homil.3. quæ eſt in Cap.2. Matth. Paruuli ad memoriam æternæ laudis à beato Euangeliſta in ſancto Euangelio conſcribuntur, horum & memoria ſemper, vt dignum eſt in Eccleſijs celebratur ſecundùm integrum ordinē Sanctorum, vt primorum martyrum pro Domino occiſorum, & vt ipſa Bethleem primitias Domino martyrū, in qua natus eſt ipſe Saluator, obtuliſſe videatur. *Et mox.* Benè ergò & ſecundùm voluntatem Dei eorum memoriam Sancti patres celebrari mandauerunt ſempiternā in Eccleſijs, vel vt pro Domino morientium, vel vt pro Iudæis & gentibus credituris, vel etiam pro ipſis parentibus, quorum parentes præ nimio dolore (vt diximus) percutiebantur, vt eis interceſsio filiorum apud Deum plurimū profuiſſet.

Feſtum Sāctorum Innocentiū Sācti Patres celebrari inſerunt.

4 AVGVST. tom.2. Epiſt.118. ad Ianuatium, Cap.1. Vide ſup. Cap.1. Lect.13. litera. L. auth.8.

5 IDEM tom.9. In Ioannem, tract. 17. ad fi. At vbi impleta ſunt omnia opera eius, ſexta Sabbathi inclinato capite tradidit ſpiritū, & in ſepulcro, Sabbatho requieuit ab omnibus operibus ſuis. Ergò tanquàm diceret Iudæis, Quid expectatis, vt nō operer Sabbatho? Sabbathi dies ad ſignificationē meam vobis præceptus eſt.

Sabbathum datum ad ſignificandū Chriſtum.

6 EVSEB. Eccleſiaſticæ Hiſt. lib.10. Cap.14. Tempore quo apud Alexandriam Petri martyris diem Alexander Epiſcopus agebat, cùm poſt expleta ſolennia conuenturos ad conuiuium ſuum clericos expectaret in loco mari vicino, videt eminùs puerorum ſupra oram maris ludum imitantium (vt fieri ſolet) Epiſcopum, atq; ea quæ in Eccleſijs geri mos eſt.

Dies Martyris celebris.

7 GREGOR. Nazian. Oratione. 43. in Nouam Dominicam. De Encænijs honorandis, lex Vetus eſt, eaque præclarè conſtituta, vel potius de rebus nouis per Encænia honore cōplectendis, idque non ſemel, verùm ſæpius, nimirùm qualibet anni conuerſione eundem diem aduehente: ne aliôqui res pulchræ progreſſu temporis euaneſcant, atque obliuionis gurgite obſcuratæ dilabantur.

Encania honorificè celebranda.

8 IDEM, Oratione. 44. in Sanctam Pentecoſten. De hoc feſto pauca diſſeramus, vt ſpirituali modo feſtum diem agitemus. Alius nanq; alia feſti celebrandi ratione oblectatur: at cultor Verbi ſermone gaudet, eòq; præſertim qui tempori maximè congruit. Nec quicquam elegantem & honeſtum hominem perinde delectat, vt feſti amantem ſpiritualis feſtorum celebratio. Quod vt perſpicuum fiat, ita rem conſideremus. Feſtos dies Iudæus etiam agit, verùm iuxta literam: legem enim corpoream conſectans, ad ſpiritualem legem non peruenit. Feſtos quoq; dies Gentilis agit, verùm iuxta corpus, deoſq; ſuos & dæmones: quorum alij obſcœnarum rerum effectores atq; architecti ſunt, quemadmodum ipſimet aſſerunt: alij ex obſcenis rebus honorem conſecuti ſunt. Ac proinde fœda quoque & obſcæna eſt eorum celebrandi ratio: vt hoc ipſum quod peccant, in Dei honorem cedat, ad quem vitium, quaſi res quædam honeſta & prædicanda, confugit. Feriamur ipſi quoque, verùm vt ſpiritui gratum eſt. Gratum eſt porrò eam à nobis feriandi rationem iniri, vt eorum quæ in rem ſunt, vel aliquid dicamus, vel agamus. Nec feriari noſtrū quicquam eſt aliud, quàm animæ theſaurum aliquem earum rerum condere, quæ firmæ ſunt ac ſtabiles, & manibus tenentur, non autem ſuffugiunt & dilabuntur: leuitero duntaxat ſenſum demulcent: magna autē ex parte (meo quidem iudicio) labefactant, noxamq; inferunt.

Feſti dies celebrandi: et quomodò.

9 CHRYSOS. tom.3. Oratione, De Beato Philogonio, *circa med.* Appetit feſtū omniū feſtorū maximè venerandū, adorandūq;: quod ſi quis appellet omniū feſtorum Metropolim, haud quaquàm aberret. Quod autem hoc eſt? Chriſti iuxta carnem Natiuitas. Ab hoc enim illuſtratio Dei, feſtum videlicet Epiphaniorum, ac ſacrum Paſcha, Aſcen-

Feſtum Natiuitatis Chriſti, Epiphania, Reſurrectionis, Aſcenſionis, et Pētecoſtes.

Aſcenſio,& Pentecoſte,originem ac fundamentum ducunt.

10 AVGVST. tom. 1. Confeſsionũ, Lib.6 Cap.2. Et ſi multæ eſſent quę illo modo videbantur honorandæ memoriæ defunctorum.

Memoria defunctorum honoranda.

11 AMBROS. tom.3. Serm.61. Scire debet ſanctitas veſtra,fratres, hanc ſanctam Pentecoſtes diem qua ratione ruremus, vel cur iſtorum quinquaginta dierum numero, ſit nobis iugis & continua feſtiuitas, ita vt hoc omni tempore,neque ad obſeruandum indicamus ieiunia, neque ad exorandum Deum genibus ſuccidamus,ſed ſicut Dominica ſolemus facere, erecti & feriati Reſurrectionem Domini celebramus. Dominica enim nobis omnino venerabilis eſt atque ſoleunis,quia in ea Saluator velut Sol oriẽs diſcuſsis infernorum tenebris, luce Reſurrectionis emicuit:ac propterea ipſa dies ab hominibus ſeculi,dies Solis vocatur, quòd ortus eam Sol iuſtitiæ Chriſtus illuminet. Inſtar ergò Dominicæ tota quinquaginta dierum curricula celebrantur,& omnes iſti dies velut Dominici ſupputantur. Reſurrectio enim Dominica eſt. Nam in Dominica reſurgẽs Saluator reuerſus ad homines eſt, & poſt Reſurrectionẽ tota quinquageſima cum hominibus commoratus eſt. Æqualis ergò eorum neceſſarium vt eſſet feſtiuitas, quorum æqualis eſſet & ſic quantitas.

Feſtum Pentecoſtes cur celebretur.

12 HISTORIA Tripart. Lib.9. Cap. 38. Vt ſup. lit. E. auth.6.

13 HILARIVS, In Prologo Pſalmorum. Et hæc quidem Sabbatha Sabbathorum, ea ab Apoſtolis religione celebrata ſunt, vt his quinquageſimæ diebus nullus neque in terram ſtrato corpore adoraret,ne que ieiunio feſtiuitatẽ ſpiritualis huius beatitudinis impediret. Quod & ipſum extrinſecus etiam in diebus Dominicis eſt conſtitutum,qui vltra Sabbathi numerum per plenitudinem Euangelicæ prædicationis accedunt. Nanque cùm in ſeptimo die Sabbathi ſit & nomen & obſeruantia conſtituta: tamen nos in octaua die, quæ & ipſa prima eſt, perfecti Sabbathi feſtiuitate lætamur.

Dies Pentecoſtes et Dominici quomodo celebrandi.

14 AVGVST. tom.9. In Ioan. tractat. 120. Vna Sabbathi eſt, quem iam diẽ Dominicum propter Domini Reſurrectionem mos Chriſtianus appellat, quem Matthæus ſolus in Euangeliſtis,primã Sabbathi nominauit.

Dies Dominicus.

15 IDEM tom.9. In præfatione epiſt. Ioann. Meminit ſanctitas veſtra Euãgelium ſecundùm Ioannem ex ordine lectionum nos ſolere tractare. Sed quia nunc interpoſita eſt ſolennitas Sanctorum dierum,quibus certas ex Euãgelio lectiones oportet in Eccleſia recitari,quæ ita ſunt annuæ, vt aliæ eſſe non poſsint,ordo ille quem ſuſceperamus, neceſsitate paululum intermiſſus eſt, non omiſſus.

In feſtis lectio ſcripturarum.

H 1 TERTVL. Lib.2. aduerſus Marcionem. Cap.21. Sic & in cæteris contrarietatem præceptorum ei exprobras, vt nobili,& inſtabili,prohibenris Sabbathis operari, & iubentis arcam circũferri per dies octo,id eſt,etiam Sabbatho,in expugnatione ciuitatis Hierico. Nec Sabbathi enim inſpicis legem,opera humana,nõ Diuina prohibentem. Siquidẽ,ſex(inquit) diebus operare,& facies omnia opera tua: ſeptima autem die Sabbathiza Domino Deo tuo, non facies in eo omne opus. Quodẽ vtique tuum. Conſequens enim eſt vt ea opera Sabbatho auferret, quæ ſex diebus ſuprà indixerat, tua ſcilicet, id eſt, humana & quotidiana. Arcam verò circũferre, neque quotidianũ opus videri poteſt,neque humanum; ſed & rarum,& ſacroſanctũ, & ex ipſo tunc Dei præcepto, vtique Diuinum. Quod & ipſe quid ſignificaret ediſſererem, niſi longum eſſet figuras argumentorum omnium Creatoris expandere, quas forſitã nec admittis. Sed plus eſt ſi de abſolutis reuincamini, ſimplicitate veritatis,non curioſitate: ſicut & nunc certa diſtinctio eſt Sabbathi,humana non Diuina opera prohibentis.

In Sabbatho qua liceat,quæ illicita. *Exod. 20.* *Ioſue. 6.* *Exo.10.* *Ioſue.6.*

2 IDEM In Apologetico, Cap.39. Vide ſup. lit. E. auth.3.

3 CONCIL. Agathenſe, tomo. 1. Canon. 47. Miſſas die Dominico ſecularibus totas tenere ſpeciali ordine præcipimus, ita vt aute benedictionẽ ſacerdotis egredi populus non præſumat. Qui ſi fecerint,ab Epiſcopo publicè confundantur.

Miſſam die Dominico audiendã.

4 CANON Apoſtolorum.10. Omnes fideles qui ingrediuntur Eccleſiam,& ſcripturas audiunt,non autẽ perſeuerant in oratione,nec ſanctã cõmunionem percipiunt, velut inquietudines Eccleſiæ commouẽtes, conuenit communione priuari.

In Eccleſia lectiones audiendæ & cõmunio percipienda.

5 AVGVS. tom.8. in Pſal.88. in fi. Natalitia Sanctorũ cum ſobrietate celebrate, vt imitemur eos qui præceſſerunt, & gaudeant de vobis qui orant pro vobis, vt benedictio Domini in æternum maneat ſuper vos. Fiat,fiat.

Natalitia Sanctorum celebranda.

6 IDEM

In feſtis quod fugiendum.

6 IDEM tom.10.ſerm.1.de tēpore. Quotieſcunq; aut natalē Domini, aut reliquas ſolēnitates celebrare diſponitis, ebrietatē anteomnia fugite, iracundiæ quaſi beſtiæ crudeliſsimæ repugnate, odium velut venenum mortiferum de corde veſtro repellite: & tanta ſit in vobis charitas quæ non ſolùm vſque ad amicos, ſed etiam vſque ad ipſos perueniat inimicos, vt ſecurè poſsitis dicere in oratione Dominica: Dimitte nobis debita noſtra, &c. *Matth. 6.*

Cur feſti dies inſtituti.

7 ET Sermo.251 Sciendum eſt fratres chariſsimi, quòd ideò à Sanctis Patribus noſtris conſtitutum eſt Chriſtianis & mādatum, vt in ſolennitatibus Sanctorum, & maximè in Dominicis diebus, otium haberent, & à terreno negotio vacarent, vt paratiores & promptiores eſſent ad Diuinum cultum, cùm non haberent quod eos inde retardaret incommodum, relinquerentq; eo tempore terrenam ſolicitudinem, quò facilius poſſent Dei intendere voluntatem. *Pſal.45.* Inde ipſe Dn̄s per Prophetā dicit, Vacate, & videte quoniam ego ſum Deus. At hi qui diuerſis curis ac negotijs implicati, hāc ſententiam Dei ſpernunt, & Diuinæ contemplationi vacare nolunt, timeo quòd in futuro iudicio, illis ianuā Domini pulſantibus atque aperiri poſcentibus, Dominus reſpōdeat, *Luc. 13.* Amen dico vobis, neſcio vos. Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Et qui modò Deum quærere negligunt, ab ipſo tunc reſpuantur. Idcirco fratres mei non ſit vobis moleſtum, in Dominicis diebus & in natalitijs Sanctorū Diuino ſtudere cultui. Dominicū ergò diem Apoſtoli & Apoſtolici viri ideò religioſa ſolēnitate habendum ſanxerunt, quia in eodem Redēptor noſter à mortuis reſurrexit. *Dominici dies ſolēnitas.* Quiq; ideò Dominicus appellatur, vt in eo à terrenis operibus vel mundi illecebris abſtinentes, tātùm Diuinis cultibus ſeruiamus, dantes ſcilicet diei huic honorē & reuerentiam, propter ſpem reſurrectionis noſtræ, quam habemus in illo. Nam ſicut ipſe Dn̄s Ieſus Chriſtus & Saluator reſurrexit à mortuis, ita & nos reſurrecturos in nouiſsimo die ſperamus. Apparet autē hunc etiam in ſcripturis ſanctis eſſe ſolennem. Ipſe enim eſt primus dies ſeculi; in ipſo formata ſunt elemēta mūdi, *Geneſ. 1.* in ipſo creati ſunt Angeli: in ipſo quoq; à mortuis reſurrexit Chriſtus, in ipſo de cœlis Spiritus ſanctus ſuper Apoſtolos deſcendit, *Act. 1.* Manna in eremo primùm de cœlo datum eſt. *Exod. 16.* His enim ſpeciebus ac talibus indicijs, Dominica dies extat inſignis. Ac ideò ſancti Doctores Eccleſiæ decreuerunt omnem gloriā Iudaici Sabbathiſmi in illā transferre, vt quod ipſi in figura, nos celebraremus in veritate: quia tunc erit requies noſtra vera, quando reſurrectio fuerit perpetrata, & remuneratio in anima & corpore ſimul perfecta. Obſeruemus ergò diem Dn̄icam fratres, & ſanctificemus illam, ſicut antiquitus præceptū eſt de Sabbatho, dicente legislatore, *Leuit. 23.* A veſpera vſq; ad veſperam celebrabitis Sabbatha veſtra. Videamus ne otiū noſtrū vanū ſit, ſed à veſpera diei Sabbathi vſq; in veſperā diei Dominici ſequeſtrati à rurali opere, & ab omni negotio, ſoli Diuino cultui vacemus. *Feſta quomodo celebranda & à quibus ceſſandum.* Sic quoq; ſanctificamus ritè Sabbathum Dn̄i, dicente Dn̄o, Opus nō facietis in eo. Veniat ergò, cuicūq; poſsibile ſit, ad veſpertinā atq; nocturnā celebrationē, & oret ibi in conuentu Eccleſiæ pro peccatis ſuis Deum. Qui verò hoc non poſsit, ſaltem in domo ſua oret, & non negligat Deo ſoluere votum ac reddere penſum ſeruitutis. In die verò nullus ſe à ſacra Miſſarum celebratione ſeparet, neque otioſus quis domi remaneat, cæteris ad Eccleſiam pergentibus: neque in venatione ſe occupet, & diabolico mancipetur officio circunuagando campos & ſyluas, clamorem & cachinnum ore exaltans, non gemitum nec orationis verba ex intimo pectore ad Deum proferens.

LECTIO VII.

DOCTOR.

VENTVM eſt iam ad poſterioris tabulæ præcepta, quæ rectam cum proximis viuendi normam præſcribunt. Quod nam eſt omnium primum?

S[illegible]ADO.

ADOLESCENS.

Honora [a] *patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi.*

a *Exo.20. Leuit.19. Prouer.23. Eccleſiaſtici.3. Coloſ.3.*

DOCTOR.

Quem his verbis ſenſum voluit exprimere Legiſlator?

ADOLESCENS.

Iubet inprimis vt ijs vehementer afficiamur, eoſq́; beneuolentia atq; honore cumulatè proſequamur, quibus multò plura quàm cæteris omnibus debemus, id eſt, Parentibus, [b] ſine quorum ope, neque in lucem hanc vnquàm aliquãdo veniſſemus: [c] & eorum prætereà beneficentia ac labore diligenter ſumus educati.

b *Eccleſiaſtici.7. Tob.4. Matt.15. Mar.7. Epheſ.6.*

c *Exod.13. Deut.11.&.31. Eccleſiaſtici.3. 1.Timoth.5.*

DOCTOR.

Nullos'ne alios patris ac matris nomine intelligis, quã qui nos in hunc mundum produxerunt?

ADOLESCENS.

Omnes huc etiam reuoco, quicunq; tandem illi ſint, Magiſtratus (ſiue rebus illi tantùm humanis, ſiue etiam Diuinis imperent) [d] quibus ex animo, & ſponte parendum eſt. [e] Sed & ijs qui vſu rerum ac ætate nos antecellunt, ſuus quoque honor eſt tribuendus.

d *Deut.17. Exod.22. Prou.14. 16.17.&.24. Baruc.2. Matth.17.&.23. Act.10.&.20. Luc.10. Roma.13. 1.Petr.2. Tit.3. Iuſti.apolo.1.&.2. Tertul.apolo.c.30.31.32.&.33. & ad Scapul. Auguſ.epiſt.165. & contr.Maxi.lib.3.c.1. Chryſoſt.in.13.ad Rom. & Hiero. ad Tit.3.*

e *Leuit.19. Prouer.16.*

DOCTOR.

Quid honoris nomine intelligis, quem cenſes ijs potiſsimùm deberi qui nos genuerunt, ac deinde cæteris in ſuo quoque ordine?

ADOLESCENS.

Non ſolùm [f] vt ne quid illis moleſtiæ inferamus, aut eos iuſto honore ac beneuolentia fraudemus, [g] ſed etiã vt illos, ſi quando res ita incidet, opera noſtra, & induſtria, atque adeò opibus ſubleuemus.

f *Exod.21. Leuit.20. Ezech.22.*

g *Deut.15. 3.Reg.2. 1.Tim.5. Aug.cont.Adiman.c.6. & ſuper Exod.lib.2.q.6. & tract.19.in Ioan. Chryſoſ. in epiſt. ad Epheſ. c.6. & ad Coloſ.cap.4.*

DOCTOR.

Et eam, quã video huic adiectam eſſe præcepto, promiſsionem, quo ſenſu explicas?

ADO-

ADOLESCENS.

Vt hæc longæua vita, non ſolùm ea ſit quæ bonorum ac malorum ſæpe ſolet eſſe communis, [h] ſed qua maximè in cœlo perpetuò beati homines perfruuntur. [i] Et in eos tamen qui Legis hanc tàm liberalem authoritatem violarint, ſupplicia extrema ſunt alibi conſtituta.

h *Epheſ.6. Matth.5. Pſal.141. Auguſt. vbi ſup.*
i *Exo.11. Ezech.22. Prouer.1. Deut.17. Roman 1.*

AVTHORIT. SCRIP.

A EXOD. Cap.20. Vt in textu.

LEVIT. Cap. 19. Vnuſquiſq; patrem ſuum, & matrem ſuam timeat.

PROVER. Cap.23. Audi patrē tuū qui genuit te, & ne contemnas cùm ſenuerit mater tua. *Et mox*. Gaudeat patet tuus & mater tua, & exultet quæ genuir te.

ECCLESIATICI Cap:3. Filij Sapientiæ, Eccleſia iuſtorum: & natio illorum obedientia & dilectio. Iudicium patris audite filij, & ſic facite, vt ſalui ſitis. Deus enim honorauit patrem in filijs: & iudiciū matris exquirens, firmauit in filios. Et ſicut qui theſaurizat, ita & qui honorificat matrem ſuam. Qui honorat patrem ſuum, iucundabitur in filijs, & in die orationis ſuæ exaudietur. Qui honorat patrem ſuum, vita viuet longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem. Qui timet Dominum, honorat parentes, & quaſi Dominis ſeruiet his qui ſe genuerunt. In opere & ſermone & omni patientia honora patrem tuum, vt ſuperueniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in nouiſsimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamēta. Ne glorieris in contumelia patris tui: nō enim eſt tibi gloria, ſed confuſio. Gloria enim hominis ex honore patris tui, & dedecus filij pater ſine honore. Fili ſuſcipe ſenectā patris tui, & non contriſtes eum in vita illius: & ſi defecerit ſenſu, veniam da, & ne ſpernas eū in virtute tua: eleemoſyna enim patris non erit in obliuione. Nam pro peccato matris reſtituetur tibi bonum, & in iuſtitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui: & ſicut in ſereno glacies, ſoluentur peccata tua. Quàm malæ famæ eſt qui derelinquit patrem, & eſt maledictus à Deo qui exaſperat matrē.

AD COLOS. Cap.3. Filij obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum eſt in Domino.

B ECCLESIASTICI Cap.7. Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris. Memento quoniam niſi per illos, natus non fuiſſes: & retribue illis, quomodò & illi tibi.

TOBIÆ Cap.4. Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius. Memor enim eſſe debes quæ & quanta pericula paſſa ſit propter te in vtero ſuo.

MATT. Cap.15. Ipſe autem reſpondens ait illis, Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionē veſtrā? Nam Deus dixit, Honora patrem & matrē: & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autē dicitis, Quicūq; dixerit patri vel matri, Munus quodcunq; eſt ex me, tibi proderit, & nō honorificabit patrē ſuū aut matrē ſuā: & irritū feciſtis mandatū Dei propter traditionem veſtram.

MARCI Cap.7. Et dicebat illis, Benè irritum feciſtis præceptum Dei, vt traditionem veſtram ſeruetis. Moyſes enim dixit, Honora patrem tuum & matrem tuam: &, Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis, Si dixerit homo patri aut matri, Corban (quod eſt donum) quodcunq; ex me, tibi profuerit: & vltra non dimittitis eum quicquàm facere patri ſuo aut matri, reſcindentes verbum Dei per traditionem veſtram quam tradidiſtis.

AD EPHES. Cap. 6. Filij obedite parentibus veſtris in Domino. Hoc enim iuſtum eſt. Honora patrem tuū & matrem tuam (quod eſt mandatum primum in promiſsione) vt benè ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram.

C EXOD. Cap.13. Narrabiſq; filio tuo in die illo dicens, Hoc eſt quod fecit mihi Dn̄s quando egreſſus ſum de Ægypto. *Et iterum*. Cùmq; interrogauerit te filius tuus cras dicens, Quid eſt hoc? reſpōdebis ei, In

manu forti eduxit nos Dñs de terra Ægypti de domo ſeruitutis. Nam cùm induratus eſſet Pharao, & nollet nos dimittere, occidit Dñs omne primogenitũ in terra Ægypti, à primogenito hominis vſq; ad primogenitũ iumentorum: idcirco immolo Domino omne quod aperit vuluam maſculini ſexus, & omnia primogenita filiorum meorũ redimo.

DEVTERO. Cap. 11. Ponite hæc verba mea in cordibus & in animis veſtris, & ſuſpẽdite pro ſigno in manibus, & inter oculos vr̃os collocate. Docete filios veſtros, vt illa meditẽtur, quando ſederis in domo tua, & ambulaueris in via, & accubueris atque ſurrexeris.

ET CAP. 32. Interroga patrẽ tuũ, & annũciabit tibi, maiores tuos, & dicẽt tibi.

ECCLESIASTI. Cap. 3. vt ſuprà litera. A.

PRIOR. Ad Timoth. Cap. 5. Si qua autẽ vidua filios aut nepotes habet, diſcat primùm domum ſuam regere, & mutuam vicem reddere parentibus. Hoc enim acceptum eſt coram Deo.

D DEVTERO. Cap. 17. Vide ſuprà Cap. 1. Lect. 13. liter. G.

EXOD. Cap. 22. Dijs non detrahes, & principi populi tui non maledices.

PROVER. Cap. 14. Acceptus eſt Regi miniſter intelligens: iracundiam eius inutilis ſuſtinebit.

ET CAP. 16. Abominabiles Regi qui agunt impiè: quoniam iuſtitia firmatur ſolium. Voluntas Regum labia iuſta: qui recta loquitur, dirigetur. Indignatio Regis, nuncij mortis: & vir ſapiens placabit eam. In hilaritate vultus Regis, vita: & clementia eius quaſi imber ſerotinus.

ET CAP. 17. Ira patris filius ſtultus, & dolor matris quæ genuit eum. Nõ eſt bonum, damnum inferre iuſto: nec percutere principem qui recta iudicat.

ET Cap. 24. Time Dominum fili mi, & Regem: & cum detractoribus ne cõmiſcearis. Quoniam repentè conſurget perditio eorum, & ruinam vtriuſque quis nouit.

BARVCH. Cap. 2. Sic dicit Dominus, Inclinate humerum veſtrum, & ceruicem veſtram, & opera facite Regi Babylonis: & ſedebitis in terra quam dedi patribꝰ veſtris: Quòd ſi nõ audieritis vocem Domini Dei veſtri, operari Regi Babyloniæ: defectionem veſtram faciam de ciuitatibus Iuda, & à foris Hieruſalem, & auferam à vobis vocem iucũditatis, & vocem gaudij, & vocem ſponſi, & vocem ſponſæ, & erit omnis terra ſine veſtigio ab inhabitantibus eam. Et audierunt vocem tuã vt operarentur Regi Babylonis, & ſtatuiſti verba tua quæ locutus es in manibus puerorum tuorum prophetarum, vt transferrentur oſſa Regum noſtrorum, & oſſa patrum noſtrorum de loco ſuo. Et ecce proiecta ſunt in calore Solis, & in gelu noctis: & mortui ſunt in doloribus peſſimis, in fame, & in gladio, & in emiſſione.

MATT. Cap. 17. Et cùm veniſſent Capharnaum, acceſſerunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerũt ei, Magiſter veſter nõ ſoluit didrachma? ait, Etiã. Et cùm intraſſet in domum, præuenit eum Ieſus, dicens, Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel cenſum, à filijs ſuis an ab alienis? Et ille dixit, Ab alienis. Dixit illi Ieſus, Ergo liberi ſunt filij. Vt autem nõ ſcandalizemus eos, Vade ad mare, & mitte hamũ, & eum piſcem qui primus aſcenderit, tolle, & aperto ore eius, inuenies ſtatêrem: illum ſumens, da eis pro me & te.

ET Cap. 23. Tunc Ieſus locutus eſt ad turbas, & ad Diſcipulos ſuos, dicens, Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergò quæcunq; dixerint vobis, ſeruate & facite.

ACTO. Cap. 10. Et factum eſt cûm intraſſet Petrus, obuius venit ei Cornelius & procidens ad pedes eius, adorauit.

ET Cap. 20. A Mileto autem mittens Epheſum, vocauit maiores natu Eccleſiæ. ET. Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.

LVC. Cap. 10. Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Qui autẽ me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me.

AD ROM. Cap. 13. Vide ſup. Cap. 1. Lect. 13. lit. I. *Et deinde.* Reddite ergò omnibus debita, cui tributum, tributum: cuĩ vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.

PRIOR. Petri, Cap. 2. Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum: ſiue Regi, quaſi præcellenti: ſiue ducibus, tanquàm ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. Quia ſic eſt voluntas Dei, vt benefacientes, obmuteſcere faciatis imprudentium hominum igno-

ignorantiam, quaſi liberi, & non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem, ſed ſicut ſerui Dei. Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, Regem honorificate, ſerui ſubditi eſtote in omni timore Dominis, non tantùm bonis, & modeſtis, ſed etiam dyſcolis.

AD TITVM. Cap. 3. Admone illos Principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonũ paratos eſſe, neminem blaſphemare.

E LEVITI. Cap 19. Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis, & time Dominum Deum tuum.

PROVER. Cap. 16. Corona dignitatis ſenectus, quæ in vijs iuſtitiæ reperietur.

F EXOD. Cap. 21. Qui percuſſerit patrẽ ſuum aut matrẽ, morte moriatur. Qui maledixerit patri ſuo vel matri, morte moriatur.

LEVIT. Cap. 20. Qui maledixerit patri ſuo aut matri, morte moriatur. Patri matriq; qui maledixerit, ſanguis eius ſit ſuper eum.

EZECHIE. Cap. 22. Patrem & matrem contumelijs affecerunt in te, &c. Diſpergam te in nationes, & ventillabo te in terras, & deficere faciam immũditiam tuã à me.

G DEVTE. Cap. 15. Si vnus de fratribus tuis qui morantur intra portas ciuitatis tuę in terra quã Dñs Deus tuus daturus eſt tibi, ad paupertatẽ deuenerit: nõ obdurabis cor tuũ, nec cõtrahes manũ tuã, ſed aperies eã pauperi, & dabis mutuũ quo eũ indigere perſpexeris. Caue nè fortè ſubrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo, Appropinquat ſeptimꝰ annus remiſsionis, & auertas oculos tuos à paupere fratre tuo, nolens ei quod poſtulat mutuum commodare: ne clamet contra te ad Dominum, & fiat tibi in peccatum. Sed dabis ei, nec ages quippiam callidè in eius neceſsitatibus ſubleuãdis: Vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore, & in cunctis ad quę manum miſeris.

LIB. 3. Reg. Cap. 2. Venit ergo Bethſabe ad Regem Salomonem, vt loqueretur ei pro Adonia: & ſurrexit Rex in occurſum eius, adorauitq; eã & ſedit ſuper thronum ſuũ, poſituſq; eſt thronus matri eius, quæ ſedit ad dexteram eius. Dixitque ei, Petitionem vnam paruulam ego deprecor à te, ne confundas faciem meam. Et dixit ei Rex, Pete mater mea, neque enim fas eſt vt auertam faciem tuam.

PRIO. AD TIMO. Cap. 5. Qui bene præſunt presbyteri duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrina. Dicit enim ſcriptura, Non infrænabis os boui trituranti. Et, Dignus eſt operarius mercede ſua.

H AD EPHES. Cap. 6. Vt ſuprà, litera. B.

MATTH. Cap. 5 Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum cœlorum, &c. Gaudete & exultate quoniã merces veſtra copioſa eſt in cœlis.

PSAL. 141. Clamaui ad te Domine dixi, Tu es ſpes mea, portio mea in terra viuentium.

I EXOD. Cap. 21. Vt ſup. litera. F.

EZECHIE. Cap. 22. Vt ſuprà, litera. F.

PROVERB. Cap. 1. Audi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ: vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. *Et poſt pauca.* Deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis. Ego quoq; in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, cùm vobis id quod timebatis aduenerit. Cùm irruerit repentina calamitas, & interitus quaſi tempeſtas ingruerit, quando venerit ſuper vos tribulatio & anguſtia.

DEVTERO. Cap. 27. Maledictus qui non honorat patrem ſuum, & matrem. Et dicet omnis populus, Amen.

AD ROMAN. Cap. 1. Parentibus non obedientes, ET. Qui talia agũt, digni ſunt morte.

AVTHORIT. PATR.

D 1 IVSTINVS Martyr Apologia. 1. pro Chriſtianis. Breuiter reſpõdebo, Ni ita ſit, latores legum iniuria eos, qui præcepta honeſta violent, ſupplicijs coërcere. Quoniam autem iniuſti illi non ſunt, eorumque parens per verbum eadem facere docuit: ij qui eis aſſentiuntur, non ſunt in culpa. *Magiſtratibus parendum.*

2 ET APOLOGIA. 2. Tributa verò & cenſus ijs qui à vobis conſtituti ſunt, vbique in primis conamur pendere, quemadmodùm ab eo inſtituti ſumus. Cùm enim quidam ad eum adijſſent, quærerentque, num tributum pendendum eſſet Cæſari, quæſiuiſſetque ex eis viciſsim, cuius imaginem & ſimulacrum nummus haberet, ac *Tributa dãda Principibus. Matth. 22.*

reſpondiſſent, Cæſaris: rurſus eis reſpondit: Reddite ergò quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ Dei, Deo.

Orandū pro Regibus.

3 TERTVL. in Apologetico, Cap. 30. Nos pro ſalute Imperatorum Deum inuocamus æternum, Deum verum, & Deum viuum, quem & ipſi Imperatores propitiū ſibi præter cæteros malunt. Sciunt quis illis dederit Imperium, ſciunt quis homines, quis & animam: ſentiunt eū Deum eſſe ſolum, in cuius ſolius poteſtate ſunt, à quo ſunt ſecundi, poſt quem, primi. *Et mox.* Illuc ſuſpicientes Chriſtiani manibus expanſis, quia innocuis: capite nudo, quia non erubeſcimus: denique ſine monitore, quia de pectore oramus, precantes ſumus ſemper pro omnibus Imperatoribus, vitā illis prolixam, Imperium ſecurum, domum tutam, exercitus fortes, ſenatum fidelem, populū probum, orbem quietum, quæcunq; hominis & Cæſaris vota ſunt.

Matth. 6.

4 ET Cap. 31. Qui ergo putas nihil nos de ſalute Cæſarum curare, inſpice Dei voces, literas noſtras, quas neque ipſi ſupprimimus, & pleriq; caſus ad extraneos tranſferunt. Scito ex illis præceptum eſſe nobis, ad redundantiam benignitatis, etiam pro inimicis Deum orare, & pro perſecutoribus noſtris bona precari.

1. Tim. 2.

5 ET Cap. 32. Qui magis inimici & perſecutores Chriſtianorum, quàm de quorum maieſtate conuenimur in crimen? Sed etiā nominatim atq; manifeſtè: Orate (inquit) pro Regibus, & pro Principibus, & poteſtatibus, vt omnia tranquilla ſint.

6 ET Cap. 33. Sed quid ego amplius de religione atque pietate Chriſtiana in Imperatorem? quem neceſſe eſt ſuſpiciamus, vt eum quem Dominus noſter elegit, vt meritò dixerim, noſter eſt magis Cæſar, vt à noſtro Deo conſtitutus: itaque vt meo, plus ego illi operor in ſalutem.

Principes honore afficiendi.

7 IDEM, Lib. ad Scapulam, Cap. 2. Chriſtianus nullius eſt hoſtis, nedum Imperatoris: quem ſciens à Deo ſuo conſtitui, neceſſe eſt vt & ipſum diligat, & reuereatur, & honoret, & ſaluum velit, cum toto Romano Imperio, quouſque ſeculum ſtabit: tandiu enim ſtabit. Colimus ergò & Imperatorem ſic, quomodò & nobis licet, & ipſi expedit, vt hominem à Deo ſecundum, & quicquid eſt, à Deo conſecutum, & ſolo Deo minorem.

Malis præpoſitis, bona imperātib⁹, parendū eſt.

8 AVGVSTIN. tom. 2. Epiſtola 165. Quod vſque adeò cœleſtis Magiſter cauendum præmonuit, vt etiam de præpoſitis malis plebem ſecuram faceret, ne propter illos doctrinæ ſalutaris cathedra delereretur, in qua coguntur etiam mali bona dicere. Neque enim ſua ſunt, quæ dicūt, ſed Dei, qui in cathedra vnitatis, doctrinā poſuit veritatis. Proinde ille verax, & ipſa veritas, de præpoſitis ſua mala facientibus, & Dei bona dicentibus, ait, Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Dicunt enim & non faciunt.

Matth. 23.

1. Tim. 1.

Pro Regib⁹ orandum.

9 IDEM tom. 6. Contra Maximinū, lib. 3. Cap. 1. Dicis me auxilio Principum munitum loqui non ſecundùm timorem Dei: cùm ſcias nobis eſſe præceptum orare pro Regibus, vt in agnitionem veniant veritatis: quod in quibuſdam eſſe impletū, nos Deo agimus gratias, vos doletis.

Roma. 13.

Maioribus obtemperandum.

10 CHRYSOST. tom. 4. in Epiſtol. ad Roman. Homil. 23: Omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubdita ſit. Huius rei plurimum & in alijs epiſtolis meminit, quemadmodùm famulos heris ſuis, ita & ſubditos Principibus ſubijciens. Facit autem hoc ideò, vt oſtendat Chriſtum leges ſuas non ad hoc induxiſſe, vt politias euertat, ſed vt ad melius inſtituat, & vt pariter doceat, ſuperflua, & inutilia bella non eſſe ſuſcipienda. *Et paulò pòſt.* Quoniam honoris ac conditionis æqualitas, pugnas ac diſſidia plerunque inducit, multos fecit (*Deus*) principatus, multaſque ſubiectiones, vtpote viri & vxoris ſuæ, filij & patris, ſenis & adoleſcentis, ſerui & liberi, principis & ſubditi, præceptoriſq; & diſcipuli. Et quid miraris quòd in hominibus iſtud fecit, quando idem & in corpore noſtro fecerit? Neque enim hic paris honoris omnia fecit, ſed hoc quidem minus, iſtud verò melius: & hæc quidem reliquis mēbris imperātia, iſta verò ſubdita. Idem & in beſtijs videre eſt, vt in apibus, in gruibus, in gregibus ouium agreſtium. Quin & mare ab iſta diſciplina deſtitutum non eſt, ſed illic quoque multa piſcium genera, ſub vno reguntur ac militant, longaſq; ita peregrinationes exequuntur. Libertas enim illa diſſoluta ac moderamine carens, vbique mala, confuſioniſq; cauſa eſt.

In omnibus creaturis inueniunt aliquis ſuperior cui ſit parendum.

Tit. 3.

Rom. 13.

HIERON. tom. 6. In Epiſt. ad Titum, Cap. 3. Admone illos Principibus ac poteſtatib⁹ ſubditos eſſe, obedire ad omne opus bonū. Tale quid & ad Romanos ſcribitur: Omnis anima poteſtatibus ſuperiorib⁹

ſubdita

ſubdita ſit. Non eſt enim poteſtas niſi à Deo. Quod quidem præceptum, & hic & ibi propterea puto editum: quia Iudæ Galilæi per illud tempus dogma adhuc vigebat, & habebat plurimos ſectatores, cuius & in Actis Apoſtolorum fit mentio, ſcriptura referẽte: *Act. 5.* Ante hos enim dies ſurrexit Theodas, dicens quẽdam ſe eſſe magnum, cui appoſiti ſunt viri quaſi tria millia. Et poſt hunc ſurrexit in diebus cenſus Iudas Galilæus, qui inter cætera hoc quaſi probabile proferebat ex Lege, nullum debere Dominum niſi ſolum Deum vocari: & eos qui ad templum decimas referrent, Cæſari tributa non reddere. Quæ hæreſis in tantum creuerat, vt etiam Phariſæorum & multam partem populi conturbaret: ita vt *Matth. 22.* ad Dominum quoque noſtrum referretur hæc quæſtio, Licet Cæſari dare tributum, an non? Quibus Dominus prudenter cautèque reſpondens, ait: Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo. *Magiſtratibus parendum.* Cui reſponſioni Paulus Apoſtolus congruens, docet Principibus & Poteſtatibus credentes debere eſſe ſubiectos: ἀρχαῖς quippe, quæ leguntur in Græco, magis Principatus quàm Principes ſonant, & ipſam ſignificant poteſtatem, non eos qui in poteſtate ſunt homines. Sed quia dixerat: Admone illos Principatibus, & Poteſtatibus ſubditos eſſe: poterat his qui tormenta formidant, occaſio ad negandum dari, dum iuxta Apoſtoli dictum, ſe aſſererent *Mulieribus obediendũ, ſi non cõtra Deum præcipiant.* Principatibus ac Poteſtatibus eſſe ſubiectos, & facere quod iuberent: Propterea ſubiecit: Obedire ad omne opus bonum: Si bonum eſt quod præcipit Imperator & Præſes, iubentis obſequere voluntati: ſin verò malum, & contra Deum ſapit, reſponde ei illud de Actibus Apoſtolorum, *Act. 5.* Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Hoc ipſum & de ſeruis intelligamus apud dominos, & de vxoribus apud viros, & de filijs apud parentes, quod in illis debeant tantùm Dominis, viris, parentibus eſſe ſubiecti, quæ contra Dei mandata non veniunt.

G 1 AVGVS. tom. 6. Lib. contra Adimantium Manichæi diſcipulum, Cap. 6. De eo quod ſcriptum eſt in Exodo, Honora patrem tuum & matrem tuam. Huic etiã loco vbi de honorandis parentibus Deus præcepit, illum Euangelij locum Manichæi dicunt eſſe contrarium, vbi Dominus, cuidam dicẽti: Ibo primùm & ſepeliã *Luc. 10. Luc. 9.* patrem meum, reſpondit: Sine vt mortui mortuos ſepeliant: tu autem veni & annuncia Regnum Dei. *Parentes quomodo aut honorãdi, aut contemnendi.* Quod eodem modo ſoluitur quo illud ſuperius vbi de vxore relinquenda dictum eſt, Propter Regnum cœlorum; Quia & parentes honorare debemus, & eos tamen propter annunciationem Regni Dei nulla impietate contẽnimus. Nam etſi veteri Teſtamẽto, contrarium eſt Euangelium propter iſtam ſententiam, incipit etiam Apoſtolo eſſe contrarium, qui & filios monet, vt honorent parentes, & parentes, vt diligant filios. *Coloſ. 3.* Nõ ſolùm autem, ſed etiam Dominus videbitur ſibi ipſi eſſe contrarius, quod credere nefas eſt, quia loco alio dicit homini quærenti vitam æternam, Si vis venire ad vitam ſerua mandata. In quibus etiam illud commemorat, Honora patrem & matrem. *Matth. 19.* Quibus mandatis perfectis, etiam ad dilectionem Dei creſcitur, in qua eſt tota perfectio. Nam dilectio proximi, certus gradus eſt ad dilectionem Dei. Et ideo reſpondenti quòd omnia mandata illa ſeruauit, dicitur vnum ei deeſſe ſi vult eſſe perfectus, vt vendat omnia quæ habet, & det pauperibus, & ſequatur eum. Ex quo manifeſtum eſt, & honorem parentum in gradu ſuo eſſe ſeruandum, & eos tamen in Diuini amoris comparationem, præſertim ſi impedimento ſint, nulla dubitatione oportere contemni. Nam & in ſcripturis veteribus habes poſitum, Qui dicit patri, aut matri, Non noui vos: *Deut. 33.* & qui filios ſuos non agnoſcit, ipſe autem cognouit teſtamentum tuum. Ergò ſi & in nouo Teſtamento commendatur parentum dilectio, & in veteri commendatur parentum contemptus, ex vtroque capite duo ſibi Teſtamenta conſentiunt.

2 IDEM tom. 4. Lib. 2. quæſtionum ſuper Exodum, quæſt. 6. *Exod. 3.* Quod mandauit Dominus Hebræis per Moyſen, vt acciperent ab Ægyptijs vaſa aurea & argentea & veſtem: atque addidit, & prædabimini eos: mandati huius non poteſt iniuſtum eſſe iudicium. Mandatũ enim Dei eſt, de quo non iudicandum, ſed ei obtemperandũ fuit. Ille enim nouit quàm iuſtè mandauerit, ad ſeruum autẽ pertinet obedienter facere quod mandauit. *Seruus debet Domino obedire.*

3 IDEM TOMO. 9. In Ioannem Cap. 19. tractatu. 19. in initio. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſua. *Ioann. 19.*

Ioan. 2.

Hæc eſt nimirùm illa hora, de qua Ieſus aquam mutaturus in vinum, dixerat matri: Quid mihi & tibi eſt mulier? nondum venit hora mea. Hanc itaque horam prædixerat, quæ tunc nondum venerat, in qua deberet agnoſcere matrem moriturus, de qua fuerat mortaliter natus. Tunc ergò Diuina facturus, non Diuinitatis, ſed infirmitatis matrem velut incognitam repellebat, nunc autem humana iam patiens, ex qua fuerat ſactus homo affectu commendabat humano. Tunc enim qui Mariam creauerat, innoteſcebat in virtute: nunc verò quem Maria pepererat, pendebat in cruce. Moralis igitur inſinuatur locus, facit quod faciendum admonet, & exemplo ſuo ſuos miniſtros inſtruxit præceptor bonus, vt à filijs pijs impendatur cura parentibus, tanquàm lignum illud vbi erant fixa membra morientis, etiam cathedra fuerit magiſtri docentis. Ex hac ſacra doctrina didicerat Paulus Apoſtolus quod docebat, quando dicebat: Si quis autem ſuis & maximè domeſticis non prouidet, fidem negauit, & eſt infideli deterior. Quid autem tàm cuique domeſticum, quàm parentes filijs, & parentibus filij? Huius itaque ſaluberrimi præcepti ipſe Magiſter factorum de ſeipſo conſtituebat exemplum, quando non vt famulæ Deus quam creauerat & regebat, ſed vt matri homo de qua creata fuerat, & quam relinquebat, alterum pro ſe quodam modò filium prouidebat.

Parentibus quando obediendum.

Crux fuit Cathedra Chriſti docentis.

1. Tim. 5.

4 CHRYSOSTOMVS tom. 4. in Cap. 6. Ad Epheſi. Homilia. 21. *circa initium*. Filij obedite parentibus veſtris in Domino. Hoc eſt, ſecundùm Dominum. Deus, inquit, ita iuſsit. Quid ergò ſi abſurda præcipiant parentes? Potiſsimùm quidem pater nunquàm abſurda iubet, etiamſi ipſe ſit abſurdus. Veruntamen vt ſit, ita etiam hoc cauit, dicens, In Domino: hoc eſt, in illis, quibus Deum non offendes: vtpotè ſi Græcus infidelis fuerit, aut hæreticus, non erit illi amplius obediendum. Non enim illud iam in Domino eſt. *Et mox*. Et vide quàm admirabilem virtutis profectui baſim poſuit, honorem ſcilicet, ac reuerentiam erga parentes. Abducens à malis operibus, Ingreſſuruſque in bona, primùm præcipit honorem erga parentes, eò quòd & ante omnia ipſi poſt Deum cauſa viuendi ſunt. Merito ergò, primi bonis noſtris potiri debent, deinde poſt illos & reliqui homines omnes. Nunquàm enim erit erga exteros manſuetus, quiſquis iſto caruerit.

Epheſ. 6.

Parentibus mala imperantibus minimè parendum.

Parentes quomodo honorandi.

5 IDEM in Cap. 4. ad Coloſſenſes, Homilia. 10. Filij obedite parentibus ad omnia: Hoc enim acceptum eſt in Domino. Rurſus illud, In Domino, & leges obedientiæ ponens, & reuerentiam & ſubmiſsionem incutiens. Hoc enim, inquit, acceptum eſt in Domino. Vide quomodò non ſolùm ex ipſa natura, ſed & præ illa ex ijs magis quæ Deo probantur, cũcta nos vult facere, vt & mercedem inde habeamus.

Coloſ. 4.

LECTIO VIII.

DOCTOR.

QVID iam ſequitur?

ADOLESCENS.

Non occides.

DOCTOR.

Cedo mihi expeditam harum vocum explicationem.

ADO-

ADOLESCENS.

Cauetur hîc in primis,[a] ne quis percutiat, verberet, vel occidat hominẽ ad imaginẽ Dei procreatũ:id enim fieri non poteſt ſine ſummo ſcelere,ac Diuinæ huius ima ginis violatione.[b] Deinde,ne cum quoquã rixemur, ne cuiquã moleſti ſimus, ne quẽ oderimus, ne maledicto, ne conuitijs inceſſamus,[c] ne rideamus, ne illatæ nobis iniuriæ[d] vltionem iracundè cogitemus.[e] Poſtremò ne vllius vnquàm vel honorem, vel ſalutem, vel bona, vel amicos deniq; impiè labefactemus.

a *Gene.4.&.9. Exo.21.Deut.5. &. 19. Leuit.19.&.24. Matth.5. Ioan.8.*
b *Mattha.5. 1.Corint. 2.&.3. Roman.13. Galat.5. Iacob.3.*
c *Leuit.19. Exod.23. Matth.5. 1.Ioan.2.&.3. Roman. 1. Ephes.5.*
d *Prou.20. Deut.32. Rom.12.*
e *Matth.7. Luc.6. Tob.4.*

DOCTOR.

Nemini ergo quæ ſua ſunt conſeruandi, atque adeò repetendi ius relictum eſt?

ADOLESCENS.

EST quidem, & facultas rebus ſuis conſulendi[f] ex æquo & bono, ac authoritate Magiſtratus, qui hanc ob cauſam maximè à Deo eſt inſtitutus, vt cuiq; quod ſuũ eſt,legum ac pœnarum etiam præſidio vindicet.Illud ta men multò eſſet ſatius, pace cum aduerſario quæſita,[g] ac tametſi,cum aliquo rei noſtræ detrimento, inita, mu tuas inter nos iniurias remittere, quàm cum graui ani morum offenſione & odio quodam rixari,& coram nõ æquis ſæpè arbitris litigare.

f *Exod.18. Deut.1. Prouerb.8. Acto.24.&.25. Aug.lib.1. de ſerm.Dom.in mon.*
g *Matth.5. Luc.12. 1.Cor. 6. Clem.lib.7.Stro.Aug.vbi ſup & epiſt.5. Chryſoſt.in.5. Matt.& in.1. Corinth.6.*

DOCTOR.

Rectè: & profectò non ſine magno aliquo homi nis bono Chriſtus olim cenſuit, vt mutua inter nos odia,remiſsione iniuriæ extingueremus, & ei qui pugno maxillam dextram cæcidiſſet,[h] ſiniſtram præberemus, illique pallium vltrò offerremus, qui vi nobis tuni cam eripuiſſet.

h *Thren.3. Matth. 5. Luc. 6. 1.Cor.6. Rom.12. 2.Theſ.1. Hebr.11.*

ADOLESCENS.

Ita res habet, tametſi non tam verbis eiuſmodi no bis hærendum ſit, vt ea facto exequamur, quàm co gitandum quo ſenſu à Chriſto dicta ſint, eo nimirùm,

vt

i *Hiero. in Matth. c. 5. Aug. in enchirid. & lib. 1 de ſer. Dom in mon. Chryſoſ. in Matth. 5. & in. 1. Cor. 6.*

vt ſciamus nos omniũ rerum iacturã magis pati debere, i quàm fratrem noſtrum lædere, & in eo Creatori omnium Deo iniuriam facere.

DOCTOR.

K *Eccleſ. 7. & 11. Prouer. 17. Matt. 5. Epheſ. 4. Iacob. 1. 1. Tim. 2. Rom. 12. Coloſ. 3. Prouer. 25.*

Sic ſe res habet, ac proinde omnis k iracundiæ, furoris, aut excandeſcentiæ ſpecies hîc nobis diſertè prohibetur. Sed cedo tandem ſextum Decalogi præceptum.

AVTHORIT. SCRIT.

A GENES. Cap. 4. Conſurrexit Cain aduerſùs fratrem ſuum Abel, & interfecit eum. Et ait Dominus ad Cain, Vbi eſt Abel frater tuus? Qui reſpõdit, Neſcio: nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? Dixitq; ad eũ, Quid feciſti? Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nũc igitur maledictus eris ſuper terrã, quæ aperuit os ſuũ, & ſuſcepit ſanguinẽ fratris tui de manu tua. Cùm operatus fueris eam, nõ dabit tibi fructus ſuos: vagus & profugus eris ſuper terrã.

ET Cap. 9. Sanguinem animarũ veſtrarum requiram de manu cunctarũ beſtiarũ, & de manu hominis: de manu viri, & de manu fratris eius requiram animã hominis. Quicunq; effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius. Ad imaginem quippe Dei factus eſt homo.

EXOD. Cap. 21. Qui percuſſerit hominem volens occidere, morte moriatur. Qui autem non eſt inſidiatus, ſed Deus illum tradidit in manus eius, conſtituam tibi locum in quem fugere debeat. Si quis per induſtriã occiderit proximũ ſuũ, & per inſidias: ab altari meo euelles eũ, vt moriat.

DEVTER. Cap. 5. Non occîdes.

ET Cap. 19. Qui percuſſerit proximũ ſuum neſciens, & qui heri & nudius tertius nullum contra eum odium habuiſſe comprobatur: ſed abijſſe cum eo ſimpliciter in ſyluam ad ligna cædenda, & in ſucciſione lignorũ ſecuris fugerit manu, ferrumq; lapſum de manubrio amicũ eius percuſſerit, & occiderit: hic ad vnam ſupra dictarum vrbiũ confugiet, & viuet. *Et mox.* Si quis odio habens proximũ ſuũ, inſidiatus fuerit vitæ eius, ſurgenſq; percuſſerit illũ, & mortuus fuerit, fugeritq; ad vnam de ſupradictis vrbibus, mittent ſeniores ciuitatis illius, & arripient eũ de loco refugij, tradentq; in manu proximi, cuius ſanguis effuſus eſt, & morietur. Non miſereberis eius, & auferes innoxiũ ſanguinẽ de Iſraël, vt benè ſit tibi.

LEVIT. Cap. 19. Non ſtabis cõtra ſanguinẽ proximi tui. Ego Dñs. Nõ oderis fratrẽ tuum in corde tuo, ſed publicè argue eũ, ne habeas ſuper illo peccatũ. Nõ quæras vltionẽ, nec memor eris iniuriæ ciuiũ tuorũ.

ET Cap. 24. Qui percuſſerit, & occiderit hominem, morte moriatur. Qui percuſſerit animal reddet vicarium, id eſt, animã pro anima. Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium ſuorum, ſicut fecit, ſic fiet ei: fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente reſtituet: qualem inflixerit maculam, talem ſuſtinere cogetur. Qui percuſſerit iumentum, reddet aliud. Qui percuſſerit hominem, punietur.

MATT. Cap. 5. Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Non occîdes. Qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autẽ dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri ſuo, Raca, reus erit conſilio. Qui autẽ dixerit, Fatue: reus erit gehennæ ignis. Si ergò offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſùm te; relinque ibi munus tuũ ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo; & tunc veniẽs offeres munus tuum.

IOAN. Cap. 8. Vos ex patre diabolo eſtis, & deſyderia patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit, quia non eſt veritas in eo.

MATT. Cap. 5. Vt ſuprà, litera. A.

B PRIO. Ad Cor. Cap. 1. Obſecro autem vos fratres, per nomẽ Dñi nrĩ Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis oẽs, & non ſint in vobis ſchiſmata: ſitis autẽ perfecti in eodẽ ſenſu, & in eadem ſcientia. Significatum eſt enim mihi de vobis fratres mei, ab ijs qui ſunt Chloẽs, quia cõtentiones ſunt inter vos.

ET Cap. 3. Cùm ſit inter vos zelus & contentio, non'ne carnales eſtis, & ſecundùm hominem ambulatis?

AD ROMAN. Cap. 13. Sic vt in die honeſtè

honeſtè ambulemus, non in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & æmulatione: ſed induimini Dominum Ieſum Chriſtum, & carnis curam nè feceritis in deſyderijs.

AD GALAT. Cap. 5. Manifeſta ſunt autem opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, Idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, comeſſationes, ebrietates, & his ſimilia, quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, Regnum Dei non conſequentur.

IACOB. Cap. 3. Quod ſi zelum amarum habetis, & contentiones ſint in cordibus veſtris, nolite gloriari & mendaces eſſe aduerſùs veritatem. Non eſt enim iſta ſapientia de ſurſum deſcendens: ſed animalis, terrena, diabolica. Vbi enim zelus & contentio: ibi inconſtantia & omne opus prauum. Quæ autem de ſurſum eſt ſapientia, primùm quidem pudica eſt: deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia & fructibus bonis, non iudicans, ſine ſimulatione. Fructus autẽ iuſtitiæ, in pace ſeminatur facientibus pacem.

C LEVIT. Cap. 19. Vt ſuprà, lit. A.

EXOD. Cap. 23. Si occurreris boui inimici tui, aut aſino errãti, reduc ad eum. Si videris aſinum odientis te iacère ſub onere, non pertranſibis, ſed ſubleuabis cũ eo. *Et mox*. Peregrino moleſtus non eris.

MATT. Cap. 5. Vt ſuprà litera. A. & infrà, litera. G.

PRI. Ioan. Cap. 2. Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem ſuum odit: in tenebris eſt vſque adhuc. Qui diligit fratrem ſuum in lumine manet, & ſcandalum in eo non eſt. Qui autem odit fratrem ſuum, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quò eat, qui tenebræ obcæcauerũt oculos eius.

ET Cap. 3. Qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Et ſcitis quia omnis homicida non habet vitam æternam in ſemetipſo manentem.

AD ROM. Cap. 1. Plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, ſuſurrones, detractores, &c.

AD EPHES. Cap. 5. Fornicatio autem, & omnis immũditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos: aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet: ſed magis gratiarum actio.

D PROVER. Cap. 20. Ne dicas, Reddam malum. Expecta Dominum, & liberabit te.

DEVTER. Cap. 32. Mea eſt vltio, & ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes eorum.

AD ROMAN. Cap. 12. Nulli malum pro malo reddentes. Prouidẽtes bona non tantùm coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacẽ habentes. Non voſmetipſos defendentes cariſsimi, ſed date locum iræ, ſcriptum eſt enim, Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. Sed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis cõgeres ſuper caput eius. Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum.

E MATTH. Cap. 7. Omnia quæcũq; vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis.

LVCÆ Cap. 6. Et prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis ſimiliter.

TOBIÆ Cap. 4. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias.

F EXOD. Cap. 18. Et electis viris ſtrenuis de cuncto Iſraël, conſtituit (*Moyſes*) eos Principes populi, Tribunos, & Centuriones, & quinquagenarios, & decanos. Qui iudicabant plebem omni tempore: quicquid autem grauius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodò iudicantes.

DEVTERONO. Cap. 1. Date ex vobis viros ſapientes & gnaros, & quorum conuerſatio ſit probata in tribubus veſtris, vt ponam eos vobis principes: Tunc reſpondiſtis mihi, Bona res eſt quam vis facere. Tulique de tribubus veſtris viros ſapientes & nobiles, & conſtitui eos principes, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, ac decanos, qui docerent vos ſingula. Præcepique eis dicens, Audite illos: & quod iuſtum eſt, iudicate: ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus. Nulla erit diſtantia perſonarum, ita paruum audietis vt magnum, nec accipietis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudicium eſt.

PRO-

PROVERB. Cap.8.Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.Per me Principes imperāt, & potentes decernunt iuſtitiam.

ACTOR. Cap. 24. Poſt quinque autem dies deſcendit Princeps ſacerdotum Ananias, cum ſenioribus quibuſdam, & Tertullo quodam Oratore, qui adierunt præſidem aduerſùs Paulum. Et citato Paulo cœpit accuſare Tertullus, dicens, Cûm in multa pace agamus per te, & multa corrigantur per tuam prouidentiam: ſemper & vbiq; ſuſcipimus Optime felix cum omni gratiarum actione.

ET Cap.25.Dixit autem Paulus, Ad tribunal Cæſaris ſto, vbi me oportet iudicari.Iudæis non nocui, ſicut tu melius noſti: ſi enim nocui, aut dignum morte aliquid feci, non recuſo mori: ſi verò nihil eſt eorum quæ hi accuſant me, nemo poteſt me illis donare.Cæſarem appello. Tunc Feſtus cũ concilio locutus, reſpondit, Cæſarem appellaſti? ad Cæſarem ibis.

G MATTH. Cap.5. Audiſtis quia dìctum eſt, Oculum pro oculo: & dentẽ pro dente. Ego autem dico vobis non reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dexterā maxillam tuam, præbe illi & alteram: & ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.

LVC. Cap.12. Cùm autem vadis cum aduerſario tuo ad Principẽ, in via da operam liberari ab illo: ne fortè trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi non exies inde, donec etiam nouiſsimum minutum reddas.

PRIOR. Ad Corinth. Cap.6. Iam quidem omnino delictũ eſt in vobis, quòd iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini?

H THRENORVM Cap.3. Dabit percutienti ſe maxillam: ſaturabitur opprobrijs.

MATTH. Cap.5. Vt ſuprà, litera.G.

LVC. Cap. 6. Et qui te percutit in maxillam, præbe & alteram. Et ab eo qui aufert tibi veſtimentum, etiam tunicam noli prohibere. Omni autẽ petenti te, tribue: & qui aufert quæ tua ſunt, ne repetas.

PRIOR. ad Corinth. Cap.6. Vt ſuprà, litera.G,

AD ROMAN. Cap.12. Vt ſuprà, litera.D.

POSTER. Ad Theſſalo. Cap.1. Gratias agere debemus ſemper Deo prò vobis fratres, ita vt dignũ eſt, quoniā ſupercreſcit fides veſtra, & abundat charitas vniuſcuiuſq; veſtrum in inuicem: ita vt & nos ipſi in vobis gloriemur in Eccleſijs Dei, pro patientia veſtra, & fide in omnibus perſecutionibus veſtris & tribulationibus quas ſuſtinetis in exemplum iuſti iudicij Dei, pro quo & patimini.

AD HEBR. Cap. 12. Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam: ſine qua nemo videbit Deum: contemplantes ne quis deſit gratiæ Dei: ne qua radix amaritudinis ſurſum germinans impediat, & per illam inquinentur multi.

K ECCLESIASTES Cap.7. Melior eſt patiens, arrogante. Ne ſis velox ad iraſcendum: quia ira in ſinu ſtulti requieſcit

ET Cap.11. Aufer iram à corde tuo, & amoue malitiam à carne tua.

PROVER. Cap.27. Graue eſt ſaxum, & oneroſa arena: ſed ira ſtulti vtroq; grauior. Ira non habet miſericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati ſpiritus ferre quis poterit?

MATTH. Cap. 5. Vt ſuprà, litera.A.

AD EPHES. Cap. 4. Iraſcimini & nolite peccare. Sol non òccidat ſuper iracundiam veſtram.

IACO. Cap.1. Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim viri, iuſtitiam Dei non operatur.

PRIOR. Ad Timoth. Cap.2. Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus, ſine ira & diſceptatione.

AD ROMAN. Cap.12. Vt ſuprà, litera.D.

AD COLOS. Cap.3. Nunc autem deponite & vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro.

PROVERB. Cap.25. Quæ viderũt oculi tui ne proferas in iurgio citò: ne poſteà emendare non poſsis, cùm dehoneſtaueris amicum tuum.

AVTHORIT. PATR.

F 1 AVGVST. tom.4. De Sermone Domini in monte, Lib. 2. Cap.13.

Non

Non hìc ergò quiſque vrgetur pecuniam di
mittere debitoribus,ſed quæcunq; in eum
alius peccauerit. Nã pecuniam dimittere
illo potius iubemur præcepto,quo ſuperius
dictum eſt, Si quis tibi tunicam tollere vo-
Matth. 5. luerit & iudicio tecum contendere, dimit-
Debita pecuniaria remittere nemo cogitur. te ei & palliũ. Nec ibi neceſſe eſt omni pe-
cuniario debitori dimittere debitum,ſed ei
qui reddere noluerit, in tantum vt vellet
etiam litigare: Seruum autẽ Domini: vt ait
2. Timot. 2. Apoſtolus, non oportet litigare. Qui ergo
vel ſponte conuentus pecuniam debitam
reddere noluerit, dimittenda illi eſt. Duas
enim ob res nollet reddere, vel quòd non
habeat, vel quòd auarus ſit, reiq; alienæ cu
pidus. Vtrunque autem pertinet ad inopiã.
Nam illa inopia eſt rei familiaris, hæc ani-
mi. Quiſquis itaque tali dimittit inopi debi
tum, inopi dimittit, opuſq; Chriſtianũ ope-
ratur, manente illa regula, vt in illo animo
paratus ſit amittere quod ſibi debetur. Nã
ſi modeſtè & leniter omni modo egerit, vt
ſibi reſtituatur, nõ tam intendens fructum
pecuniæ, quàm vt hominem corrigat, cui ſi
ne dubio pernicioſum eſt habere vnde red
dat, & non reddere: non ſolùm non pecca-
bit, ſed proderit ei etiam plurimum: ne ille
dùm aliena pecunia lucrũ facere vult, dam
num fidei patiatur, quod tanto eſt grauius,
vt nulla ſit comparatio.

G
1 CLEMENS Alexandrinus, Lib. 7.
1. Cor. 6. Stromatũ. Dicit Diuin⁹ Apoſtolus in prio
ri epiſtola ad Corinthios: Audet aliquis ve-
ſtrum habens negotiũ, cum alio, iudicio con
tendere apud iniuſtos, & nõ apud ſanctos?
An neſcitis quòd ſancti mundũ iudicabũt?
Et quæ ſequuntur. Cùm ſit autẽ ea pars ma
xima, opportunis dictorũ Apoſtolicorum
vtentes dictionibus, paucisſimis perſequen
tes, & dictionẽ enunciãtes veluti metaphra
ſticè, oſtẽdemus ſententiã dicti Apoſtolici
per quam deſcribit perfectionem eius qui
eſt præditus cognitione. Nõ cõſtituit enim
eum qui eſt pręditus cognitione, ex hoc ſo-
lùm ꝙ magis iniuria afficiatur, quã afficiat:
ſed eum docet etiam obliuiſci acceptæ in-
iuriæ, nec permittens malè precari ei qui fe
Iniuriarum quo pacto obliuiſcendum. cit iniuriam. Scit enim Dñm quoque aper
tè iuſsiſſe, orare pro inimicis. Dicere enim
eum qui eſt affectus iniuria, velle iudicio
contendere apud iniuſtos, nihil eſt aliud
quàm velle videri vicem reddere, & velle
iniuriam referre: quod quidem eſt ipſum
quoque ſimiliter facere iniuriam. Dicere
autem aliquos velle apud ſanctos iudicio
contendere, oſtendit eos qui petunt pre-
cibus, vt ijs qui fecerunt iniuriam par pari
referatur, & eſſe quidem prioribus ſecun-
dos meliores. ſed nondum plenè obediẽtes,
niſi iniuriæ perfectè obliuiſcentes, ex do-
ctrina Domini, precentur etiam pro inimi
cis. Pulchrum eſt ergò quòd bonam mẽtẽ,
ex ea quæ eſt ad fidem pœnitentia, accepe
rint. Nam etſi veritas eos videatur habere
inimicos qui inuident & æmulantur, ipſa ta
men nulli eſt inimica: Nam & Deus facit
Solem ſuum oriri ſuper iuſtos & iniuſtos. *Matth. 6.*
Quin etiã ipſum Dominum miſit ad iuſtos
& iniuſtos. Et qui contendit Deo aſſimila-
ri, per maximam iniuriæ acceptæ obliuio-
nem, remittens ſeptuageſies ſepties, vtpotè *Matth. 18.*
per totam vitam & vniuerſam mundi con-
uerſionem, quę hebdomadibus, quæ nume-
rantur, ſignificetur, eſt benignus & clemens
in quemlibet, etiam ſi quis hoc vniuerſum
in vita viuens tempus, iniuria afficit eum
qui eſt præditus cognitione. Non ſolã enim
poſſeſsionem vult virum bonum alijs per-
mittere ex ijs qui ipſum affecêre iniuria:
ſed etiam vult iuſtum ab illis iudicibus pe-
tere remiſsionem peccatorum, ijs qui in ip-
ſum peccarunt. Et meritò, ſiquidem in eo
ſolùm quod eſt externũ, & in eo quod per-
tinet ad corpus, ſi vel ad mortem vſq; pro-
cedatur, detrimento afficiunt ij qui conan-
tur facere iniuriã, ex quibus nihil eſt quod
ſit proprium eius qui eſt præditus cognitio
ne. Quemadmodùm autem Angelos, qui
defecerunt, iudicabit quiſpiam, qui ipſe de-
fecerit ab illa lenitate, & acceptæ iniuriæ
obliuione, quam præſcribit Euangelium?
Cur non ergò potius, inquit, iniuria affici
mini? Cur non potius fraudamini? Sed vos *1. Cor. 6.*
iniuriam facitis & fraudatis, eis ſcilicet ma
lè precantes qui peccant per ignorãtiam: &
fraudatis Dei clementia & bonitate, quan-
tum eſt in vobis, eos quibus malè precami-
ni, fratres dicens non eos ſolos qui ſunt in
fide, ſed etiam proſelytos. An enim is qui
nunc eſt inimicus, ſit poſteà crediturus, nos
nondum ſcimus. Ex quibus apertè colligi-
tur, etſi non eſſe omnes, at nobis quidem ip
ſis videri eſſe fratres. Iam verò omnes quo-
que homines qui ſunt vnius Dei opus &
vna imago, vna circundati ſubſtantia, etiãſi
ſint alij alijs magis obſcurati, ſolus cognoſ-
cit is qui ſcit eam per creaturas & opera-
tionem, per quam rurſus Dei adoras vo-
luntatem. An neſcitis, quòd iniuſti Reg-
num Dei non poſsidebunt? Iniuriam ergò

facit qui refert iniuriam,ſeu facto,ſeu verbo, ſiue etiam volendi cogitatione, quam poſt legis pædagogiam circunſcribit Euangelium. Et hæc quidem eratis. Tales, ſcilicet quales adhuc ſunt quibus ipſi non ignoſcitis. Sed abluti eſtis. Non abſolutè vt reliqui, ſed cùm per cognitionem abieciſtis animæ affectiones, vt pro viribus aſsimilaremini bonitati Dei prouidentiæ, & per tolerantiam, & per acceptæ iniuriæ obliuionem. Super iuſtos & iniuſtos, verbi & operum benignitatis lucem, ſicut Sol, emittentes, ſiue hoc animi magnitudine, hoc ſibi vendicabit is qui eſt præditus cognitione: ſiue imitatione eius quod eſt melius. Tertia eſt autem

Luc.6.

cauſa, Remitte, & remittetur tibi, veluti cogente mandato ad ſalutem propter inſignem bonitatem. Sed ſanctificati eſtis. Ei enim qui ad hunc venit habitum, ſanctum eſſe conuenit, nullo modo cadendo in nullam animi perturbationem,ſed perinde ac ſi carne careat, & abſque hac terra ſanctus euaſerit.

2 AVGVST, tom. 4. De Sermone Domini in monte,lib.2. Cap. 13. Vt ſuprà, litera.F.

3 IDEM, tom.2. Epiſtola. 5. ad Marcellinum. Quanta verò præcepta concordiæ non humanis diſputationibus exquiſita, ſed Dominica authoritate conſcripta in Chriſti Eccleſijs lectitentur,quis vel ab illa religione alienus, ita ſurdus eſt vt ignoret? Ad hoc enim & illa pertinent,quæ malunt exagitare, quàm diſcere, Alteram percutienti præbendam eſſe maxillam: volenti auferre tunicam, dandum etiam pallium: cum angariante duplicandam viam.

Concordia omnino quærenda, etiã cum iactura propria. Matt.5.

Hoc quippe fit, vt vincatur bono malus, imo in homine malo, vincatur bono malum, & homo liberetur à malo, non exteriore & alieno, ſed intimo ac ſuo, quo grauius & pernicioſius, quàm cuiuſuis hoſtis extrinſecus immanitate vaſtatur. Qui ergò vincit bono malum, patienter amittit temporalia commoda, vt doceat quàm pro fide atque iuſtitia, contemnenda ſint,quæ ille nimis amando, fit malus, ac ſic iniurioſus ab eo ipſo cui fecit iniuriam, diſcat qualia ſint propter quæ fecit iniuriam, atque in concordiam, qua nihil eſt vtilius ciuitati, pœnitens acquiratur, victus non ſæuientis viribus,ſed beneuolentia patientis. *Et poſt pauca.* Paratus itaque debet eſſe homo iuſtus & pius patienter illorum malitiam ſuſtinere, quos fieri bonos quærit,vt numerus potius creſcat bonorum, non vt pari malitia ſe quoque numero addat malorum. Denique iſta præcepta magis ad præparationem cordis, quæ intus eſt, pertinere, quàm ad opus quod in aperto fit. Vt teneatur in ſecreto animi patientia cum beneuolentia, in manifeſto autem id fiat, quod eis videtur prodeſſe poſſe, quibus benè velle debemus.

4 CHRYSOST. tom. 2. In Matthæi. Cap.5. homilia.18. Et qui vult tunicam tuam tollere, &c. Neque enim tantummodò in plagis, verùm etiam in pecunijs, rebuſque diuerſis nos vult præſtare patientiam, etiam idcirco rurſus ſimilem virtutis cumulum poſuit.

Matth. 5.

Iniuria patienter toleranda.

Sicut enim cæſum iubet patiendo ſuperare, ita eum, qui ſpoliatur, præcipit etiam plura dimittere, quàm raptor petebat. Et tamen non ſimpliciter idipſum, ſed cum additamento poſuit. Neque enim dixit, Da obuio veſtimentum, ſed, Ei qui vult tecum iudicio contendere, id eſt, ſi te ad iudicium propter tunicam trahat, ac negotium tibi exhibeat. *Et paulò pòſt.* Et hoc eſt in his eximium, quod hoc ipſo quo nos iubent patienter iniurias ſuſtinere, eos quoque qui faciunt, docent philoſophari. Cùm enim ille quidem rapere aliena feſtinat, tu verò ei oſtendas quoniam id tibi dare leue ſit, at minimè moleſtum, illius quoque pauperiem copia tuę liberalitatis exatias.

5 IDEM tom. 4. In. 1. ad Corinth. Cap. 6. Homilia. 16. Satius eſt, quod neceſſariò paſſurus es, ſponte ſubire, & non litigare, vt mercedem conſequaris.

Matt.5.

Si quis, inquit, vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. *Et mox.* Et quo pacto, inquis, potero iniurias perpeti? Atqui Chriſtus quiddam, quàm hoc maius præcepit, quòd ſcilicet, non ſolùm qui nos lædunt, æquo animo feramus, ſed vberius largiamur inferenti nobis iniuriam, & tolerantiæ promptitudine malefacientis deſyderium ſuperemus.

Quomodo iniuria ferẽda.

Non enim dixit, Si quis vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte tunicam, ſed cũ illa etiã palliũ. Vince eum, inquit, malè ferendo, non malè faciendo. Ea nanque manifeſta victoria eſt, & clara. Quare ſuperius, inquit Paulus: Iam qui-

1.Cor.6.

quidem omnino delictùm eſt in vobis, quòd iudicia habetis inter vos: & quare non magis iniuriam accipitis? Quandoquidem qui eam accipit, magis victor euadit, quam qui non tolerat.

I

Matth. 5.

1 HIERONYMVS tomo. 6. In Matthæi. Cap. 5. Eſto conſentiens aduerſario tuo, &c. Ex præcedentibus & conſequētibus, manifeſtus eſt ſenſus: quòd nos Dominus, atque Saluator noſter dum in iſtius ſeculi vita currimus, ad pacem & ad concordiam cohortetur, iuxta Apoſtolum dicentem; Si fieri poteſt, quantum ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. Nam in præcedenti capitulo dixerat: Si offers munus tuum ad altare, &c. Et hoc finito, ſtatim infert: Eſto conſentiens aduerſario tuo, &c. Et in conſequentibus iubet: Diligite inimicos veſtros, &c.

Cum omnibus concordia ſeruanda.

Rom. 12.

2 AVGVSTINVS tom. 3. In Enchiridion ad Laurentium, Cap. 78. Quis autem iam eſſe peccatum neget, cùm dari veniam facientibus Apoſtolica authoritas fatetur? Tale quiddam eſt vbi dicit, Audet quiſquam veſtrum aduerſùs alterum negotium habens, iudicari apud iniquos, & non apud ſanctos? *Et paulò pòſt.* Secularia igitur iudicia ſi habueritis, inquit, eos qui contemptibiles ſunt in Eccleſia, hos collocate ad iudicandum. Ad reuerentiam vobis dico. Sic non eſt inter vos quiſquam ſapiens, qui poſsit inter fratrem & fratrem iudicare: ſed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles. Nam & hic poſſet putari, iudicium habere aduerſus alterum, non eſſe peccatum, ſed tantummodò id extra Eccleſiam velle iudicari, niſi ſecutus adiungeret, Iam quidem omnino delictum eſt inter vos, quia iudicia habetis vobiſcum. Et ne quiſquam hoc ita excuſaret, vt diceret, iuſtum ſe habere negotium, ſed iniquitatem ſe pati, quam vellet à ſe iudicum ſententia remoueri: continuò talibus cogitationibus vel excuſationibus occurrit, atque ait, Quare non magis iniquitatem patimini? Quare non potius fraudamini? Vt ad illud redeatur, quod Dominus ait, Si quis voluerit tunicam tuam tollere, & iudicio tecum contendere, dimitte illi & pallium. Et alio loco, Qui abſtulerit, inquit, tua, noli repetere. Prohibuit itaque ſuos de ſecularibus rebus cum alijs hominibus habere iudicium. Ex qua doctrina dicit Apoſtolus eſſe delictum. Tamē cùm ſinit in Eccleſia talia iudicia finiri inter fratres, fratribus iudicantibus, extra Eccleſiam verò terribiliter vetat: manifeſtum eſt etiam hic quod ſecundùm veniam concedatur infirmis.

1. Cor. 6.

Ibidem.

Iudiciū habere aduerſus aliū, an peccatū ſit.

Matth. 5.

Luc. 6.

3 IDEM tom. 4. De ſermone Domini in monte, lib. 1. Cap. 34. Parum adhuc videtur Domino ſi pro malo quod acceperis, nihil reddas mali, niſi etiam amplius ſis paratus accipere. Quapropter non ait, Ego autem dico vobis, non reddere malum pro malo: quanquàm hoc etiam magnum præceptum ſit, ſed ait; Non reſiſtere aduerſus malum: vt non ſolùm non rependas quod tibi fuerit irrogatum, ſed etiam non reſiſtas quominus aliud irrogetur. Hoc eſt enim quod etiam conſequenter exponit, Sed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram: non enim ait, Si quis te percuſſerit, noli tu percutere: ſed, Para te adhuc percutienti. Quod ad miſericordiam pertinere hi maximè ſentiunt, qui eis, quos multum diligunt, tanquàm filijs, vel quibuslibet dilectiſsimis ſuis, ægrotantibus ſeruiunt, vel paruulis, vel phreneticis, à quibus multa ſæpe patiuntur, & ſi eorum ſalus id exigat, præbent ſe etiam vt plura patiantur, donec vel ætatis vel morbi infirmitas tranſeat. Quos ergò Dominus medicus animarum, curandis proximis inſtruebat, quid eos aliud docere poſsit, niſi vt eorum, quorum ſaluti conſulere vellēt, imbecillitates æquo animo tolerarent?

Matth. 5.

Iniuriam te ferre, nemini luet

4 CHRYSOST. In Matth. Cap. 5. & in. 1. ad Corinth. Cap. 6. Vt ſupra, lit. G. auth. 4. & 5.

LECTIO IX.

ADOLESCENS.

a Exo.10. Tob.4. 1.Corinth.5. & 10. Apoc.21.

NON[a] *mœchaberis.*

DOCTOR.

Quæ nam eſt eius rei ſumma?

ADOLESCENS.

b Ioan.1. & 3. 1. Cor.3. & 6. 2.Corinth. 6. Epheſ. 2. & 5. Heb.10. Tit.3. 1.Petr.1.

c Matth.15. Marc.7. 1.Cor.6. Tertu.lib.de pudic.& de exhor. caſti.

Cùm nos in baptiſmo per Spiritum ſanctum veluti quædam [b] templa ſimus omnes Deo conſecrati, non anima ſolùm,ſed membris etiam ac toto corpore, ab omni ſanè libidine magnoperè nobis cauendũ eſt, [c] quæ alioqui ſanctum hoc templum,id eſt,hominem, nefariè polluit,& de honoris ſui gradu deiectum,totius impuritatis atque nequitiæ,tanquàm quoddam mancipium, reddit.

DOCTOR.

Quibus porrò modis, hoc tam præclarum & ſalutare præceptum violatur?

ADOLESCENS.

d Iob.31. Matt.5. Gen.6.& 8.
e Epheſ.5. Eccleſiaſtici.9.
f 1.Petr.2. Iob.31. Thren.3.

g Eccleſiaſtici. 9.& 10. Gala.5. Cypri.de Virg. habi. Iuſtin. ad Serenum. Aug.de ciuit.lib. 21. cap.12.

h Prouerb.5. Cypr.de ſingu. cler.

i Leuit.10. Auguſt. hypogn. lib.4.

Cùm vel impudicis [d] cogitationibus, vel deſyderijs animus diſtinetur, [e] vel verba impura,aut ſermones parùm caſti proferuntur, vel inceſto aliquo [f] aſpectu vel geſtu laſciuitur,vel denique cùm [g] oſcula non caſtè figũtur, cùm vxor aliena contrectatur, [h] libri parùm pudici leguntur. Denique grauiſsimè aduerſus hoc præceptũ peccatur, ab ijs qui mulieri (cætera volo intelligi etſi hîc non dicam)extra ius coniugij commiſcentur,quibus grauiſsima etiam [i] pro cuiuſq; criminis grauitate & ordine ſupplicia,lege ſunt conſtituta.

DOCTOR.

Æquum eſt etiam vt quæ his ſunt contraria hac præceptione nobis magnoperè commendentur.

ADOLESCENS.

k Tob.4. 1.Cor.6. Galat.5. 1.Tim.2.3.4 & 5. 1.Theſ.4. 1.Petr.3.

Et ſit ſanè.Iubemur enim ſobrietatẽ inprimis,& [k] ſenſuũ omniũ noſtrorum ac totius corporis caſtimoniam, reti-

veſtis[l] ac ſupellectilis domeſticæ pompam, ac redundantiam vitare: cibi[m] ac potus modeſtiam ſeruare, omnemq́ue intemperantiæ, ac luxus notã effugere, quæ ijs inuri vulgò ſolet, qui aut exquiſitis nimiùm epulis veſcuntur, aut menſuram ac modum veſcendi intemperanter excedunt.

l *Iſa.3. Amos.6. Habac.1. Luc.15. 1.Tim.2. 1.Petr.3.*

m *Prou.20. & 13. Luc.21. Eccleſiaſtic.23. Roman.13. Galat.5. Epheſ.5. Hebr.12. 1.Cor.6. Clemen. Alexand. de his lautiſſimè in pędagog. lib.2. cap.4. 5. 6. & 7. Tertul. de pudic. & de cult. fœm. Iuſtin. Mart. ad Seren. Cyprian. vbi ſup. Athanaſ. de Virg. Baſil. de Virginit.*

DOCTOR.

Debent'ne ergò qui cœlibes eſſe non poſſunt, vti coniugio?

ADOLESCENS.

Qui ſe nullo adhuc voto obſtrinxerunt, aut ſui iuris ſunt, ac eius ætatis[n] quæ per ſeipſam ratiocinari poteſt, ſua poſſunt vti libertate. Sed quibus hanc in vtranque partem & tam liberam ſui ipſius facultatem, vel votum omnino ademiſſet, vel præſtans aliqua cogitatio aliquo modo præcluderet, alia ſunt conſtituta remedia,[o] quibus (ſeruata, quam Deo promiſerunt, fide) libidinem, & repullulantem quotidie carnis laſciuiam domare poſſint. Ea porrò ſunt ieiunia, preces, & ſi qua ſunt alia vitæ auſterioris adminicula.

n *Matth.19. 1.Corinth.7. Ambr. ad virg. lapſ. cap.4.*

o *Eccleſiaſtes.2. 1. Corinth 9. Coloſſenſ.3. Cypr. de virg. hab. Hiero. ad Ruſt ad Demet. aduer. Iouin. Baſil. in reg. maio. Atha. de Virg. Cyril. in Ioan.*

AVTHORIT. SCRIP.

A EXODI Cap.20. Vt in textu.

TOBIÆ Cap.4. Attende tibi fili mi ab omni fornicatione: & præter vxorẽ tuam, nunquàm patiaris crimen ſcire.

PRIO. Ad Corinth. Cap.5. Vt ſup. Cap.1. Lect.14. lite.C. *Et deinde.* Si is qui frater nominatur, eſt fornicator, &c. cum eiuſmodi nec cibum ſumere.

ET Cap.10. Neque fornicemur, ſicut quidã ex ipſis fornicati ſunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia.

APOCALYP. Cap.22. Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, &c.

B IOAN. Cap.1. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.

ET Cap.3. Amen, Amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in Regnum Dei: Quod natum eſt ex carne, caro eſt: & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt.

PRIOR. Ad Corinth. Cap.3. Neſcitis quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit, diſperdet illũ Deus. Tẽplũ enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.

ET Cap.6. Nolite errare, Neque fornicarij, neq; Idolis ſeruientes, neque adulteri, &c. Regnum Dei poſsidebunt. *Et mox.* Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Tollens ergò membra Chriſti, faciam membra meretricis? Abſit. *Et iterum.* An neſcitis quoniam membra veſtra, templum ſunt Spiritus ſancti qui in vobis eſt, quem habetis à Deo, & non eſtis veſtri?

POSTER. Ad Corint. Cap.6. Vos enim eſtis tẽplũ Dei viui: ſicut dicit Deus, Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus.

AD EPHESIOS, Cap.2. Iam non eſtis hoſpites & aduenæ: ſed eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei, ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Ieſu Chriſto: in quo omnis ędificatio

conſtructa,creſcit in templum ſanctum in Domino,in quo & vos coædificamini,in ha bitaculum Dei in Spiritu ſancto.

ET Cap.5.Nemo vnquàm carnem ſuã odio habuit:ſed nutrit,& fouet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam, quia membra ſumus corporis eius,de carne eius, & de oſſibus eius.

AD HEBRÆ. Cap. 10. Vide ſup. Cap.1.Lect.10.lit.K.

AD TIT. Cap.3.Vt ſup.Cap.1.Lect. 7.litera.A.

PRIO. Petri, Cap.1. Animas veſtras caſtificantes in obedientia charitatis,in fraternitatis amore ſimplici ex corde inuicem diligite attentiùs:renati non ex ſemine corruptibili,per Verbum Dei viui & permanentis in æternum.

C MATT. Cap.15. De corde exeunt cogitationes malæ,homicidia,adulteria,fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ : hæc ſunt quæ coinquinant hominem.

MARCI Cap.7. Ab intùs de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria,fornicationes, homicidia, furta, auaritiæ,nequitiæ,dolus,impudicitiæ, oculus malus,blaſphemiæ, ſuperbia, ſtultitia: omnia hæc mala ab intùs procedunt,& cõmunicant hominem.

PRIO. Ad Corinth. Cap. 6. Vt ſup. lit.B. ET. Fugite fornicationẽ.Omne peccatũ quodcunq; fecerit homo extra corpus eſt:qui autẽ fornicatur,in corp⁹ ſuũ peccat.

D IOB, Cap.31. Pepigi fœdus cum oculis meis,vt ne cogitarem quidem de Virgine.Quam enim partẽ haberet in me Deus deſuper, & hæreditatem Omnipotens de excelſis? *Et mox.* Si deceptum eſt cor meũ ſuper muliere,& ſi ad oſtium amici mei inſidiatus ſum. Hoc enim nefas eſt,& iniquitas maxima.

MATTH. Cap.5. Audiſtis quia dictum eſt antiquis,Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendũ eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.

GENES. Cap.6. Videntes filij Dei filias hominum quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant. *Et poſteà.* Videns autem Deus quòd multa malitia hominũ eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore,pœnituit eum quòd hominem feciſſet in terra.

ET Cap. 8. Senſus enim & cogitatio humani cordis, in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua.

E AD EPHES. Cap.5. Vt ſup. Lect. 8.litera.C.

ECCLESIASTICI Cap.9. Ne reſpicias mulierem multiuolam:ne fortè in cidas in laqueos illius. Cum ſaltatrice ne aſſiduus ſis,nec audias illam: ne fortè pereas in efficacia illius. Virginem ne conſpicias, ne fortè ſcandalizeris in decore illius. Ne des fornicarijs animam tuam in vllo:ne perdas te,& hæreditatem tuam. Noli circunſpicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius. Auerte faciem tuam à muliere compta,& ne circunſpicias ſpeciem alienã. Propter ſpeciem mulieris multi perierunt: & ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit. Omnis mulier quæ eſt fornicaria, quaſi ſtercus in via conculcabitur. Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti ſunt,colloquium enim illius quaſi ignis exardeſcit. Cum aliena muliere ne ſedeas omnino,nec accumbas cum ea ſuper cubitum : & non altercêris cum illa in vino, ne fortè declinet cor tuũ in illam, & ſanguine tuo labaris in perditionem.

F POSTER. Petri,Cap.2. Oculos habentes plenos adulterij,& inceſſabilis delicti.

IOB, Cap.31. Vt ſup.lit.D.

THRENORVM, Cap.3. Oculus meus deprædatus eſt animã meã in cunctis filiabus vrbis meæ.

G ECCLESIASTICI Cap. 9. Vt ſup.litera.E.

ET Cap.20. Homo ſapiens tacebit vſq; ad tempus:laſciuus autẽ,& imprudens non ſeruabunt tempus.

AD GALAT. Cap. 5. Vide ſuprà, Lect.8.litera.B.

H PROVERB. Cap.5. Fauus ſtillans, labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius:nouiſſima autem illius amara quaſi ab ſynthium,& acuta quaſi gladius biceps. Pedes eius deſcendunt in mortem,& ad inferos greſſus eius penetrant. Per ſemitam vitæ non ambulant,vagi ſunt greſſus eius & inueſtigabiles. Nunc ergò fili mi audi me, & ne recedas à verbis oris mei. Longè fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius.

I LEVITIC. Cap.20. Si mæchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulteriũ perpetrauerit cum coniuge proximi ſui, morte

morte moriatur & mœchus & adultera. Qui dormierit cum nouerca ſua, & reuelauerit ignominiam patris ſui, morte moriantur ambo: ſanguis eorum ſit ſuper eos. Si quis dormierit cum nuru ſua, vterq; moriatur, quia ſcelus operati ſunt: ſanguis eorum ſit ſuper eos. Qui dormierit cũ maſculo coitu fœmineo, vterque operatus eſt nefas, morte moriãtur: ſit ſanguis eorum ſuper eos. Qui ſupra vxorem filiam, duxerit matrem eius, ſcelus operatus eſt: viuus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio veſtri. Qui cum iumẽto & pecore coierit, morte moriatur: pecus quoque occidite. Mulier quæ ſuccubuerit cuilibet iumento, ſimul interficietur cum eo: ſanguis eorum ſit ſuper eos. Qui acceperit ſororem ſuam filiam patris ſui, vel filiam matris ſuæ, & viderit turpitudinem eius, illaque conſpexerit fratris ignominiam: nefariam rem operati ſunt: occidentur in conſpectu populi ſui, eò quòd turpitudinem ſuam mutuò reuelauerint, & portabunt iniquitatem ſuam. Qui coierit cum muliere in fluxu menſtruo, & reuelauerit turpitudinẽ eius, ipſaq; aperuerit fontem ſanguinis ſui, interficiẽtur ambo de medio populi ſui. Turpitudinem materteræ, & amitæ tuæ non diſcooperies: qui hoc fecerit, ignominiam carnis ſuæ nudauit, portabunt ambo iniquitatem ſuã. Qui coierit cum vxore patrui, vel auunculi ſui, & reuelauerit ignominiam cognationis ſuæ, portabunt ambo peccatum ſuum: abſque liberis morientur. Qui duxerit vxorem fratris ſui, rem facit illicitam, turpitudinem fratris ſui reuelauit: abſque liberis erunt.

K TOBIÆ Cap. 4. Vt ſup. lit. A.

POSTE. Ad Corinth. Cap. 6. In omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros in multa patiẽtia, &c. in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, &c.

AD GALAT. Cap. 5. Fructus autem ſpiritus eſt, charitas, &c. continentia, caſtitas.

PRIOR. Ad Timoth. Cap. 2. Volo ergo vos orare in omni loco: leuantes puras manus, ſine ira & diſceptatione. Similiter & mulieres in habitu ornato: cũ verecũdia & ſobrietate ornantes ſe, non in tortis crinibus aut auro, aut margaritis, vel veſte precioſa, ſed quod decet mulieres promittẽtes pietatem per opera bona.

ET Cap. 3. Oportet Epiſcopum irreprehenſibilẽ eſſe, vnius vxoris virũ, ſobriũ, prudentem, ornatũ, pudicum, &c. & Diaconos ſimiliter pudicos, &c. Mulieres ſimiliter pudicas, ſobrias, &c.

ET Cap. 4. Nemo adoleſcentiam tuã contemnat: ſed exemplum eſto fidelium in verbo, in cõuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate.

ET Cap. 5. Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrem: iuuenes vt fratres, anus, vt matres: iuuenculas vt ſorores, in omni caſtitate.

PRIOR. Ad Theſſal. Cap. 4. Vt ſuprà, Cap. 1. Lect. 15. lit. A. *Et deinde.* Non enim vocauit nos Deus in immunditiã, ſed in ſanctificationem.

PRIO. Petri Cap. 3. Similiter & mulieres ſubditæ ſint viris ſuis: vt & ſi qui nõ credunt verbo, per mulierum conuerſationem ſine verbo lucrifiant, conſyderantes in timore caſtam cõuerſationem veſtrã. Quarum non ſit extrinſecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus: ſed qui abſconditus eſt cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modeſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu Dei locuples.

L ISAIÆ Cap. 3. Et dixit Dñs, Pro eo quòd eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum, ibant & plaudebant: ambulabant, & pedibus ſuis compoſito gradu incedebant: Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit. In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & diſcriminalia, & periſcelidas, & murenulas, & olfactoriola, & inaures, & annulos, & gẽmas in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, & ſpecula, & ſindones, & vittas, & theriſtra. Et erit pro ſuaui odore, fœtor: & pro zona, funiculus: & pro criſpante crine, caluitium: & pro faſcia pectorali, cilicium.

AMOS Cap. 6. Væ qui opulenti eſtis in Siõ, &c. Qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti. Qui canitis ad vocem pſalterij: ſicut Dauid putauerunt ſe habere vaſa cantici: bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti: & nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph. Quapropter nunc migrabunt in capite tranſmigrantium: & auferetur factio laſciuientium. Iurauit Dominus Deus in anima ſua, dicit Dominus

Deus exercituum, Deteſtor ego ſuperbiã Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuitatẽ cum habitatoribus ſuis.

HABACVC, Cap.2. Væ qui congregat auaritiã malã domui ſuę, vt ſit in excelſo nidus eius, & liberari ſe putat de manu mali. Cogitaſti confuſionem domui tuę, concidiſti populos multos, & peccauit anima tua. Quia lapis de pariete clamabit: & lignum quod inter iuncturas ædificiorum eſt, reſpondebit. Væ qui ædificat ciuitatẽ in ſanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate. Nunquid non hæc ſunt à Domino exercituum? Laborabunt enim populi in multo igne: & gentes in vacuum, & deficient. Quia replebitur terra, vt cognoſcant gloriam Domini, quaſi aquæ operiẽtes mare. Væ qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum, & inebrians, vt aſpiciat nuditatẽ eius. Repletus es ignominia pro gloria: bibe tu quoq;, & conſopire: circundabit te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominiæ ſuper gloriam tuam.

LVCÆ. Cap.15. Homo quidam habuit duos filios, & dixit adoleſcentior ex illis patri, Pater da mihi portionem ſubſtantiæ quæ me contingit. Et diuiſit illis ſubſtantiam. Et non poſt multos dies congregatis omnibus adoleſcentior filius peregrè profectus eſt in regionem longinquam, & ibi diſsipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſè.

PRIOR. Ad Timot. Cap.2. Vt ſup. litera.K.

PRIOR. Petri, Cap. 3. Vt ſuprà, litera.K.

M PROVER. Cap. 20. Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas: quicunque his delectatur, non erit ſapiens.

ET Cap.23. Cui væ? Cuius patri væ? Cui rixæ? Cui foueæ? Cui ſine cauſa vulnera? Cui ſuffuſio oculorũ? Non'nè ijs qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis? Ne intuearis vinum quando flaueſcit, cùm ſplenduerit in vitro color eius: ingreditur blandè, ſed in nouiſsimo mordebit vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet.

LVCÆ Cap.21. Attendite autem vobis nè fortè grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ: & ſuperueniat in vos repentina dies illa.

ECCLESIASTICI Cap.23. Aufer à me ventris cõcupiſcẽtias, & cõcubitus cõcupiſcẽtię ne apprehẽdant me, & animæ irreuerenti & infrunitæ ne tradas me.

AD ROMAN. Cap.13. Vt ſuprà, Lect.8. litera.B.

AD GALAT. Cap.5. Vt ſuprà, litera. G. &. K.

AD EPHE. Cap.5. Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria.

AD HEBR. Cap.12. Ne quis fornicator aut prophanus, vt Eſau, qui propter vnam eſcam vendidit primitiua ſua. Scitote enim quoniam & poſteà cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus eſt. Non enim inuẽnit pœnitentiæ locũ, quanquàm cum lacrymis inquiſiſſet eam.

PRIO. Ad Cor. Cap. 6. Vt ſup. lit.B.

N MATTH. Cap.19. Dico autem vobis, quia quicunq; dimiſerit vxorẽ ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimiſsã duxerit, mœchatur. Dicunt ei diſcipuli eius: ſi ita eſt cauſa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis, Non omnes capiũt verbũ iſtud, ſed quibus datũ eſt. Sũt enim eunuchi qui de matris vtero ſic nati ſunt, & ſunt eunuchi qui facti ſunt ab hominibus: & ſunt eunuchi qui ſeipſos caſtrauerũt propter Regnũ cœlorum. Qui poteſt capere, capiat.

PRIOR. Ad Corinth. Cap.7. Dico autem non nuptis & viduis: bonum eſt illis ſi ſic permaneant, ſicut & ego. Quòd ſi non continent, nubant. Melius eſt enim nubere, quam vri. *Et iterum.* De Virginibus prę ceptum Domini non habeo, conſilium autem do tanquàm miſericordiam conſecutus à Deo vt ſim fidelis. Exiſtimo enim hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſsitatem, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. Alligatus es vxori? noli quærere ſolutionẽ. Solutus es ab vxore? noli quærere vxorem. Si autem acceperis vxorem, non peccaſti. Et ſi nupſerit virgo, non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebũt huiuſmodi. Ego autem vobis parco. *Et rurſus.* Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſsitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo, ſeruare virginem ſuã, benefacit. Igitur & qui matrimonio iungit virginem ſuam, benefacit: & qui non iungit, melius facit. Mulier alligata eſt legi quanto tempore vir eius viuit: quòd ſi dormierit vir eius, liberata eſt: cui vult nubat, tantùm in Domino Beatior autem erit ſi ſic permanſerit, ſecundùm meum conſilium. Puto autem quòd & ego ſpiritum Dei habeam.

EC-

O ECCLESIASTES, Cap.2.Cogitaui in corde meo abſtrahere à vino carnem meam,vt animum meum transferrem ad ſapientiam,deuitaremq; ſtultitiam , donec viderem quid eſſet vtile filijs hominũ.

PRIO. Ad Corinth. Cap. 9. Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet,& illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant:nos autem incorruptã. Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertũ: ſic pugno,non quaſi aërem verberans: ſed caſtigo corpus menm, & in ſeruitutem redigo,ne fortè cum alijs prædicauerim , ipſe reprobus efficiar.

AD COLOS. Cap.3.Mortificate ergò membra veſtra quæ ſunt ſuper terrã, fornicationem, immunditiam , libidinem, concupiſcentiam malam,& auaritiam,quæ eſt ſimulacrorum ſeruitus.

AVTHORIT. PATR.

C

Libido procul arcenda ab Eccleſia.

1 TERTVLLIA. Lib.de Pudicitia, Cap.4. Reliquas autem libidinũ furias impias & in corpora & in ſexus vltra iura naturæ,non modò limine, verùm omni Eccleſiæ tecto ſubmouemus , quia non ſunt delicta,ſed monſtra.

Ioan.1.

2 ET Cap.6.Vbi ſermo Dei deſcendit in carnem ne nuptijs quidem reſignatam, & ſermo caro factus eſt,ne nuptijs quidem reſignanda,qnæ ad lignũ non incontinentiæ, ſed tolerantiæ accederet:quæ non dulce aliqnid , ſed amarum aliquid inde guſtaret:quæ non ad inferos,ſed ad cœlum pertineret:quæ non laſciniæ frondibus,ſed ſanctimoniæ floribus præcingeretur:quę mundinas ſuas aquis traderet: exinde caro quæcunq; in Chriſto reliquas ſordes priſtinas ſoluit,alia iam rés eſt,noua emergit,iã non ex ſeminis limo,non ex concupiſcentiæ fumo,ſed ex aqua pura, & ſpiritu mundo. Quid itaq; illam de priſtino excuſas? Non corpus Chriſti,non membra Chriſti , non templnm Dei vocabatur, cùm veniam mœchiæ conſequebatur . Itaq; ſi exinde quo ſtatum vertit, & in Chriſtum tincta induit Chriſtum,& magno redempta eſt, ſanguine ſcilicet,Domini & Agni, tenes aliquod exemplum,ſiue præceptum, ſiue formam, ſiue ſententiam indultæ , ſiue indulgendæ fornicationis atque mœchiæ?

Libido membra Chriſti, & Dei templũ polluit.
1.Cor. 12.
1.Cor.6.
1.Cor.6.
Galat.3.
1.Cor. 6.

Luxuria venenum diabolo.

3 IDEM, Lib.Exhortatio ad Caſtitatem,Cap.13.Inuenit diabolus,poſt luxuriã caſtitatis perditricem , quomodo reus ſit Chriſtianus,qui caſtitatẽ recuſauerit conſeruatricem.

G 1 CYPRIA. Lib.de Habitu Virginũ, ſtatim in initio. Quòd ſi in ſcripturis ſanctis,tàm veteribus,quàm etiam nouis , frequenter & vbique diſciplina præcipitur, & fundamentum omne religionis ac fidei de obſeruatione ac timore proficiſcitur, quid cupidiùs appetere,quid magis velle ac tenere nos conuenit,quam vt radicibus fortiùs fixis,& domicilijs noſtris ſuper petram robuſta mole ſolidatis,inconcuſsi ad procellas & turbines ſeculi ſtemus , vt ad Chriſti munera per Diuina præcepta veniamus,cõſyderantes pariter ac ſcientes,quòd templũ Dei ſint membra noſtra,ab omni fęce cõtagionis antiquæ lauacri vitalis ſanctificatione purgata,nec violari ea aut pollui fas ſit,cùm qui violat,& ipſe violetur? Eorum nos templorũ cultores & antiſtites ſumus. Seruiamns illi cuius eſſe iam cœpimus. Paulus in epiſtolis ſuis ponit & dicit , quibus nos ad cnrricula viuendi per Diuina magiſteria formauit:Nõ eſtis veſtri:empti enim eſtis magno precio , glorificate & portate Deum in corpore veſtro . Glorificemus & portemus Dominum puro & mũdo corde & corpore,& obſeruatione meliori , vt qui per ſanguinem Chriſti Domini noſtri redempti ſumus , per omnia ſeruitutis obſequia Redemptoris imperio pareamus , demuſq; operam ne quid immundum & profanum templo Dei inferatur, ne offenſus, ſedem quam inhabitat,det elinquat. *Et longè pòſt* . Cæternm ſi tu te ſumptuoſiùs comes,& per publicum notabiliter incèdas, oculos in te iuuentutis illicias,ſuſpiria adoleſcentium poſt te trahas,concupiſcendi libidinem nutrias,peccandi fomenta ſuccendas,vt & ipſa non pereas,alios tamen perdas,& velut gladium te & venenum videntibus præbeas , excuſari non potes , quaſi mente caſta ſis & pudica. Redarguet te cultus improbus & impudicus ornatus,nec cõputari iam potes inter puellas ac virgines Chriſti,quæ ſic viuis vt poſsis adamari . *Et iterum verſus finem* . Et quoniã continentię bonum quærimus,pernicioſa quæque & infeſta vitemus.Nec illa prætereo , quæ dùm negligentia in vſum veniunt, contra pudicos & ſobrios mores licentiam ſibi de vſurpatione fecerunt.Quaſdam non pudet nubẽtibus intereſſe, & inter illã laſciuientiũ libertatem ſermonum , colloquia inceſta miſcere,audire quod non decet, quod non licet

Quia templum Dei ſumus , caſtitas ſeruanda eſt.

1.Cor.6.

Cultus veſtium & impudicus ornatus,incitium libidinis.

Virgines nuptijs non interſint.

licet,dicere:obſeruare,& eſſe præſentes inter verba turpia & temulenta conuiuia,quibus libidinum fomes accenditur:ſponſa ad patientiam ſtupri,ad audaciam ſponſus animatur.Quis illi in nuptijs locus eſt, cuius animus ad nuptias non eſt?Aut voluntariꝗ illic & lætæ eſſe quæ poſſunt,vbi ſtudia & vota diuerſa ſunt?Quid illic diſcitur?Quid videtur? Quantùm à propoſito ſuo virgo deficit,quando pudica quæ venerat, impuditior diſcedit? Corpore licèt virgo ac mente permaneat,oculis,aurib⁹, lingua minuit illa quæ habebat. Quid verò quæ promiſcuas balneas adeunt quæ oculis ad libidinē curioſis pudori ac pudicitiæ corpora dicata proſtituunt,quæ cùm viros atque à viris nudæ vident,turpiter ac videntur,non'ne ipſę illecebram vitijs præſtant? Non'ne ad corruptelam & iniuriam ſuam deſyderia præſentium ſolicitant & inuitant? Viderit,inquis,qua illuc mente quis veniat, mihi tantùm reficiēdi corpuſculi cura eſt & lauādi. Non te purgat iſta defenſio,nec laſciuiæ & petulantiæ crimen excuſat. Sordidat lauatio iſta,non abluit: nec emundat membra, ſed maculat.Impudicè tu neminem conſpicis,ſed ipſa conſpiceris impudicè. Oculos tuos turpi oblectatione non polluis:ſed dū oblectas alios,ipſa pollueris. Spectaculum de lauacro facis:theatra ſunt fœdiora quò conuenis:verecundia illic omnis exuitur, ſimul cum amictu veſtis honor corporis ac pudor ponitur,denotanda & contrectanda virginitas reuelatur.

Virgines balnea ne adeant.

2 IVSTINVS Martyr,Epiſtola ad Zenam & Serenum.Ergò ab omni appetitu cupiditateq; carnali vacuus Chriſtianus eſſe debet. Latrocinatur enim qui non eſt eiuſmodi,Deiq; templum diripit, atque vt audaciùs dicamus,ipſe ex ſe, & à ſe Deum eijcit:idemq; & conſciētia ſcelerum de ſpe ſalutis decidit, & alieniore animo eſt in eos qui ſe admonent, & Adamo pro propugnaculo vtitur, & Euæ facinore gloriatur,cùm vnà cū Chriſto eū mori oporteat.Par eſt autem nos multa nobiſcum in animis conſyderantes & verſantes, ita demum ſermones eiuſmodi habere, qui reprehendi non H poſsint: nec quicquam nugandi ſtudio dicere, ſed taciturnitate maxima adhibita, moderatè reſpōdere ijs,etiam quibus reſpōdere nos cogat neceſsitas. *Et paulò pòſt.* Cū mulieribus maiori cum diligentia & cura colloquendum eſt, propter earum iactationem & arrogantiā. Quandiu enim aliqua claram illuſtremq; ſe facit, & mulier eſſe deſenditur,& otiū deſydiamq; exercuit & excoluit,fœmina eſt,nec propter eiuſmodi animi ſenſum fidelis eſt. Neque igitur eas exagitemus,quin nec eis aſſentemur.Quod autem charum habemus, id cum periculo non faciamus. Vitij enim multas in partes tributæ ſunt occaſiones. Quocirca ita vigilandum eſt nobis vt & in conſeruatoris ſermonibus verſemur, nec de quoquā aliquid ſiniſtri aut mali dicamus vel audiamus. Scabie enim animus laborat, plenusq; eſt malorm ſuccorū ex alijs colloquijs. Itaque & vtiles res ſolæ audiendæ, & ex Euangelio faciendæ ſunt:quę autem quaſi ſupplantant animum,ſugiendæ. *Et poſt pauca.* Mulieribus honos tribuendus eſt,adhibita cautione,ne peccetur à nobis: accedendumq; ad eas cum integritate & cautione, non curioſè,cum metu periculoſæ earum conſuetudinis, conſyderataq; anteà, facili earum mutatione,& conſcientia ad id quod factū eſſe arbitrantur.In primis vitanda ſunt earum ſtudia & inſtituta,quibus clàm ſe comere & ornare ſolent: quæ cùm abdito in loco ſunt,& à ſe ipſæ condemnantur,& proximis exitium afferunt. *Et mox.* Verſandū eſt ergò cum his talibus maiori cum animi fortitudine adhibita diffuſorum ramorum noſtrorū præciſione.Nam vt primùm capti ſunt,aſſentiuntur,& à vulpibus quæ in terra latitant,fructus deuoratur. Itaque vt eſt apud Prophetam ſcriptū, Stimulis aſinus adigendus eſt, flagriſq; equus coercendus, vt & piger excitetur,& monitis caſtigationeq; pulſetur, quòd fræni impatiens ſit, is qui imperium recuſat. Quare, Hieremiæ ſententia,ne nos equos,qui ad inſaniam fœminas amant,præbeamus, neq: ad proximi vxorem hinniamus.

Libido; Dei templū diripit.

A colloquijs impudicis abſtinendum.

Sermones ſint canti.

Cum mulieribus ſit rara & cauta conſuetudo ac familiaritas.

Prouer. 26.

Hierem. 5.

3 AVGVST. tom. 5. De Ciuitate Dei,lib.21.Cap.11. Porrò autem ſi alienæ fœminæ oſculum infixum rationis ſit verbere vindicare,non'ne qui illud puncto tēporis fecerit, incōparabili horarum ſpatio verberatur, & ſuauitas voluptatis exiguæ diuturno dolore punitur?

Ab oſculis fœminarum cauendum.

1 CYPRIA. Lib.de Singularitate clericorum.Si mariti & vxores deſyderia coniugalia quotidie gerentes ſibi non ſufficiūt, quid agunt illi,qui ad augendas impugnationes fœminis ſociantur?Ex improuiſo vel tranſeunter ad horam fœmineus aſpectus occurrēs,velut ſagittas alienis oculis iactat. Quādo libera non eſt ſimplex reuerentia, quid

Ab aſpectu mulierū maximè abſtinendum.

quid illic geritur, vbi libertatis ſumit mulier in contubernalitate conſtantiam? Quã do in domeſticis negotijs nunc lacertos ac femora lanificis operibus nudat, nũc ęſtuãs detegit membra, nũc fatigata iactatur, aut in riſum aliquãdo diſſoluitur, nunc blanditias exhibet, & quod eſt venenoſius ſuper cuncta, pſallere delectatur, aut canere? Cuius cantu tolerabilius eſt audire Baſiliſcũ ſibilantem. Contra quam Salomon ſic nos cautos efficit, dicens, Cum ſaltatrice noli aſsiduus eſſe, nec audias illam, ne fortè diſpereas in efficacia eius. Taceo reliqua, quæ magis pudenda ſunt, quàm dicenda. *Et longè poſt.* Hunc habent in mulieribus fructum, vt in illis ſemper defixa intentione, deſyderia ſatient oculorum, ne vel momentum aliquod tranſeat, cùm indigeant quod affectant. Sic inter eos integritas emoritur, vbi omnis commoratio, ſiue conuiuendo, ſiue commanendo, corruptis affectionibus inquinatur. Quos S. Petrus Apoſtolus deſignauit, dicens: In conuiuijs ſuis luxuriantes, oculos habẽtes plenos mœchationibus & inceſſabilibus delictis capientes animas infirmas. Hos etiam ita Salomon denotat: Abominatio eſt, inquit, coram Domino defigens oculum. Planè contrà, purum oculum teſtatur ſe habere Iob, qui ait: Et ſi oculis conſenſit cor meum. Verùm enimuerò ille poteſt ſuis oculis obnoxius non teneri, cui nolenti repentinus occurſus mulieris, ſcandalum mouerit, quòd protinus mens quod nolebat, expellit. Ille autem commotionem ſui viſus nõ meretur euadere, qui apud ſe ſcandali materiam tenet, qui vult intẽtionis ſuæ affectibus frui, qui affectat habere quod oculis offenſionẽ ingerat, quorum auiditas inexplebilis inter offendicula continua nullo modo poteſt omnino compeſci.

Eccleſiaſtici 9. — *Conſuetudo cum fœminis vitãda.* — *2. Pet. 2.* — *Eccleſiaſtici 24.* — *Iob. 31.*

I 1 AVGVST. tom. 7. Contra Pelagianos Hypognoſticon, Lib. 4. in fine. Audite ergò breuiter non breuia, ſed crimine ingenita caloris veſtri amantiſsimi opera, qui bus in illicitum coire præcipiat hebetata corda mortalium, & erubeſcite & conticeſcite tandem. Iſto calore ſuccenſus & turpiter illectus nonnunquàm pater inclinat filiam, & operatur inceſtum: filius etiam patris torum maculat cùm matri vel nouercæ aliquando miſcetur. In ſororem frater cupidine ductus incurrit: cognatam non erubeſcit opprimere. Virgo licentiam non ſuſtinet nuptiarum, ſed ſtuprum tempore concupiſcit illicito. Maritus minimè contentus licitis vxoris amplexibus, vteros contaminat alienos: ſimiliter & vxor immemor proprij mariti cubilis, adulterino amore vxoris totum occupat alienæ. Nam maſculi relicto naturali vſu fœminæ, exardeſcunt in deſyderijs ſuis in inuicem, maſculi in maſculos turpitudinem operantes. Horret etiam plus ijs quæ diximus, dicere, quòd dum homo immemor ſuæ naturæ rationalis, irrationali naturæ, & alienæ à ſua natura pecudi coire compellitur. Quid de ruina aliquantorum ſeruorum Dei & ſacrarum Virginum dicam, quæ hac tempeſtate naufragia patiuntur?

Libidinis damna. — *Rom. 1.*

M 1 CLEMENS Alexandrinus, lib. 2. Pædagogi, Cap. 4. In potu verò vigiliæ ebrietatem accerſunt, & excitant libidinem, quæ ſunt rebus turpibus faciendis dedita audacia. Sin autem in tibijs & pſalterijs, choris & ſaltationibus & plauſibus Ægyptiorum, & diſſolutis eiuſmodi otijs ſtudioſè verſentur, immodeſti, inſolentes, valdèque à bona diſciplina alieni euaſerint, vtpote quos cymbala & tympana circunſonent, & fraudis inſtrumenta circunſtrepant. Reuera enim, vt mihi videtur, eiuſmodi conuiuium eſt ebrietatis theatrum. Cùm enim tenebrarum opera exuerimus, induere arma lucis vult Apoſtolus, vt in die decorè ambulantes: non in comeſſationibus, & ebrietatibus: non in cubilibus & in impudicitijs verſantes. *Et mox.* Omne autem turpe ſpectaculum, omnemque turpem auditionem, &, vt ſemel dicam, turpem omnem ſenſum intemperantiæ, quod quidem eſt vera ſenſus priuatio, maximè oportet nos excindere, quæ in oculis & in auribus titillat, & effœminat, voluptatem cauentes.

Intemperantia omnino fugienda. — *Roma. 13.* — *Spectacula et turpia colloquia deuitanda.*

2 ET Cap. 5. Rerum autem ridicularum, vel ridendarum potius actionum imitatores, exigendi ſunt à noſtra Republica. Cùm enim verba omnia à cogitatione & moribus emanent, fieri non poteſt, vt verba aliqua emittantur ridicula, quæ non procedant à moribus ridiculis. Illud enim: Non eſt arbor bona quæ facit fructus malos, neque arbor mala quæ facit fructus bonos: hic quoque applicandum eſt. Sermo enim, fructus eſt cogitationis. Si ergò qui riſum mouet exterminandi ſunt à noſtra Republica, longè abeſt vt nobis permittat riſum mouere. Abſurdũ enim eſſet,

Verba mala non ꝯcedenda nec a. dicenda. — *Matt. 7.*

eſſet, quorum auditores eſſe prohibitum eſt, inueniri eorum imitatores. Multò autem eſſet abſurdiùs ſtudere vt ipſe ſis ridiculus, hoc eſt, probris inceſſendus & irridendus. Si enim ridiculam figuram ſuſcipere, quemadmodùm in pompis videntur nõnulli, in animum minimè induxerimus: quomodò internum hominem magis ridiculam ſuſtinere figuram iure paſsi fuerimus? Et ſi perſonam noſtram, non noſtra quidem ſponte, in magis ridiculoſam vnquàm conuerterimus: quomodò in verbis ſtuduerimus eſſe & videri ridiculi, id quod eſt omnium quæ ſunt in homine longè pretioſiſsimum, nempe ſermonem ac rationem ludibrio habentes? Ridiculum eſt ergò hæc exercere, quandoquidem nec huiuſmodi ridiculorum hominum oratio digna eſt quæ audiatur: per hæc nomina ad turpia facta conſuefaciẽs. Vrbanè ergò & lepidè loquendum eſt, non riſus autem mouẽdus. Quin etiam ipſe riſus eſt comprimendus. Nam ipſe quoque ſi quomodo oportet proferatur, præſefert decôrem & honeſtatem, ſin aliter prodeat, indicat intemperantiã.

Ridendum quando & quomodo.

Et poſt pauca. Immoderata autem & inconcinna vultus diſſolutio, ſi ſit quidem in mulieribus, appellatur Græcè κιχλισμὸς hoc eſt, riſus immodeſtus & laſciuus, is eſt autẽ riſus meretricis. Si autem in viris, καγχασμὸς hoc eſt, cachinnatio. Eſt autem hic procorum riſus inſolens & proteruus. *Et mox.* Neque enim eſt ſemper ridendum, eſt enim immoderatum: neque ſi adſint ſeniores, vel aliqui quos æquum eſt reuereri: niſi fortè ipſi quoque vt vos exhilarent, vrbanè aliquid & lepidè dixerint. Sed neque apud quoſlibet ridendum eſt: neque in omni loco, ſed neq; omnibus, neq; propter omnia. Maximè enim adoleſcentulis & mulieribus riſus eſt procliuis ad calumniam. *Et in fine.* Improborum itaque hominum mores in vino maximè perſpici contingit, vt qui ſint omni ſimulatione nudati propter illiberalem vini petulantiæ in dicendo licentiam, per quam ſopitur quidem ratio, quæ in ipſa anima ebrietate oppreſſa eſt & grauata: agreſtes autem & omni vrbanitate carentes excitantur affectiones, quæ in animi imbecillitatem facilè dominatum occupant.

In vino perſpiciuntur improbi mores.

3 ET Cap. 6. A turpiloquio autẽ & nos omnino abſtinere oportet, & eis qui illo vtuntur os obſtruere, & aſpectu ſeueriore, & vultus auerſione, & ea quæ vocatur, ſubſannatione, & ſæpe etiam aſperiori oratione. Quæ enim, inquit, ex ore exeunt, coinquinant hominem. Cõmunem, & gẽtilem, & indoctum, intemperantemq; & petulantem eum oſtendunt: non autem proprium, modeſtum, honeſtum, & temperantẽ. Cùm autem turpia æquè in audiendo verſentur, & in ſpectando, Diuinus Pædagogus eadẽ ratione pueris luctantibus, ne aures eorum offendãtur, pudicos & modeſtos ſermones, veluti quædam aurium munimenta adhibet, ne poſsit ad frangendam animam peruadere pulſatio fornicationis: oculos autẽ dirigit ad rerum honeſtarum ſpectaculum: melius eſſe dicens labi pedibus quàm oculis.

A turpiloquio prorſus abſtinendum. Matth. 15.

Hoc turpiloquium propulſans Apoſtolus: Omnis, inquit, malus ſermo ex ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus. *Epheſ. 4.* Et rurſus: Sicut decet ſanctos, non nominetur in vobis turpitudo, & ſtultiloquium, vel ſcurrilis vrbanitas, quæ ad rem non pertinent: ſed magis gratiarum actio. *Ibid. 5.* Si autẽ qui ſtultum dixit fratrem, obnoxius eſt iudicio, quid de eo qui ſtulta loquitur, pronunciabimus? *Matth. 5.* An non etiam de eo ſcriptum eſt: Qui locutus verbum fuerit ocioſum, reddet rationem Domino in die iudicij? *Matt. 12.* Et rurſus: Ex ſermone tuo iuſtificaberis, inquit, & ex ſermone tuo condemnaberis. Quænam ſunt ergò ſalutares aurium defenſiones, & quænam ſunt lubricorum oculorum diſciplinæ? Quæ cum iuſtis ſunt cõuerſationes, aureſq; præoccupant, & eis prius obſtruũt, qui volunt abducere à veritate. Bonos mores perdunt malæ conſuetudines, inquit Poëtica. Præclarius autem Apoſtolus: Eſto te, inquit, odio habentes malum, adhærentes bono. *Rom. 12.* Qui enim cum ſanctis verſatur, ſanctificabitur. *Pſal. 17.* Omnino ergò abſtinendũ eſt à turpibus auditionibus, & verbis, & ſpectaculis: ſed multò magis à factis turpibus, mundos eſſe oportet: partim quidem, in oſtendendis & nudãdis aliquibus partibus corporis quas non decet: partim autem in contemplandis ſecretioribus partibus.

Facta turpia deuitanda.

Neque enim turpem iuſti denudationem in animum induxit aſpicere modeſtus filius: ſed texit modeſtia, quod nudarat ebrietas, ſpectandum lapſum inſcientiæ. *Gen. 9.* Mundos autem nihilominus eſſe oportet & à vocũ prolationibus, quibus nullum oportet eſſe aditũ ad aures eorũ qui in Chriſto crediderunt. Hac ratione mihi videtur Pædagogus nihil quod ſit indecôrum & inhoneſtum, vobis loqui permittere, longè antè vos præ-

præmuniens aduerſùs incontinentiã. Præ-
clarè enim & mira arte ſolet vitiorum radi-
ces excindere, quemadmodùm, Non mœ-
chaberis: per illud, Non cõcupiſces. Adulte
Exod. 10. *Matth. 5.* riũ enim fructus eſt cõcupiſcẽtię, quę quidẽ
eſt mala radix. Similiter ergò hic quoq; Pę
dagogus ſecundùm nominũ licentiam, tan
quàm vſum reprehendit, ſecurã intempe-
rantiæ cõgreſsionem amputans: ſe enim in
omnibus inſolenter gerere, facit vt medite-
mur inhoneſtè facere. In voce autẽ eſſe mo
deſtũ, eſt ſeipſum exercere ad fortiter ſuſti
nendam libidinis impreſsionẽ. Profundiori
autem oratione tractauimus, quòd neq; in
nominibus, ſed neq; in partibus ad coitum
pertinẽtibus, & nuptiali cõgreſsione, in qui
bus impoſita ſunt nomina quæ vſu minimè
trita ſunt, eius quod verè turpe eſt, ponit̃ ap
pellatio. Nã neq; genu, & tibia, & huiuſmo
di mẽbra, & quæ eis impoſita ſunt nomina,
ſunt turpia, nec quæ per ea fit actio: mẽbra
autẽ & hominis verẽda, verecũdia quidem
plena, nõ autẽ turpia cẽſenda ſunt. Turpis
autẽ res eſt, quæ fit pręter leges eorũ opera
tio, ideóq; probro digna & ſupplicio. Tur-
pe.n. ſolũ re vera eſt vitiũ, & quę per ipſum
agũtur. His ergò cõſequenter, iure vocetur
turpiloquiũ quæ de vitioſis factis habetur
oratio: cuiuſmodi eſt ſi de adulterio, vel de
Ineptæ nu-gæ fugiẽdæ. puerorũ amore diſſeratur, & quæ ſunt hu-
iuſmodi. Quãquàm ineptę quoq; nugę ſunt
Prouer. 10. ſilentio prætermittendæ. Ex multiloquio
enim, inquit, nõ effugies peccatũ. Luet ergò
pœnas linguæ vitiũ. Eſt.n. tacens qui inue-
Eccleſiaſtici 10. nitur ſapiẽs, & eſt qui odio habetur propter
multã loquacitatem. Quin etiam ipſe nuga
tor affert ſibi ipſi faſtidium ac ſacietatem.
Ibidem. Qui enim multiplicat ſermonem, odit ani-
mam ſuam.
4 ET Cap. 7. In ſumma ergò adoleſcen
tes & adoleſcentulæ, ab eiuſmodi cõuiuijs
Conuiuia adoleſcen-tioribus de-clinanda. omnino abſtineãt, ne labãtur in ijs quæ nõ
conueniebãt. Inuſitatę enim auditiones, &
indecôra ſpectacula, dum in eis adhuc fides
fluctuat: mentem eorum euẽntilant: ætatis
autem inſtabilitas eas adiuuat, vt ad cupidi
tates ferantur præcipites. Quin etiã nõnun
quàm alijs cauſæ ſunt offenſionũ, dum flo-
rem ætatis qui eſt maximè lubricus & peri-
Eccleſiaſtici 9. culoſus, oſtentant. Rectè enim videtur præ
cipere ſapientia: Cũ muliere quæ viro ſub
iecta eſt, ne omnino ſedeas, & ne ſuper cu-
bitum cum ea accubueris: Hoc eſt: ne cum
ea frequentius cœnes, neque cum ea come-
das. Et ideò ſubiungit: Neque cum ea in
vino congrediaris: ne quando inclinet cor
tuum in ipſam, & ſanguine tuo labatur ad
interitum. Lubrica enim res eſt quæ eſt in
vino libertas, quæ poteſt efflorеſcere. Viro
autem ſubiectã nominauit, quod maius ſit
periculum ei qui vitæ ſocietatis vinculum
conatur diſſoluere. Quòd ſi aliqua neceſsi-
tas euenerit quæ eas iubeat accedere; illæ
quidẽ exterius amictu pulchrè tegantur: In
tus autem pudore. Quæcunq; autẽ nõ ſunt
viro ſubiectę, ijs eſt extremũ probrum in-
tereſſe conuiuio virorum, idq; vinolento-
rum. *Et poſt pauca.* Oportet autem in vino *Vini intem-peranti a fu gere opor-tet.*
petulantiam non ſecus fugere quàm cicũ-
tam. Ambo enim ad mortẽ attrahũt. Opor
tet verò & profuſum riſum arcere, & im-
modicas lacrymas. Sæpè enim temulenti
cùm maximum cachinnũ ſuſtulerint, dein
de rurſus neſcio qua perſuaſi vini inſolen-
tia, deſcẽdunt ad lacrymas. A ratione enim
alienum eſt, & eſſe effœminatum, & eſſe
petulantem.
5 TERTVL. Lib. de Pudicitia, Cap.
1. Pudicitia flos morum, honor corporum, *Pudicitiæ encomia.*
decor ſexuum, integritas ſanguinis, fides
generis, fundamentum ſanctitatis præiudi-
cium omnis bonæ mentis. Quanquàm rara,
nec facilè perfecta, vixq; perpetua, tamen
aliquatenus in ſeculo morabitur, ſi natura
prę̈ſtruxerit, ſi diſciplina perſuaſerit, ſi cẽ-
ſura compreſſerit.
6 IDEM, Lib. De cultu Fœminarum,
Cap. 8. & 9. Nam vbi Deus, ibi pudicitia;
ibi grauitas adiutrix & ſocia eius. Quo er- *Pudicitiæ comes, graui tas.*
gò pacto pudicitiam ſine inſtrumento eius,
id eſt, ſine grauitate tractabim⁹? Quomodò
autẽ grauitatẽ adminiſtrandæ pudicitię ad *Veſtium & ornatus ni-mius nitor, amputãdus.*
hibebimus, niſi & in facie, & in cultu, & in
totius hominis contẽplatione, ſeueritas cir-
cunferatur? Quamobrẽ erga veſtitũ quoq;
& reliqua cõpoſitionis veſtræ impedimen
ta, proinde vobis curanda eſt amputatio &
decuſsio abundantioris nitôris. Nam quid
prodeſt, faciem quidẽ frugi & expeditam,
& ſimplicitate cõdignã diuinæ diſciplinæ
exhibere, cætera verò corporis, laciniosis
põparum & delitiarum ineptijs occupare?
Hæ põpę quã de proximo curẽt luxurię ne
gotiũ, & obſtrepãt pudicitię diſciplinis, di-
noſcere in facili eſt, ꝙ gratiã decôris vultus
ſocietate proſtituãt: adeò ſi deſint, irritã &
ingratam reddunt, velut exornatam & nau
fragam. Cõtrà ſi forma defecit, adminiculũ
nitôris quaſi de ſuo gratiã ſupplet. Ætates
deniq; requietas iam & in portum modeſtię

ſubductas, ſplendor & dignitas cultus auocant, & ſeueritatem appetitionibus inquietant, cōpēſantibus ſcilicet habitus irritamēto pro frigore ætatis. Ergò benedictę, primo quidē vt lenones & proſtitutores, veſtitus & cultus ne in vos admiſeritis, tū ſi quas vel diuitiarū ſuarum, vel nataliū, vel retrò dignitatum ratio cōpellit, ita pōpaticas progredi, vt ſapientiā cōſecutæ, temperare ſaltem ab huiuſmodi curate, ne totis habenis licentiam vſurpetis prætextu neceſsitatis. Quomodò etenim humilitatem quā Chriſtiani profitemur, implere poterimus, non repaſtinantes diuitiarum veſtrarum vel elegantiarum vſum, quæ ad gloriā faciūt? Gloria autem reconſueuit. Non enim vtemur noſtris? Quis autē prohibet vti? Secundùm Apoſtolum tamen, qui nos vti monet mundo iſto, quaſi non abutamur. Præterit enim (inquit) habitus huius mundi. Et qui emūt, inquit, ſic agant quaſi non poſsidētes. Cur ita? quoniam præmiſerat, dicens; Tempus in collecto eſt. Si ergò vxores quoque ipſas ſic habendas demonſtrat, tanquàm non habeantur, propter anguſtias temporum, quid de vanis his inſtrumentis earum? Non enim & ita multi faciūt, & ſe ſpadonatui aſsignāt propter regnum Dei, tàm fortem & vtiq; permiſſam voluptatem ſpontè ponentes? Quidam ipſam Dei creaturam ſibi interdicunt, abſtinentes vino, & animalibus exulantes, quorum fructus nulli periculo aut ſolicitudini adiacent, ſed humilitatem animæ ſuæ in victus quoque caſtigatione Deo immolant.

1. Cor. 7. — *Matth. 19.*

7 IVSTINVS Martyr, Epiſtola ad Zenam & Serenum. Hæc vobis ſcripto propoſui, quod & tranquillitatem animi veſtri admonere inſtituerim, & vos ad perfectum abſolutumque virtutis munus adhortari. Qui enim talis non eſt, is extra regulam legemq; ſibi datam & præſcriptam, currit: & propter ordinem quem non ſeruat, præmium amittit: & quanquàm miſer fortium athletarū ſubſidium cōmparat, cibo, aut potione, aut veſte ſumpta, tamē corona minimè donatur.

Amittit præmiū qui ordinem nō ſeruat.

8 CYPRIANVS, tractatu de habitu Virginum. Continentia verò & pudicitia non in ſola carnis integritate conſiſtit, ſed etiam in cultus & ornatus honore pariter ac pudore, vt, ſecundùm Apoſtolum, quæ innupta eſt, ſancta ſit & corpore & ſpiritu. Virgo non eſſe tantùm, ſed & intelligi debet & credi, vt nemo cū virginem viderit, dubitet an virgo ſit. Parem ſe integritas in omnibus præſtet, nec bonum corporis cultus infamet. Quid ornata, quid compta procedit, quaſi maritum aut habeat aut quærat? Timeat potius placere, ſi virgo eſt, nec periculum ſui appetat, quæ ad meliora & Diuina ſe ſeruat. Quæ virum non habent, cui placere ſe ſimulent, integræ & puræ non tantùm corpore, ſed etiam ſpiritu perſeuerent. Neque enim fas eſt virginem ad ſpeciem ſuæ formæ comi, aut de carne, & de eius pulchritudine gloriari, cùm nulla ſit illi magis quàm aduerſùs carnem colluctatio, & vincendi, aut domandi corporis obſtinata certatio. *Et poſt pauca.* Locupletem te dicis & diuitem, ſed diuitijs tuis Paulus occurrit, & ad cultum atque ornatum tuum iuſto fine moderandum, ſua voce præſcribit: Sint, inquit, mulieres cum verecundia & pudicitia componentes ſe, &c. Item Petrus ad hæc eadem præcepta conſentit & dicit: Sit in muliere non exterior ornamenti aut auri, aut veſtis cultus, ſed cultus cordis. Quòd ſi illi mulieres quoque admonent coërcendas, & ad Eccleſiaſticam diſciplinam religioſa obſeruatione moderandas, quæ excuſare cultus ſuos ſoleant per maritum: quantò id magis obſeruare virginem par eſt, cui nulla ornatus ſui competat venia, nec deriuari in alterum poſsit mendacium culpæ, ſed ſola ipſa remaneat in crimine? *Et paulò pòſt.* Ornamentorum ac veſtium inſignia & lenocinia fucorum, non niſi proſtitutis & impudicis fœminis congruunt, & nullarum ferè precioſior cultus eſt, quàm quarum pudor vilis eſt. Sic in ſcripturis ſanctis quibus nos inſtrui Dn̄s voluit & moneri: deſcribitur ciuitas meretrix, compta pulchrius & ornata, & cum ornamentis ſuis, ac propter ipſa ornamēta potius, peritura. Et venit, inquit, vnus ex ſeptem Angelis habentibus phialas ſeptem, &c. Fugiant caſtæ virgines, & mulieres pudicæ, inceſtarum cultus, habitus impudicarum, lupaniarum inſignia, ornamenta meretricum. Clamat etiā Spiritu ſancto plenus Iſaias, & filias Sion auro & veſte corruptas increpat, & obiurgat pernicioſis opibus affluentes, & à Domino per ſeculi delitias recedentes. Exaltatæ ſunt, inquit, filiæ Siō, &c. Hoc Deus culpat & denotat: hinc corruptas eſſe virgines, hinc à cultu vero & Diuino deſciuiſſe pronūciat. Exaltatę

Pudicitia in quibus conſiſtat. — *1. Cor. 7.*

Nimius corporis cultus dānatur.

Virginibus, & vxoribus etiam diuitibus, cultus & ornatus corporis ac vultus interdicitur.

1. Tim. 2. — *1. Pet. 3.*

Ornatus veſtium, & ſucus, vt impudicitiæ ſigna, damnātur.

Apoca. 17. — *Iſai. 3.*

ceci-

ceciderunt:comptę, turpitudinem fœditatemq; meruerunt:ſerico & purpura indutæ,Chriſtum induere non poſſunt:auro & margaritis & monilibus adornatæ, ornamẽta corporis & pectoris perdiderunt. Quis non id execretur & fugiat,quod alijs fuerit exitio?Quis id appetat & aſſumat,quod ad necem alterius pro gladio fuerit & telo? Si hauſto poculo moreretur ille qui biberat,venenum ſcires eſſe quod ille potauit. Si accepto cibo,qui acceperat interiret, ſcires eſſe lethale quod acceptũ potuit occidere, nec ederes inde nec biberes,vnde interijſſe alios antè conſpiceres.Nunc quanta ignorantia veri eſt,animi quanta dementia, id velle quod & nocuerit ſemper & noceat! Et putare quòd inde ipſa non pereas, vnde alios perijſſe cognoſcas! Neque enim Deus purpureas aut coccineas oues fecit, aut herbarum ſuccis,aut cõchylijs tingere aut colorare lanas docuit. Nec diſtinctis auro lapillis & margaritis contexta ſerica, & numeroſa compăge digeſtis monilia inſtituit, quibus ceruicem quam fecit abſconderet, vt operiatur illud quod Deus in homine formauit,& conſpiciatur deſuper id quod diabolus adinuenit.*Vide etiam ſuprà, lit. G. auth. 1. & lit. H. auth. 1.*

9 ATHANASIVS, De virginitate ſeruanda. Amplectamur valde ieiuniũ, magnum enim munimentum eſt ieiunium, Oratio item,& eleemoſyna,cùm ex morte hominem liberent. Vt enim ob eſcam & inobedientiam proturbatus eſt Adam ex paradiſo, ita rurſum per ieiunium & obedientiam in paradiſum, qui volet, redibit. In hac virtute cultum corporis tui ornamentaque quære, ò virgo, & placebis cœleſti ſponſo. Nam quæ cum mundo coaleſcunt & conſeruntur, & vnguentis, aromatibus, & fragrantijs,& amictu pretioſo,& auro venuſtant ſua corpora vt placeant hominibus, Deo placere non poſſunt. Chriſtus autem nihil horum à te requirit, niſi ſolùm cor mundum & os incontaminatum, ieiunioq; liuidum. Quòd ſi accedant aliqui & dicant tibi, ne frequenter ieiunes ne imbecillior fias:nec illis credas,nec auſcultes. Illos enim diabolus ſubornauit. *Et mox.* Vide igitur quid faciat ieiunium:morbos ſanat,diſtillationes exſiccat, dæmones fugat, malaſque cogitationes expellit, & mentem nitidiorem reddit, & cor purgatius, & corpus ſalubrius, & ad thronum Dei homines ſiſtit. Sed

Ieiunij vis & vtilitas.

ne putes iſta temerè dici,habes eius rei teſtimonium in Euangelijs ab ipſo Chriſto prolatum. Sciſcitati ſunt ab eo diſcipuli dicentes,Domine declara nobis,quo nam pacto immundi ſpiritus propelluntur? Quibus reſpõſum eſt à Domino,Hoc genus nõ eijcitur niſi ieiunijs & orationibus. Quiſquis igitur ab immundo ſpiritu vexatur,certum habere debet hoc pharmaco,ieiunio inquã, ſtatim ſpiritus malos afflictos abſcedere vim ieiunij metuentes. Valde enim dæmones oblectantur crapula & otio corporis. Magna vis in ieiunio, & magna & præclara fiunt per illud. Alioqui vnde fieri poſſet, vt homines tã mirifica præſtent, vt Dominus per eos vel ſigna faciat, vel ſanitatem laborãtibus donet,niſi planè ob deuotas meditationes,& humilitatẽ animi,& cõuerſationẽ bonã? Ieiunium.n.Angelorũ cibus eſt, & qui eo vtitur,ordinis Angelici cẽſendus eſt. *Et longè poſt.* Magna ſiquidẽ virtus in lacrymis, & præclara per eas fiunt. Magna peccata, & iniquitates per lacrymas obliterãtur? Pro teſte mihi eſt Euangeliũ:Cùm enim Saluator noſter traditus eſſet Iudæis, Petruſq; iureiurando ipſum abnegarit antè quàm gallus cãtaret,Dñs autem directo in eum vultu aſpexiſſet,memorq; ibi redditus Petrus eſſet verbi Dñi quod ei dixerat, Antequàm gallus ſonet, ter me abnegabis: *Egreſſus foras, amarè lacrymatus eſt.* Vides quale remediũ in lacrymis? Specta quæſo quam iniquitatẽ deleuerint. Quid enim te trius hoc vitio? Quippe qui ter iureiurando Dñm abnegauerit: tantum tamẽ ſcelus per lacrymas deleuit. Vides igitur quantã vim habeãt lacrymæ. Quandoquidẽ illa ſcripta ſunt pro noſtra doctrina,vt nos per illã incedẽtes,vitã æternã poſſideamus. Non oẽs habẽt gratiã illam lacrymarũ, ſed illi duntaxat qui mentem ſurſum attollunt, qui terreſtrium obliuiſcuntur, qui carnis curam non gerunt,qui ignorant prorſus an ſit mũdus,qui mortificauerunt membra ea quæ ſunt in terra:iſtis inquàm ſolis data eſt mœſtities lacrymarum.

Matth. 17. Marc. 9.

Lacrymarũ vis & effectus.

Matth. 16.

10 BASILIVS, Lib. de Vera virginitate, colum. 5. Guſtum itidem ad ſuauia & dulcia ſemper inhiantem, ratione frænabit,& ad ea quę ſunt neceſſario ſumẽda, moderabitur. *Et poſt pauca.* Ventre enim diſtento epulis, neceſſe eſt ea quæ ſub ipſo ſunt mẽbra,ex humoris redũdantia in profundo feruẽtis,ad propria & naturalia officia moueri. Quippe ſuperior venter,

Virgini ſua vim guſtus declinãdus.

Gula caſtitatẽ extinguit.

ſuppetit illis incentiua libidinis. Cæterum voracitas principiò materias ac fomẽta eius ardoris inſtillat. Ante omnia ergò aduerſus guſtum virgo tota intẽtione pugnabit:fonteſq; voluptatũ ventris,& impudicitiæ ſomitum inde manantiũ, à principio caſtitatis ſtudio & ardore ſiccabit: ne dum virginitatem ſeruare proponit,guſtui ſe immoderatè proſtituens, caſtitatem ſuam alia fruendi voluptate deuicta,ſenſim, dum neſcit, amittat: virginem enim eſſe & guſtum virginis conuenit:nulliq; gula ſuauiter oblectanti illecebræ peruium. Integram ſe & in hac parte,atque inuiolabilem ſancta virgo cautè ſeruabit:corpuſq; vt ſeruire queat animæ, in his quæ ſunt neceſſaria victui, moderabitur prudenter,ac reget. *Et mox*. Quoniam igitur innatum nobis vehiculũ, neque nimis laxando fræna, neque rurſus immodicè illa retinẽdo,ad virtutis curſum producere oportet,idcirco & corporũ ſtatus,& habitus,& ciborum qualitates ſoler ter explorare conueniet,vt valido quidem ac vegeto corpori, naturaliq; calore abundanti,fræna inmittamus:ac per inediã,frigidioreſque cibos redundantiam illam caloris arceamus,ne vel lautioribus eſcis naturalem pinguedinem augentes,vel vini licentiore vſu,feruorem inſitum magis magiſq; ſuccẽdentes,ignem igni,iuxta veram illam gentilium ſententiam, adijciamus. Itaque & robuſto per ætatem, & naturali nimio calore æſtuanti, puriſsimos ex fonte latices modicè ſubminiſtremus, vt ardentes naturæ flammas,contraria aquarum vi reſtinguamus,atque ad manſuetudinem, inſita nobis ratione,temperemus. Porrò ſenili iam & frigeſcenti, cibi potuſque adiumentum ad ſuſtentandas vires ingeramus. Neque verò ſola eſcarum quantitas vbiq; probè metienda, ſed & qualitas in primis ſapienter diſcernẽda eſt. Nec enim ſolam exteriorem earũ faciem inſpicere, ſed quã habeant intrinſecus reconditã penitus vim, prudenter explorare conueniet. Non ſolùm enim legumina, ſeminumque nonnulla, verùm & olera pleraque ſunt, quæ monacho quietum vitæ gubernaculum tenere cupienti,contrà ac ſe habet communis opinio,pro noxijs vitanda ſunt: quippe quæ carnis receſſus intimos pungunt,& pruritus,titillationeſque excitantia, non minus corpora noſtra perturbãt,ac ſecreta vi ſua inquietant, quàm quæ conſenſu omnium fugienda cenſentur. Quocirca nec

Cibo & potu quibus quomodo vtendum.

Legumina & olera aliquando noxia.

ſalibus paſsim, atque indifferenter vtemur:ſicut fieri apud pleroſq; comperimus, qui per immoderatam continentiam pulmenta omnia repudiantes,hos ſolo cum pane vice condimentorum omnium ſumunt. Non intelligunt,qui ſunt eiuſmodi, ſales cùm ſint per naturam fœcundi,ac per acrimoniæ vim, corpori prurigines excitent: plus cæteris ad libidinem, coitumque prouocare. Quòd ſi in eis quoque ſumendis,vti ne propoſito excidat, maximam oportet aurigam adhibere rationem: multò profectò magis, ea pomorum genera diſtinguere conuenit, qua apertè noxijs vlla ratione ſunt proxima. Itaque omnibus in locis cibus,qui ſit ad victum neceſſarius, ſolerti ratione inquirendus: condimentorumque elaboratæ blanditiæ, vt voluptatis illecebræ repudiandæ. Si enim panis confirmat cor hominis,non opus eſt vltra cibum vitæ neceſſarium, huiuſcemodi liquamina temerè admittere. Ne ſales quidem, qui panis condimentum ſunt, quantitate pares cum pane, ſumemus. Nam ſi nemo ferè eſt, qui condimenta eis rebus, quarum condimenta ſunt, æqualia pondere in cibum ſumat: quis iam erit, qui plus huiuſmodi liquaminum ac condimentorũ, quàm principalis cibi ſumere non erubeſcat? Quod ſi fiat, non iam iſta panis erunt condimenta, ſed horum panis guſtuſque iterum aurigam,dùm neſcit, alia ratione per obſoniorum varietatem fallet,atque ad voluptatem clàm pertrahet: Inuenietque, quod fugit, denuò per abſtinentiam proſequi. *Et rurſus*. Illud etiam dictum, non ſimpliciter hos quidem vitandos eſſe cibos, hos verò temerè ad ſatietatem,vſque admittendos: verùm & qualitatem ſobriè vbique metiendam: quæ, ſi excedat frugalitatis modum, idem ſolet quod noxia quæque,'operari. Et qualitatem cautè diſcernendam, quæ niſi ſolicitè diſcutiantur,non minus habet virium, quàm quæ apertè ſunt noxia, rationemque prorſus eſſe honorandam, vt in cœleſtis exercitij ſtudio, ratio nos,non temeritas agat. *Et columna*. 14. Turpe profectò eſt, & incongruum virgini, atque ab ea quam profitetur,integritate prorſus alienum, aut traditis ſibi ad ſpeciem ab authore ornamẽ tis gloriari,& corporalẽ pulchritudinẽ oſtẽtare,pluresq; carnis poſt ſe amatores trahere,ac ſolicitare ad cõmunẽ lapſum: aut, ſi careat naturali ſpecie, quæ intuentibus irri-

Salis nimio vſus,libidinem prouocat.

Poma quæ vitanda.

Pſal. 103.

Cibi quantitas & qualitas obſeruanda.

Mulieres non de pulchritudine glorientur.

irritamentum voluptatis eſt, ornatum extrinſecus quæſitum, ſibi ſtudioſè admouere. Neque enim prior illa pudicam verſare cogitationem deprehenditur, quæ in authoris opere, velut in ſuo, gloriatur: atque in id certamen, in quod ne inducatur à Domino per orationem petit, Ne nos inducas in tētationem: dum poſt ſe trahit amatorum greges, ſpōtè ſe ipſam & apertè compellit. Ne ſecunda quidem caſtum poſſidet pectus, dum quam non accepit in corpore voluptatis illecebram, eam formis coloribuſq; fucatis contra ſeipſam exprimere nititur. Vtraq; verò, dum neſcit, traditū à Deo munus, præter deſtinationis ſuæ propoſitum violat. Specioſa quidem, quia pulchritudinē animę, per corporis ſpeciem inquinat: quæ vero deformitatē corporis, præſidium ſeruandæ virginitatis acceperat, quòd hanc in ſui perniciem adulteris fucis traducere in ſpeciem ſumma improbitate molitur. Contrà verò oportebat illam temporalem ſpernari pulchritudinē: eaque nō ad impedimentum decôris intimi, ſed ad congeriem atque adiumentum vti, & amatores corporis ad animam tota intentione transferre. Hanc verò, vt qua nihil minus ex his, quæ veraciter bona & honeſta ſunt, eſſet adepta, eam quæ putatur deformitas, vt tentationum quietem tranquillitatemq; ſpiritualis vitæ, ac viaticum inſeneſcibilis decôris amplecti. Æternis quippe frui, atq; immortalibus bonis, tanquàm proprijs virtutibus ęqua hac ratione cum priore decertat, corporalium quoq; priuilegiorum nihil illa ſuo tempore minus habitura. Cuius autē rei gratia mortalem illæ perſequantur ornatum, anceps ſententia eſt. Nam, ſiquidē vt virginitatis opitulentur inſtituto, ei quod profitetur repugnant, dum per eiuſmodi ornatum plures cōtra ſe aucupes irritant. Sin verò vt formoſæ videantur, profectò ratione caret, ſi eis fruituræ non ſunt, à quibus opinionem affectatæ pulchritudinis expetunt, eam curam ſolicitudinemq; ſuſcipere. Quòd ſi vt his etiam fruantur, quibus placere ſtudent, in barathrum ſe delapſas apertiſsimè nouerint, ac pro virginibus meretrices continuò habendas. Niſi fortè gemina concupiſcentia diſtractæ trahuntur, vt, ſcilicet, & externis amatoribus exatiari cupiant: dumque id conſequantur, faciem concupiſcentiæ communis illecebram efficere ſtudent, & intimo ſe amatori, verecundiæ ac metus reſeruent cauſa. Neque enim poſsibile eſt puram & ſimplicem eſſe talium conſcientiam, quæ exteros amatores ad corpus arte & compoſitione pelliciunt, & ſponſo intimo ex dimidio placere volūt. Neque iam erit voluntas earum atque ſententia ſibimet æquabiliter conſona, quæ veluti in confinio poſita, ad amorem interni amatoris, externique ſcinditur. Nemo enim duobus Dominis ſeruire poteſt, aut enim vnum odio habebit & alterum diliget: aut vnum ſuſtinebit, exteriorem, ſcilicet, cui per ornatum placere quærit, & interiorem alterum contemnet. *Et poſt pauca.* Non ſolùm igitur ornari virginem non decet, aut impudicis luminibus fucatam formam ad lenociniū voluptatis ingerere, ſed amore puritatis intimæ, naturalem quoque pulchritudinē pro viribus obnubere, ac dedita opera extinguere.

Matt. 6. — *Contra fucū & ornatum mulierum.* — *Matth. 6.*

N S. AMBROSIVS, tom. 1. Lib. ad Virginem lapſam, Cap. 4. Si fuiſſes communi ſorte defuncta, flerent te modicum propter deſyderium parentes, ſed exultaſſent granditer, quia immaculatam præmiſerant virginem, hoſtiam viuam Domino, propiciatricem ſuorum videlicet delictorum. At nunc plangunt mortuam, & non mortuam. Lugent viuam, & non viuam. Mortuam vtique gloria virginitatis, viuam dedecore turpitudinis. Ingratus eſt pater ſuis viſceribus de quibus nata es, maledicit ſuo vtero mater ex quo in hanc lucem infeliciter proceſsiſti. Nec tamen modum ſuo dolori reperiunt, niſi hoc ſolùm planè videntur habere ſolatium, quia te nec pater compulit, nec mater coegit vt virginitatem profitereris, quam vltrò & propria voluntate profeſſa es. Nam ſcio cùm multas difficultates tibi tuus genitor proponeret, cùm arduum eſſe iter ſeruandæ caſtitatis ingereret, te non ſolùm pertinaciter perſtitiſſe, ſed etiam reuelationes tibi datas dixiſti terribiles. In quantū ſibi ergo ſperabāt mercedē ex eo ꝙ non tuo propoſito reſtiterunt, in tantū tibi intellige miſera pondus iudicij creſcere, quia nō ſeruaſti quod vltrò promiſiſti.

Peccant qui non ſeruant caſtitatem, quàm ſpōtè vouerunt.

O S. CYPRIAN. Lib. de Habitu Virginum, propè finem. Audite igitur virgines vt parentem, audite quæſo vobis timentem pariter ac monentē, audite vtilitatibus ac commodis veſtris fideliter conſulentem. Eſtote tales, quales vos artifex Deus fecit. Eſtote tales, quales vos manus Patris inſtituit. Maneat in vobis facies incorrupta,

quot horis ſacram ſcripturam ediſcere debeas, quanto tempore legere, non ad laborem, ſed ad delectationem animæ. Cùmq; hæc finieris ſpatia, & frequenter te ad figenda genua, ſolicitudo animæ ſuſcitauerit, habeto lanam ſemper in manibus, &c. Hæc obſeruans, te ipſam ſaluabis, & alias: & eris magiſtra ſanctæ conuerſationis, multarumque caſtitatem, lucrum tuum facies.

4 IDEM, tom.2. Aduerſus Iouinianũ, Lib. 1. col. 6. Simul animaduertenda eſt Apoſtoli prudentia: Non dixit, Bonum eſt vxorem non habere: ſed, Bonum eſt mulierem non tangere: quaſi & in tactu periculũ ſit: quaſi, qui illã tetigerit, non euadat, quæ virorum precioſas animas rapit, quæ facit adoleſcentiũ euolare corda. Alligabit quis in ſinu ignem, & non comburetur? aut ambulabit ſuper carbones ignis, & non ardebit? Quomodò igitur qui ignem tetigerit, ſtatim aduritur: ita viri tactus & fœminæ, ſentit naturam ſuã, & diuerſitatem ſexus intelligit. Narrant & gentilium ſabulæ, Mithram & Erichthronium, vel in lapide, vel in terra, de ſolo æſtu libidinis eſſe generatos. Vnde & noſter Ioſeph, quia tangere volebat eum Ægyptia, fugit ex manibus eius: & quaſi ad morſum rabidiſsimæ canis, ne paulatim virus ſerperet, pallium, quod tetigerat, abiecit.

1. Cor. 7. — *Tangere mulierem illicitum.* — *Prouerb. 6.* — *Gen. 39.*

5 ET Lib. 2. Col. 11. Verùm, fac eſum carnium cunctis nationibus eſſe communem, & paſsim licere, quod paſsim gignitur: quid ad nos, quorum conuerſatio in cœlis eſt? Qui, ſuper Pythagoram & Empedoclem & omnes ſapientiæ ſectatores, non ei debemur, cui naſcimur, ſed cui renaſcimur? Qui repugnantem carnem, & ad libidinum incentiua rapientẽ, inedia ſubiugamus? Eſus carnium, & potus vini, ventriſq; ſaturitas, ſeminariũ libidinis eſt. Vnde & comicus, Sine Cerere, inquit, & Libero, friget Venus.

Philipp. 3. — *Carnes, vinum, & omnis ſaturitas, ſeminarium libidinis.*

6 ET Col. 12. Quòd ſi quis exiſtimat, & abundantia ciborũ, potionumq; ſe perfrui, & vacare poſſe ſapientiæ, hoc eſt, verſari in delitijs, & delitiarum vitijs non teneri: ſe ipſum decipit. Cùm enim procul ab his remoti, ſæpe capiamur naturæ illecebris, & cogamur ea cupere, quorum copiam non habemus: quantò magis, ſi circundati retibus voluptatum, eſſe nos liberos arbitremur? *et paucis interiectis* Sine quatuor ſenſibus viuere poſſumus, id eſt, ſine aſpectu, auditu, odoratu, atque complexu: abſque guſtu autem & cibis, impoſsibile eſt humanum corpus ſubſiſtere. Adeſſe ergo debet ratio, vt tales ac tantas ſumamus eſcas, quibus non oneretur corpus, nec libertas animæ prægrauetur. Quia & comedendũ eſt, & deambulandum, & dormiendum, & digerẽdum, & poſteà, inflatis venis, incentiua libidinũ ſuſtinenda. Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas, omnis qui cum ijs miſcetur, non erit ſapiens.

Sine quatuor ſenſibus viuere poſſumus, ſine guſtu, nequaquam. — *Prouer. 10.*

7 ET Col. 16. Docebo primùm, Adam in paradiſo accepiſſe præceptum, vt, cætera poma comedens, ab vna arbore ieiunaret. Beatitudo paradiſi abſque abſtinentia cibi non potuit dedicari. Quandiu ieiunauit, in paradiſo fuit: comêdit, & eiectus eſt: eiectus ſtatim duxit vxorem. Qui ieiunus in paradiſo virgo fuerat, ſatur in terra, matrimonio copulatur.

Gene. 2. — *Ieiunium caſtos facit: ſaturitas, incontinentes.*

8 ET Col. 19. A diebus Ioãnis Baptiſtę, ieiunatoris & virginis, regnum cœlorũ vim patitur, & violenti diripiunt illud. Timemus ergò, ne ab aduẽtu æterni iudicis, ſicut in diebus diluuij, & euerſionis Sodomæ & Gomorrhæ, deprehendamur manducãtes, & bibentes, & nubentes, & nuptui tradentes, Nam & diluuium & ignis de cœlo, ſaturitatem pariter & nuptias, quas delêret, inuênit.

Matth. 11. — *Luc. 17.*

9 BASILIVS, in regulis fuſius diſputatis, interrogatione. 16. Ac quòd neceſſaria quidem ſit continentia, perſpicuum eſt. Primùm quidem, quòd ab Apoſtolo ea inter fructus ſpiritus connumerata eſt: tùm, ꝙ ex hac etiã illud aſſequi nos aſfirmat, vt miniſterium noſtrũ reprehenſione careat, quando dicit, In laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate. Et itẽ alibi, In labore & ærumna, in ſame & ſiti, in ieiunijs ſæpê. Similiterq; alio in loco, Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. Caſtigatio prætereà corporis, & in ſeruitutem illa redactio, nulla re tantopere efficitur, quàm continẽtia. Siquidem feruor ille, qui vigere in iuuenibus ſolet, itemque difficilis ille ad coërcendum, ad libidines impetus, continentia, veluti quodam fræno, cohibetur. Non enim (vt ait Salomon) inutiles ſunt ſtulto deliciæ. Quid autem carne, quæ molliter accuretur, & iuuentutis æſtu temerè huc illucq; agitetur, fingi ſtultius poteſt? Idcircò Apoſtolus dicit, Et carnis curam in deſyderio ne feceritis: Et, Quæ in delicijs eſt, viuens mortua eſt.

Continẽtia omnibus neceſſaria. — *Galat. 5.* — *2. Cor. 11.* — *1. Cor. 9.* — *Ibidem.* — *Prouer. 19.* — *Roma. 13.* — *1. Timot. 5.*

 10 ATHA-

tributa, decimas,& ſi qua ſunt eiuſmodi, [h] quæ Dominis ſiue temporalium ſiue ſpiritualium rerum debentur. Et hac item voce fraudes, inſidiæ,latrócinia,ſimoniæ,alieni appetitio, [i] omneſq́; ſpecies iniuſtitiæ ac rapinæ diſertè prohibentur.Deniq; Auaritia illa [k] quæ iure optimo idolorum ſeruitus nominatur, hac tàm ſeuera præceptione condemnatur.

h Gen. 14. Leui 17. Num. 18. Deut. 14. Matt. 23. Luc. 21.
i 1. Theſſ 4.
K Iſai. 3. 4. Reg. 5. Hierem. 8. Luc. 11. 2. Pet. 2. 1. Cor. 6.

AVTHORIT. SCRIP.

A EXODI Cap. 20. Non furtum facies.

LEVIT. Cap. 24. Qui percuſſerit animal reddat vicariũ,id eſt, animam pro anima. ET. Qui percuſſerit iumentum, reddet aliud.

PRIOR. Ad Corinth.Cap.6.Nolite errare.Neque fures,neque auari,neque rapaces,Regnum Dei poſsidebunt.

EXODI Cap.22. Si quis furatus fuerit bouem,aut ouem,& occiderit,vel vendiderit: quinque boues pro vno boue reſtituet,& quatuor oues pro vna oue. Si effringens fur domum ſiue ſuffodiẽs fuerit inuentus,& accepto vulnere mortuus fuerit:percuſſor non erit reus ſanguinis.Quòd ſi orto ſole hoc fecerit,homicidiũ perpetrauit, & ipſe morietur. Si non habuerit quod pro furto reddat,ipſe venundabitur.Si inuentũ fuerit apud eum quod furatus eſt,viuens, ſiue bos ſiue aſinus,ſiue ouis: duplum reſtituet. Si læſerit quiſpiam agrũ vel vineã,& dimiſerit iumẽtũ ſuũ vt depaſcatur aliena, quicquid optimũ habuerit in agro ſuo, vel in vinea pro damni æſtimatione reſtituet. Si egreſſus ignis inuenerit ſpicas, & comprehenderit aceruos frugum, ſiue ſtantes ſegetes in agris,reddet damnum qui ignem ſuccenderit.

ZACHAR. Cap. 5. Et conuerſus ſum, & eleuaui oculos meos: & vidi,& ecce volumen volans.Et dixit ad me, Quid tu vides?Et dixi, Ego video volumen volans:longitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum. Et dixit ad me,Hæc eſt maledictio quæ egreditur ſuper faciem omnis terræ:quia omnis fur, ſicut ibi ſcriptum eſt, iudicabitur: & omnis iurans,ex hoc ſimiliter iudicabitur.Educã illud, dicit Dominus exercituum: & veniet ad domũ furis,& ad domũ iurantis in nomine meo mendaciter: & commorabitur in medio domus eius, & conſumet eum, & ligna eius, & lapides eius.

B DEVTERO. Cap.25.Non habebis in ſacculo diuerſa pondera, maius & minus:nec erit in domo tua modius maior & minor.Pondus habebis iuſtum & verum, & modius æqualis& verus erit tibi, vt multo viuas tempore ſuper terram quam Dominus Deus tuus dederit tibi. Abominatur enim Dñs Deus tuus cum qui facit hæc,& auerſatur omnem iniuſtitiam.

LEVIT. Cap.19.Non facietis furtũ. ET. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vſq; manè. ET. Non facies quod iniquum eſt,nec iniuſtè iudicabis.ET.Nolite facere iniquum in iudicio,in regula, in pondere, in menſura. Statera iuſta,& æqua ſint pondera, iuſtus modius, æquuſque ſextarius.

AMOS Cap. 5. Idcirco pro eo quòd diripiebatis pauperem, & prædam electã tollebatis ab eo: domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis: vineas plantabitis amantiſsimas, & non bibetis vinum earum.Quia cognoui multa ſcelera veſtra,& fortia peccata veſtra: hoſtes iuſti accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta.

ET Cap.8. Audite hoc qui conteritis pauperem,& deficere facitis egenos terræ, dicentes,Quando trãſibit meſsis, & venũdabimus merces:& Sabbathum, & aperiemus frumentum: vt imminuamus menſuram,& augeamus, ſiclum, & ſuppcnamus ſtatêras doloſas,vt poſsideamus in argento egenos & pauperes,pro calceamentis, & quiſquilias frumenti vendamus?Iurauit Dominus in ſuperbiam Iacob,ſi oblitus fuero vſque ad finem omnia opera eorum.

MICHEÆ, Cap.3.Audite Principes Iacob,& duces domus Iſraël, Nunquid nõ veſtrum eſt ſcire iudicium, qui odio habetis bonum,& diligitis malum? Qui violenter tollitis pelles eorum deſuper eis,& carnem eorum, deſuper oſsibus eorum? Qui conie-

comederunt carnem populi mei, & pellem eorum deſuper excoriauerunt: & oſſa eorũ confregerunt, & conciderunt ſicut in lebête, & quaſi carnem in medio ollæ. Tunc clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos: & abſcondet faciem ſuam ab eis in tempore illo, ſicut nequiter egerunt in adinuẽtionibus ſuis. E T. Principes eius in muneribus iudicabant, & ſacerdotes eius in mercede docebant, & prophetę eius in pecunia diuinabant.

C EXOD. Cap.20. Non cõcupiſces domum proximi tui: dec deſyderabis vxorem eius, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, nec omnia quæ illius ſunt.

MICHEÆ Cap.2. Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus veſtris. In luce matutina ſaciunt illud, quoniam contra Deum eſt manus eorum. Et concupierunt agros, & violenter tulerunt, & rapuerunt domos: & calumniabantur virum & domum eius, virum & hæreditatem eius.

PSALM. 61. Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in ſtateris: vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum. Nolite ſperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiſcere: diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.

D ECCLESIASTICI, Cap. 17. Et mandauit illis vnicuique de proximo ſuo.

MALACH. Cap. 2. Nunquid non pater vnus omnium noſtrum? Nunquid nõ Deus vnus creauit nos? Quare ergò deſpicit vnuſquiſq; noſtrum fratrem ſuum, violans pactum patrum veſtrorum?

L V CÆ, Cap.10. Homo quidam deſcendebat ab Hieruſalem in Ierico, & incidit in latrones, qui etiam deſpoliauerunt eum: & plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto. Accidit autem vt ſacerdos quidam deſcenderet eâdem via: & viſo illo præteriuit. Similiter & Leuita cùm eſſet ſecus locum, & videret eum, pertranſijt. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit ſecus eum: & videns eum, miſericordia motus eſt: & appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum: & imponens illum in iumentum ſuum, duxit in ſtabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait, Curam illius habe: & quodcunq; ſupererogaueris, ego cùm rediero, reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuiſſe illi qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit miſericordiam in illũ. Et ait illi Ieſus, Vade, & tu fac ſimiliter.

IACOB, Cap.2. Si autem frater aut ſoror nudi ſint, & indigeant victu quotidiano: dicat autem aliquis ex vobis, illis: Ite in pace, calefacimini & ſaturamini: non dederitis autem eis quæ neceſſaria ſunt corpori: quid proderit?

E EXOD. Cap.22. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes.

DEVTE. Cap. 15. Si vnus de fratribus tuis qui morantur intra portas ciuitatis tuæ in terra quàm Dominus Deus tuus daturus eſt tibi, ad paupertatem deuenerit: nõ obdurabis cor tuum, nec contrahes manũ, ſed aperies eam pauperi, & dabis mutuum quo eũ indigere perſpexeris. Caue ne fortè ſubrêpat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo, Appropinquat ſeptimus annus remiſſionis: & auertas oculos tuos à paupere fratre tuo, nolẽs ei quod poſtulat mutuũ cõmodare: ne clamet contra te ad Dñm, & fiat tibi in peccatum. Sed dabis ei, nec ages quippiam callidè in eius neceſsitatibus ſubleuãdis: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore, & in cunctis ad quæ manum miſeris.

ECCLESIASTICI, Cap.20. Datus inſipiẽtis non erit vtilis tibi: oculi enim illius ſeptemplices ſunt. Exigua dabit, & multa improperabit: & apertio oris illius inflammatio eſt. Hodie fœneratur quis, & cras expetit, & odibilis eſt homo homini.

MATTH. Cap.5. Qui petit à te, da ei: & volenti mutuare à te, ne auertaris.

LVCÆ Cap.6. Et ſi mutuũ dederitis his à quibus ſperatis recipere, quæ gratia eſt vobis? Nam & peccatores, peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia. Veruntamen diligite inimicos veſtros, benefacite & mutuum date, nihil inde ſperantes.

F ECCLESIASTICI, Cap. 17. Eleemoſyna viri, quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabit: & poſteà reſurget, & retribuet illis retributionem, vnicuique in caput ipſorum, & conuertet in interiores partes terræ.

ET Cap. 29. Qui facit miſericordiam, fœneratur proximo ſuo: & qui prçualet manu, mandata ſeruat. Fœnerare proximo tuo in tempore neceſsitatis illius, & iterum

redde

redde proximo in tempore ſuo. E T: Propter mandatum aſſume pauperē, & propter inopiam eius ne dimittas eum vacuum. Per de pecuniam propter fratrem & amicum tuum: & non abſcondas illam ſub lapide in perditionem. Pone theſaurum tuum in pręceptis Altiſsimi, & proderit tibi magis quã aurum. Conclude eleemoſynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillã conſeruabit: & poſteà reſurget, & retribuet illis retributionem, vnicuique in caput illorum.

E T Cap. 35. In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione ſanctifica decimas tuas. Da Altiſsimo ſecundùm datũ eius: & in bono oculo adinuentionem facito manuum tuarum: quoniam Dñs retribuens eſt, & ſepties tantùm reddet tibi.

M A T T. Cap. 6. Cùm ergo facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt in ſynagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Te autē faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua: vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & Pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi.

L V C. Cap. 11. Veruntamen quod ſupereſt, date eleemoſynam: & ecce omnia munda ſunt vobis.

E T Cap. 12. Vendite quæ poſsidetis, & date eleemoſynã. Facite vobis ſacculos qui nõ veteraſcunt, theſaurũ non deficiētem in cœlis: quò fur non appropiat, nec tinea corrumpit.

T O B I Æ, Cap. 4. Ex ſubſtantia tua fac eleemoſynam: & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: Ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies Dñi. Quomodò potueris, ita eſto miſericors. Si multũ tibi fuerit, abundanter tribue: ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguũ libenter impertiri ſtude. Præmium enim bonum tibi theſaurizas in die neceſsitatis: quoniam eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram ſummo Deo eleemoſyna omnibus facientibus eam.

A D H E B R. Cap. 13. Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuiſci. Talibus enim hoſtijs promeretur Deus.

P O S T E R. ad Theſſal. Cap. 3. Vos autē fratres nolite deficere benefacientes.

P O S T E R. Ad Corin. Cap. 8. Notã autem facimus vobis fratres gratiam Dei, quæ data eſt in Eccleſijs Macedoniæ, quòd in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipſorũ fuit, & altiſsima paupertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum, quia ſecundùm virtutē (teſtimonium illis reddo) & ſupra virtutem voluntarij fuerunt, cum multa exhortatione obſecrantes nos gratiam & communicationem miniſterij quod fit in ſanctos. Et non ſicut ſperauimus, ſed ſemetipſos dederũt, primùm Dño, deinde nobis per voluntatē Dei: ita vt rogaremus Titum, vt quemadmodum cœpit, ita & perficiat in vobis etiã gratiam iſtam. Sed ſicut in omnibus abundatis fide & ſermone, & ſcientia, & omni ſolicitudine, inſuper & charitate veſtra in nos, vt & in hac gratia abundetis. Nõ quaſi imperãs dico, ſed propter aliorũ ſolicitudinem, etiã veſtræ charitatis ingeniũ bonum cõprobãs. Scitis enim gratiã Dñi noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cùm eſſet diues: vt illius inopia, vos diuites eſſetis. Et conſilium in hoc do: hoc enim vobis vtile eſt, qui nõ ſolũ facere, ſed & velle cœpiſtis ab anno priore: nũc verò & facto perficite. Vt quẽadmodũ prõptus eſt animus volũtatis: ita ſit & perficiẽdi ex eo quod habetis. Si enim voluntas prompta eſt, ſecundùm id quod habet accepta eſt, nõ ſecũdùm id quod non habet. Non enim vt alijs ſit remiſsio, vobis autē tribulatio: ſed ex æqualitate. In præſenti tempore veſtra abundãtia, illorum inopiam ſuppleat: vt & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum, vt fiat æqualitas: ſicut ſcriptũ eſt: Qui multum, non abundauit: & qui modicum, non minorauit.

E T Cap. 9. Nam de miniſterio quod fit in ſanctos, ex abundãti eſt mihi ſcribere vobis. Scio enim prõptum animũ veſtrũ: pro quo de vobis glorior apud Macedones. Quoniã & Achaia parata eſt ab anno pręterito, & veſtra æmulatio prouocauit plurimos. Miſi autē fratres, vt ne quod gloriamur de vobis, euacuetur in hac parte: vt (quẽadmodum dixi) parati ſitis, ne cùm venerint Macedones mecũ, & inuenerint vos imparatos, erubeſcamus nos (vt non dicamus vos,) in hac ſubſtãtia. Neceſſariũ ergò exiſtimaui rogare fratres vt perueniant ad vos, & præparent repromiſſam benedictionem hanc paratam eſſe ſic, quaſi benedictionem, non tanquàm auaritiam.

Hoc

Hoc autem dico, Qui parcè ſeminat, parcè & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionib⁹ & metet. Vnusquiſque prout deſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia aut ex neceſsitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. Potens eſt autē Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus ſemper omnem ſufficientiā habentes, abundetis in omne opus bonum, ſicut ſcriptum eſt: Diſperſit, dedit pauperibus, Iuſtitia eius manet æternum. Qui autē adminiſtrat ſemen ſeminanti: & panem ad manducandum præſtabit: & multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ: vt in omnibus locupletati, abundetis in omnem ſimplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo.

G GENES. Cap. 47. Emit igitur Ioſeph omnem terram Ægypti, vendentibus ſingulis poſſeſsiones ſuas præ magnitudine famis. Subiecitq; eam Pharaoni, & cunctos populos eius à nouiſsimis terminis Ægyptij, vſque ad extremos fines eius. Præter terram ſacerdotalē, quæ à Rege tradita fuerat eis: quibus & ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, & idcirco non ſunt compulſi vēdere poſſeſsiones ſuas. Dixit ergò Ioſeph ad populos, En vt cernitis, & vos & terram veſtram Pharao poſsidet: accipite ſemina, & ſerite agros, vt fruges habere poſsitis. Quintam partem Regi dabitis: quatuor reliquas permitto vobis in ſementem, & in cibum familijs & liberis veſtris. Qui reſponderunt: ſalus noſtra in manu tua eſt: reſpiciat nos tantùm Dominus noſter, & læti ſeruiemus Regi. Ex eo tempore vſque in præſentem diem in vniuerſa terra Ægypti Regibus quinta pars ſoluitur, & factum eſt quaſi in legem, abſque terra ſacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit.

DEVT. Cap. 20. Si quando acceſſeris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primùm pacem. Si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea eſt ſaluabitur, & ſeruiet tibi ſub tributo.

Lib. 1. Regum, Cap. 8. Dixit itaque Samuel omnia verba Dñi ad populum qui petierat à ſe Regem, & ait, Hoc erit ius Regis qui imperaturus eſt vobis. Filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, facietq; ſibi equites & præcurſores quadrigarum ſuarū, & conſtituet ſibi tribunos & centuriones, & aratores agrorum ſuorum, & meſſores ſegetū, & fabros armorum & curruum ſuorum. Filias quoq; veſtras faciet ſibi vnguētarias, & focarias, & panificas. Agros quoque veſtros, & vineas, & olivceta optima tollet, & dabit ſeruis ſuis. Sed & ſegetes veſtras, & vinearū redit⁹ addecimabit, vt det eunuchis & famulis ſuis. Seruos etiam veſtros, & ancillas, & iuuenes optimos, & aſinos auferet, & ponet in opere ſuo. Greges quoque veſtros addecimabit, voſque eritis ei ſerui.

MATTH. Cap. 17. Et cùm veniſſent Capharnaū acceſſerūt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei, Magiſter veſter non ſoluit didrachma? Ait, etiam. Et cùm intraſſet in domum, præuēnit eum Ieſus dicens, Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel cenſum? à filijs ſuis, an ab alienis? Et ille dixit, Ab alienis. Dixit illi Ieſus, Ergò liberi ſunt filij. Vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eū piſcem qui primus aſcenderit, tolle, & aperto ore eius, inuenies ſtatêrem: illum ſumens, da eis pro me & te.

LVCÆ. Cap. 20. Et interrogauerunt eum, dicentes, Magiſter, ſcimus quia rectè dicis & doces: & non accipis perſonā, ſed viam Dei in veritate doces, licet nobis tributum dare Cæſari, an non? Conſiderans autem dolum illorum, dixit ad eos, Quid me tentatis? Oſtendite mihi denarium. Cuius habet imaginem & inſcriptionē? Reſpōdentes dixerunt, Cæſaris. Et ait illis, Reddite ergò quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo.

AD ROM. Cap. 13. Ideò neceſsitate ſubditi eſtote: non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. Ideò enim & tributa præſtatis, miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſeruientes. Reddite ergò omnibus debita, Cui tributum, tributum: Cui vectigal, vectigal: Cui timorem, timorem: cui honorem honorem.

H GENES. Cap. 14. At verò Melchiſedech Rex Salem, proferens panem & vinum (erat enim ſacerdos Dei Altiſsimi) Benedixit ei, & ait: Benedictus Abrā Deo excelſo qui creauit cœlum & terram: & Benedictus Deus excelſus, quo protegente hoſtes in manibus tuis ſunt. Et dedit ei decimas ex omnibus.

LEVIT. Cap. 27. Omnes decimæ terræ, ſiue de frugibus, ſiue de pomis arborum, Domini ſunt: & illi ſanctificantur. Si

quis

quis autem voluerit redimere decimas ſuas, addet quintam partem earum. Omnium decimarum bouis & ouis & capræ, quæ ſub paſtoris virga tranſeunt, quicquid decimum venit, ſanctificabitur Domino.

N VMEROR. Cap. 18. Filijs autem Leui dedi omnes decimas in terra Iſraël in poſſeſſionem pro miniſterio quo ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis. Nihil aliud poſſidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in vſus eorum & neceſſaria ſeparaui.

DEVTERONOMII, Cap. 14. Decimam partem ſeparabis de cunctis fructibus tuis quæ naſcuntur in terra per annos ſingulos, & comedes in conſpectu Domini Dei tui in loco quē elegerit, vt in eo nomen illius inuocetur, Decimam frumenti tui, & vini, & olei, & primogenita de armentis & ouibus tuis: vt diſcas timere Dominum Deum tuum omni tempore.

MATTHÆI, Cap. 23. Vt ſuprà, Cap. 1. Lect. 15. litera. K.

L V C Æ, Cap. 11. Vt ſuprà, Cap. 1. Lect. 15. litera. K.

I PRIOR. Ad Theſſal. Cap. 4. Vt ſup. Cap. 1. Lect. 15. lit. A.

K ISAIÆ, Cap. 3. Væ impio in malum. Retributio enim manuum eius fiet ei. Populum meum exactores ſui ſpoliauerunt, & mulieres dominatæ ſunt eis. Popule meus qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum diſſipant. Stat ad iudicandum Dominus, & ſtat ad iudicandos populos. Dominus ad iudicium veniet cum ſenibus populi ſui, & principibus eius: Vos enim depaſti eſtis vineam, & rapina pauperis in domo veſtra. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis, dicit Dominus Deus exercituum?

L I B. 4. Regum, Cap. 5. Dixitque Giezi puer viri Dei, Pepercit Dominus meus Naaman Syro iſti, vt non acciperet ab eo quæ attulit: Viuit Dominus, quia curram poſt eum, & accipiam ab eo aliquid. Et ſecutus eſt Giezi poſt tergum Naaman: quem cùm vidiſſet ille currentem ad ſe, deſilijt de curru in occurſum eius, & ait, Rectè'ne ſunt omnia? Et ille ait, Rectè. Dominus meus miſit me ad te, dicens, Modò venerunt ad me duo adoleſcentes de monte Ephraim ex filijs prophetarum: da eis talentum argenti, & veſtes mutatorias duplices. Dixitq; Naaman, Melius eſt vt accipias duo talenta. Et coëgit eum, ligauitque duo talenta argenti in duobus ſaccis, & duplicia veſtimenta, & impoſuit duobus pueris ſuis, qui & portauerunt coram eo. Cùmque veniſſet iam veſperi, tulit de manu eorum, & repoſuit in domo, dimiſitque viros, & abierunt. Ipſe autem ingreſſus ſtetit coram Domino ſuo. Et dixit Eliſeus, Vnde venis Giezi? Qui reſpondit, Non iuit ſeruus tuus quoquam. At ille ait, Non'ne cor meum in præſenti erat, quando reuerſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tui? Nunc igitur accepiſti argentum, & accepiſti veſtes, vt emas oliueta, & vineas, & oues, & boues, & ſeruos & ancillas. Sed & lepra Naaman adhærebit tibi & ſemini tuo, vſque in ſempiternum. Et egreſſus eſt ab eo leproſus quaſi nix.

HIEREMIÆ, Cap. 8. A minimo vſque ad maximum, omnes auaritiam ſequuntur: à propheta vſque ad ſacerdotē cuncti faciunt mendacium.

L V C Æ, Cap. 12. Dixitque ad illos, Videte & cauete ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt ex ijs, quæ poſſidet. Dixit autem ſimilitudinem ad illos, dicens, Hominis cuiuſdam diuitis vberes fructus ager attulit, & cogitabat intra ſe dicens, Quid faciam, quia non habeo quò congregem fructus meos? Et dixit, Hoc faciam: Deſtruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia quæ nata ſunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meę, Anima, habes multa bona poſita in annos plurimos: requieſce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus, Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te: quæ autem paraſti, cuius erunt? Sic eſt qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deum diues.

POSTERIO. Petri, Cap. 2. Fuerunt verò & pſeudo prophetæ in populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces qui introducent ſectas perditionis, & eum qui emit eos, Dominum negant: ſuperducentes ſibi celerem perditionem. Et multi ſequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blaſphemabitur. Et in auaritia fictis

verbis de vobis negociabuntur: quibus iudicium iam olim non ceſſat, & perditio eorum non dormitat.

PRIORIS ad Corinthios, Cap. 6. Nolite errare, Neque fornicarij, neque idôlis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſsidebunt.

AVTHORIT. PATR.

F 1 CHYSOTOMVS, tomo. 2. In Matthæ. Homilia. 21. Nolite theſaurizare vobis, &c. Certè hoc, inquit, times, ne decoquatur pecunia ſi eleemoſynam erogaueris. Da igitur eleemoſynam, & tunc pecunia tua ſeruabitur: quodque eſt amplius, non modò non conſumetur ipſa, verùm etiam maiora incrementa ſuſcipiet. Nam illa quoque quæ in cœlo ſunt habenda commemorat, quod licet modò reticere videatur, poſteà tamen diligenter inculcat. Nunc verò interim adducit in medium, quod eos maximè etiam poterat cohortari, quòd ſcilicet, theſaurus eorum manet inexpenſus, per quod etiam ad ſtudium miſerationis inuitat. Non enim tantummodò ait, Si theſaurum tuum in eleemoſynis erogaueris, conſeruaſti: verùm etiam è contrario cōminādo: Niſi, inquit, erogaueris, perdidiſti.

Matth. 6.

Eleemoſynã tribuens, ditabitur.

2 ET HOMILIA. 22. *Prope finem.* Sed vobis interim ſatis eſſe poterit, ſi non appetere diſcatis aliena, & miſericordiæ opera complere, ac reconditas pecunias erogare. Hæc enim ſi feceris dilectiſsime, citò etiam ad illa proficies. Nunc interim abundantiam, & omne quod ſuperfluit, deponamus, ſimuſque maximè mediocritate contenti, atq; diſcamus omnia quibus opus habemus, de iuſtis operibus & laboribus poſsidere.

Paucis contenti ſimus, et ſuperflua reſpuamus.

1 IDEM tomo. 4. In Capit. 4. Ad Philippenſes, Homilia. 14. Complures quoque ſcortorum gratia perierunt, & vulnera acceperunt. Num ita habet & eleemoſyna? Nequaquàm, ſed vt mater amico affectu in multam honeſtatem, decôrum, & bonam gloriam filium conſtituit, facit nos circa ea quæ neceſſaria ſunt, immorari. Non dimittit nos, neque à neceſſarijs abducit, ſed & animum noſtrum prudentiorem reddit.

Eleemoſyna bona.

4 IDEM In Epiſtolam ad Romanos, Homilia. 14. Eſt enim Sanctorum genus omne beneuolum, propenſoque erga alios affectu. Proptereà & Paulus dicebat: Induamini igitur tanquàm electi Dei ſancti, miſericordiæ viſcera, probitatem, animi humilitatem. Vides exactam verbi vſurpationem, vtque perpetuò miſericordiam à nobis depoſcat. Neque enim ſimpliciter dixit, Miſereamini: ſed, Induamini: videlicet, vt quemadmodum veſtis vnà nobiſcum ſemper eſſe ſoler, ita ſit & miſericordia. Neque verò ſimpliciter miſericordiam dixit, ſed, miſericordiæ viſcera: nimirùm vt naturalem imitemur pietatem atque neceſsitudinem. *Et nonnullis interiectis.* Quid igitur nobiſmet neglectis, in ijs ſtudium omne noſtrum reponimus, quæ tantùm abeſt, vt hinc decedentes capiamus, vt ne hîc manentes quidem retinere poſsimus: cùm tamen ſic nobis diteſcere liceat, vt non hîc ſolùm, ſed & illic quoque opulentiſsimi appareamus? Nam qui agros, qui ædes, qui aurum in animo circunfert, is vbicunque gentium apparuerit, cum ijs ipſis diuitijs apparet. Et quo id (inquis) fieri poteſt modo? Poteſt quidem, idque non ita magno negocio. Nam ſi eas opes per pauperum manus in cœlum tranſtuleris, vniuerſas in tuam ipſius animam tranſtuleris, ſic vt vel morte ingruente eripere eas tibi poſsit nemo: verùm ſic hinc decedas, vt vel illic diues ſis. Id genus theſaurum habuit Tabitha: itaque illam domus ſua celebrem non reddidir, non muri, non lapilli, non columnæ, ſed induta viduarum corpora, ſed lacrymæ effuſæ, ſed mors fugitans, ſed vita reuerſa. Eiuſmodi & nos quoq; nobis ipſis apothecas comparemus, eiuſmodi ædes extruamus: ſic fiet, vt & Deum ſocium operis habeamus, & nos illi operis conſortes ſimus. Ille enim pauperes in rerum natura, cùm non extarent, perfecit tamen vt extarent, à ſe in medium adducti: tu autem illos in medium adductos, nō ſiuiſti fame, reliquaq; afflictione deperire, eos curans & reficiens, atq; vndiq; Dei templū excitās. Cui rei quę tandē alia par eſſe queat, ſi officij auxilijq; præſtiti, ſi famæ, exiſtimationiſq; ratio habenda eſt? Qui ſi necdū edoctus es, quanto te Deus mundo ornauerit, dum tibi paupertatis curā ac ſtudiū iniunxit, illud tecum ſic reputato. Si tantā tibi poteſta-

Sãcti omnes propẽſi ſunt ad miſericordiam.

Coloſ. 3.

Ratione & ſimilitudine hortatur ad eleemoſynam.

Act. 9.

poteſtatẽ faceret, vt collabẽs cœlũ erigere ac reſtituere poſſes: non'ne hoc facto interpretarêris, honore te eo honeſtatum, qui conditionem maximè ſuperaret tuam? Ecce igitur maiori te honore dignatus ille eſt. Nam quod illi vel cœlis ipſis honoratius eſt, huius tibi erigendi reſtituendique curam credidit. Deus enim ea inter omnia quæ videntur, homine nihil maioris æſtimat; propter quem videlicet, & cœlum, & terram, & mare fecit. In quo ipſo ſanè inhabitare magis gaudet, quàm in cœlo. Nos tamen vel hæc cùm intelligamus, nullam planè curam prouidentiam'ue Dei templorum ſuſcipimus: ſed illis relictis neglectiſque, nobis ipſis ingentes & ſplendidas ædes extruimus. Propterea bonis omnibus orbi ſumus, atque admodùm inopibus pauperiores, quòd ædes eas ornamus, quas non poſſumus nobiſcum hinc diſcedentes aſportare, illis relictis, quas liceret aliò vnà nobiſcum transferre. Nam pauperum corpora demortua omnino reſurgent, ac tum Deus qui hæc iniunxit, illis in medium productis, eos collaudabit qui illorum curam ſuſceperint, admirabiturque quòd illos collapſuros nunc præ fame, nunc præ nuditate & algôre, modis omnibus ſuſtentarint. Sed tamen cùm nobis tot tantæque ſint laudes propoſitæ, cunctamur adhuc, pulchram hanc curam detrectantes. Atque ipſe quidem Chriſtus non habet quò diuerſetur, ſed circuit peregrinus, nudus, eſuriens: tu autem ſuburbana, tu balnea, tu pergulas, tu ambulacra, denique tu mille cubicula extruis temerè ac fruſtrà, ac Chriſto nec paruum quidem tectum impertiris, coruis autem ac vulturibus cœnacula exornas. Quid hac amentia deterius? Quid hac inſania peſtilentius?

Simile.

Miſericordia in proximos, magna laude & præmio digna.

5 IDEM in. 1. ad Corinthios, Homilia. 10. Quemadmodum magiſtri, & ſi multos habeant diſcipulos, vnicuique artem tradunt: ſic & tu multos tibi beneficio tuo obnoxios reddito, & omnes dicent, quòd huius paupertatem leuaſti, & illum periculis. Et ille periſſet, niſi Diuina gratia, & tua ope fretus eſſet. Et hunc morbo, illum calumnia liberaſti. Peregrinum hoſpitio accepiſti, alium nudum veſtiſti. Innumeris diuitijs & theſauris hæc verba meliora ſunt, quæ longè magis quàm veſtes, quàm equi, quàm mancipia, omnes in ſe conuertunt. Illa quidem & grauem ſe videri faciunt, & tanquam communem inimicum odio haberi: hæc autem & communem patrem, & beneficum prædicant. Et, quod omnium maximum eſt, dilectio Dei quocunque locorum te propter opera tua ſequitur. Dicat igitur ille, Meam filiam nuptui tradidit. Alius, Filium meum, virum euadere fecit. Alius verò, Calamitate me: alius, Periculis liberauit. Hæc autem aureis coronis præſtantiora ſunt verba: longè ſatius eſt hos propriæ benignitatis in ciuitate præcones habere, quam innumeros qui te præcedant ſatellites. Hæ voces præconum principes præcedentium vocibus ſuauiores ſunt & dulciores, cùm ſcilicet, & Saluator, & beneficus, & patronus, quæ Dei nomina ſunt, appellaris: non cupidus, non ſuperbus, non inſatiabilis, & puſilli animi. Nolimus, quæſo, vllam harum appellationum deſyderare, ſed contrà. Nam ſi in hac vita hæc verba adeò clarum hominem reddunt, & conſpicuum, cùm in cœlo ſcribentur, & Deus ea in venturum diẽ prædicet, intelligas velim, quanta fruêris gloria, cûm regno cœlorũ dignus iudicaberis.

Dilectio Dei ſequitur facientẽ miſericordiam.

1. Cor. 16. Vnuſquiſque domi habeat arculã pro pauperibus.

6 ET HOMIL. 43. Pareamus interea Beato Paulo, conſtituentes noſtris in ædibus arculam pauperibus, quæ eo in loco, vbi quiſque conſiſtere & orare ſolitus eſt, reponatur. Ita vt eleemoſynam primùm quoties acceſſeris oraturus, imponas, & deinde orationem proferas. Vt verò ad orationem illotis manibus venire nolles, ſic nec ſine eleemoſyna accedas. Et profectò non minus eſt iuxta lectum eleemoſynam reponere, quàm ſi iſthuc Euangelium ſuſpendas. Siquidem Euangelium iſthic ſuſpenſum, ſi nihil agas, nec tantillæ quidem virtutis eſt: in hac verò arcula aduerſùs diabolum armaturam habes repoſitam: hac orationem tuã penetrantem efficis, domum ſanctam reddis, in hac concluſas habes regias dapes. Ea propter & ad lectum deponatur illa, & ſic abſque phantaſijs tranquillè noctem tranſiges. Hoc caue tantùm, ex iniquitate comparatum, iſthuc nequid inijcias. Eleemoſyna enim illud eſſe debet. Eleemoſyna verò ex malitia profecta, non proderit vnquàm. Iam & commoditates quibus liceat admodùm facilè

Eleemoſyna quãtauis.

colligere, vultis vt recenſeam? Fiet. Sic igitur adiectionem ſuam artiſex aliquis, vel ſutor, vel coriarius, vel ſaber ærarius, vel quicunq; tandem is fuerit, leuem reddet: Si aliquid vendiderit ille, ſui artificij primitias eius pretij offerat Deo, & huc pauculum quiddam conijciat, exiguamq; Domino partem diuidat. Multum enim vt huc conferat, non poſtulo, ſed tantummodò quantùm vel infantes pueruli, vel miſeri & egeni homines peterent, tantùm nos qui cœlum ſperamus, demus. Hæc verò ita loquor, vt nullam tamen vobis neceſsitatem imponam, nec iubeam maius adijcere, nec vetem etiam. Quanquam par omnino & dignum erat, non minus ex tanto huc inferri. Neque tamen de vendentibus tantùm hæc, verùm & ementibus quoque, & alijs operantibus dicta ſunt. Eã regulam & agricolæ in prouentu rerum, eã ſemel omnes, quotquot legitimos colligunt cenſus, obſeruent.

Quo pacto congreganda eleemoſyna egenis largienda.

7 IDEM In Epiſtola ad Philippenſes Homilia. 1. Si ſuſpicitis eos qui verſantur in deſertis, qui vitam Angelicam delegerunt, qui in Eccleſijs ſimilia præſtant officia qualia illi in deſertis: ſi hos ſuſpicitis, inquam, pariter & doletis, quòd multo interuallo ab illis diſtatis, licet & alia ratione conſortes eorum fieri, nimirum ſubminiſtrando & ſeruiendo. Nam & hoc Diuinæ bonitatis eſt, ſocordes quoque ac pigros, & qui vitæ rationem illam aſperam, exactamque viuendi diſciplinam non poſſunt ſuſcipere, per aliam viam in eundem cum illis ordinem adducere, videlicet hoc eſt, quod Paulus vocat communionem, Communicant, inquit, nobis in carnalibus, communicamus eis in ſpiritualibus. Etenim ſi Deus pro exiguis nihilique rebus, regnum largitur cœlorum, famuli quoque eius pro exiguis ac ſenſibilibus, impartiunt ſpiritualia. Quin potius & hæc & illa dat Dominus. Ipſe enim eſt qui per illos largitur. Non potes ieiunare, non potes ſolitarius viuere, non humi curare, non noctes inſomnes ducere, & tamen datur tibi horum omnium mercedem capere, ſi rem alia tentes via: ſi eos qui hæc faciunt, curaris: ſi refocillaris, ſi aſsiduè delinieris, & ex his rebus contractam laſsitudinem, alleuaris. Ipſe ſtat in pugna, ipſe vulnera quoque accipit, tu foue, à certamine redeuntem excipe placidis manibus, ab animo ſudorem abſtergens: hortare, conſolare, refrigera deſatigatum animum. Quòd ſi tali cum alacritate ſeruierimus Sanctis, conſortes erimus præmiorum illis repoſitorum. Idem & Chriſtus docuit: Facite vobis amicos de mammôna iniquitatis, vt recipiant vos in æterna ſua tabernacula. *Luc. 16.* Vides illos participes eſſe factos. *Et paucis interpoſitis*. Hei mihi, quid facio? In medio duarum rerum conſtrictus ſum. Cupio vos exhortari & animare ad opitulandum auxiliandumque Sanctis Dei, verùm metuo ne quis aliud ſuſpicetur, videlicet me hæc non veſtra gratia, ſed illorum cauſa loqui. Scitote autem me hæc illorum gratia non loqui, ſed veſtra ipſorum cauſa. Et ſi vultis auſcultare, rationibus ipſis hoc vobis perſuadebo. Non eſt vobis par lucrum cum illis. Vos enim ſi quid dederitis, ea dabitis, quibus paulò pòſt velitis nolitis, eſtis ſpoliandi, & quod habebatis, alijs ceſſuri. Quæ verò accipitis, multò ſunt maiora ſimul & meliora. An non hic eſt vobis animus, vt exiſtimetis vos dando accipere? Niſi enim hoc pacto ſitis affecti ne dare quidem vos cupio. Itaque non pro illis verba facio. Niſi quis prius hunc animum ſumpſerit, vt exiſtimet ſe accipere potius quàm dare, & immenſum lucrum dando facere, magiſque ſe beneficio affici, quàm conferre beneficium; ne det. Si dat tanquàm gratificans accipienti: ne det. Neque enim de hoc magnoperè ſolicitus ſum, vt alantur Sancti. Etenim ſi tu non dederis, alius dabit. Proinde quod volebam, hoc eſt, vt vos de remiſsione peccatorum veſtrorum conſolationem habeatis. Etenim qui hoc animo non dederit, non accipiet conſolationem. Non enim quiſquis dat, facit eleemoſynam: ſed qui dat prompto alacrique animo, qui gaudens dat, qui gratiam habet accipienti. Ne ex triſtitia, *2. Cor. 9.* inquit, neque ex neceſsitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. Itaque qui non dat hoc modo, ne det. Damnũ enim hoc eſt, non eleemoſyna. Ergo ſi cognoſcitis quòd vos lucrum facitis, non illi: ſcitote quòd maius lucrum ad vos redit quàm ad illos. Nam illorum quidem corpori præbetur alimonia, veſtra autem anima Deo placita redditur. Illis, cùm accipiunt, nulla peccata condonantur: vobis autẽ multa cõmiſſa, quibus

Dantes eleemoſynã pauperis, ſiũt participes meritorũ illorũ.

Philipp. 1.

Dans eleemoſynam, plus lucratur, quã qui accipit.

quibus Deum offendiſtis, mitius habebunt.
8 IDEM in.2. ad Timoth. Homil. 6.
Non modò ex vita tota, verùm ex vno tan-
tùm defectu ſolo, in gehennam mittimur,
Matth. 25. niſi alia ſuppleant bona. Quippe & virgi-
Ob neglectā eleemoſynā damnantur multi. nibus non inceſtus, non adulterij, non inui
diæ, non liuôris, non ebrietatis, non infide-
litatis, aut peruerſæ fidei, crimen inuritur,
Matth. 25. ſed olei tantùm defectus, quia ſcilicet miſe-
ricordiam non exercuerant, neq; eleemoſy
nas fecerant. Id quippe ſignificat, oleum. Et
illi item qui ſupremæ damnationis ſenten-
tiam luent, quibus dicitur: Diſcedite male-
dicti in ignem æternum: ſolùm quòd Chri-
ſtum non pauerint, crimine exagitãtur, nul
laq; cæterorum mentio fit. Vides certè vt
eleemoſyna ſola neglecta, gehennæ igni-
bus tradat? Ad quid enim eris vtilis, qui
non facis eleemoſynam? Ieiunas quotidie?
At virginibus nihil profuit eiuſmodi ſtu-
dium. Oras? At ſine eleemoſyna, infru-
ctuoſa erit oratio: abſque illa, immunda
ſunt omnia, & inutilia, maiorq; pars virtu-
1. Ioan. 4. tis exciditur. Qui non diligit, inquit, fratrẽ
ſuum, ignorat Deum. Illum quomodò dili-
gis, qui ne minima quidem iſta & vilia, pa-
teris ei tecum eſſe communia? Sed caſtè ac
temperãter viuis. Cuius rei gratia id facis?
Num ſupplicij metu? Minimè id quidem,
ſed quadam bonitate naturæ. Nã ſi id agis
timore ſupplicij, tantamq; incendij vim, ac
libidinis tyrannidem ſuperas, multò magis
ſtudere eleemoſynis debes: neq; enim idem
labor eſt, pecunias contemnere, atq; fræna
nare libidem, ſed longè maior hic labor eſt.
Cur id? Quia voluptas illa naturalis eſt, no-
ſtriſq; inſita & innata corporibus: non ſic
autẽ cupido pecuniæ. Solum deniq; pieta-
tis ac miſerationis eſt ſtudiũ, quo Deo ęqua
les euadere poſſumus: quo ſi careamus, cun
cta ſimul amiſimus. Non enim ait, ſi ieiuna
ueritis, aut virginitatem obſeruaueritis, aut
oraueritis, Patri veſtro ſimiles eritis: nihil
enim huiuſmodi in Deũ cadit, neq; aliqoid
tale operatur Deus. Sed quid? Eſtote, in-
quit, miſericordes, ſicut Pater veſter qui in
Luc. 6. cœlis eſt. Iſtud, Dei opus eſt: hoc ſi deſit,
Matt. 9. quid habes? Miſericordiã volo, & non ſa-
crificium.
9 IDEM in Epiſt. ad Hebr. Homil. 32.
Iſta ædificia tempore conſumũtur, & poſſi
dentes diuerſis viciſſitudinibus mutãt. Illa
verò tabernacula permanent in vigore per
petuo. Et meritò. Nihil ſcilicet ibi corrupti
bile, nihil prorſus temporale, ſed cuncta
immortalia & inuiolata perſiſtunt. In hæc
igitur ædificia ſtudeamus noſtras euacuare *Pauperes nobis domos ædificant in cœlis.*
pecunias, nec fabris, nec ſtructoribus, nec
operarijs opus habebimꝰ. Manus nãq; pau
perũ tales domos ędificãt. Claudi, cæci vel
debiles, iſti ſunt qui domos illas ędificãt. Et
nõ mirêris. ſiquidẽ per iſtos nobis & regnũ
cœleſte prouidetur: per iſtos etiam fidu-
ciam accipimus apud Deum. Eleemoſyna *Eleemoſynæ laudes.*
quippe artifex magna conſiſtit, & auxilia-
trix eorum qui ipſam faciunt. Amica nanq;
Dei conſiſtit, & ſemper ei propinqua eſt:
pro quibuſcunque voluerit, facilè gratię
munus impetrat, tantùm ſi à nobis non lę-
datur, ſi nullam patitur iniuriam. Si verò
fuerit munda, magnam præſtat confiden-
tiam tribuẽtibus eam: interuenit etiam pro
delinquentibus. Tanta eſt eius virtus, tan-
taq; potentia. Sed etiam vincula peccato-
rum ipſa diſſoluit, fugat tenebras, extinguit
ignem, mortificat vermem, expellit ſtrido-
rem dentium. Huic cum multa fiducia por-
tæ cæli aperiũtur. Et veluti regina intrãte,
nullus ianitorum, nullus cuſtodum qui por
tis aſſiſtunt, audet dicere: Quæ tu es, vel
vnde? Sed omnes eam è regione ſuſci-
piunt: ſic etiam miſericordia. Regina nan-
que eſt, verè regina, ſimiles faciens ho-
mines Deo. Eſtote, inquit, miſericor- *Luc. 6.*
des, ſicut & Pater veſter cœleſtis miſeri-
cors eſt. Pennata nanque eſt & valde le-
uis, habens alas aureas, & volatum qui
Angelos ipſos deceat. Scriptum eſt enim,
Pennæ tuæ, ſicut pennæ columbæ dear- *Pſal. 67.*
gentatæ, & collum eius in fulgôre auri.
Sicut columba quædam nitens, & aurea
venuſtate decorata, mites & affabiles ocu-
los habens, per cuncta peruolat: ſic & mi-
ſericordia nitet magno decôre feſtiua, ni-
hil eſt illis oculis melius. Pulcher qui-
dem eſt pauo, ſed in illius comparatio-
ne deformis apparet. Ita enim hæc, auis
quædam pulchra eſt & mirabilis, ab ipſo
initio per tẽpora cuncta perdurans, & mul
ta Diuina gloria decoratur. Virgo eſt, ha-
bens alas aureas, circũſpecta per omnia, ve
nuſtèq; ſuccincta, vultum habens candidũ
atque manſuetum: pennata eſt & leuis, &
ſemper ante ſolium regale conſiſtit. Quan-
do iudicamur, repentè ſubuenit, & nos
à ſupplicijs liberat imminentibus, alis
ſuis nos contegens. Hanc amplius deſy-
derat Deus, quàm ſacrificia numeroſa: *Pſal. 145.*
multa de illa loquitur, ſic eam diligit. Scrip
ptum eſt enim; Viduam, & pupillum, &

pauperem ſuſcipiet Dñs. Ex eius vocabulo Deus deſyderat appellari, Miſerator, & Miſericors, Deus lõganimis, & multùm miſericors, & verax. Miſericordia nanq; Dei ſuper omnem terram. Iſta eſt quæ ſalutem humano generi contulit: *Et mox.* Hanc igitur æmulemur, per quam nos conſtat eſſe ſaluos. Hanc diligamus, hanc pecunijs præponamus vniuerſis, & ſine pecunijs vel diuitijs habeamus animam miſericordem. Nihil ita exprimit Chriſtianum, ſicut miſericordia: nihil ſic & fideles infideles ſimul admirantur, ſicut quando nos vident eleemoſynas impendere. *Et rurſus.* Aduerte Prophetam dicentem: Ego autẽ ſicut oliua fructifera in domo Domini. Tales ergo efficiamur ſicut oliua fructifera, ex omnibus partibus miſericordias germinemus. Non enim ſufficit oliuam eſſe, ſed opus eſt eam eſſe fructiferam. Sunt enim miſericordes, ſed modica per totum annum tribuentes, aut per ſingulas ſeptimanas, aut ſi quando fortè fortuna progrediuntur. Iſti oliuæ quidem ſunt, ſed non fructiferę, quin etiam aridæ. Et quandoquidem miſerētur, oliuæ ſunt: quoniam verò non largę, neque magnificæ, non ſunt fructiferæ. Nos efficiamur oliuæ fructiferæ. *Et in fine.* Proptereà obſecro vt euacuemus cum alacritate ſubſtantias noſtras in pauperes: etiam ſi parua ſunt quæ habemus, mercedem ſimilem conſequemur illis, qui plura videntur offerre. Magis autem meritum comparabimus quàm illi qui offerunt multitudinem talentorum. Si hæc igitur faciamus, ineſtimabiles Dei theſauros adipiſcimur.

Pſal. 103. *Pſalm. 51.*

LECTIO XI.

DOCTOR.

CEDO iam octauum legis noſtræ præceptum.

ADOLESCENS.

Non [a] *dices falſum teſtimonium.*

a *Exod. 20. & 23. Deuteron. 5. & 19. Prouerb. 19 & 25. 3. Reg. 21.*

DOCTOR.

Eſt'ne & hæc quoque Lex, vt cæteræ, explicanda?

ADOLESCENS.

Eſt. Cauetur enim inprimis [b] ne temerè de actionibus aliorum hominum iudicemus, ne de quoquam prauam iniuſtè opinionem animo concipiamus, [c] ne de vllo vſquàm vnquàm improbè loquamur, ne've aduerſùs alicuius famam, mendacium aliquod, fabulam, aut criminationem confingamus.

b *Exod. 23. Matt. 7. Luc. 6. Ioann. 7. 1. Cor. 4. Iacob. 4.*
c *Sap. 2. Prouerb. 25. Num. 12. Iacob. 4. 1. Pet. 2. Eccleſiaſtes. 10.*

DOCTOR.

Quid ergò tandem facere iubemur?

ADOLESCENS.

Alienum honorem, ac bonam exiſtimationem tueri [d] æquè ac noſtram ipſorum famam, & quo ad eius fieri poterit, eius nomen ab omni calumnia & maledicto vindicare.

d *Eccleſiaſtici. 17. & 15. Malach. 2. Luc. 10. Roman. 1. & 12.*

DO-

DOCTOR.

Nunquàm'ne nobis licet quenquam vel accuſare, vel corrigere?

ADOLESCENS.

Licet maximè, modò tamen iure id & ſtudio melioris alicuius rei fiat, [e] & vt ſaluti ſiue vnius, ſiue etiam omnium hac ratione accuratius conſulatur. Sed veræ in primis debent eſſe admonitiones eiuſmodi, & ea forma ac methodo fieri, quam Chriſtus Ieſus nobis præclarè aliquando præſcripſit.

e *Prou.25.27.& 29. Eccleſiaſtici. 19. & 20. Ioſue.22. Leuit.19. Matth.18. Gala.6. 1. Tim.1. Iacob.3.*

DOCTOR.

Ecquæ?

ADOLESCES.

Si peccauerit, inquit, in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: Si te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos: Quòd ſi nõ audierit eos, dic Eccleſiæ: Si autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquàm ethnicus & publicanus.

DOCTOR.

Habet'ne alia hoc præceptum quæ complectatur?

ADOLESCENS.

Habet. [f] Nam & omnium mendaciorum genera hîc accuratè prohibentur, & à nobis remotiſsima etiam eſſe debent ſermonis [g] dicteria, conuitia, libelli infames, adulationes, querimoniæ, & ſi quid eſt quod fidem ac exiſtimationem alienã lædere poſsit. Poſtremò à verbis etiam quæ vel ſcurrilia vel ſuperuacanea ſunt, [h] vel ocioſa, id eſt, quæ nullo modo cuiquam proſunt, abſtinendum.

f *Exod.23. Leuit.19. Eccleſiaſtici. 7. 20. & 25. Ioã.7 & 8. 1. Ioan.2. Epheſ.4. Coloſ. 3. Actio.5. 3. Reg.13. Aug. de menda. ad Conſen.*
g *Epheſ.5. Coloſ.3.*
h *Eccleſiaſtici. 20. Prou.10. Matt.12. 1. Timot.5.*

AVTHORIT. SCRIP.

A EXODI, Cap.20. Non loquêris contra proximum tuum falſum teſtimonium.

ET Cap.23. Non ſuſcipies vocem mendacij: nec iunges manum tuã vt pro impio dicas falſum teſtimonium.

DEVTERON. Cap.5. Nec loquêris contra proximum tuum falſum teſtimonium.

ET Cap.19. Nõ ſtabit teſtis vnus cõtra aliquem, quicquid illud peccati & facinoris fuerit: ſed in ore duorum aut trium teſtium ſtabit omne verbũ. Si ſteterit teſtis mendax contra hominem, accuſans eum præuaricationis, ſtabunt ambo, quorum cauſa eſt, ante Dominum in cõſpectu ſacerdotum & iudicum qui fuerint in diebus illis. Cùmque diligentiſsimè perſcrutantes, inuenerint falſum teſtem dixiſſe contra fratrem ſuum mendaciũ: reddent ei ſicut fratri ſuo facere cogitauit, & auferes malũ de medio tui, vt audientes cæteri timorem

habeant,

habeant, & nequaquàm talia audeant facere.

P R O V. Cap.19. Teſtis falſus non erit impunitus: & qui mendacia loquitur, non effugiet.

E T Cap.25. Iaculum, & gladius, & ſagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum ſuum falſum teſtimonium.

L I B. 3. Reg. Cap. 21. Fecerunt ergò ciues eius maiores natu & optimates qui habitabant cum eo in vrbe, ſicut præceperat eis Iezabel, & ſicut ſcriptum erat in libris quos miſerat ad eos: prædicauerunt ieiunium, & ſedere fecerũt Naboth inter primos populi. Et adductis duobus viris filijs diaboli, fecerunt eos ſedere contra eum: at illi, ſcilicet, vt viri diabolici, dixerunt contra eum teſtimonium coram multitudine, Benedixit Naboth Deũ & Regem. Quam ob rem eduxerunt eum extra ciuitatem, & lapidibus interfecerunt.

B E X O D. Cap. 23. Non ſequêris turbã ad faciendum malum: nec in iudicio, plurimorum acquieſces ſententiæ, vt à vero deuies.

M A T T H. Cap. 7. Nolite iudicare, vt non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mẽſura menſi fueritis, remetietur vobis.

L V C Æ, Cap. 6. Nolite iudicare & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini.

I O A N. Cap.7. Nolite iudicare ſecundùm faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate. *Et poſt pauca.* Dixit Nicodemus ad eos. (Ille qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipſis:) Nũquid Lex noſtra iudicat hominẽ, niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit quid faciat?

P R I O R. Ad Corinth. Cap. 4. Mihi autẽ pro minimo eſt vt à vobis iudicer, aut ab humano die: ſed neque meipſum iudico. Nihil enim mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum: qui autem iudicat me, Dominus eſt. Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusq; veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium: & tũc laus erit vnicuiq; à Deo.

I A C O B. Cap. 4. Nolite detrahere alterutrũ fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem ſuum, detrahit Legi, & iudicat Legem. Si autem iudicas Legẽ, non es factor Legis, ſed iudex. Vnus eſt enim Legislator & Iudex qui poteſt perdere &

D liberare. Tu autem quis es qui iudicas proximum?

C S A P I E N. Cap. 1. Propter hoc qui loquitur iniqua, non poteſt latẽre, nec præteriet illum corripiens iudicium. In cogitationibus enim impij interrogatio erit, ſermonum autem illius auditio ad Deum veniet, ad correptionem iniquitatum illius. Quoniã auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abſcondetur. Cuſtodite ergò vos à murmuratione quæ nihil prodeſt, & à detractione parcite linguæ, quoniam ſermo obſcurus in vacuum non ibit: os autem quod mentitur, occidit animam.

P R O V E R B. Cap.25. Vẽtus Aquilo diſsipat pluuias, & facies triſtis linguam detrahentem. E T. Sicut vrbs patens & abſque murorum ambitu, Ita vir qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuũ.

N V M E R O R. Cap. 12. Locutaque eſt Maria & Aaron cõtra Moyſen propter vxorẽ eius Æthyopiſſam, & dixerũt, Num per ſolum Moyſen locutus eſt Dominus? Non'ne & nobis ſimiliter eſt locut⁹? Quod cùm audiſſet Domin⁹, iratus eſt. Erat enim Moyſes vir mitiſsimus ſuper omnes homines qui morabantur in terra. Statim locutus eſt Dominus ad eum, & ad Aarõ & Mariam, Egredimini vos tantùm tres ad tabernaculum fœderis. Cùmq; fuiſſent egreſsi, deſcendit Dominus in columna nubis, & ſtetit in introitu tabernaculi vocans Aarõ & Mariam. Qui cùm iſſent, dixit ad eos, Audite ſermones meos, Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum. At nõ talis ſeruus meus Moyſes, qui in omni domo mea fideliſsimus eſt: ore enim ad os loquor ei: & palàm, & non per ænigmata & figuras Dominum videt. Quare ergò non timuiſtis detrahere ſeruo meo Moyſi? Iratuſq; contra eos, abijt: nubes quoque receſſit, quæ erat ſuper tabernaculum: & ecce Maria apparuit candens lepra, quaſi nix.

I A C O B, Cap.4. Vide ſup. lit. B.

P R I O R. Petri, Cap.2. Vt ſup. Cap.1. lect.10. lit. I.

E C C L E S I A S T E S, Cap. 10. Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil illo minus habet qui occultè detrahit. Verba oris ſapientis, gratia: & labia inſipientis præcipitabunt eum. Initium verborum eius ſtultitia, & nouiſsimum oris illius error peſſimus.

E C C L E S I A S T I C I, Cap. 17.

Attendite

Attendite ab omni iniquo. Et mandauit illis vnicuique de proximo ſuo.

E T Cap. 25. In tribus placitum eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coram Deo & hominibus. Concordia fra rũ, & amor proximorum, & vir & mulier benè ſibi conſentientes.

M A L A C H. Cap. 2. Vt ſuprà, lect. 10. lit. D.

L V C Æ, Cap. 10. Vide ſup. lect. 9. litera. D.

A D R O M A. Cap. 1. Græcis ac Barbatis, ſapientibus & inſipientibus, debitor ſum: ita, quod in me, promptum eſt, & vobis qui Romæ eſtis, euangelizare.

E T Cap. 12. Nulli malũ pro malo reddentes. Prouidentes bona, non tantùm coram Deo, ſed etiã coram omnibus hominibus. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes.

E P R O V E R B. Cap. 25. Quæ viderunt oculi tui, ne proſeras in iurgio citò: ne poſteà emẽdare non poſsis, cùm dehoneſtaueris amicum tuum.

E T Cap. 27. Melior eſt manifeſta correptio, quàm amor abſconditus. Meliora ſunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula odientis.

E T Cap. 29. Virum qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei ſuperueniet interitus, & eum ſanitas non ſequetur.

E C C L E S I A S T I C I, Cap. 19. Corripe amicum tuum, ne fortè non intellexerit, & dicat, Non feci: aut ſi fecerit, ne iterum addat facere. Corripe proximum, ne fortè non dixerit: & ſi dixerit, ne fortè iteret. Corripe amicum: ſæpè enim fit commiſsio. Corripe proximum antequàm commineris.

E T Cap. 20. Quàm bonum eſt arguere, quàm iraſci? & confitentem in oratione non prohibere. Quàm bonum eſt correptũ manifeſtare pœnitentiam: ſic enim effugies voluntarium peccatum.

I O S V E Cap. 22. Quod cùm audiſſent filij Iſraël, & ad eos certi nũcij detuliſſent ædificaſſe filios Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe, altare in Terra Chanaan ſuper Iordanis tumulos contra filios Iſraël: conuenerunt omnes in Silo, vt aſcenderent, & dimicarent cõtra eos. Et interim miſerunt ad illos in Terrã Galaad, Phinees filium Eleazari ſacerdotem, & decem principes cũ eo, ſingulos de ſingulis tribubus. Qui venerũt ad filios Rubẽ, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe in Terram Galaad, dixeruntq; ad eos: Hæc mãdat omnis populus Domini: Quæ eſt iſta trãſgreſsio? Cur reliquiſtis Dominũ Deum Iſraël, ædificantes altare ſacrilegum, & à cultu illius recedentes? An parum vobis eſt quòd peccaſtis in Beelphegor, & vſque in præſentẽ diem macula huius ſceleris in vobis permanet, multiq; de populo corruerunt? Et vos hodie reliquiſtis Dominum, & cras in vniuerſum Iſraël irã eius deſæuiet. Quòd ſi putatis immundã eſſe terram poſſeſsionis veſtræ, tranſite ad Terram in qua tabernaculum Domini eſt; & habitate inter nos: tantùm vt à Dño, & à noſtro cõſortio non recedatis, ædificato altari præter altare Domini Dei noſtri. Non'ne Achan filius Zare præterijt mandatum Domini, & ſuper omnem populum Iſraël ira eius incubuit? Et ille erat vnus homo, atque vtinam ſolus perijſſet in ſcelere ſuo.

L E V I T. Cap. 19. Non eris criminator, nec ſuſurro in populo. Non ſtabis contra ſanguinem proximi tui: ego Dominus. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed publicè argue eum, ne habeas ſuper illo peccatum.

M A T T. Cap. 18. Si peccauerit in te frater tuus, &c. Vt in textu.

A D G A L A T. Cap. 6. Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſyderans te ipſum, nè & tu tentẽtis. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.

P O S T E R. Ad Timoth. Cap. 2. Seruum autem Domini non oportet litigare: ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientem, cum modeſtia corripientem eos qui reſiſtunt veritati: ne quando Deus det illis pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo captiui tenẽtur ad ipſius voluntatem.

I A C O B. Cap. 3. Quis ſapiens & diſciplinatus inter vos? Oſtendat ex bona conuerſatione operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ. Quòd ſi zelum amarum habetis, & contentiones ſint in cordibus veſtris: nolite gloriari & mendaces eſſe aduerſus veritatem: non eſt enim iſta ſapientia deſurſum deſcẽdens: ſed terrena, animalis, dia-

diabolica. Vbi enim zelus & contentio: ibi inconſtantia,& omne opus prauũ.Quæ autem de ſurſum eſt ſapientia,primùm qui dem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis,bonis conſentiens, plena miſericordia & fructibus bonis,non iudicans,ſine ſimulatione.

F EXODI, Cap.23. Mẽdacium fugies. Et vide ſup.lit.A.

LEVIT. Cap.19. Non mentiemini: nec decipiet vnuſquiſque proximum ſuum.

ECCLESIASTICI, Cap.7. Noli amare mendacium aduerſùs fratrem tuũ: neque in amicum ſimiliter facias. Noli velle mẽtiri omne mẽdacium: aſsiduitas enim illius non eſt bona.

ET Cap.20. Opprobrium nequàm in homine mendacium,& in ore indiſciplinatorum aſsiduè erit. Potior fur, quàm aſsiduitas viri mendacis: perditionem autem ambo hæreditabunt. Mores hominũ mendacium ſine honore: & confuſio illorũ, cũ ipſis ſine intermiſsione.

ET Cap.25. Tres ſpecies odiuit anima mea, & aggrauor valdè animæ illorũ, Pauperem ſuperbum, & diuitem mendacem.& ſenem fatuum & inſenſatum.

IOAN. Cap.7. Clamabat ergo Ieſus in templo docens,& dicens, Et me ſcitis, & vnde ſim ſcitis,& à me ipſo nõ veni, ſed eſt verus qui miſit me, quem vos neſcitis. Ego ſcio eum: & ſi dixero quia neſcio eum, ero ſimilis vobis, mendax, ſed ſcio eum: quia ab ipſo ſum, & ipſe me miſit.

ET Cap.8. Vos ex patre diabolo eſtis: & deſyderia patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initio,& in veritate non ſtetit; quia non eſt veritas in eo. Cùm loquitur mendaciũ, ex proprijs loquitur, quia mendax eſt, & pater eius.

PRIMÆ Ioan. Cap.2. Non ſcripſi vobis quaſi ignorantibus veritatem, ſed quaſi ſcientibus eam: & quoniam omne mendacium ex veritate non eſt. Quis eſt mẽdax, niſi is qui negat quoniam Ieſus non eſt Chriſtus?

AD EPHES. Cap.4. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo: quoniam ſumus inuicem membra.

AD COLOS. Cap.3. Nolite mentiri inuicem.

ACTO. Cap.5. Vir autem quidam nomine Ananias cum Saphira vxore ſua, vendidit agrũ, & fraudauit de pretio agri, conſcia vxore ſua: & adferens partem quandam, ad pedes Apoſtolorum poſuit. Dixit autem Petrus: Anania, Cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui ſancto, & fraudare de pretio agri? Non'ne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat poteſtate? Quare poſuiſti in corde tuo hãc rem? Non es mentitus hominibus, ſed Deo. Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit,& expirauit. Et factus eſt timor magnus ſuper omnes qui audierunt. Surgentes autem iuuenes amouerunt eum,& efferentes, ſepelierunt. Factum eſt autem quaſi horarum trium ſpacium, & vxor ipſius neſciens quod factum fuerat, introiuit. Reſpõdit autem ei Petrus, Dic mihi mulier, ſi tãti agrum vendidiſtis? At illa dixit, etiam, tanti. Petrus autem ad eam, Quid vtique cõuenit vobis tentare ſpiritum Domini? Ecce, pedes eorum qui ſepelierunt virum tuũ, ad oſtium,& efferent te. Confeſtim cecidit ante pedes eius,& expirauit. Intrantes autem iuuenes, inuenerunt illam mortuam: & extulerunt,& ſepelierunt ad virũ ſuũ. Et factus eſt timor magnus in vniuerſa Eccleſia, & in omnes qui audierunt hæc.

LIB. 3. Reg. Cap.13. Et ego Propheta ſum ſimilis tui: & Angelus locutus eſt mihi, in ſermone Domini, dicens, Reduc eum tecum in domum tuam, vt comedat panẽ, & bibat aquam. Fefellit eum, & reduxit ſecum: comedit ergò panem in domo eius, & bibit aquam.

G AD EPHES. Cap.5. Vt ſup. lect. 8. litera C.

H AD COLOS. Cap.3. Nunc autẽ deponite & vos omnia: iram, indignationẽ, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro.

ECCLESIASTICI, Cap.20. Eſt tacens qui inuenitur ſapiens: & eſt odibilis qui procax eſt ad loquendum. Eſt autẽ tacens, non habens ſenſum loquelæ: & eſt tacens, ſciens tempus apti temporis. Homo ſapiens, tacebit vſque ad tempus: laſciuus autem & imprudens non ſeruabunt tẽpus. Qui multis vtitur verbis, lædet animam ſuam: & qui poteſtatem ſibi ſumit iniuſtè, odietur.

PROVERB. Cap.10. Abſcondunt odium labia mendacia: qui profert contumeliam, inſipiens eſt. In multiloquio non deerit

deerit peccatum:qui autē moderatur labia ſua,prudentiſsimus eſt.

MATT. Cap.12.Dico autē vobis, quoniā omne verbum ocioſum quod locuti fuerint homines,reddent rationē de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

PRIOR. Ad Timoth.Cap.5.Adoleſcentiores autē viduas deuita. Cum enim luxuriatæ fuerint,in Chriſto nubere volunt. Habētes dānationē quia primā fidē irritā fecerunt. Simul autē & ocioſę diſcūt circūire domos: non ſolùm ocioſæ,ſed & verboſæ, & curioſæ, loquentesq́ quæ non oportet.

AVTHORIT. PATR.

F 1 AVGVST. .tom. 4.lib.De Mendacio,ad Cōſentiū,Cap.14.Primū extat euitandū capitale mendaciū,longèq; fugiendū,quod ſit in doctrina religionis:ad quod mendaciū nulla conditione quiſquā debet adduci. Secundū autē vt aliquē lędat iniuſtè:quod tale eſt, vt & nulli proſit, & obſit alicui. Tertiū quod ita prodeſt alteri, vt obſit alteri,quāuis nō ad immūdiciā obſit corporalē.Quartū quod fit ſola mētiendi fallendiq; libidine: quod merū mendacium eſt.Quintū quod fit placendi cupiditate de ſuauiloquio. His omnibus penitus euitatis atq; reiectis,ſequitur Sextū genus, quod & nulli obeſt, & prodeſt alicui, quocunq; interrogāte. Septimū, quod & nulli obeſt, & prodeſt alicui,excepto ſi iudex interrogat.De quibus duobus generibus (ſolent enim habere magnā cōtrouerſiā) ſatis tractauimus,& quid nobis placeret oſtēdimus,vt ſuſcipiendis incōmoditatibus, quæ honeſtè ac fortiter tollerantur, hæc quoq; geneta deuitentur à fortibus & fidelibus & veracibus viris ac fœminis. Octauum eſt genus mendacij,& quod nulli obeſt, & ad hoc prodeſt,vt ab immūdicia corporali aliquē tueatur,duntaxat ea quā ſuperius commemorauimus.

Octo mendaciorum genera.

2 ET Cap.21.Elucet itaque diſcuſsis omnibus,nihil aliud illa teſtimonia ſcripturarū monere,niſi nunquàm eſſe omnino mētiendum:quandoquidem nec vlla exempla mēdaciorū imitatione digna in moribus factiſq; ſanctorū inueniantur, quod ad eas attinet ſcripturas, quæ ad nullā figuratam ſignificationē referūtur,ſicut ſunt res geſtę in Actibus Apoſtolorum.Nam Dñi omnia in Euāgelio,quę imperitioribus mendacia videntur, figuratæ ſignificationes ſunt. Et quod ait Apoſtolus, omnibus omnia factus ſum,vt omnes lucriſacerē:non eū mentiendo,ſed cōpatiendo feciſſe,rectè intelligitur:vt tanta charitate cum eis liberandis ageret,ac ſi ipſe in eo malo eſſet,à quo illos ſanare cupiebat. Non eſt igitur mētiēdū in doctrina pietatis:magnū enim ſcelus eſt,& primū genus deteſtabilis mendacij. Nō eſt mentiendum ſecundo genere,quia nulli facienda eſt iniuria.Non eſt mentiendū tertio genere,quia nulli cū alterius iniuria cōſulendū eſt.Non eſt mentiendū quarto genere,propter mendacij libidinē,quæ per ſe ipſam vitioſa eſt.Non eſt mentiendū quinto genere, quia nec ipſa veritas ſine placendi hominibus enuncianda eſt: quāto minus mendaciū,quod per ſeipſum, quia mendacium eſt,vtiq; turpe eſt. Non eſt mentiendum ſexto genere,neq; enim rectè etiā teſtimonij veritas pro cuiuſquàm tēporali commodo ac ſalute corrumpitur.Ad ſempiternam verò ſalutem nullus ducendus eſt opitulante mendacio.Non enim malis conuertentium moribus, ad bonos mores conuertendus eſt:quia ſi erga illum faciendū eſt, debet etiā ipſe conuerſus facere erga alios. Atq; ita non ad bonos, ſed ad malos mores conuertitur,cùm hoc ei præbetur imitandum conuerſo,quod ei præſtitū eſt conuertendo.Neq; ſeptimo genere mentiendum: non enim cuiuſquā cōmoditas aut ſalus temporalis, perficiendæ fidei præferenda eſt. Nec ſi quiſquā in rectè factis noſtris tā malè mouetur,vt fiat etiā animo deterior,longèq; à pietate remotior,propterea rectè ſacta deſerēda ſunt. Cùm id nobis præcipuè tenendum ſit,quo vocare atq; inuitare debemus, quos ſicut noſmetipſos diligimus: fortiſsimoq; animo bibenda eſt Apoſtolica illa ſententia,Alijs quidē ſumus odor vitæ in vitam,alijs odor mortis in mortē. Et ad hæc quis idoneus?Nec octauo genere mentiēdum eſt,quia & in bonis caſtitas animi, pudicitia corporis:& in malis id quod ipſi facimus, eo quod fieri ſinimus, maius eſt. In his autem octo generibus tanto quiſque minus peccat cùm mentitur, quanto emergit ad octauum:tanto amplius,quanto euergit ad primum. Quiſquis autem eſſe aliquod genus mendacij, quod peccatum nō ſit, putauerit, decipiet ſeipſum turpiter, cùm honeſtum ſe deceptorem arbitratur aliorum.

In ſcripturis ſactis an vllū inuenitur mēdacium.

1.Cor.9.

In nullo genere mendaciorum, ex octo quæ recenſentur, mētiendum eſt.

1.Cor.2.

Turpiter decipitur, qui putat aliquod genus mendacij nō eſſe peccatū.

L E-

LECTIO XII.

DOCTOR.

DA nonum decalogi præceptum.

ADOLESCENS.

Non concupiſces vxorem proximi tui.

DOCTOR.

Cur ea quæ ſequuntur non etiam continuò ſubijcis?

ADOLESCENS.

Diſtinctum eſt illud ab hoc, præceptum. Hac enim lege cauetur [a] iniuria quæ proximo irrogatur ab eo qui vxorem eius, quæ caro ac corpus eſt cum eo, ſola voluntate attrectat: alia verò, quæ eſt conſequens, [b] cauentur damna quæ bonis ac facultatibus eius inferri poſſunt, immoderata eorũ cupiditate.

a *Exod. 20. Deut. 5.*
b *Matt. 4. 1. Theſ. 4.*

DOCTOR.

Hæc ergò lex ad peccatũ adulterij referri poteſt, quo [c] quis alienas nuptias inceſtat: illa [d] verò ad auaritiam, & appetionis rei alienæ crimen. Sed hanc in primis explicemus.

c *Exo. 20. Deut. 25. Prouer. 6. & 22.*
d *Eccleſiaſtici. 14. Prou. 14. 2. Pet. 2.*

ADOLESCENS.

Vetat Deus ne aliquis alienã vxorẽ [e] animo vel cogitatione concupiſcat, ne via ac modo iniquiore nuptiæ vllæ vnquàm contrahantur: ne fides coniugij inceſto vnquàm actu labefactetur, ne denique ſacra matrimonij iura à quoquam quouis modo violentur. Atque vt hæc altius animis omnium inſideant, adulteris ac eiuſmodi impuris hominibus grauiſsimæ pœnæ paſsim decernuntur.

e *Deut. 5. 1. Cor. 10. Matt. 5. Malach. 2. Gen. 26. Leuit. 18. & 20. Eccleſiaſtici. 23.*

DOCTOR.

Quæ verò contrà hîc nobis præcipiuntur?

ADOLESCENS.

Vt torus [f] immaculatus, & honorabile ſit coniugium in omnibus: vt mutuam beneuolentiam, & caſtum inter ſe nuptiarum officium ſibi inuicem reddant coniuges: vt vnaquæque virum

f *Num. 5. Deut. 22. Prouer. 12. & 23. 1. Cor. 6. Hebr. 13.*

virum ſuum vxor, & vxorem vnuſquiſque vir habeat: vt proles ſanctè ſuſcepta, [g] ritè & Chriſtianè à parentibus educetur. [g] *Eccli. 30. Exo. 12. Deut. 31. Epheſ. 6. Clem. Alex. pædag. lib. 1. Auguſt. de bo. coniu.*

DOCTOR.

Quodnam eſt decimum ac vltimum præceptum?

ADOLESCENS.

Non [h] concupiſces domum proximi tui, non ſeruum, non agrum, non ancillam, non aſinum, aut ea quæ eius ſunt. [h] *Exod 10. Deut. 5. Iacob. 4.*

DOCTOR.

Quæ eſt horum omnium ſumma?

ADOLESCENS.

Cùm Deus Optimus Maximus à nobis non operis ſolùm & actionum noſtrarum, [i] ſed voluntatis etiam & cogitationū obedientiam exigat, cauetur ne aliena [k] quouis ſtudio aut ſpecie iniquiore bona cōcupiſcamus, [l] ne'ue aut proſperitate exultanti inuideamus, aut calamitate & damno aliquo deiectum rideamus. Poſtremò non minus bono, ac vtilitati proximi, [m] quàm noſtris ipſorum commodis conſulendum.

[i] *Matthæ 5. Marc. 7. Roman. 7. Galat. 5.*
[k] *Deut. 11. Pſal. 61. 1. Cor. 6. Prou. 23.*
[l] *Prou. 14. 1. Cor. 13. Galat. 5. 1. Pet. 1.*
[m] *Matth. 6. Luc. 11.*

AVTHORIT. SCRIP.

A EXOD. Cap. 20. Nō concupiſces domū proximi tui: nec deſyderabis vxorē eius, non ſeruū, non ancillā, non bouē, nō aſinum, nec omnia quæ illius ſunt.

DEVTERO. Cap. 5. Non concupiſces vxorē proximi tui: non domum, non agrum, non ſeruū, non ancillam, non bouē, non aſinum, & vniuerſa quæ illius ſunt.

B MATT. Cap. 4. Iterum aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valde: & oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei, Hæc omnia tibi dabo ſi cadēs adoraueris me. Tunc dicit ei Ieſus, Vade Satana: ſcriptum eſt enim, Dn̄m Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.

PRIOR. Ad Theſſalo. Cap. 4. Vide ſuprà, Lect. 10. lit. I. *Et deinde*. Rogamus autem vos fratres vt abūdetis magis: & operā detis vt quieti ſitis, & vt veſtrū negotiū agatis, & operemini manibus veſtris, ſicut prædiximus vobis: & vt honeſtè ambuletis ad eos qui foris ſunt: & vt nullius aliquid deſyderetis.

C EXOD. Cap. 20. Non mœchaberis. *Et ſuprà litera. A.*

DEVTERO. Cap. 25. Si habuerint inter ſe iurgium viri duo, & vnus cōtra alterum rixari cœperit, volenſque vxor alterius eruere virum ſuum de manu fortioris, miſeritque manum, & apprehenderit verenda eius: abſcindes manum illius, nec flectēris ſuper eam vlla miſericordia.

PROVERB. Cap. 6. Sex ſunt quæ odit Dn̄s, &c. Cor machinans cogitationes peſſimas. ET. Mandatum lucerna eſt, & Lex lux, & via vitæ increpatio diſciplinæ. Vt cuſtodiant te à muliere mala, & à blanda lingua extraneæ. Non concupiſcat pulchritudinem eius cor tuum, ne capiaris nutibus illius. Pretiū enim ſcorti, vix eſt vnius panis: mulier autē viri pretioſam animam capit. ET. Qui adulter eſt, propter cordis inopiam, perdet animam ſuam: turpitudinem & ignominiam congregat ſibi, & opprobrium illius non delebitur.

ET Cap. 22. Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum ſuorum, habebit amicum Regem.

D **ECCLESIASTICI**, Cap.54. Viro cupido & tenaci, ſine ratione eſt ſubſtantia, & homini liuido ad quid aurum? Qui aceruat ex animo ſuo iniuſtè, alijs congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. ET. Nequam eſt oculus liuidi, & auertens faciem ſuam, & deſpiciens animam ſuam. Inſatiabilis oculus cupidi in parre iniquitatis, non ſatiabitur, donec conſumat areſaciens animam ſuam.

PROVERBIORVM, Cap. 14. Vita carnium, ſanitas cordis: putredo oſſium, Inuidia.

PRIO. Petri, Cap.2. Vide ſup. Cap.1. lect.10. lit. I.

E **DEVTERON**. Cap.5. Vide ſup. litera. A.

PRIOR. Ad Corinth. Cap.10. Hæc autem in figura ſacta ſunt noſtri, vt non ſimus concupiſcentes malorum, ſicut & illi concupierunt. ET. Neque fornicemur, ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia.

MATTH. Cap. 5. Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Non mœchaberis. Ego autē dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eā in corde ſuo. ET. Dictū eſt autem, Quicunq; dimiſerit vxorem ſuam, det ei libellū repudij. Ego autē dico vobis, quia omnis qui dimiſerit vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari: & qui dimiſſam duxerit, adulterat.

MALACH. Cap. 2. Et hoc rurſum feciſtis, Operiebatis lacrymis altare Dñi, fletu & mugitu, ita vt non reſpiciā vltrà ad ſacrificiū, nec accipiam placabile quid de manu veſtra. Et dixiſtis, Quam ob cauſam? Quia Dominus teſtificatus eſt inter te & vxorem pubertatis tuæ, quam tu deſpexiſti: & hæc particeps tua, & vxor fœderis tui. Non'ne vnus fecit, & reſiduum ſpiritus eius eſt? Et quid vnus quærit, niſi ſemen Dei? Cuſtodite ſpiritum veſtrum, & vxorem adoleſcentiæ tuæ noli deſpicere.

GENE. Cap. 26. Manſit itaque Iſaac in Geraris. Qui cùm interrogaretur à viris loci illius ſuper vxore ſua, reſpondit: Soror mea eſt. Timuerat enim confiteri quòd ſibi eſſet ſociata coniugio: reputans ne fortè interficerent eum propter illius pulchritudinē. Cùmque pertranſiſſent dies plurimi, & ibidem moraretur, proſpiciens Abimelech Rex Paleſtinorum per feneſtram, vidit eum iocantem cum Rebecca vxore ſua. Et accerſito eo, ait: Perſpicuum eſt quòd vxor tua ſit: cur mentitus es eam ſororem tuam eſſe? Reſpondit: Timui ne morerer propter eam. Dixitque Abimelech, Quare impoſuiſti nobis? potuit coire quiſpiam de populo cum vxore tua, & induxeras ſuper nos grande peccatum. Præcepitque omni populo, dicens: Qui tetigerit hominis huius vxorem, morte morietur.

LEVIT. Cap.18. Cum vxore proximi tui nō coibis, nec ſeminis commiſtione maculaberis. ET. Omnis anima quæ fecerit de abominationibus his quippiam, peribit de medio populi ſui.

ET Cap.20. Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cū coniuge proximi ſui, morte moriantur mœchus & adultera.

ECCLESIASTICI, Cap.23. Homini fornicario omnis panis dulcis, non fatigabitur tranſgrediens vſque ad finem. Omnis homo qui tranſgreditur lectum ſuū, contemnens in animam ſuam, & dicens: Quis me videt? Tenebræ circundant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circunſpicit me, quem vereor? Delictorum meorum non memorabitur Altiſſimus. Et non intelligit quoniam omnia videt oculus illius, quoniam expellit à ſe timorem Dei, huiuſmodi hominis timor, & oculi hominum timentes illum: & non cognouit, quòd oculi Domini multò lucidiores ſunt ſuper Solem, circunſpicientes omnes vias hominum, & profundum abyſſi, & hominum corda intuentes in abſconditas partes. Domino enim Deo, antequàm crearentur, omnia ſunt agnita: ſic & poſt perfectum, reſpicit omnia. Hic in plateis ciuitatis vindicabitur, & quaſi pullus equinus fugabitur: & vbi non ſperauit apprehendetur. Et erit dedecus omnibus, eo quòd nō intellexerit timorem Domini. Sic & mulier omnis relinquens virum ſuum, & ſtatuens hæreditatem ex alieno matrimonio. Primò enim in lege Altiſſimi incredibilis fuit: & ſecundò virū ſuū dereliquit: tertiò in adulterio fornicata eſt, & ex alio viro filios ſtatuit ſibi. Hęc in Eccleſiā adducetur, & in filios eius reſpicietur. Nō tradēt filij eius radices, & rami eius non dabunt fructū: derelinquet in maledictū memoriā

eius,

eius, & dedecus illius non delebitur.

F NVMERO. Cap. 5. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicẽs, Loquere filijs Iſraël, & dices ad eos, Vir cuius vxor errauerit, maritumque contemnens dormierit cum altero viro, & hoc maritus deprehendere non quiuerit, ſed latet adulterium, & teſtibus argui non poteſt, quia non eſt inuenta in ſtupro: ſi ſpiritus Zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem ſuam, quæ vel polluta eſt, vel falſa ſuſpicione appetitur: adducet eam ad ſacerdotem, & offeret oblationem pro illa decimam partem ſati ſarinæ hordeaceæ. Non fundet ſuper eã oleum, nec imponet thus: quia ſacrificium zelotypiæ eſt, & oblatio inueſtigans adulterium. Offeret igitur eam ſacerdos & ſtatuet coram Domino: aſſumetque aquã ſanctam in vaſe fictili, & pauxillũ terrę de pauimento tabernaculi mittet in eam. Cùmque ſteterit mulier in conſpectu Domini, diſcooperiet caput eius, & ponet ſuper manus illius ſacrificium recordationis, & oblationem zelotypiæ: ipſe autẽ tenebit aquas amariſsimas, in quibus cum execratione maledicta congeſsit. Adiurabitque eam, & dicet, Si non dormiuit vir alienus tecum, & ſi non polluta es deſerto mariti toro, non te nocebunt aquæ iſtæ amariſsimæ, in quas maledicta congeſsi. Sin autem declinaſti à viro tuo, atque polluta es, & concubuiſti cum altero viro: his maledictionibus ſubiacebis: Det te Dominus in maledictionem, exemplumque cunctorum in populo ſuo: putreſcere faciat femur tuum, & tumens vterus tuus diſrumpatur. Ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & vtero tumeſcente putreſcat femur. Et reſpondebit mulier, Amẽ, amen. Scribetque ſacerdos in libello iſta maledicta, & delebit ea aquis amariſsimis in quas maledicta congeſsit, & dabit ei bibere. Quas cùm exhauſerit, tollet ſacerdos de manu eius ſacrificium zelotypiæ, & eleuabit illud coram Domino, imponetque illud ſuper altare: ita duntaxat vt prius, pugillum ſacrificij tollat de eo quod offertur, & incendat ſuper altare: & ſic potũ det mulieri aquas amariſsimas. Quas cùm biberit, ſi polluta eſt, & contempto viro adulterij rea, pertranſibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre computreſcet femur: eritque mulier in maledictionẽ, & in exemplum omni populo.

DEVTERONOM. Cap. 22. Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque morietur, id eſt, adulter & adultera: & auferes malum de Iſraël. Si puellam virginem deſponderit vir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum ea: educes vtrunque ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruentur: puella, quia non clamauit cùm eſſet in ciuitate: Vir, quia humiliauit vxorem proximi ſui: & auferes malum de medio tui. Sin autem in agro reperit vir puellam quæ deſponſata eſt, & apprehendens concubuerit cum ea, ipſe morietur ſolus: puella nihil patietur, nec eſt rea mortis: quoniam ſicut latro conſurgit contra fratrem ſuum, & occidit animã eius: ita & puella perpeſſa eſt. Sola erat in agro, clamauit, & nullus affuit qui liberaret eam.

PROVERB Cap. 12. Mulier diligens, corona eſt viro ſuo: & putredo in oſsibus eius, quæ confuſione res dignas gerit.

ET Cap. 23. Fouea enim profunda eſt meretrix, & puteus anguſtus aliena. Inſidiatur in via quaſi latro, & quos incautos viderit, interficiet.

PRIOR. Ad Corinth. Cap. 6. Vide ſup. Lect. 9. litera. B.

AD HEBR. Cap. 13. Honorabile cõnubium in omnibus, & torus immaculatus. Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus.

G ECCLESIASTICI, Cap. 30. Qui diligit filium ſuum, aſsiduat illi flagella, vt lætetur in nouiſsimo ſuo, & non palpet proximorum oſtia. Qui docet filium ſuum, laudabitur in illo, & in medio domeſticorum in illo gloriabitur. Qui docet filium ſuum, in zelum mittit inimicum, & in medio inimicorum gloriabitur in illo. Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus: ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe. In vita ſua vidit & lætatus eſt in illo: in obitu ſuo non eſt contriſtatus, nec confuſus eſt coram inimicis. Reliquit enim defenſorem domus contra inimicos, & amicis reddentem gratiã. Pro animabus filiorum colligabit vulnera ſua, & ſuper omnẽ vocem turbabuntur viſcera eius. Equus indomitus euadit durus, & filius remiſſus euadet præceps. Lacta filium, & pauentem te faciet: lude cum eo, & contriſtabit te. Non corrideas illi: ne doleas, & in nouiſsimo obſtupeſcent dentes tui. Nõ des illi poteſtatẽ in iuuẽtute, & ne deſpicias

cogitatus illius. Curua ceruicē eius in iuuentute, & tunde latera eius dum infans eſt: ne fortè induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ. Doce filium tuum, & operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas.

EXOD. Cap.12. Et cùm dixerint vobis filij veſtri, Quæ eſt iſta religio? Dicetis eis, Victima tranſitus Domini eſt, quando tranſiuit ſuper domos filiorum Iſraël in Ægypto percutiens Ægyptios, & domos noſtras liberans.

DEVTERO. Cap.32. Interroga patrem tuū, & annunciabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi.

AD EPHES. Cap.6. Et vos patres, nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros: ſed educate illos in diſciplina & correptione Domini.

H EXODI. Cap.20. Vide ſuprà, litera.A.

DEVTERO. Cap.5. Vide ſuprà, litera.A.

IACOB. Cap.4. Vnde bella & lites in vobis? Non'ne hinc? Ex concupiſcentijs veſtris quæ militant in mēbris veſtris? Concupiſcitis & nō habetis: occiditis, & zelatis: & non poteſtis adipiſci.

I MATTH. Cap.5. Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Non occides, qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. *Et vide ſuprà litera. E.*

MARC. Cap.7. Vt ſuprà, Lectio. 9. litera.C.

AD ROM. Cap.7. Quid ergò dicemus? Lex peccatum eſt? Abſit. Sed peccatum non cognoui niſi per Legem. Nam concupiſcentiam neſciebam, niſi Lex diceret, Non concupiſces.

AD GALAT. Cap. 5. Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cū vitijs & concupiſcentijs.

K DEVTERONO. Cap.22. Non videbis bouem fratris tui aut ouem errantem, & præteribis: ſed reduces fratri tuo, etiamſi non eſt propinquus frater tuus, nec noſti eum: duces ad domum tuam, & erunt apud te quandiu quærat ea frater tuus & recipiat. Similiter facies de aſino & de veſtimento, & de omni re fratris tui quæ perierit: ſi inueneris eam, ne negligas quaſi alienam.

PSALMO. 61. Nolite ſperare in iniquitate, & rapinas nolite cōcupiſcere, diuitiæ ſi afluant, nolite cor apponere.

PRIO. Ad Corint. Cap.6. Iam quidē omnino delictum eſt in vobis, quòd iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriā accipitis? Quare nō magis fraudē patimini? Sed vos iniuriā facitis & fraudatis: & hoc fratribus. An neſcitis quia iniqui regnū Dei non poſſidebūt? *Et vide ſup. Lect.10. lit K.*

PROVERB. Cap.23. Noli laborare vt diteris: ſed prudentiæ tuę pone modum. Ne erigas oculos tuos ad opes quas non potes habere: quia facient tibi pennas quaſi aquilæ, & volabunt in cœlum.

L PROVERB. Cap.14. Vita carniū, ſanitas cordis: putredo oſſium, inuidia.

PRIOR. Ad Corinth. Cap.13. Charitas patiens eſt, benigna eſt: &c. non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati.

AD GALAT. Cap.5. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicē prouocantes, inuicem inuidentes.

PRIO. Petri, Cap.2. Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & inuidias, &c.

M MATT. Cap. 6. Pater noſter qui es in cœlis, &c.

LVC. Cap.11. Pater, ſanctificetur nomen tuum, &c.

AVTHORIT. PATR.

G 1 CLEMENS Alexand. lib.2. Pædagogi. Cap.10. in initio. Tempus autem coniunctionis conſyderandum ijs ſolis relinquitur, qui iuncti ſunt matrimonio. Qui autem matrimonio iuncti ſunt, ijs ſcopus eſt & inſtitutum, liberorum ſuſceptio. Finis autem, vt boni ſint liberi. Quemadmodum agricolæ ſeminis quidem deiectionis cauſa eſt, quòd nutrimenti habendi curam gerat: ei autem agriculturę finis eſt, fructuum perceptio. Multò autem melior eſt agricola qui terrā colit animatā. Ille enim ad tempus alimentū expetens: hic verò vt vniuerſum permaneat, curā gerēs, agricolæ officio fungitur. Et ille quidem propter ſe, hic verò propter Deum plātat ac ſeminat. Dixit enim; Creſcite, & multiplicamini: & ſubaudiendum eſt: & ea ratione fit homo Dei imago, quatenus homo cooperatur ad generationem hominis. *Liberorum procreatio, et bona educatio.* *Gene. 1.*

2 AVGVST. tom.6. lib. De bono coniugali, Cap.3. Habent etiam id bonum coniugia, quòd carnalis, vel iuuenilis incon- *Bonum coniugij, prolis ſuſceptio.*

incontinentia, etiam ſi vitioſa eſt, ad propagandæ prolis redigitur honeſtatem, vt ex malo libidinis aliquid boni faciat copulatio coniugalis.

1. Cor. 7. 3 ET Cap. 17. Quotquot ergò nūc ſunt, quibus dicitur, Si ſe non cōtinent, nubant: non comparandæ ſunt tunc etiam nubentibus ſanctis. Ipſæ quidem nuptiæ in omnibus gentibus, eâdem ſunt filiorū procreandorū cauſa: qui qualeslibet poſteà fuerint, ad hoc tamen conſtitutæ ſunt nuptiæ, vt ordinatè honeſtèq; naſcantur. *Nuptiæ cur inſtitutæ.*

LECTIO XIII.

DOCTOR.

ATqui ex his tam grauibus & expreſſis præceptis, conſequi videtur Concupiſcentiam eſſe peccatum.

ADOLESCENS.

Minimè omnium: niſi enim concupiſcentiæ ſenſus noſtros titillanti [a] conſenſus voluntatis accedat, ea veram peccati rationem habere non poteſt: ſed nobis tamen baptiſmo renatis hæret, [b] & ad virtutis illuſtriorem exercitationem, & ad pugnam cum vitijs animoſius conferendam, & ad præclaram de nobis ipſis victoriam reportandam.

a Rom. 7. & 8. Lec. 1. Aug. cont. duas epiſ. Pelagiano. lib. 1. c. 13. Chryſoſt. ho. 52. in Matt. & ad Rom. homil. 13.

b Rom. 6. 1. Cor. 12. Gal. 5. Hiero. in. 18. cap Ezech.

DOCTOR.

Sed ea tamen peccatum aliquando nominatur.

ADOLESCENS.

Ob eam ſanè cauſam, [c] quòd ex peccato primùm profecta ſit, & quodammodo nata. Deinde quòd magna ex parte eius ſtimulis agitati in peccata dilabamur: ea eſt enim quæ nos quotidie tentat, & ad nequitiam ſolicitat. In membris autem Chriſtianorum ſi tantùm habitet, non autem regnet, tantò ea maior eſt cauſa, vt in hac cum hoſte domeſtico pugna, Deo amplius innitantur, & de induſtria, atque viribus ingenij diffiſi, freti verò gratia cœleſti, ad victoriæ palmam alacrius contendant.

c Roman. 7. Gal. et. 5. Chryſoſt. hom. 13. ad Rom. Aug. de ver. religion. c. 14. & de peccat. meri. & remiſ. li. 2. c. 9. 28. et. 39. et li. 1. c. 4. & de nup. & cōcu. c. 23. & 31. & cont. Iulia. lib. 5. c. 4 & 10. et lib. 6. cap. 11. & de ciuit. Dei li. 15. c. 6. & retra. li. lib. 1. c. 13. & 15. & in pſalm. 57. de ver. dc. ferm. 43. Amb. de voca. gen. li. 1. cap. 3.

DOCTOR.

Es'ne his decē præceptis ea peccata complexus, quæ ſeptem ſunt numero, & quæ mortalia vulgò appellantur?

ADOLESCENS.

Planè: & eorum quoque tanquàm diſtinctas ſpecies ac velu ti membra. Recenſui enim Superbiam, [d] Auaritiā, [e] Luxuriam, [f] Inui-

d Eccli. 10. 1. Pet. 5.
e Prouer. 5. Epheſ. 5.

[f] Inuidiam, [g] Gulam, [h] Iram, [i] Acediam. [k] Quibus è diuerſo has quoque obieci virtutes, Humilitatem, [l] Liberalitatẽ, [m] Caſtitatem, [n] Charitatem, [o] Abſtinentiam, [p] Patientiam, [q] Deuotionem, ac Diligentiam. [r]

f *Gene.6. 1.Cor.5.*
g *Prou.14. Gala.5.*
h *Eccle.17. Rom.13.*
i *Prou.27. Matth.5.*
K *Prou.14. Eccle.33.*
l *1.Petr.5.*
m *Heb.13.*
n *Galat.5.*
o *1.Corinth.13.*
p *Eccleſiaſtic. 31.*
q *Iaco. 1.*
r *Roman.13.*

DOCTOR.

Iam cùm ob eam maximè cauſam Chriſtus Legiſlator cenſeatur, quòd ea quæ in veteri Teſtamento latiſsimè Moſi fuerant explicata contraheret, [ſ] & in quoddam velut compendiũ cogeret, doce quò hæc omnia, quæ à te dicta ſunt, ſummatim olim ille reuocauit.

ſ *Rom.9. Aug. ad Ianuar. epiſt. 118. Tertul. cont. Marcio. lib. 4 & in Apolog. c. 21. & aduer. Iud. cap.6.*

ADOLESCENS.

Huc videlicet, vt Deum [t] ſuper omnia amemus: & Proximum, [v] vt nos ipſos diligamus. Finis enim atque adeò [x] perfectio Legis, eſt dilectio.

t *Exo.20. Deut.5.6.7. 11. et.30. Ioſu.23. Eccle.13. Matt.22. Marc.12. Luc.10. 1.Ioan.4.*
v *Leui.19. Eccli 25. Roma.13. Galat.5. Ephеſ.5. Iaco.2. 1.Ioan.4. 1.Pet.1.*
x *Rom.13. Galat.5. 1.Timoth.1.*

DOCTOR.

Cur nulla diſertè præceptio inſtituta eſt, qua ad noſtri ipſorum amorem cogeremur?

ADOLESCENS.

Hoc quidem nobis ſine Lege vlla [z] plus ſatis eſt commendatum, eòque natura nos ſponte inſtigat. Et nihilominus tamen cùm amor noſtri ritè ac legitimè inſtitutus, ſit lex ac forma eius amoris quem Proximo debemus, illius hîc quoque neceſſariũ video extare præceptum.

z *Auguſt. lib.1. de doctri. Chriſtia. c. 25. & de Trin. lib. 9. c. 4. Bernar. de delig. Deo.*

AVTHORIT. SCRIPT.

A AD ROM. Cap.7. Quid ergò dicemus? Lex peccatum eſt? Abſit. Sed peccatum non cognoui niſi per Legem. Nã concupiſcentiam neſciebam, niſi Lex diceret, Non concupiſces. Occaſione autem accepta, peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcẽtiam. Sine Lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem viuebam ſine Lege aliquãdo. Sed cùm veniſſet mandatũ, peccatum reuixit. ET. Quod enim operor, non intelligo. Nõ enim quod volo bonum, hoc ago: ſed quod odi malum, illud facio. Si autem quod nolo, illud facio, conſentio Legi, quoniam bona eſt: Nunc autem iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me, peccatum.

ET Cap.8. Nihil ergò nunc damnationis eſt iis qui ſunt in Chriſto Ieſu: qui non ſecundùm carnẽ ambulant. Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati & mortis.

IACOB. Cap.1. Nemo cùm tentatur, dicat quoniam à Deo tentatur. Deus enim intentator malorum eſt: Ipſe autem neminem tentat. Vnuſquiſq; verò tẽtatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Dein de concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum, peccatum verò cùm conſumma tum fuerit, generat mortem.

B AD ROM. Cap.6. An ignoratis, quia quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? Cõſepulti enim

enim ſumus cum illo per baptiſmũ in mortem, Vt quomodò Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus. Hoc ſcientes, quia vetus homo noſter ſimul Crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltrà non ſeruiamus peccato. Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato. *Et mox.* Non ergò regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius. Sed neque exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato: ſed exhibete vos Deo, tanquã ex mortuis viuentes: & mẽbra veſtra arma iuſtitiæ Deo. Peccatum enim vobis non dominabitur.

PRIOR. Ad Corith. Cap. 12. Etenim in vno Spiritu omnes nos in vnum baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi: & omnes in vno Spiritu potati ſumus. *Et paulò poſt.* Vos autẽ eſtis corpus Chriſti, & membra de membro. E T. Æmulamini autem chariſmata meliora: & adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro.

AD GALAT. Cap. 5. Fructus autẽ Spiritus eſt Charitas, Gaudiũ, Pax, Patientia, Benignitas, Bonitas, Longanimitas, Manſuetudo, Fides, Modeſtia, Cõtinentia, Caſtitas. Aduerſùs huiuſmodi non eſt lex. Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam cruci fixerunt cum vitijs & concupiſcentijs. Si viuimus ſpiritu, ſpiritu & ambulemus.

C AD ROM. Cap. 7. Inueni igitur, Legem, Volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim Legi Dei ſecundùm interiorem hominem: video autem aliam Legem in membris meis, repugnantem Legi mentis meæ, & captiuantẽ me in Lege peccati, quæ eſt in membris meis. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominũ noſtrum. Igitur ego ipſe mẽte ſeruio Legi Dei: carne autẽ, Legi peccati.

AD GALAT. Cap. 5. Dico autem, ſpiritu ambulate, & deſyderia carnis non perficietis. Caro enim concupiſcit aduerſùs ſpiritum: ſpiritus autem aduerſùs carnẽ. Hęc enim ſibi inuicem aduerſantur, vt non quæcunq; vultis, illa faciatis.

D ECCLESIASTICI, Cap. 10. Odibilis coram Deo eſt & hominibus, ſuperbia: & execrabilis omnis iniquitas gentium.

PRIO. Petri, Cap. 5. Omnes autem inuicem humilitatem inſinuate, quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis.

E PROVERB. Cap. 15. Conturbat domum ſuam qui ſectatur auaritiam: qui autem odit munera, viuet.

AD EPHES. Cap. 5. Fornicatio autem & omnis immũditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos. E T. Hoc enim ſcitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, (quod eſt idolorum ſeruitus) non habet hæreditatem in Regno Chriſti & Dei.

F GENES. Cap. 6. Cùmque cœpiſſent homines multiplicati ſuper terram, & filias procreaſſent: Videntes filij Dei filias hominum quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant. Dixitque Deus: Non permanebit Spiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt.

PRIOR. Ad Corinth. Cap. 5. Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter gentes, ita vt vxorẽ patris ſui aliquis habeat. Et vos inflati eſtis: & non magis luctum habuiſtis, vt tollatur de medio veſtrum qui hoc opus fecit. E T. Ne commiſceamini fornicarijs. E T. Si is qui frater nominatur eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax: cum eiuſmodi nec cibũ ſumere.

G PROVERB. Cap. 14. Vide ſuprà, Lect. 12. litera. L.

AD GALAT. Cap. 5. Vide ſuprà, Lect. 12. litera. I.

H ECCLESIASTICI, Cap. 23. Aufer à me vẽtris cõcupiſcentias, & cõcubitus cõcupiſcentiæ nõ apprehẽdant me, & animæ irreuerenti & infrunitæ ne tradas me.

AD ROMAN. Cap. 13. Vt ſuprà, Lect. 8. litera. B.

I PROVERB. Cap. 27. Graue eſt ſaxum, & oneroſa arena: ſed ira ſtulti vtroq; grauior. Ira non habet miſericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati ſpiritus ferre quis poterit?

MATT. Cap. 5. Ego autem dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio.

K PROVERB. Cap. 24. Excelſa ſtulto ſapientia, in porta non aperiet os ſuum. E T. Si dixeris, vires non ſuppetunt: qui

inſpector eſt cordis,ipſe intelligit,& ſeruatorem animæ tuæ nihil fallit,reddetque homini iuxta opera ſua.

ECCLESIASTICI, Cap.33. Seruo maleuolo,tortura & cōpedes: mitte illū in operationem,ne vacet.Multā enim malitiam docuit ocioſitas.

L PRIORIS Petri, Cap.5. Vt ſuprà, litera.D.

M AD HEBR. Cap.13. Beneficentiæ autem & communionis,nolite obliuiſci. Talibus enim hoſtijs promeretur Deus.

N AD GALAT. Cap. 5. Vt ſuprà, litera.B.

O PRIOR. Ad Corinth.Cap.13. Nunc autē manēt Fides, Spes,Charitas,tria hęc. Maior autem horum eſt Charitas.

P ECCLESIASTICI, Cap.31.Supra menſam magnam ſediſti? Non aperias ſuper illam faucem tuam prior.E T.Ne extendas manum tuam prior,& inuidia contaminatus erubeſcas.Ne comprimaris in conuiuio.Intellige quæ ſunt proximi tui ex te ipſo.Vtere quaſi homo frugi, his quæ tibi apponuntur: & non cùm manducas multum, odio habearis.Ceſſa prior,cauſa diſciplinę: & noli nimius eſſe,ne fortè offendas. Et ſi in medio multorum ſediſti, prior illis ne extendas manum tuam:nec prior poſcas bibere. Quàm ſufficiēs eſt homini erudito vinum exiguum,& in dormiendo non laborabis ab illo,& non ſenties dolorem. Vigilia & cholera,& tortura viro infrunito:ſomnus ſanitatis in homine parco.Dormiet vſque in mane, & anima illius cum ipſo delectabitur.

Q IACOB. Cap.1. Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit,accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe.

R AD ROMAN. Cap.13.Et hoc ſciētes tempus,quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Nunc enim propior eſt noſtra ſalus,quàm cùm credidimus.Nox præceſsit, dies autem appropinquauit.Abijciamus ergò opera tenebrarum, & induamur arma lucis,&c. Vt ſup. lit.H.

S AD ROMA. Cap.9. Verbum enim conſummans,& abbreuiās in ęquitate:quia Verbum breuiatum faciet Dominus ſuper terram.

T EXOD. Cap. 20. Vt ſuprà, Lect. 4. litera.F.

DEVTERON. Cap.5. Vt ſuprà, Lect.4.litera.F.

E T Cap. 6. Vt ſup. Lect.5. litera. O.

E T Cap. 7. Et ſcies quia Dn̄s Deus tuus,ipſe eſt Deus fortis & fidelis, cuſtodiens pactum & miſericordiam diligentibus ſe,& his qui cuſtodiunt præcepta eius, in mille generationes.

E T Cap. 11. Vt ſup.Lect. 5. lit. O. *Et deinde*. Si ergò obedieritis mandatis meis, quæ ego hodie præcipio vobis, vt diligatis Dominum Deum veſtrum, & ſeruiatis ei in toto corde veſtro,& in tota anima veſtra: dabit pluuiam terræ veſtræ temporaneam & ſerotinam,&c.

E T Cap. 30. Circuncidet Dn̄s Deus tuus cor tuum & cor ſeminis tui: vt diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua,vt poſsis viuere. E T. Conſydera ꝙ hodie propoſuerim in cōſpectu tuo vitam & bonum:& è cōtrario,mortem & malum:vt diligas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius, &c. *Et vide ſup.Cap.1.Lect.17.lit.G.*

IOSVE Cap. 23. Hoc tantùm diligentiſsimè præcauete, vt diligatis Dominū Deum veſtrum.

ECCLESIASTICI, Cap.13.Omni vita tua,dilige Deum, & inuoca illum in ſalute tua.

MATTH. Cap. 22. Vt ſup.Lect. 1.litera.A.

MARC. Cap.12. Vt ſuprà,Lectio.1. litera.O.

LVC. Cap.10. Vt ſup.Lect.1.lit.O.

PRIM. Ioan. Cap. 4. Vt ſuprà, Lectio.1.litera.O.

V LEVIT. Cap.19.Diliges amicum tuū ſicut teipſum.Ego Dominus. Leges meas cuſtodite.

ECCLESTICI, Cap.25.In tribus placitum eſt Spiritui meo,quæ ſunt probata coram Deo hominibus. Concordia fratrum,& amor proximorum, & vir & mulier benè ſibi conſentienres.

AD ROM. Cap.13.Vt ſup. Lect.5. litera.C.

AD GALAT. Cap.5.Vt ſup.Lect. 1.litera.E.

AD EPHE. Cap.5.Eſtote ergo imitatores Dei, ſicut Filij chariſsimi: & ambulate in eius dilectione.

IACOB. Cap. 2. Vt ſuprà, Lect.1. litera.C.

PRIM. Ioan.Cap.4.Chariſsimi,ſi ſic Deus dilexit mundum,& nos debemus alterutrum diligere, Si diligamus inuicem,

Deus

Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt. E T. Hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum.

P R I O. Petri, Cap. 1. Animas veſtras caſtificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore ſimplici ex corde, inuicẽ diligire attentius.

X A D R O M A N. Cap. 13. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergò Legis, eſt dilectio.

A D G A L A T. Cap. 5. Vt ſuprà, litera. V.

P R I O R. Ad Timoth. Cap. 1. Finis autem præcepti eſt charitas, de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta.

AVTHORIT. PATR.

A 1 AVGVST. tom. 7. Contra duas Epiſtolas Pelagianorum, lib. 1. Cap. 13. Sed & hæc (*ſcilicet concupiſcentia carnis*) etiam ſi vocatur peccatum, non vtiq; quia peccatum eſt, ſed quia peccato facta eſt, ſic vocatur: ſicut ſcriptura, manus cuiuſq; dicitur, quòd manus eam fecerit. Peccata autẽ ſunt, quæ ſecundùm carnis concupiſcentiã, vel ignorantiam illicitè fiunt, dicuntur, cogitantur. Quæ tranſacta etiam reos tenẽt, ſi non remittantur. Et iſta ipſa carnis cõcupiſcẽtia in baptiſmo ſic dimittitur, vt quãquàm tracta ſit à naſcentibus, nihil noceat renaſcentibus. Ex quibus tamẽ ſi filios carnaliter gignunt, rurſus trahitur, rurſuſq; & nocitura naſcentibus, niſi eâdem forma renaſcentibus remittatur, & inſit nihil obfutura vitæ futuræ, quoniam reatus eius generatione tractus, regeneratione dimiſſus eſt. Et ideô iam non ſit peccatum, ſed ſic vocetur, ſiue quòd peccato facta ſit, ſiue quòd peccandi delectatione moueatur, & ſi ei, vincente delectatione iuſtitiæ, non conſentiatur. Nec propter ipſam cuius iã reatus lauacro regenerationis abſumptus eſt, dicunt in oratione baptizati: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: ſed propter peccata quæ fiunt, ſiue in eius conſenſionibus, cùm ab eo quod libet vincitur quod placet: ſiue cũ per ignorantiam malum quaſi bonum placet. Fiunt autem ſiue operando, ſiue loquendo, ſiue, quod facillimum atque celerrimum eſt, cogitando. A quibus omnibus quis etiam fidelium gloriabitur mũdum ſe eſſe à peccato? Illud ſanè quod in oratione ſequitur, propter ipſam dicitur, Ne nos inferas in tentationem, ſed libera nos à malo. Vnuſquiſque enim (ſicut ſcriptum eſt) tentatur a concupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Deinde concupiſcentia cùm conceperit, parit peccatum.

Concupiſcentia cur aliquando peccatũ appelletur.

Peccati deſcriptio.

Matth. 6.

Prouer. 10.

Iacob. 1.

2 C H R Y S O S T. tom. 2. In Matth. Cap. 25. Incerto authore, Homil. 52. poſt initium. Sed ne deſperare faciamus etiã virgines bonas, quia diximus per concupiſcentiam animas fornicari, ſciendum eſt, quòd aliud eſt concupiſcere, aliud velle. Concupiſcere paſsionis eſt: velle autem, arbitrij. Frequenter enim concupiſcimus etiã quod nolumus. Si ergo concupiſcentiæ non conſentit voluntas, concupiſcentia ſola nõ damnat, magis autem & glorioſiorem facit virginitatis coronam.

Concupiſcentia, niſi voluntas conſentiat, peccatũ non eſt.

3 I D E M, tom. 4. In Cap. 7. Ad Rom. Homil. 13. poſt initiũ. Cù enim corpus mortale effectum eſt, tum denique neceſſariò admiſit, & concupiſcentiam, & iracundiã, & dolorem, & cætera omnia, quæ magnę admodũ conſtantiæ ac ſapientiæ indigebant, vt ne inundantis æſtus vis ac tempeſtas, rationem in nobis obrueret, in peccati voraginem demerſam. Illi enim affectus, peccatũ haud quaquàm erant, ſed illorum immoderatio effrænata hoc efficiebat. Verbi gratia, vt exemplo vnum aliquem illorum affectuum pertractemus, Cõcupiſcentia peccatum quidem non eſt: at cùm ea modum non ſeruat, non ſuſtinens ſe intra nuptiarum leges continere, ſed ad alienas vxores deſultoria ſe transferens, tum res ea in adulterium denique erumpit: non ab ipſa quidem concupiſcentia, ſed ab illius immodica cupiditate.

Concupiſcentia quando peccatum.

B 1 H I E R O N Y M. tom. 4. In Ezech. Cap. 18. non longè poſt initium. Sunt qui hoc quod in Exodo ſcriptum eſt: Reddens iniquitatem patrum ſuper filios in tertiam & quartam generationem: ita ediſſerunt, vt ad animam humanã ſententiã referãt: patrẽ in nobis leuem punctum ſenſuum, & incẽtiua vitiorum eſſe dicẽtes: filiũ verò, ſi cogitatio peccatum conceperit: nepotes, ſi quod cogitaueris atque conceperis, opere perpetraueris: pronepotem autem, hoc eſt, quartam generationẽ, ſi non ſolùm feceris quod malum eſt & ſceleſtum, ſed in tuis ſceleribus gloriêris: ſecundùm illud quod ſcriptũ eſt. Impius cùm in profundum malorum venerit, contemnit. Deus igitur primos & ſecundos ſtimulos cogitationum, quas Græci

Cogitationes malæ quãdo peccatum.

Exod. 20. et 34.

Prou. 18.

προ-

προπαθείας vocant, ſine quibus nullus hominum eſſe poteſt, nequaquàm punit: ſed ſi cogitata quis facere decreuerit, aut ipſa quę fecerit, noluerit corrigere pœnitentia. *Et mox.* Ad probationē autē huius rei, quòd nequaquā primus pulſus cogitationis, imò paruus mentis inſtinctus puniatur à Deo: ſed ſi quod mēte cōceperis, opere conſummes: Illud de Geneſi proferēdū eſt: Cham peccauit, irridens nuditatem patris, & ſentētiam nō ipſe qui riſit, ſed filius eius ſuſcepit Chanaan: Maledictus, ait, Chanaan, ſeruus erit fratrum ſuorum. Quæ enim iuſtitia eſt, vt pater peccauerit, & in filium ſententia proferatur?

Gene. 9.

C 1 CHRYSOST. tom. 4. in Cap. 7. ad Roman. homil. 13. Vt ſuprà, litera. A. authorit. 3.

2 AVGVST. tom. 1. lib. de Vera religione, Cap. 14. Defectus autē iſte qui peccatum vocatur, ſi tanquàm febris inuitum occuparet, rectè iniuſta pœna videretur, quæ peccantem conſequi, & quæ damnatio nuncupatur. Nunc verò vſque adeò peccatum voluntarium eſt malum, vt nullo modo ſit peccatum, ſi non ſit voluntarium. Et hoc quidem manifeſtum eſt, vt nulla hinc doctorum paucitas, nulla indoctorum turba diſſentiat. Quare aut negandum eſt peccatum committi, aut fatendum eſt voluntate committi. Non autem rectè negat peccaſſe animam, qui & pœnitendo eam corrigi fatetur, & veniam pœnitenti dari, & perſeuerantem in peccatis iuſta Lege damnari. Poſtremò ſi non voluntate malè facimus, nemo obiurgandus eſt omnino, aut monendus. Quibus ſublatis Chriſtiana Lex, & diſciplina omnis religionis auferatur neceſſe eſt. Voluntate ergò peccatur.

Nullum eſt peccatū niſi voluntariū.

3 IDEM tomo. 7. De peccatorū meritis & remiſſione, lib. 1. Cap. 9. Hoc autem Apoſtolicum teſtimonium in quo ait, Per vnum hominem intrauit peccatum in mundum, & per peccatum mors: conari eos quidem in aliam nouā detorquere opinionem, tuis literis intimaſti: ſed quidnam illud ſit quod in his verbis opinētur, tacuiſti. Quantum autem ex alijs comperi, hoc ibi ſentiunt, quòd & mors iſta, quæ illic commemorata eſt, non ſit corporis, quam volunt Adam peccando meruiſſe: ſed animæ, quæ in ipſo peccato fit: & ipſum peccatum non propagatione in alios homines ex primo homine, ſed imitatione trāſiſſe. Hinc enim etiā in paruulis nolunt credere per baptiſmum ſolui originale peccatum, quod in naſcentibus nullum eſſe omnino contendunt. Sed ſi Apoſtolus peccatum illud commemorare voluiſſet, quod in hunc mūdum nō propagatione, ſed imitatione intrauerit, eius principem non Adam, ſed diabolum diceret, de quo ſcriptum eſt, Ab initio diabolus peccat. De quo etiam legimus in libro Sapientiæ: Inuidia autem diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Nam quoniam iſta mors ſic à diabolo venit in homines non quòd ab illo fuerint propagati, ſed q eum fuerint imitati, cōtinuò ſubiunxit, Imitantur autem eum qui ſunt ex parte eius. Proinde Apoſtolus cùm illud peccatum ac mortem cōmemorat, quæ ab vno in omnes propagatione trāſiſſet, eū principē poſuit à quo propagatio generis humani ſumpſit exordium. Imitantur quidem Adam quotquot per inobedientiā tranſgrediuntur mandatum Dei. Sed aliud eſt quod exemplum eſt voluntate peccātibus, aliud quod origo eſt cum peccato naſcentibus.

Rom. 5.
Quomodò intelligendus locus Pauli, Per vnū hominē peccatū in mūdum intrauit, &c.
1. Ioan. 3.
Sap. 1.
Peccatū originale in nobis, non imitatione, ſed propagatione.

4 ET Cap. 28. Vna eſt quippe caro peccati, in qua omnes ad damnationem naſcuntur, & vna eſt caro in ſimilitudine carnis peccati, per quam omnes à damnatione liberantur. Nec ita dictum eſt, Omnes, velut quicunque naſcuntur in carne peccati, ijdem ipſi omnes mundari intelligātur per carnem ſimilem carni peccati. Non enim omnium eſt fides: ſed omnes pertinentes ad generationem connubij carnalis, nō naſcuntur niſi in carne peccati: & omnes pertinentes ad generationem connubij ſpiritualis, non mundantur niſi per carnem ſimilem carni peccati.

Quinā mundentur per carnē ſimilē carni peccati.
2. Theſ. 3.

5 ET Cap. 39. In paruulis certè gratia Dei per baptiſmum eius, qui venit in ſimilitudine carnis peccati, id agitur vt euacuetur caro peccati. Euacuatur autem, non vt in ipſa viuente carne concupiſcentia conſperſa & innata, repentè abſumatur, & non ſit, ſed ne obſit mortuo, quæ inerat nato. Nam ſi poſt baptiſmum vixerit, atque ad ætatem capacem pręcepti peruenire potuerit, ibi habet cum qua pugnet, eamq; adiuuante Deo ſuperet: ſi non in vacuum gratiā eius ſuſceperit, ſi reprobatus eſſe noluerit. Nam nec grādibus hoc præſtatur in baptiſmo, niſi fortè miraculo ineffabili Omnipotentiſſimi Creatoris, vt Lex peccati, quæ ineſt in membris repugnans Legi mentis, penitus extinguatur, & non ſit, ſed vt quicquid mali ab homine factū, dictū, cogitatū eſt,

Baptiſmus, quicquid propriè peccati rationē habet, tollit.

eſt, cùm eidē concupiſcentiæ ſubiecta mente ſeruiret, totum aboleatur, ac velut factũ non fuerit, habeatur. Ipſa verò ſoluto reatus vinculo, quo illam diabolus animã retinebat, & interclusione deſtructa, quæ hominē à ſuo creatore ſeparabat, maneat in certamine, quo corpus noſtrum caſtigamus, & ſeruituti ſubijcimus, vel ad vſus licitos & neceſſarios relaxanda, vel continentia cohibenda.

Concupiſcētia in baptizatis cur remaneat.

6 ET Lib.2.Cap.4. Concupiſcentia igitur tanquàm lex peccati manēs in mēbris corporis mortis huius, cũ paruulis naſcitur, in paruulis baptizatis à reatu ſoluitur, ad agonē relinquitur, ante agonē mortuos nulla dãnatione perſequitur. Paruulos nō baptizatos reos innectit, & tãquã iræ filios, etiã ſi paruuli moriãtur, ad cōdēnationē trahit. In grãdibus autē baptizatis, in quibus iam ratione vtentibus quicquid eidē concupiſcentiæ mens ad peccandũ cōſentit, propriæ voluntatis eſt, deletis peccatis omnibus, ſoluto etiã reatu, quo vinctos originaliter detinebat, ad agonem interim manet, nō ſibi ad illicita conſentientibus nihil omnino nocitura, donec abſorbeatur mors in victoria, & pace perfecta nihil quod vincatur, exiſtat. Conſentientes autē ſibi ad illicita, reos tenet, & niſi per medicinam pœnitentiæ, & opera miſericordiæ, per cœleſtem ſacerdotem pro nobis interpellantem, ſanentur, ad ſecundam mortem, damnationemque perducit.

Nō punitur concupiſcentia niſi voluntatis conſenſus acceſſerit.

7 IDEM, tom.7.De Nuptijs & Concupiſcentia, lib.1. Cap. 23. Concupiſcentia quæ ſolo Sacramento regenerationis expiatur, profectò peccati vinculum generatione traijcit in poſteros, niſi ab illo & ipſi regeneratione ſoluãtur. Nam ipſa quidē concupiſcentia iam non eſt peccatũ in regeneratis, quando illi ad illicita opera non conſentitur, atque vt ea perpetrent, à regina mēte mēbra non dãtur, vt ſi non fit quod ſcriptũ eſt, Non concupiſcas: fiat ſaltē quod alibi legitur, Poſt concupiſcentias tuas nō eas. Sed quia modo quodã loquēdi peccatũ vocatur, ꝙ peccato facta eſt, & peccatũ, ſi vicerit, facit reũ, reatus eius valet in generato. Quē reatũ Chriſti gratia per remiſſionē omniũ peccatorum in regenerato, ſi ad mala operа ei quodammodò iubenti non obediat, valere non ſinit. Sic autem vocatur peccatũ, quia peccato facta eſt, cùm iam in regeneratis non ſit ipſa peccatum: ſicut vocatur lingua, locutio quam facit lingua: & manus

Concupiſcentia non eſt peccatum in regeneratis.

Exod. 20.
Eccli. 18.

Quomodo peccatũ appelletur.

vocatur, ſcriptura quã facit manus. Itemq; ſic vocatur peccatum, quia peccatũ, ſi vincit, facit: ſicut vocatur frigus pigrum, non quòd à pigris fiat, ſed quòd pigros faciat.

8 ET Cap.31. Apoſtolus exclamans ait, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Vbi quid intellecturi ſumus, niſi quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam? Cum ergò idipſum corpus iã incorruptibile recipietur, plena erit liberatio à corpore mortis huius, à quo non liberantur qui ſunt ad pœnam reſurrecturi. Ad corpus ergò mortis huius intelligitur pertinere, vt alia lex in mēbris repugnet quidem legi mētis, dum caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & mentem non ſubiuget: quia & ſpiritus concupiſcit aduerſus carnem. Atque ita quamuis lex ipſa peccati captiuum teneat aliquid carnis, vnde reſiſtat legi mentis: nō tamen regnat in noſtro, licet mortali, corpore, ſi non obeditur deſyderijs eius.

Rom. 7.
Exponitur illud Pauli, Infelix ego homo quis me liberabit, &c.
Sap. 9.

Galat. 5.
Peccatũ concupiſcentiæ nullũ eſt, ſi ei non obeditur.
Rom. 6.

9 IDEM, contra Iulianum Pelagianum, Lib.5.Cap.4. Si enim non iſta concupiſcentia quam defendis, repugnat legi mentis, nullum aduerſus eam certamen quiſquam Sanctus exercet. Tu autem confeſſus es aduerſus iſtam, quam tuēris, exercere Sanctos glorioſa certamina. Ipſa eſt igitur quæ repugnat legi mentis in corpore mortis huius, de qua ſe, gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, liberari dicebat Apoſtolus. *Et rurſum.* Non enim ſicut inſimulas, cum Manichæis dicunt (*Catholici*) ineſſe carni ſuæ mali neceſſitatem: (quod malum illi ſubſtantiale & Deo coæternum eſſe mentiuntur.) Sed dicunt ſanè cum Apoſtolo, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ: eſſe tamen eam ſub animi poteſtate, gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, in mortis corpore caſtigandam, in morte corporis reſoluendã, in corporis reſurrectione & mortis mortе ſanandam.

Rom. 7.
Manet concupiſcentia ad glorioſa certamina.

Nō ineſt nobis mali neceſſitas.

Rom. 7.

10 ET Cap. 10. Abſit enim vt honeſtiſſima illa felicitas in paradiſo, cōmotæ libidini ſemper obtemperaret: abſit vt illa pax animi & corporis, haberet aliquid propter quod aduerſus ſeipſam prima hominis natura pugnaret. Si ergò ibi nec ſeruiendũ libidini, nec aduerſus eam bellandum fuit, aut non ibi fuit, aut non talis qua is nunc eſt, fuit. Nunc enim libidini neceſſe eſt

Concupiſcentia qualis fuerit in paradiſo, & qualis nunc ſit.

vt repugnet, qui ſeruire noluerit: neceſſe eſt vt ſeruiat, qui pugnare neglexerit. Quorum duorum vnum eſt moleſtum, etſi laudabile: alterum turpe & miſerabile. Itaque in hoc ſeculo vnum horum caſtis eſt neceſſarium, in paradiſo autem vtrumque à beatis fuerat alienum.

11 ET Lib.6.Cap.11. Quòd autem verba Apoſtolica, (vti dicit, Scio quia non habitat in me, hoc eſt, in carne mea, bonum: & cætera vſque ad illud, vbi ait, Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?) me affirmas aliter intelligere, quàm eorum ipſum caput debet intelligi: neſciẽs, mihi plurimum tribuis. Nõ enim ego ſolus aut primus ſic iſtum locum intellexi, quo euertitur hæreſis veſtra, quemadmodùm verè intelligendus eſt: Imò verò ego prius eũ aliter intellexeram, vel potius non intellexeram, quod mea quædam illius temporis etiam ſcripta teſtantur. Non enim mihi videbatur Apoſtolus & de ſe ipſo dicere potuiſſe: Ego autem carnalis ſum, cùm eſſet ſpiritualis: & quòd captiuus duceretur ſub Lege peccati, quæ in mẽbris erat eius. Ego enim putabam dici iſta non poſſe, niſi de ijs quos ita haberet carnis concupiſcentia ſubiugatos, vt facerent quicquid illa compelleret: quod de Apoſtolo, dementis eſt credere. Cùm etiam innumerabilis multitudo Sanctorum, ne concupiſcentias carnis perficiat, contra carnem ſpiritu cõcupiſcat. Sed poſteà melioribus & intelligẽtioribus ceſsi, vel potius ipſi (quod fatendum eſt) veritati, vt viderem in illis Apoſtoli vocibus gemitum eſſe Sanctorum contra carnales concupiſcentias dimicantium. Qui cùm mente ſint ſpirituales, adhuc tamẽ illo corruptibili corpore quod aggrauat animam, rectè intelliguntur eſſe carnales, quia erunt & corpore ſpirituales, quando ſeminatum fuerit corpus animale, & reſurget corpus ſpirituale. Et rectè adhuc intelliguntur ea parte captiui ſub Lege peccati, quæ deſyderiorum quibus non conſentiunt, motibus ſubiacet. Hinc factũ eſt, vt ſic iſta intelligerem, quemadmodùm intellexit Hilarius, Gregorius, Ambroſius, & cæteri Eccleſiæ ſancti notique Doctores, qui & ipſum Apoſtolum aduerſùs carnales concupiſcentias quas habere nolebat, & tamẽ habebat, ſtrenuè conflixiſſe, eundemque conflictũ ſuũ illis ſuis verbis conteſtatum fuiſſe, ſenſerũt. Contra quos motus prius vtique debellandos ne dominentur, & poſteà ſanandos vt penitus extinguantur, etiam ipſa glorioſa certamina Sanctos exercere confeſſus es. Simul itaque cognoſcamus verba pugnantium, ſi pugnamus. Hoc enim modo non viuimus nos, ſed viuit Chriſtus in nobis, ſi ad pugnam contra concupiſcentias exercendam, & ad victoriam vſque ad conſumptionem eorundem hoſtium capeſſendam, in illo fidimus, non in nobis. Ipſe quippe factus eſt nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio, vt quemadmodùm ſcriptũ eſt, Qui gloriatur, in Domino glorietur.

Rom. 7. — *In ſanctis manet etiam concupiſcentia, ad coronam.* — *Sap. 9.* — *1. Cor. 15.* — *Gala. 5.* — *1. Cor. 1.* — *1. Cor. 10.*

12 IDEM, tom. 5. De Ciuitate Dei, Lib.15. Cap. 6. Ipſo quippe (*Deo*) adiuuante mirabilibus & latẽtibus modis, cùm peccatum, quod habitat in mẽbris noſtris, quod ſic peccatum eſt, vt ſit etiam pœna peccati, ſicut Apoſtolus præcipit, Nõ regnet peccatum in noſtro mortali corpore ad obediendum deſyderijs eius: nec ei membra, velut iniquitatis arma exhibeamus, conuertitur ad mentem non ſibi ad mala, Deo regente, conſentientem, & eam regens tranquillius nunc, habebit poſteà ſanitatem perfectam, atque immortalitate percepta, homo ſine vllo peccato in æterna pace regnabit.

Rom. 6. — *Concupiſcẽtiæ non obediendum.*

13 IDEM, tom. 1. Retractationũ, lib. 1. Cap. 13. Non itaque falſum eſt quod dixi, vſque adeò peccatum voluntarium malum eſt, vt nullo modo ſit peccatum ſi non ſit voluntarium. Ideò gratia Dei, non ſolùm reatus omnium præteritorum ſoluitur in omnibus qui baptizantur in Chriſto, quod fit ſpiritu regenerationis: Verùm etiã in grandibus voluntas ipſa ſanatur, & præparatur à Domino, quod fit ſpiritu fidei & charitatis.

Peccatũ non eſt niſi ſit voluntariũ.

14 ET Cap. 15. Sed hoc peccatũ de quo locutus eſt Apoſtolus, ideò peccatum vocatur, quia peccato factũ eſt, & pœna peccati eſt: quandoquidẽ hoc de concupiſcentia carnis dicitur: quod aperit in conſequentibus, dicens: Scio quia non habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonum: velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Perfectio quippe boni eſt, vt nec ipſa concupiſcentia peccati ſit in homine, cui quidem quando bene viuitur, non conſentit voluntas, veruntamen non perficit bonum, quia ineſt adhuc concupiſcentia, cui repugnat voluntas, cuius concupiſcentiæ reatus in baptiſmate ſoluitur, ſed infirmitas manet, cui donec ſanetur, omnis fidelis

Rom. 7. — *Cur ab Apoſtolo peccatum appelletur concupiſcentia.* — *Reatus ſoluitur, infirmitas manet.*

fidelis qui benè proficit, ſtudioſiſsimè reluctatur.

15 IDEM, tom.8.in Pſalm. 57. *verſu, ſupercecidit ignis, &c.* Et iſta concupiſcentia carnis vnde venit? Attendite. De traduce natus es, cum eo, quod vincas. Noli tibi hoſtes addere, vince cum quo natus es. Ad ſtadium vitæ huius cum illo veniſti, congredere cum eo qui tecum proceſsit. Ipſo non victo, quare prouocas cateruas concupiſcentiarum? Delectatio enim carnalis, fratres, cum homine naſcitur. Sed qui benè eruditur, citò videt hoſtem ſuum, & aggreditur, & luctatur, & citò vincit: idoneus eſt enim nondū creſcentibus hoſtibus. Qui autem illam concupiſcentiā cum qua de peccati propagine natus eſt, contemnit vincere, & multas adhuc excitat exeritque libidines, difficulter eas ſuperat, & aduerſùs ſe ipſe diuiſus, igne proprio concrematur.

Concupiſcentia carnalis relinquitur ad pugnā.

16 IDEM, tom. 10. de Verbis Domini, ſermone. 43. Et tamen permittitur ipſa caro concupiſcere aduerſùs ſpiritum ſuggeſtionibus prauis. Fiat quod ait Apoſtolus, Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore. Non dixit, Non ſit: iam enim eſt ibi. Quod ideò peccatū vocatur, quia merito peccati contingit.

Roman. 6. Cur concupiſcentia vocatur peccatum.

17 AMBROS. tom.2. de Vocatione Gentium, lib.1. Cap.3. in initio. Qui verò Deo non placet, cui niſi ſibi & diabolo placet? à quo cùm homo ſpoliaretur, non voluntare, ſed volūtatis ſanitate priuatus eſt: quia nec detrudi ab innocentiæ ſtatu poſſet, niſi voluntate peccaret. Quæ ergò natura erat bona, qualitate facta eſt mala. Et ille animi motus qui nunquàm poteſt ſine aliquo eſſe amore, hoc eſt, ſine aliqua voluntate, non perdidit appetitum, ſed mutauit affectum, id recipiens deſyderio, quod debuit refutare iudicio. Cùm igitur homo ad pietatem redit (de quo ideò dictum eſt: Spiritus vadens & non rediens: quia niſi illum Deus conuerteret, non rediret,) non fit nouum figmentum, nouaque creatura, non alia in eo creatur ſubſtantia, ſed eadem quę fuerat labefactata, reparatur. Nec aliud ab eo aufertur niſi vitium, quod natura non habuit. Fuit enim in Adam natura ſine vitio, qui per voluntatis inobedientiam mala multa contraxit, & in poſteros magis magiſq; multiplicanda transfudit. Quæ vt vincantur, atque in nihilum deducantur, non efficit niſi gratia Saluatoris qui opus ſuum opere ſuo reparat. Sicut enim dicit Ioannes Apoſtolus: In hoc apparuit Filius Dei, vt ſoluat opera diaboli. Et ſicut rumpit vincula captiui, ſic veſtit nuditatem ſpoliati, ſic ſanat vulnera ſauciati, vt quod in ipſo agit, etiam per ipſum geratur. Cui vtique contra hoſtem ſuum non expedit ſine protectore confligere. Cum illo enim habet certamen, à quo aliquando ſuperatus eſt. Non ergò fidat de viribus ſuis, quæ etiam cùm eſſent integræ, non ſteterunt: ſed per illum quærat victoriam, qui ſolus non eſt victus, & omnibus vicit. Et ſi quærit, non dubitet quærendi affectum ab illo ſe accepiſſe quem quærit. Nec quia ſpiritu Dei agitur, omnino ſe putet liberum arbitrium non habere, quod ne tunc quidem perdidit, quando diabolo voluntate ſe dedit, à quo iudicium voluntatis deprauatum eſt, non ablatum. Quod ergò non interfectum eſt per vulnerantem, non tollitur per medentem. Vulnus ſanatur, non natura remouetur. Sed quod in natura perijt, non reſtituitur, niſi ab authore naturæ.

Qui Deo nō placet, diabolo placet.

Non damnatur, niſi qui voluntariè peccat.

Pſal. 67.

Concupiſcentia manet, ſed reparatur à Chriſto.

1. Ioan. 3.

Liberum arbitrium nō eſt ſublatū per peccatū, ſed deprauatum.

S 1 AVGVST. tom.2. Epiſt.118. ad Ianuarium. Cap. 1. Primò itaque tenere te volo quod eſt huius diſputationis caput, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſicut ipſe in Euangelio loquitur, Leui iugo ſuo nos ſubdidiſſe, & ſarcinæ leui. Vnde Sacramentis numero paucíſsimis, obſeruatione facillimis, ſignificatione præſtantiſsimis, ſocietatem noui populi colligauit, ſicuti eſt Baptiſmus, Trinitatis nomine conſecratus: Communicatio corporis & ſanguinis ipſius: & ſi quid aliud in ſcripturis Canonicis commendatur, exceptis ijs quę ſeruitutem populi veteris pro cōgruentia cordis illorum, & prophetici temporis, onerabant, quæ & in quinque libris Moyſi leguntur.

Matth. 11. Sacramenta noua legis, ſunt numero paucíſsima, obſeruatione facillima, ſignificatione præſtantíſsima.

2 TERTVL. lib. 4. aduerſùs Marcionem, Cap. 6. Hinc erit & noſtra præſcriptio, qua præfigimus nihil Chriſto Dei alterius commune eſſe debere cum Creatore. Cæterum Creatoris pronunciandum, ſi adminiſtrauerit diſpoſitiones eius, ſi impleuerit prophetias eius, ſi adiuuerit leges eius, ſi repræſentauerit promiſsiones eius, ſi reſtaurauerit virtutes eius, ſi ſententias reformauerit, ſi mores, ſi proprietates expreſſerit.

Vnde probetur Chriſtū Dei Filium iam veniſſe.

3 IDEM in Apologetico aduerſùs gentes, Cap.21. Cùm hæc illis (*Iudæis*) ſanctæ voces præminarentur, eadem ferè ſemper omnes ingerebant; fore vti ſub extimis

curriculis ſeculi, ex omni iam gente, & populo, & loco, cultores ſibi adlegeret Deus multò fideliores, in quos gratiam transferret pleniorem quidem ob diſciplinæ authoris capacitatem. Venit igitur qui ad reformandam & illuminãdam eam venturus à Deo prænunciabatur Chriſtus ille Filius Dei.

4 IDEM, Lib. aduerſus Iudæos. Cap. 6. Nam etiam nouæ Legis lator, Sabbathi ſpiritualis cultor, ſacrificiorum æternorum antiſtes, regni æterni æternus dominator, quærendum an iam venerit, nec'ne. Et ſi iam venit, ſeruiendum eſt illi: ſi nednm venit, ſuſtinendus eſt, dum modò manifeſtus ſit aduẽtus eius, comprimere Legis veteris præcepta, & operari debere nouæ Legis exordia: & in primis definiendum eſt non potuiſſe ceſſare Legem antiquam & Prophetas, niſi veniſſet is qui per eandem Legem, & per eoſdem Prophetas venturus annunciabatur.

Z 5 AVGVST. tom. 3. De Doctrina Chriſtiana, lib. 1. Cap. 25. Iſtis atque huiuſmodi documentis ſatis oſtenditur eis qui ſine pertinacia verum requirunt, quàm certa ſit ſententia Apoſtoli, vbi ait, Nemo enim vnquam carnem ſuam odio habuit. Addidit etiam, Sed nutrit & fouet eam, ſicut Chriſtus Eccleſiam. Modus ergò diligendi præcipiendus eſt homini, id eſt, quomodò ſe diligat vt proſit ſibi. Quin autem ſe diligat, & prodeſſe ſibi velit, dubitare dementis eſt. Præcipiendum etiam quomodò corpus ſuum diligat, vt ei ordinatè prudenterque conſulat. Nam quòd diligat etiam corpus ſuum, idque ſaluum habere atque integrum velit, æquè manifeſtum eſt.

Ephe. 5.

Nullũ datũ eſt præceptũ vt quis ſe diligat, ſed quomodo ſe diligere debeat.

2 IDEM, De Trinitate, lib. 9. Cap. 4. Si enim minus ſe amat, quàm eſt, vt verbi gratia, tantum ſe amat hominis mens, quantum amandũ eſt corpus hominis, cùm plus ſit ipſa quàm corpus, peccat, & non eſt perfectus amor eius. Item, ſi amplius ſe amat quàm eſt, velut ſi tantum ſe amet, quãtum amandus eſt Deus, cùm incomparabiliter minus ſit ipſa quàm Deus, etiam ſic nimiũ peccat, & non perfectum habet amorem ſui. Maiore autem peruerſitate & iniquitate peccat, cùm corpus tãtum amat, quantum amandus eſt Deus.

Quomodo quis ſeipſum amando peccet.

3 BERNARD. De diligendo Deo, col. 9. vel, Cap. 4. Et eſt amor carnalis, quo ante omnia homo diligit ſeipſum propter ſeipſum. Nondú quippe ſapit niſi ſeipſum, ſicut ſcriptũ eſt: Prius quod animale: deinde quod ſpirituale. Nec præcepto indicitur, ſed naturæ inſeritur. Quis nempè carnem ſuam odio habuit? At verò ſi cœperit amor idem (vt aſſolet) procliuior eſſe, ſiue profuſior, vt neceſsitatis alueo minimè contentus, campos etiam voluptatis exundans latius viſus fuerit occupare, ſtatim ſuperfluitas obuiante mãdato cohibetur, cùm dicitur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Iuſtiſsimè quidem, vt conſors naturæ, non ſit exors & gratiæ illius, præſertim gratiæ quæ naturæ inſita eſt.

1. Corin. 15.

Epheſ. 5.

Qualiter ſe quiſque debeat diligere.

Matth. 22

LECTIO. XIIII.

DOCTOR.

EST nobis aliquid obſeruandum prætereà?

ADOLESCENS.

Nihil prorſus quod huic Legi ſit contrarium. Nam quæcunque [a] vel ſacris literis fusè traduntur, vel Concilijs ac Eccleſiaſticis ſcriptis latiſsimè continentur, ad hanc veluti normam reuocantur, ac proinde illis quoque mos eſt gerendus, ac in primis tamen ſanctis ac ſalutaribus Eccleſiæ Præceptis.

a Leuit. 19. Deut. 17. Matt. 22. Mar. 12. Galat. 1.

DOCTOR.

Ecquæ ſunt illa?

ADOLESCENS.

1 *Statutos dies feſtos omnes celebranto.*

2 *Sacrum Miſſæ officium diebus feſtis audiunto.*

3 *Indicta in Quadrageſimam, quatuor anni tempora, ac per vigilia,ieiunia ſeruanto.*

4 *Peccata ſua ſacerdoti proprio quotannis ſemel ſaltem Confiteantor.*

5 *Sacroſanctam Euchariſtiam ſemel in anno ad minimum, feſtis Paſchæ,ſuſcipiunto.*

DOCTOR.

Plæclarè.

ADOLESCEN

Et æquis quoque Imperatorum legibus, Regumq́ ac Rerumpublicarum ſanctionibus parendum eſt, [b] quòd earum omnis authoritas ſit ſancta,& à Deo Optimo Maximo, cuius vi ac ſapientia Reges regnant, & Legumlatores iuſta decernunt, proficiſcatur.

b *Exo.22. Prou.16. 19.20.& 25. Eccli.10. Baruc.1. Rom.13. 1.Pet.2. Auguſt. ad Bonifac.*

DOCTOR.

Rectè quidem: ſed ſanè ego Legem Decalogi difficilē admodùm,& arduam eſſe cenſeo.

ADOLESCENS.

Sanè ſi quis ingenio ac viribus naturæ [c] fragilis & ignauæ nitatur: is enim nunquàm eius vim conſequetur. Sed qui gratiæ cœleſtis, cordibus noſtris inſtillatæ, opem præcipuè amplectitur, ſuamq́; operam ac induſtriam in eam rem collocat, is ſanè legem vtcunq; perficiet, ac exequetur. [d]

c *Gen.6.& 8. Iob.16.23.& 25. Iſai.40.& 64. Eccli. 40. Sap.9. Rom.7.*

d *Mat.9. Rom.5.& 8. Gal.2. Philip.4. Aug. de Spiritu & lit.c.5.& de pecca.mer.& remiſ.lib.2.c.6.& 18.*

DOCTOR.

Quid dixti,Vtcunque?

ADOLESCENS.

Quòd noſtra omnis ſanctimonia ac pietas,quantacunque ea hîc poſsit eſſe,eò vſque nunquàm [e] perueniet, vt ingenuè omnes illud profiteri non debeamus: Dimitte nobis debita noſtra,ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

e *Sap.9. 2.Corinth. 5. Philip.3. Ambr.offic.lib.1.c.48. Aug.de Spiritu & lit.c.36.Clem. Alex. Stro.lib.4. Aug.ad Bonif.lib.2. c.10.& lib.3.c.5.& Epiſt.50. ad Bonifac.*

DOCTOR.

Non tamen ea vox plena veritatis, impedit quò minus qui Legem,quoad eius fieri potuit, Dei gratia duce perficit, [f] iuſtus dici poſsit, ſintq́; eius actiones citra culpam illæ,quæ ad voluntatis & gratiæ Diuinæ normã ſunt expreſſæ, & ex hominis libertate quantacunq; ea ſit,profectæ.

[f] *Pſal.17. 3.Reg.8. Iſai.38. Auguſt.de Correp. & gra. c.9. & de pecca.mer.lib. 2.cap. 12. & 13. Hiero.epiſt.ad Ruſti.& ad Celant. & lib.2.aduer. Pelag.Bernard.de dilig.Deo. aliàs ad fratres,ſer.3.*

ADOLESCEN.

Ita cenſeo,ac proinde non ſunt audiendi illi qui exiſtimant rem à Deo nobis aliquam hac lege proponi, quæ præſtari non poſsit. Ille verò Parens,& Legislator Optimus ea libenter [g] accipit,quæ pro virili parte,hac mortali domo incluſi facimus,donec ad ſummum virtutis ac ſanctitatis domicilium perueniamus.

[g] *Deut.30. Matt.11. Rom.10. 1.Ioann.5. Auguſt.lib.1.de pecca.mer. & remiſ.cap.13.& lib.2.cap.23. & epiſt.19. Hiero.lib.1.contra Pelag.*

AVTHORIT. SCRIP.

A LEVIT. Cap.19.Vt ſuprà,Lectio.13. litera.V.

DEVTER. Cap.17.Vt ſup. Cap.1. Lect.13.lit.G.

MATTHÆ. Cap.22. In his duobus mandatis,vniuerſa Lex pẽdet & Prophetæ.

MARC. Cap.12. Et acceſsit vnus de Scribis qui audierat illos conquirentes, & videns quoniam benè illis reſponderit, interrogauit eum quod eſſet primum omniũ mandatum.Ieſus autem reſpondit ei, Quia primum omnium mandatum eſt: Audi Iſraël, Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt. Et diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Hoc eſt primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt illi: Diliges proximum tuum tanquàm teipſum.Maius horum aliud mandatum non eſt.

AD GALAT. Cap.1.Sed licet nos, aut Angelus de cœlo euangelizet vobis,prę terquàm quod euangelizauimus vobis,anathema ſit.Sicut prædiximus & nũc iterum dico.Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepiſtis,anathema ſit.

B EXODI. Cap.22. Dijs non detrahes, & Principi populi tui non maledices.

PROVERB. Cap.16. Diuinatio in labijs Regis: in iudicio non errabit os eius. *Et vt ſup. Lect.7. lit. D.*

ET Cap.19. Sicut fremitus leonis, ita & Regis ira: & ſicut ros ſuper herbam, ita & hilaritas eius.

ET Cap.20. Sicut rugitus leonis,ita & terror Regis: qui prouocat eum, peccat in animam ſuam.

ET Cap.25. Cœlum ſurſum, & terra deorſum, & cor Regum inſcrutabile. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſsimum: aufer impietatem de vultu Regis, & firmabitur iuſtitia thronus eius.

ECCLESIASTICI, Cap.10. Iudex ſapiens iudicabit populum ſuum: & principatus ſenſati ſtabilis erit.

BARVCH, Cap.1. Et orate pro vita Nabuchodonoſor Regis Babylonis,& pro vita Balthaſar filij eius, vt ſint dies eorum ſicut dies cœli ſuper terram: & vt det Dominus virtutem nobis & illuminet oculos noſtros,vt viuamus ſub vmbra Nabuchodonoſor Regis Babylonis,& ſub vmbra Balthaſar filij eius,& ſeruiamus eis multis diebus,& inueniamus gratiã in conſpectu eorum.

AD ROMA. Cap.13. Vt ſup. Cap.1. Lect.13.lit.I.

PRIO. Petri,Cap.2. Vt ſup. Lect.7. litera.D.

C GENES. Cap. 6. Videns autẽ Deus, quòd multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tẽpore, pœnituit eũ quòd hominem feciſſet in terra.

ET Cap. 8. Senſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua.

IOB, Cap. 16. Hæc paſſus ſum abſque iniquitate manus meæ, cùm haberem mundas ad Deum preces. Terra ne operias ſanguinem meum, neque inueniat in te locum latendi clamor meus. Ecce in cœlo teſtis meus, & conſcius meus in excelſis.

ET Cap. 23. Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus, viam eius cuſtodiui, & non declinaui ex ea. A mandatis labiorum eius nõ receſsi, & in ſinu meo abſcondi verba oris eius.

ET Cap. 25. Nunquid iuſtificari poteſt homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? Ecce Luna etiam non ſplendet, & Stellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius: Quantò magis homo putredo, & filius hominis vermis?

ISAIÆ, Cap. 40. Ecce gentes, quaſi ſtilla ſitulæ, & quaſi momentum ſtateræ reputatæ ſunt: ecce inſulæ quaſi puluis exiguus. Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo, & quaſi nihilum & inane reputatæ ſunt ei.

ET CAP. 64. Et facti ſumus vt immundus omnes nos, & quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ: & cecidimus quaſi folium vniuerſi, & iniquitates noſtræ quaſi ventus abſtulerunt nos.

ECCLESIASTICI, Cap. 40. Occupatio magna creata eſt omnibus hominibus, & iugum graue ſuper filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vſque in diem ſepulturæ in matrem omnium. Cogitationes eorum, & timores cordis, adinuentio expectationis, & dies finitionis.

SAPIEN. Cap. 9. Mitte illam (*ſcilicet Sapientiam*) de cœlis ſanctis tuis, & à ſede magnitudinis tuæ, vt mecũ ſit, & mecũ laboret, vt ſciam quid acceptum ſit apud te. Scit enim illa omnia, & intelligit, & deducet me in operibus meis ſobriè, & cuſtodiet me in ſua potentia. Et erunt accepta opera mea, & diſponam populum tuum iuſtè, & ero dignus ſedium patris mei. Quis hominum poterit ſcire conſilium Dei? Aut quis poterit cogitare quid velit Deus? Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ. Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. Et difficilè æſtimamus quæ in terra ſunt: & quæ in proſpectu ſunt, inuenimus cum labore. Quæ autem in cœlis ſunt, quis inueſtigabit? Senſum autem tuum quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris Spiritum ſanctum tuum de altiſsimis, & ſi correctæ ſint ſemitæ eorum qui ſunt in terris, & quæ tibi placent didicerint homines?

AD ROMANOS. Cap. 7. Scio enim quòd non habitat in me, hoc eſt, in carne mea, bonum. Nam velle adiacet mihi: perficere autem bonum, non inuenio. Non enim quod volo bonum, hoc facio: ſed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio: iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me, peccatum. *Et vide ſup. Lect. 13. lit. C.*

D MARCI, Cap. 9. Ieſus autem ait illi, ſi potes credere, omnia poſsibilia ſunt credenti. Et cõtinuò exclamans pater pueri cum lacrymis aiebat, Credo Domine, adiuua incredulitatem meam.

AD ROMANOS, Cap. 5. Iuſtificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem & habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei. Non ſolùm autem, ſed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò ſpem: ſpes autem non confundit: quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis.

ET Cap. 8. Spe enim ſalui facti ſumus. Spes autem quæ videtur, non eſt ſpes. Nam quod videt quis, quid ſperat? Si autem quod non videmus, ſperamus, per patientiam expectamus. Similiter autem & Spiritus adiuuat infirmitatẽ noſtram: nam quid oremus, ſicut oportet, neſcimus: ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

AD GALAT. Cap. 2. Chriſto

confixus ſum Cruci. Viuo autem iam non ego: viuit verò in me Chriſtus. Quòd autem nunc viuo in carne: in fide viuo Filij Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. Non abijcio gratiam Dei. Si enim per Legem iuſtitia, ergò gratis Chriſtus mortuus eſt.

AD PHILIP. Cap.4. Omnia poſſum in eo qui me confortat.

E SAPIEN. Cap. 9. Da mihi Domine ſedium tuarum aſsiſtricem ſapientiam, & noli me reprobare à pueris tuis, quoniam ſeruus tuus ſum ego, & filius ancillæ tuæ, homo infirmus & exigui temporis, & minor ad intellectum iudicij & legum. Et ſi quis erit conſummatus inter filios hominum, ſi ab illo abfuerit ſapientia tua, in nihilum computabitur.

POSTER. Ad Corinth. Cap. 5. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſsit, ſiue bonum, ſiue malum. Sciẽtes ergò timorem Domini, hominibus ſuademus: Deo autem manifeſti ſumus.

AD PHILIP. Cap.3. Non quòd iã acceperim, aut perfectus ſim: ſequor autẽ, ſi comprehendã in quo & comprehenſus ſum à Chriſto Ieſu. Fratres, ego me non arbitror comprehendiſſe.

F PSALM. 17. Et retribuet mihi Dominus ſecundùm iuſtitiam meam: & ſecundùm puritatem manuum mearum retribuet mihi. Quia cuſtodiui vias Domini, nec impiè geſsi à Deo meo. Quoniam omnia iudicia eius in conſpectu meo, & iuſtitias eius non repuli à me. Et ero immaculatus cũ eo: & obſeruabo me ab iniquitate mea.

Lib. 3. Regum, Cap. 8. Domine Deus Iſraël, non eſt ſimilis tui Deus in cœlo deſuper, & ſuper terrã deorſum, qui cuſtodis pactum & miſericordiã ſeruis tuis qui ambulant coram te in toto corde ſuo.

ISAIÆ, Cap. 38. Et conuertit Ezechias faciem ſuam ad parietem, & orauit ad Dominum, & dixit, Obſecro Domine, memẽto quæſo quomodò ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum eſt in oculis tuis fecerim.

G DEVTERO. Cap. 30. Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt, nec procul poſitum, nec in cœlo ſitum, vt poſsis dicere, Quis noſtrum valet ad cœlum aſcendere; vt deferat illud ad nos, vt audiamus atque opere cõpleamus? Neque trãs mare poſitum, vt cauſẽris & dicas, Quis è nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos vſque deferre, vt poſsimus audire, & facere quod præceptum eſt? Sed iuxta te eſt ſermo valde in ore tuo & in corde tuo, vt facias illum.

MATTH. Cap. 11. Iugum enim meũ ſuaue eſt, & onus meum, leue.

AD ROM. Cap. 10. Finis enim Legis Chriſtus ad iuſtitiã omni credẽti. Moyſes enim ſcripſit, quoniam iuſtitiã quæ ex Lege eſt, qui fecerit homo, viuet in ea. Quę autem ex fide eſt iuſtitia, ſic dicit, Ne dixeris in corde tuo, Quis aſcendet in cœlum, id eſt, Chriſtum deducere? Aut quis deſcendit in abyſſum, hoc eſt, Chriſtum à mortuis reuocare? Sed quid dicit ſcriptura? Propè eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo. Hoc eſt verbum fidei quod prædicamus.

PRI. IOAN. Cap. 5. Hæc eſt enim charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus: & mandata eius grauia non ſunt.

AVTHORIT. PATR.

B 1 AVGVST. tom. 2. Epiſto. 50. ad Bonifacium. Sicut ergo Apoſtolus dicit, Infatigabiles, cùm tempus habemus, operemur bonum ad omnes: qui poſſunt catholicorum præceptorum ſermonibus, qui poſſunt catholicorum Principum legibus, partim per eos qui Diuinis admonitionib⁹, partim per eos qui iuſsis imperialibus parent, omnes ad ſalutem vocentur, omnes à pernicie reuocentur. Quia & Imperatores quando pro falſitate contra veritatem conſtituunt malas leges, probãtur bene credentes, & coronantur perſeuerantes. Quando autem pro veritate cõtra falſitatẽ conſtituunt bonas leges, terrẽtur ſæuiẽtes, & corriguntur intelligentes. Quicunq; ergò legibus Imperatorum, quæ contra veritatẽ Dei feruntur, obtẽperare non vult, acquirit grãde præmium. Quicunq; autẽ legibus Imperatorũ, quę pro Dei veritate ferũtur, obtemperare nõ vult, acquirit grãde ſupplicium. Nã & tẽporibus Prophetarũ, omnes Reges qui in populo Dei non prohibuerunt nec euerterũt quæ cõtra Dei præcepta fuerant inſtituta, culpantur: & qui prohibuerũt & euerterunt, ſuper aliorũ merita laudantur.

Gala. 6.

Regibus parendum dũ iuſta præcipiunt.

Laudantur Reges qui contra Deũ ſtatuta euertunt.

D 1 IDEM, tom. 3. Lib. De Spiritu & litera, Cap. 5. Volo enim ſi potero, demõſtrare illud quod ait Apoſtolus: Litera occidit, Spiritus

1. cor. 3.

Spiritus autem viuificat: non de figuratis locutionibus dictum, quanuis & illic congruẽter accipiatur: ſed poti⁹ de Lege, aperte quod malum eſt, prohibente. Quod cùm oſtendero, profectò manifeſtius apparebit, benè viuere donum eſſe Diuinum. Non tantùm, quia homini Deus dedit liberum arbitrium, ſine quo nec malè, nec benè viuitur: nec tantùm, quia præceptum dedit quo doceat quemadmodùm ſit viuendum: Sed quia per Spiritumſanctum diffundit charitatem in cordibus eorum quos præſciuit vt prædeſtinaret, prædeſtinauit vt vocaret, vocauit vt Iuſtificaret, Iuſtificauit vt glorificaret. Hoc autem cùm apparuerit, videbis (vt exiſtimo) fruſtrà dici illa tantùm eſſe poſsibilia ſine exemplo, quæ Dei opera ſunt: ſicut de cameli trãſitu perforamĩe acus cõmemorauimus, & quæcũq; alia ſunt apud nos impoſsibilia, apud Deum autem facilia. Et ideò non inter hæc humanam deputandam eſſe iuſtitiam, quòd non ad Dei, ſed ad hominis opus pertinere debeat: cuius perfectio ſi eſt in hac vita poſſibilis, nullam eſſe cauſam cur ſine exemplo eſſe credatur. Hoc ergò fruſtrà dici ſatis elucebit, cùm & ipſam humanam Iuſtitiam operationi Dei tribuendam eſſe claruerit, quanuis non fiat ſine hominis voluntate. Et ideò eius perfectionem etiam in hac vita eſſe poſsibilem, negare non poſſumus: quia omnia poſsibilia ſunt Deo, ſiue quæ facit ſola voluntate, ſiue quæ cooperantibus creaturæ ſuæ volũtatibus à ſe fieri poſſe conſtituit.

Benè viuere, donum Dei eſt.

Rom. 5.

Matth. 19.

Iuſtitia humana Deo tribuitur, & voluntati noſtra.

2 IDEM, tom. 7. De peccatorum meritis & remiſsione, Lib. 2. Cap. 6. Si à me quæratur, vtrum homo ſine peccato poſsit eſſe in hac vita, confitebor poſſe per Dei gratiam, & liberum eius arbitrium. Ipſum quoque liberum arbitrium ad Dei gratiam, hoc eſt, ad Dei dona pertinere non ambigens, nec tantùm vt ſit, verùm etiam vt bonum ſit, id eſt, ad facienda mandata Domini conuertatur, atque ita Dei gratia nõ ſolùm oſtendat quid faciendum ſit, ſed adiuuet etiam vt poſsit fieri quod oſtenderit. Quid enim habemus quod non accepimus? Vnde & Hieremias dicit, Scio Dñe, quia nõ eſt in homine via eius, nec viri eſt vt ambulet & dirigat greſſus ſuos. Hinc & in Pſalmis, cùm quidam dixiſſet Deo, Tu præcepiſti mandata tua cuſtodiri nimis: continuò nõ de ſe præſumpſit, ſed optauit vt faceret, Vtinam, inquit, dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas: Tunc nõ confundar, dum inſpicio in omnia mandata tua. Quis autem optat quod in poteſtate ſic habet, vt ad faciendum nullo indigeat adiumento? A quo autem id optet, quia nõ à fortuna, vel à fato, vel à quolibet alio præter Deum, in conſequentibus ſatis oſtẽdẽs, Itinera mea, inquit, dirige ſecũdũ eloquũ tuũ, & non dominetur mihi omnis iniquitas. Ab huius execrãdę dominationis ſeruitute liberantur, quibus Dñs Ieſus eũ recipientibus dedit poteſtatem filios Dei fieri. Ab iſta horrẽda dominatione liberãdi fuerant quibus dicit, Si Filius vos liberauerit, tunc verè liberi eritis. His atque huiuſmodi alijs innumerabilibus teſtimonijs dubitare non poſſum, nec Deum aliquid impoſſibile homini pręcepiſſe, nec Deo ad opitulandũ & adiuuãdũ, quò fiat quod iubet, impoſsibile aliquid eſſe: ac per hoc poteſt homo ſi velit, eſſe ſine peccato, adiutus à Deo.

Sine peccato poteſt quis eſſe, per Dei gratiã & liberum arbitrium.

1. Cor. 4.

Hieren. 10.

Pſal. 118.

Ioan. 1.

Ioan. 8.

Deus impoſſibile nihil præcipit.

3 ET Cap. 18. Non ſic defendamus gratiam, vt liberum arbitrium auferre videamur: rurſus nec liberum ſic aſſeramus arbitrium, vt ſuperba impietate ingrati Dei gratiæ iudicemur.

Quid gratia, quid libero arbitrio tribuẽdum.

1 AMBRO. tom. 1. Officiorũ, Lib. 1.
E Cap. 48. Quãuis perfectus (*Dauid*,) adhuc perfectiora quærebat. Incaleſcebat iniuriæ dolore quaſi homo; ſed vincebat Spiritu, quaſi bonus miles. Tolerabat quaſi athleta fortis. patientię autẽ finis, promiſſorũ expectatio: & ideò dicebat, Notũ fac mihi Dñe finẽ meũ, & numerũ dierũ meorũ, qui eſt, vt ſciã quid deſit mihi. Finẽ illũ quærit promiſſorũ cœleſtiũ, vel illũ quãdo vnuſquiſq; ſurget in ſuo ordine, primitiæ Chriſt⁹, deinde ij qui ſunt Chriſti, qui in aduẽtũ eius crediderũt, deinde finis. Tradito.n. regno Deo & Patri, & euacuatis omnibus poteſtatibus, vt Apoſtolus dixit, perfectio incipit. Hic ergò impedimẽtũ, hic infirmitas etiã perfectorũ, illic plena perfectio. Ideò & dies illos requirit vitæ æternæ qui ſunt, non qui prætereunt, vt cognoſcat quid ſibi deſit, quæ terra ſit promiſsionis perpetuos fructus ferens, quæ prima apud Patrem mãſio, quæ ſecũda, quæ tertia, in quibus pro ratione meritorum vnuſquiſque requieſcit. Illa ergò nobis expetenda, in quibus perfectio, in quibus veritas eſt. Hîc vmbra, Hîc imago, illic veritas. Vmbra in Lege, imago in Euangelio, veritas in cœleſtibus.

Perfectus, adhuc perfectiora quærit.

Pſal. 38.

1. Corin. 15

Hîc infirmitas eſt etiã perfectorũ, in cœlo eſt vera ac plena perfectio.

Antè

Antè agnus offerebatur, offerebatur vitulus, nunc Chriſtus offertur, ſed offertur quaſi homo, quaſi recipiens paſsionem, & offert ſe ipſe quaſi ſacerdos vt peccata noſtra dimittat. Hìc in imagine, ibi in veritate, vbi apud Patrem pro nobis quaſi aduocatus intèruenit. Hìc ergo in imagine videmus: illic facie ad faciem, vbi plena perfectio, quia perfectio omnis in veritate eſt.

2 AVGVSTINVS, tomo. 3. Lib. de Spiritu & litera, Cap. 36. Sed fortaſſe quiſpiam putauerit, nihil nobis deeſſe ad cognitionem iuſtitiæ, quòd Dominus verbum conſummans & breuians ſuper terram, dixit in duobus præceptis totam legem Prophetaſque pendêre, nec ea tacuit, ſed verbis apertiſsimis prompſit: Diliges, inquit, Dominum Deum

Matth. 11.

tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: & diliges Proximum tuum tanquàm te ipſum. Quid verius, his impletis impleri omnino iuſtitiam? Veruntamen qui hoc attendit, etiã illud attendat, quàm in multis offendamus omnes, dum putamus Deo, quẽ diligimus, placere, vel non diſplícere quod facimus.

Omnis qui Dei præcepta ſeruat, à peccato immunis eſt. Iacob. 3.

Et poſteà per ſcripturam eius, ſiue certa & perſpicua ratione commoniti, cùm didicerimus, quòd ei non placeat, pœnitendo deprecamur vt ignoſcat. Plena humana vita eſt documẽtis talibus. Vnde autẽ minus nouimus quid ei placeat, niſi quia & ipſe minus notus eſt nobis? Videmus enim nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. *Et paulò pòſt*. Sed quoniam hæc falſa eſſe non poſſunt, illud eſſe conſequens video, vt qualemlibet, vel quantamlibet in hac vita potuerimus definire iuſtitiam, nullus in ea ſit hominum qui nullum habeat omnino peccatum: omnique homini ſit neceſſarium date vt detur illi, dimittere vt dimittatur illi. Et ſi quid habet iuſtitiæ, non de ſuo ſibi eſſe præſumere, ſed de gratia iuſtificantis Dei. Et adhuc tamen ab illo eſurire & ſitire iuſtitiam, qui eſt panis viuus, & apud quem fons vitæ: qui ſic operatur iuſtificationem in ſanctis ſuis in huius vitæ tentatione laborantibus, vt tamen ſit & quod petentibus largiter adijciat, & quod confitentibus clementer ignoſcat: ſed inueniant iſti, ſi poſſunt, aliquem ſub onere corruptionis huius viuenrem, cui iam non habeat Deus quod ignoſcat: niſi

1. Cor. 13.

Quicunque iuſtus peccato nõ caret.

Luc. 6. Ioan. 6. Pſalm. 35.

Cuicũq; iuſto, etiã eſt quod à Deo donetur.

tamen eum fateantur non doctrina legis datæ, ſed etiam infuſo ſpiritu gratiæ, vt talis eſſet, adiutum, non cuiuſmodi peccati crimen, ſed ipſius impietatis incurrent. Sanè quanquam talem, ſi teſtimonia illa Diuina competenter accipiant, prorſus inuenire non poſſunt: nullo modo tamen dicendum eſt Deo deeſſe poſsibilitatem, qua voluntas ſic adiuuetur humana, vt non ſolùm iuſtitia iſta quæ ex fide eſt, omni ex parte modò perficiatur in homine, verùm etiam illa ſecundùm quam poſteà in æternum, in ipſa eius contemplatione, viuendum eſt.

3 CLEMENS Alexandrinus, Lib. 4. Stromatum. Porrò autem Clemens quoque Apoſtolos in epiſtola ad Corinthios, ipſe nobis quoque quandam formam eius, qui eſt præditus cognitione, deſcribens, dicit: Quis enim apud vos verſatus, omni virtute perfectam firmamque ac ſtabilem fidem veſtram non probauit? Temperantemque ac moderatam veſtram in Chriſto pietatem non eſt admiratus? Et veſtri in hoſpites amoris magnificos veſtros mores non prædicauit? Et perfectam, firmamque ac ſtabilem cognitionem non beatam eſſe cenſuit? Nam & citra perſonarum acceptionem omnia feciſtis: & in Dei legitimis ambulaſtis. Deinde apertius. Fixis ergò oculis eos intueamur qui magnificæ eius gloriæ perfectè ſeruierunt. Accipiamus Enoch, qui in obedientia iuſtus inuentus, fuit tranſlatus: & Noẽ, qui cùm crediſſet, fuit ſeruatus: & Abraham, qui propter fidem & hoſpitalitatem, Dei amicus, pater autem Iſaac eſt appellatus; &c. *Et longè pòſt*. Hic inuenio perfectum multis modis accipi, prout is eſt qui in vnaquaque virtute ſe rectè gerit. Perficitur itaque & conſummatur aliquis, & vt pius ac religioſus, & vt tolerans, & vt continens, & vt operarius, & vt Martyr, & vt cognitione præditus. In omnibus autem ſimul perfectus, neſcio an vllus ſit qui eſt adhuc homo, niſi ſolùm is qui propter nos induit hominem. Quanquàm ex nuda lege fuerit quis vtiq; perfectus, qui profitetur abſtinentiam à malis. Ea autem eſt via ad Euãgelium & ad benè faciendum: ſed legis quidẽ ex cognitione perfectio, eſt aſsũptio Euãgelij, vt fiat is qui eſt ex lege, perfectus. Ita enim prædixit is, qui eſt ex lege Moyſes eſſe audiendum vt acci-

Perfectè Deo ſeruire poſſumus.

Heb. 11.

Multis modis perfectũ quod dicitur.

In omnibus ſimul nullus perfectus, niſi ſolus Chriſtus.

Deuter. 18.

Ephe. 1. accipiamus ex Apoſtoli ſententia Chriſtum Legis plenitudinem. In Euãgelio iam proficit is qui eſt cognitione præditus, non ſolùm vtens Lege tanquàm gradu, ſed eam percipiens & mente intelligens, vt tradidit Apoſtolis, qui dedit teſtamenta, Dominus. *Nec Martyr, vocari poteſt in carne perfectꝰ.* Quòd ſi etiam rectè vitam inſtituerit, ſicut certè fieri non poteſt vt in bene operando difficultatem conſequatur cognitio, & præterea rectiſsimè confeſſus, Martyr ſeu teſtis fiat, maximam & inter homines dignitatem meritumque accipiens, ne ſic quidem eò perueniet vt vocetur in carne perfectus, quoniam hanc appellationem præoccupauit vitæ finis, cùm qui eſt teſtis ex cognitione, iam eò peruenerit vt perfectum opus oſtenderet & propriè produceret, ſanguine per charitatem ex cognitione profectam benignè donato, emittens ſpiritum, beatus autem hinc fuerit & iure perfectus vocetur, vt ſublimitas poteſtatis ſit Dei, & non ex nobis, vt dicit Apoſtolus. *2. Cor. 4.*

4 AVGVSTINVS. tom. 7. Contra duas epiſtolas Pelagianorum, ad Bonifacium, lib. 2. Cap. 10. Quæ cùm ita ſint, nihil in ſcripturis ſanctis homini à Domino video iuberi, propter probandum liberum arbitrium, quod non inueniatur vel dari ab eius bonitate, vel poſci propter adiutorium gratiæ demonſtrandum. Nec omnino incipit homo ex malo in bonum per initium fidei commutari, niſi hoc in illo agat indebita & gratuita miſericordia Dei. De qua ſuam cogitationem recolens quidam, ſicut legimus in Pſalmis, Nunquid obliuiſcetur, *Pſal. 76.* inquit, miſereri Deus, aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas? Et dixi, nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ Excelſi. Cùm ergò dixiſſet, Nunc cœpi: non ait, Hæc mutatio arbitrij mei: ſed, Dexteræ Excelſi. *Hiere. 9.* Sic itaque Dei gratia cogitetur, vt ab initio bonæ mutationis ſuæ vſque in finem conſummationis, qui gloriatur in Domino glorietur. *Nec bonum inchoare nec perficere poſſumus ſine Deo.* Quia ſicut nemo poteſt bonum inchoare ſine Domino, ſic nemo perficere ſine Domino.

5 ET Lib. 3. Cap. 5. Sed videlicet noui hæretici Pelagiani, religionis amatores, & laudatores videntur ſibi eſſe Sanctorum, ſi non audeant dicere imperfectæ eos fuiſſe virtutis, cùm hoc confiteatur vas electionis, qui conſyderans vbi adhuc eſſet, & quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam: *Sap. 9.* Non quia iam acceperim, ait, aut perfectus ſim. Fratres, ego meipſum non arbitror apprehendiſſe. *Philip. 3.* Et paulo pòſt tamen qui ſe negauerat eſſe perfectum: Quotquot ergò perfecti, inquit, hoc ſapiamus. Vt oſtenderet ſecundùm iſtius vitæ modum eſſe quandam perfectionem, eique perfectioni hoc quoque deputari, ſi ſe quiſque nouerit nondum eſſe perfectum. *Nullus iam perfectus, quin indigeat maiori perfectione.* Quid enim excellentius in veteri populo ſacerdotibus ſanctis? Et tamen eis præcepit Deus ſacrificium primitus pro ſuis offerri peccatis. *Hebr. 7.* Et quid ſanctius in nouo populo Apoſtolis? Et tamen præcepit eis Dominus in oratione dicere, Dimitte nobis debita noſtra. *Matth. 6.*

6 IDEM, tom. 2. Epiſtola. 50. ad Boniſacium, verſus finem. Abſit autem vt quiſquam noſtrum ita ſe iuſtum dicat, vt aut ſuam iuſtitiam velit conſtituere, id eſt, quaſi à ſeipſo ſibi datam: *Nemo tam iuſtus vt careat peccatis.* cùm dicatur ei, Quid enim habes quod non accepiſti? *1. Cor. 4.* Aut ſine peccato ſe eſſe iactare iubeat in hac vita, ſicut ipſi (*hæretici*) in noſtra collatione dixerunt, in ea ſe eſſe Eccleſia, quæ iam non habet maculam aut rugam aut aliquid huiuſmodi: *Epheſ. 5.* neſcientes hoc modo in eis compleri, qui vel poſt baptiſmum continuò vel dimiſsis debitis quæ dimittenda in oratione poſcuntur, de hoc exeunt corpore; in tota verò Eccleſia tunc futurum, vt ſit omnino non habens maculam aut rugam, aut aliquid eiuſmodi: quando dicendum erit, *1. Cor. 15.* Vbi eſt mors victoria tua? Vbi eſt mors aculeus tuus? Aculeus enim mortis eſt peccatum. *Sap. 9.* In hac autem vita, vbi corpus quod corrumpitur, aggrauat animã: ſi Eccleſia eorum iam talis eſt, non ergò oĩcant Deo, quod Dominus nos orare docuit, Dimitte nobis debita noſtra. *Matth. 6.* Cùm enim in baptiſmo cuncta dimiſſa ſunt, vt quid hoc poſcit Eccleſia, ſi iam etiam in hac vita non habet maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi? Contemnant & Apoſtolum Ioannem, clamantem in epiſtola ſua, *1. Ioan. 1.* Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos decipimus, & veritas in nobis non eſt. Si autem confeſsi fuerimus peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus qui dimittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate.

F 1 AVGVSTI. tom. 7. Lib. De Correptione & gratia. Cap. 9. Appellamus ergò nos & electos Chriſti diſcipulos & Dei filios, quia ſic appellãdi ſunt, quos regeneratos piè viuere cernimus: ſed tunc verè ſunt quod appellãtur, ſi manſerint in eo propter quod

Ex iniuſto, in iuſtus fieri poteſt: & ideò nō eſt perfectus niſi in finem vſque perſeueret.

quod ſic apppellantur. Si autē perſeuerantiam non habent, id eſt, in eo quod cœperunt eſſe, non manent, non verè appellantur quod appellantur, & non ſunt. Apud eum enim hoc non ſunt, cui notū eſt quod futuri ſunt, id eſt, ex bonis mali. Propter hoc Apoſtolꝰ cùm dixiſſet, Scimus quoniā diligentibus Deū omnia cooperātur in bonum: ſciens nonnullos diligere Deum, & in eo bono vſq; in finē non permanere, mox addidit, His qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt. Hi enim in eo quod diligūt Deū, permanēt vſq; in finem: & qui ad tēpus inde deuiant, reuertuntur, vt vſque in finem perducant quod in bono eſſe cœperunt.

Rom. 8.

2 IDEM, De peccatorum meritis & remiſsione, lib. 2. Cap. 12. Non igitur præclarum illud teſtimonium Dei quo laudatus eſt Iob, contrarium eſt ei teſtimonio quo dictum eſt, Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Quia non id perſuadet prorſus in illo nihil fuiſſe, quod vel ab ipſo veraciter, vel à Domino Deo rectè reprehenderetur, quanuis iam iuſtus, & verus Dei cultor, & ab omni opere malo ſe abſtinens, non mendaciter diceretur. Hæc enim de illo verba ſunt Dei, An non aduertiſti in puerum meum Iob? non enim eſt illi homo ſimilis ſuper terram, ſine querela, iuſtus, verus Dei cultor, abſtinens ab omni opere malo. *Et mox.* Veruntamen hæc verba quibus à Domino laudatur, poſſunt etiā de illo dici qui condelectatur legi Dei ſecundùm interiorem hominem: videt autem aliam legem in membris ſuis repugnantem legi mentis ſuæ: præſertim quia dicit, Non quod volo facio bonū, ſed quod odi malum, hoc ago: Si autem quod odi malum, hoc facio, iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me, peccatum. Ecce & iſte ſecundùm interiorem hominē alienus eſt ab omni opere malo, quia illud non operatur ipſe, ſed quod in carne eius habitat, malum: & tamen cùm illud ipſum quo condelectatur legi Dei, non habeat niſi ex gratia Dei, adhuc liberationis indigens clamat: Miſer ego homo quis me liberabit de corpote mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

Pſal. 141.

Iuſtus dici poteſt etiam qui peccato non caret.

Iob. 1.

Rom. 7.

3 ET Cap. 13. Sunt ergò in terra iuſti, ſunt magni, fortes, prudentes, continentes, patientes, pij, miſericordes, temporalia mala omnia propter iuſtitiam æquo animo tolerantes: ſed ſi verum eſt, imò quia & verum eſt, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos decipimus: &, Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens: nō ſunt ſine peccato. Nec quiſquam eorum tā arroganter inſanit, vt non ſibi pro ſuis qualibuſcunq; peccatis Dñica oratione opus eſſe arbitretur.

1. Ioan. 1.

Pſal. 143.

Iuſtū etiam oportet orare, Dimitte nobis debita noſtra.

4 HIERONYM. tom. 1. Epiſt. 45. ad Ruſticum. Vnumquenq; Deus iudicat ſicut inuenerit. Nec præterita conſiderat, ſed præſentia: ſi tamen vetera crimina, nouella conuerſatione mutentur. Septies cadet iuſtus, & reſurget. Si cadit, quomodò iuſtus? Si iuſtus, quomodò cadit? Sed iuſti vocabulum non amittit, qui per pœnitentiam ſemper reſurgit.

Prouer. 14.

Iuſtus dicitur, etiam qui peccat & reſurgit.

5 IDEM Epiſt. 14. ad Celantiam, in fine. Beati ſunt qui ita expectant, ita illum ſpeculantur diem, vt ſe ad eum quotidie præparent, qui non de præterita ſibi iuſtitia blandientes, ſecundùm Apoſtolum, per dies ſingulos in virtute renouantur. Iuſtitia enim iuſti non proderit ei, à quo die iuſtus eſſe deſierit. Sicut etiam iniquo nō nocebit iniquitas ſua, à die quo ſe ab iniquitate cōuerterit. Nec ſanctꝰ ergo ſecurus eſſe debet, quādiu in huius vitæ agone verſatur: nec deſperare peccator qui, ſecūdùm prædictam Prophetæ ſententiam, vno die iuſtū ſe efficere poteſt: ſed totum, quo tenditur, ſpacium vitæ tuæ eſt, vt peragete poſſis iuſtitiam.

2. Cor. 4.

Ezech. 18.

Dum viuimꝰ, nec ſanctus eſt ſecurus, nec deſperet peccator.

6 IDEM, tom. 2. Aduerſùs Pelagianos, lib. 2. col. 2. Tempus eſt, inquit Petrus, vt incipiat Iudicium à Domo Dei. Si autē primùm à nobis, quis finis eorū qui nō credunt Euangelio? Et ſi iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Certè iuſtus eſt, qui in die iudicij vix ſaluatur. Saluaretur autem facilè, ſi nihil in ſe haberet maculę. Ergò iuſtꝰ eſt in eo, quia floret multis virtutibus: & vix ſaluatur in eo, quòd in quibuſdam, Dei indiget miſericordia.

1. Petr. 4.

Iuſtus eſſe poteſt, & indigere Dei miſericordia.

7 BERNARD. ad fratres, ſerm. 3. Cùm diceret, (*Paulus*) Diligentibus Deū omnia cooperari in bonum, ſolerter addidit, His qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt ſancti. In quo verbo, non te terreat ſanctitatis nomen, quando non ſecundùm meritum, ſed ſecundùm propoſitum: non ſecundùm affectionem, ſed ſecundùm intentionem ſanctos vocat, iuxta illud Prophetæ, Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum: Illam enim quam putas ſanctitatem, ne ipſe quidem Paulus corruptibili adhuc grauatus corpore, arbitrabatur ſe

Rom. 8.

Pſal. 85.

com-

cõprehendiſſe. Vnũ autem, inquit, quę retro ſunt oblitus, & in ea quæ ante me ſunt extendens me ipſum, ſequor ad palmam ſupernæ vocationis. Vides quia licet nondũ apptehendiſſet brauium, habebat tamẽ propoſitum ſanctitatis. Et tu ergò ſi propoſueris in cotde tuo declinare à malo, & facere quod bonum eſt, tenete quod accepiſti, & proficere ſemper in melius, ſed & ſi quid aliquãdo minus rectè egeris (vt eſt humana fragilitas) nõ in eo perliſtere, ſed pœnitere & corrigere quantum præuales: eris ſine dubio ſanctus & tu, ſed cui intetim clamare neceſſe ſit, Cuſtodi animam meam, quoniã ſanctus ſum.

Sãctus quis poteſt eſſe, etiam ſi peccet, dummodo pœniteat.

G 1 AVGVST. tom. 7. De peccatorũ meritis & remiſsione, lib. 1. Cap. 13. Quid eſt autem quòd abundantiam gratiæ & iuſtitiæ accipiunt, niſi quòd non ei tantùm peccato in quo omnes peccauerunt, ſed eis etiam quæ addiderunt, gratia temiſsionis datur, eiſque hominibus tanta iuſtitia donatur, vt cùm Adam conſenſerit ad peccatum ſuadenti, non cedant iſti etiam cogenti? Et quid eſt, Multo magis in vita regnabunt, cum mortis regnum multò plures in æternam pœnam trahat? Niſi intelligamus eos ipſos in vtroque dici qui tranſeunt ab Adam ad Chriſtum, id eſt, à morte ad vitam, quia in vita æterna ſine fine regnabunt, magis quàm in eis mors temporaliter & cum fine regnauit. Itaq; ſicut per vnius delictum in omnes homines ad condẽnationem, ita per vnius iuſtificationẽ, in omnes homines ad iuſtificationem vitæ.

Remiſsio peccatorum datur peccãtibus pœnitentiam agẽtibus.

Rom. 5.

2 ET Lib. 2. Cap. 23. Cùm itaque primorum illorum hominũ fuerit prima iuſtitia obedire Deo, & hanc in membris aduerſùs legem mentis ſuæ, legem concupiſcentiæ non haberent: nunc poſt eotum peccatum nata ex eis noſtra carne peccati, pro magno obtinetur ab his, qui obediunt Deo, deſyderijs eiuſdem concupiſcentiæ non obedire, & crucifigere in ſe carnem cum paſsionibus & concupiſcẽtijs, vt ſint Ieſu Chriſti, qui hoc in ſua Cruce figurauit, quibus per gratiam ſuam dedit poteſtatem filios Dei fieri. Non enim omnibus hominibus dedit, ſed quotquot receperunt eũ, vt Deo renaſcerentur ſpiritu, qui ſeculo nati erãt carne.

Ad Chriſtũ pertinẽt qui concupiſcẽtiæ non obediunt.

Ioan. 1.

3 IDEM tom. 2. Epiſt: 29. ad Hieronymum. Virtus eſt Charitas qua id, quod diligendum eſt, diligitur: Hæc in alijs maior, in alijs minor, in alijs nulla eſt. Pleniſſima verò quæ iam non poſsit augeri, quandiu hîc homo viuit, eſt in nemine: quandiu autem augeri poteſt, profectò illud quod minus eſt quàm debet, ex vitio eſt. Ex quo vitio, non eſt iuſtus in terra qui faciat bonum, & non peccet. Ex quo vitio non iuſtificabitur in conſpectu Dei omnis viuens. Propter quod vitium, ſi dixerimus quia peccatum non habemus, noſmetipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Propter quod etiam quantumlibet profecerimus, neceſſarium eſt nobis dicere: Dimitte nobis debita noſtra; cùm iã omnia in baptiſmo, dicta, facta, cogitata, dimiſſa ſint. Quis itaque qui rectè videt, vnde & quando, & vbi ſperanda ſit illa perfectio, cui non ſit quod adijci poſsit? Si autem præcepta non eſſent, non vtique eſſet vbi ſe homo certius inſpiceret & videret, vnde auerteretur, quò conaretur, quare gratularetur, quid precaretur. Magna eſt ergo vtilitas præceptorum, ſi libero arbitrio tamen detur, vt gratia Dei amplius honoretur.

Pleniſsima charitas in nullo viuentium reperitur.

3. Reg. 8.

Pſal. 142.

1. Ioan. 1.

Math. 6.

Iuſtus non deſinit eſſe, qui peccatis non caret.

Magna eſt præceptorũ Dei vtilitas.

4 HIERONYM. tom. 2. Aduerſùs Pelagianos, lib. 1. Col. 7. Tunc ergò iuſti ſumus, quando nos peccatores fatemur. Et iuſtitia noſtra non ex proprio merito, ſed ex Dei conſiſtit miſericordia, dicente ſancta ſcriptura: Iuſtus accuſator eſt ſui in principio ſermonis. Et in alio loco: Dic tu peccata tua, vt iuſtificeris. Concluſit enim Deus omnia ſub peccato, vt omnibus miſereatur. Et hæc hominis ſumma eſt iuſtitia, quicquid potuerit habere virtutis, non ſuũ putare eſſe, ſed Domini, qui largitus eſt.

Iuſtitia noſtra ex Dei miſericordia.

Prou. 18.

Iſai. 43.

Roma. 11.

ET Col. 10. Ego enim hoc ſentio, nullam creaturam ſecundùm veram conſummatamq; iuſtitiam, poſſe eſſe perfectam. Cæterum, alium differre ab alio, & diuerſas eſſe in hominibus iuſtitias, nulli dubium eſt: & vel maiorem eſſe alium, vel minorem, & tamen ſecundùm ſtatum & menſuram ſuam, poſſe iuſtos nominari, qui aliorum comparatione iuſti non ſunt.

Nulla creatura perfecta ſecundũ conſummatã iuſtitiã.

LE-

LECTIO XV.

DOCTOR.

OMnes'ne homines,quicunque tandem ſunt,hac Lege obſtringuntur?

ADOLESCENS.

Planè,præſertim verò [a] ij qui Baptiſmi aliquando Sacramentum ſuſceperunt, propterea quòd ea quæ tum animis illabitur gratia,non ſolùm peccata remittit,[b] ſed Chriſtiano etiam bene agẽdi,& ex præſcripto huius Legis rectè beateq́; viuendi neceſsitatem inducit.

a Deut.17. Prouer.3. Matt.19. Roman.2.

b Ioan.22. Roman. 5.6.& 10. Epheſ.2. Tit.3. Hebra. 5. 2.Pet.1. 2.Pet.1. Ioan.3. Origen.in c.3.& 4. ad Roman. Chryſoſ.homil.de fide & lege.& in cap.1.ad Ephes.& in c.6. ad Rom. & homil.40.in gene. Ambro.ad Rom.c.8.Aug.quaſt. in Exod.lib.2.& de fide & operib.

DOCTOR.

Res ſic habet:Sed quoniam de fide ac Dei cognitione primùm,deinde de ijs quæ nobis tanquàm filijs chariſſimis ab eo præcepta ſunt,ſatis multa video eſſe diſputata : Tempus eſt vt ad tertium rerum initio propoſitarum caput accedamus, quod de recta orandi ratione fuerat inſtitutum.

ADOLESCENS.

Rectè:Atque eò maximè, quòd ſi nobis illius fauor [c] & gratia ſingularis non adſit,fieri non poſsit, vt vel ea, quam in eo habemus, fides prodeſſe queat, [d] vel noſter ille [e] quem ad legis obedientiam exigit labor exiguus, operi tanto ſufficiat. Quidquid ſit tandem quod aut multis voluminibus præſcriptum nobis proponatur, aut induſtriæ humanæ ratio fingere, ac de ſe ſibi poſsit polliceri.

c Matt. 7. Luc.13. Rom.1.et.8. 1.Cor.3. Iaco.2.&.3.2.Cor.3.

d Deut.33. Pſal.116. Iſa.26. 1.Cor.15. 2.Cor.12. Ioan.9. &.15. Tit.2. Philip.1. 2.Petr.1.

e Gen.4. Deut.4. Matth.7.11. &.26. Luc.18.&.21.

DOCTOR.

Quæ porrò nobis ad eam Creatoris noſtri gratiam ac beneuolentiam conciliandam,methodus eſt parata?

ADOLESCENS.

Vt eum in primis oremus, [f] ac ritè inuocemus.

f Rom.8.&.11.Ephe.6. Coloſ.4. 2.Theſ.5. 1. Petr.4. Iacob.5.

AVTHORIT. SCRIP.

A DEVTER. Cap.17. Vt ſup. Cap.5. Lect.13. lit.G.

PROVER. Cap.3. Fili mi, ne obliuiſcaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum cuſtodiat.

MATTH. Cap.19. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.

AD ROM. Cap.2. Quicunque ſine Lege peccauerunt, ſine Lege peribunt: & quicunq; in Lege peccauerunt, per Legem iudicabũtur. Non enim auditores Legis iuſti ſunt apud Deum: ſed factores Legis iuſtificabuntur.

B IOAN. Cap.12. Ieſus autem clamauit & dixit, Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum qui miſit me. Et qui videt me, videt eum qui miſit me. Ego lux in mundum veni: vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Et ſi quis audierit verba mea, & non cuſtodierit: ego non iudico eum. Non enim veni vt iudicem mundum, ſed vt saluificem mundum. Qui ſpernit me, & nõ accipit verba mea: habet qui iudicet eum. Sermo quem locutus ſum, ille iudicabit eum in nouiſsimo die. Quia ego ex meipſo non ſum locutus, ſed qui miſit me Pater, ipſe mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar. Et ſcio quia mandatum eius vita æterna eſt.

AD ROMA. Cap.5. Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum: multò magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iuſtitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum. Igitur ſicut per vnius delictum, in omnes homines in condemnationem: ſic & per vnius iuſtitiam, in omnes homines in iuſtificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiã vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi: Ita per vnius obeditionem, iuſti conſtituẽtur multi. Lex autem ſubintrauit vt abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia. Vt ſicut regnauit peccatum in mortem: ita & gratia regnet per iuſtitiam in vitã æternam, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

ET Cap.6. An ignoratis quia quicũq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortẽ, vt quomodô Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim cõplãtati facti ſumus ſimilitudini mortis eius: ſimul & reſurrectionis erimus. Hoc ſcientes quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltrà non ſeruiamus peccato.

ET Cap.10. Vide ſup. Lect. præcedenti, litera. G.

AD EPHE. Cap.2. Deus autẽ (qui diues eſt in miſericordia) propter nimiam charitatẽ ſuam qua dilexit nos, & cùm eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto (cuius gratia eſtis ſaluati) & conreſuſcitauit, & conſedere fecit in cœleſtibus in Chriſto Ieſu, vt oſtẽderet in ſeculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ, in bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu. Gratia enim eſtis ſaluati per fidẽ, (& hoc non ex vobis, Dei enim donũ eſt) non ex operibus, vt ne quis glorietur. Ipſius enĩ ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus.

AD TIT. Cap.3. Fidelis ſermo eſt: & de his volo te confirmare: vt curent bonis operibus præeſſe qui credũt Deo. Hæc ſunt bona & vtilia hominibus. *Et mox.* Diſcant autẽ & noſtri bonis operibus præeſſe ad vſus neceſſarios: vt nõ ſint infructuoſi.

AD HEB. Cap.5. Etenim cùm deberetis magiſtri eſſe propter tempus: rurſum indigetis vt vos doceamini, quæ ſint elementa exordij ſermonum Dei: & facti eſtis quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo. Omnis enĩ qui lactis eſt particeps, expers eſt ſermonis iuſtitiæ: paruulus enim eſt. Perfectorum autem eſt ſolidus cibus: eorũ qui pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni ac mali.

PRIOR. Petri, Cap.1. Propter quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ, ſobrij, perfectè ſperate in eã quæ offertur vobis, gratiam, in reſurrectionem Ieſu Chriſti, quaſi filij obedientiæ, non configurati prioribus ignorantiæ veſtrę deſyderijs: ſed ſecundùm eum qui vocauit vos, ſanctum: & ipſi in omni conuerſatione ſancti ſitis: quoniã ſcriptum eſt: Sancti eritis, quoniã ego ſanctus ſum.

POSTER. Petri, Cap.1. Vt ſuprà, Cap. 1. Lect.17. lit.B.

IOAN. Cap.3. Sic enim Deus dilexit mundũ, vt Filiũ ſuum vnigenitũ daret, vt omnis qui credit in eum, nõ pereat, ſed

habeat vitam æternam. Non enim miſit Deus Filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus eſt, quia nõ credidit in nomine vnigeniti Filij Dei. Hoc eſt autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem: erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius: qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt facta.

C MATTH. Cap. 7. Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum: ſed qui facit voluntatem Patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum. Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, non'ne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc cõfitebor illis, Quia nunquàm noui vos: diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem.

LVC. Cap. 13. Cùm autem intrauerit paterfamilias & clauſerit oſtium, & incipietis foris ſtare, & pulſare oſtium, dicentes, Domine aperi nobis: & reſpondẽs, dicet vobis, Neſcio vos vnde ſitis: Tũc incipietis dicere, Manducauimus coram te, & bibimus, & in plateis noſtris docuiſti. Et dicet vobis, Neſcio vos vnde ſitis: diſcedite à me omnes operarij iniquitatis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium: Cùm videritis Abraham, & Iſaac, & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras.

AD ROM. Cap. 1. Et ſicut non probauerunt Deum habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, &c.

ET Cap. 8. Similiter autem & Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram. Nam quid oremus ſicut oportet, neſcimus: Sed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

PRIOR. Ad Corinth. Cap. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit: ſed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat: ſed qui incrementum dat, Deus.

POSTER. ad Corinth. Cap. 3. Fiduciam autem talẽ habemus per Chriſtũ ad Deum: non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.

IACOB. Cap. 2. Quid proderit fratres mei ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides ſaluare eum? Si autem frater aut ſoror nudi ſint & indigeant victu quotidiano: dicat autem aliquis ex vobis, illis: Ite in pace, calefacimini & ſaturamini: non dederitis autem eis quæ neceſſaria ſunt corpori: quid proderit? Sic & fides, ſi nõ habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa.

ET Cap. 3. Quis ſapiens & diſciplinatus inter vos? Oſtendat ex bona conuerſatione operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ.

D DEVTERONOM. Cap. 33. In dextera Domini ignea Lex. Dilexit populos: omnes Sancti in manu illius ſunt: qui appropinquant pedibus eius, accipiẽt de doctrina illius. ET. Beatus es tu Iſraël, quis ſimilis tui, popule qui ſaluaris in Domino? Scutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ, negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.

PSALM. 126. Niſi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere, ſurgite poſtquàm ſederitis, qui manducatis panem doloris.

ISAIÆ, Cap. 26. Domine dabis pacẽ nobis: omnia enim opera noſtra operatus es nobis.

PRIOR. Ad Corinth. Cap. 15. Cùm autem mortale hoc induerit immortalitatem, tũc fiet ſermo qui ſcriptus eſt: Abſorta eſt mors in victoria. Vbi eſt mors victoria tua? Vbi eſt mors ſtimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatum eſt: Virtus verò peccati, Lex. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Itaque fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote & immobiles, abundantes in opere Domini ſemper, ſcientes quòd labor veſter non eſt inanis in Domino.

POSTER. Ad Cor. Cap. 12. Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, Angelus Satanæ vt me colaphizet. Propter quod

ter Dominum rogaui, vt diſcederet à me: & dixit mihi, ſufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.

IOAN. Cap. 9. Me oportet operari opera eius qui miſit me donec dies eſt: venit nox quando nemo poteſt operari. Quaodiu ſum in mundo, lux ſum mundi.

ET Cap. 15. Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite: ſic nec vos niſi in me manſeritis. Ego ſum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multū: quia ſine me nihil poteſtis facere.

AD TITVM, Cap. 2. Vt ſuprà, Cap. 1. Lect. 11. lit. E.

AD PHILIPP. Cap. 2. Deus eſt enim qui operatur in vobis, & velle, & perficere, pro bona voluntate.

POSTER. Petri, Cap. 5. Vt ſuprà, Cap. 1. Lect. 2. lit. B.

B GENES. Cap. 4. Sed & Seth natus eſt filius, quem vocauit Enos. Iſte cœpit inuocare nomen Domini.

DEVTERON. Cap. 4. Nec eſt alia natio tam grandis quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris.

MATTHÆ. Cap. 7. Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur. Aut quis eſt ex vobis homo, quem ſi petierit filius ſuus panem, nunquid lapidem porriget ei? Aut ſi piſcem petierit, nunquid ſerpentem porriget ei? Si ergò vos cùm ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris: quantò magis Pater veſter qui in cœlis eſt, dabit bona petentibus ſe?

ET Cap. 21. Et omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis.

ET Cap. 26. Vigilate, & orate vt non intretis in tentationem: ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma.

LVC. Cap. 18. Dicebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet ſemper orare & non deficere, dicens, Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deū non timebat, & hominem non reuerebatur. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum, dicens, Vindica me de aduerſario meo. Et nolebat per multum tempus. Poſt hæc autem dixit intra ſe, Et ſi Deum non timeo, nec hominem reuereor: tamen quia molesta eſt mihi hęc vidua, vindicabo illam, ne in nouiſsimo veniens ſuggillet me. Ait autem Dominus, Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet vindictā electorum ſuorum clamantium ad ſe die ac nocte: & patientiam habebit in illis? Dico vobis quia citò faciet vindictam illorum.

ET Cap. 21. Vigilate itaq; omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere iſta omnia quę futura ſunt, & ſtare ante filium hominis.

F AD ROMAN. Cap. 8. Vide ſup. litera C.

ET Cap. 12. Orationi inſtantes.

AD EPHES. Cap. 6. Et galeam ſalutis aſſumite: & gladium ſpiritus, (quod eſt verbum Dei) per omnem orationem & obſecrationem orantes omni tempore in ſpiritu: & in ipſo vigilantes in omni inſtantia & obſecratione pro omnibus ſanctis.

AD COLOS. Cap. 4. Orationi inſtate, vigilantes in ea in gratiarū actione.

PRIOR. Ad Theſſalon. Cap. 5. Sẽper gaudete, ſine intermiſsione orate. In omnibus gratias agite. Hæc eſt enim voluntas Dei in Chriſto Ieſu in omnibus vobis.

PRIOR. Petri, Cap. 4. Eſtote itaq; prudentes, & vigilate in orationibus.

IACOB. Cap. 5. Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuabit eum Dominus: & ſi in peccatis ſit, remittentur ei. Confitemini ergò alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem vt ſaluemini. Multùm enim valet deprecatio iuſti aſsidua. Elias, homo erat ſimilis nobis paſsibilis: & oratione orauit vt non plueret ſuper terram, & nō pluit annos tres & menſes ſex. Et rurſum orauit, & cœlum dedit pluuiā, & terra dedit fructum ſuum.

AVTHORIT. PATR.

B 1 ORIGE. tom. 2. In Cap. 3. ad Rom. Lib. 3. *prope finē.* Saluator in Euāgelijs dicit: Quia Moyſes de me ſcripſit. Qui *Ioan. 5.* ergò non credit Chriſto, de quo Moyſes ſcripſit in Lege, deſtruit Legē: qui autē credit Chriſto, de quo Moyſes ſcripſit, Legē

cõfirmat per fidẽ, quia credit in Chriſtũ. *Et mox.* Ego etiam illud conuenienter adijciam, quod omnis qui credẽs Chriſto benè agit, & continet ſe ab omni macula peccati, hic Legem Dei rectè viuendo confirmat. Qui verò præceps peccatorum vitijs agitur, & ſine vllo pœnitendi retinaculo aſsiduitate ſcelerum maculatur, hic etiam ſi credere Chriſto videatur, per fidẽ ſuam non ſtatuit, ſed deſtruit Legem.

Chriſtianus benè viuẽs, Dei legẽ cõfirmat.

2 I D E M, in Cap. 4. Lib. 4. *Verſus finem.* Dicit in alijs idem Apoſtolus. Quia cum Chriſto coexcitauit nos Deus, & ſimul cum ipſo ſedere fecit in cœleſtibus. Hoc eſt ergò quod admonet: Si creditis Chriſtum ſurrexiſſe à mortuis, credite etiã voſmetipſos cum ipſo pariter ſurrexiſſe. Et, ſi creditis quia ſedet ad dexteram Patris in cœlis, etiam voſmetipſos credite iam non in terrenis, ſed in cœleſtibus collocatos. Et ſi creditis vos Chriſto commortuos, credite quia & conuiuetis ei. Et ſi creditis quia Chriſtus mortuus eſt peccato, & viuit Deo, etiam vos mortui eſtote peccato, & viuite Deo. Et hoc eſt quod authoritas Apoſtolica proteſtatur, & dicit, Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt ſapite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedẽs, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Quia qui hæc agit, hic ſe oſtendit credere in eum qui ſuſcitauit Ieſum Dominum à mortuis: & huic verè fides reputatur ad iuſtitiam. *Et ſtatim.* Propterea & in ſequentibus adiungit & dicit de Domino Ieſu: Qui traditus eſt propter peccata noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram: vt oſtendat quia ea pro quibus Chriſtus traditus eſt, etiam nos abhorrere debeamus, & abijcere. Si enim propter peccata noſtra traditum eum credimus, quomodò non alienum nobis & inimicum dicitur omne peccatum, pro quo Redemptor noſter traditus memoratur in mortem? Nam ſi in nobis aliqua rurſum ſocietas cũ peccato, aut amicitia fiat, oſtendimus quòd nihili ducamus mortem Chriſti Ieſu, amplectentes & ſequẽtes ea quæ ille expugnauit & vicit.

Epheſ. 2.
Oportet nos peccato mori, & Deo viuere.
Rom. 6.
Coloſ. 3.
Roma. 4.
Omne peccatum, inimicum nobis debet eſſe, ſi nolumus mortem Chriſti nihili ducere.

3 C H R Y S O S T. tom. 3. ſermone, De Fide & lege naturæ, Vt ſuprà, Cap. 1. Lectio. 16. litera. G. authoritate. 1. *Et rurſus.* Sicut lanas, quæ ſubinde in tincturas immergũtur, crebra tinctio profundius operationẽ recipere facit: Ita opus eſt vt animæ nr̃æ cõtinuò in Diuinos ſermones intingantur, vt abluamur quidem à veteri opprobrio, induamur autem nouam pulchritudinem. Enimuerò lanæ illæ cùm tinguntur, naturæ ſuæ nomen amittunt, & tincturæ nomen accipiunt: & non vltrà vocas lanam, ſed vel purpuram, vel coccinum, vel paraſinum, vel tale aliquid, prout colorem tinctæ præbuerit tinctura. Si igitur tinctio naturæ nomen transformat: cur Dei natura non transformet hominem, ita vt is qui antè pulueris gerebat imaginem, poſt tincturam, imaginem gerat fulgidam, & plus quàm cœleſtem?

Abluti à veteri opprobrio, induãs nouam pulchritudinẽ.

4 I D E M, tom. 4. Homil. 1. in Cap. 1. ad Epheſ. Num, quæſo, fatendum eſt, puerulum eiuſmodi videri debere cunctis gratioſum, qui cum venuſto corpore, & plurimum habet in verbis leporem? Sanè ad hunc modum fideles ſe habent omnes. Vide iam qualia efferunt iſti qui primùm ſunt initiati. Quid illo ore contingere poſsit gratioſius, quod verba deprõmit digna prorſus admiratiõne? quod puro cordis affectu, ac mundis labijs, illius myſticæ menſæ tam excellentis fit particeps cum multa alacritate ac fiducia? Quid, inquam, gratius poſsit eſſe verbis illis quibus renunciamus diabolo, quibus Chriſtianæ militiæ accenturiamur & counimur? Quid profeſsione ea elegantius, quæ illam, per lauacrum, præit regenerationem? Illa item, quæ ſequitur? Nobiſcũ reputemus quotquot ipſi baptiſma noſtro vitio contaminauimus, ac ſuſpiremus: vt quam fecimus iacturam, de integro ſarciamus.

Baptiſmi, qui effectus.

5 I D E M, Homil. 11. In Cap. 6. ad Roman. Neque enim baptiſma valet tantùm ad priora peccata delenda, ſed & aduerſùm futura confirmat. Itaque quemadmodùm in illis fidem contuliſti tuam, vt ea delerentur: ſic & in ſubſequentibus ſtudij mutationem exhibe, vt ne te ipſe rurſus ſordides.

Baptiſmus præterita delet peccata, & contra futura confirmat.

6 I D E M, tom. 10. hom. 4. In Gen. Cap. 17. Illa circuncisio dolorem habet & laborem: & nulla alia ex circunciſione fuit vtilitas, quàm hæc ſola, quòd ex hoc ſigno eſſent cognobiles, & ab alijs gentibus ſequeſtrarentur. Noſtra autem circuncisio, vel baptiſmatis, inquam, gratia, medicinam habet citra dolorem, & innumera bona

Circũciſionis quæ vtilitas

nobis

nobis affert, & Spiritus ſancti gratia nos implet, & nullum definitum habet tempus ſicut illic: ſed licet & in prima, & in media, & in vltima ætate hanc non manu factam circuncilionem recipere, in qua non ſuſtinetur labor, ſed peccatorum deponuntur onera: & remiſsio inuenitur omnium peccatorum, quæ per totam vitam geſta ſunt. Quippe cùm Deus vidit grauem noſtram infirmitatẽ, & quòd ægrotemus incurabiliter, ſummaque indigeremus medicina, ac indicibili miſericordia diſpenſans noſtram ſalutem, largitus eſt nobis per lauacrum regenerationis innouationem: vt depoſito homine vetere, hoc eſt, operibus malis, & induti nouũ, in viá virtutis eamus.

Baptiſmi inſignes effectus.

7 AMBROSIVS, tom. 5. In Cap. 8. ad Romanos. Vt iuſtificatio Legis adimpleretur in nobis, (qui non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecundùm Spiritum,) ideò damnatum dicit peccatum, vt impleretur in nobis iuſtificatio Legis datæ à Moyſe. Sublati enim de conditione Legis, facti ſumus amici eiuſdem. Iuſtificati enim amici Legis ſunt. Quomodò impletur in nobis iuſtificatio, niſi cùm datur remiſsio omnium peccatorum, vt ſublatis peccatis iuſtificatus appareat, mente ſeruiens Legi Dei? Hoc eſt non ſecundùm carnem ambulare, ſed ſecundùm ſpiritum, vt deuotio animi, qui eſt ſpiritus, non conſentiat deſyderio peccati, quia per carnem ſeminat concupiſcentias animæ quod ineſt peccatum.

Roma. 8.

Quid ſit, nõ ſecundũ carnem ambulare, ſed ſecundùm ſpiritũ.

8 AVGVST. tom. 4. Lib. 2. quæſtionum ſuper Exodum, quæſtio. 166. In ſecũdis tabulis homo per adiutorium Dei tabulas fecit atque conſcripſit: quia noui teſtamenti charitas Legem fecit. Vnde dicit Dominus: Non veni Legem ſoluere, ſed adimplere. Dicit autem Apoſtolus: Plenitudo Legis charitas. Et: Fides quæ per dilectionem operatur. Factum eſt itaque homini facile in nouo teſtamento, quod in vetere difficile fuit, habenti fidem quæ per dilectionem operatur: atque illo digito Dei, hoc Spiritu Dei intus eam in corde ſcribente, non foris in lapide. Vnde dicit Apoſtolus, Non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus: quoniam Charitas Dei, qua veraciter impletur præceptum, diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis.

Matth. 5.

Rom. 13

Galat. 5.

Quod difficile fuit in veteri teſtamento, factũ eſt facile in nouo.

2. Cor. 3.

9 IDEM, tom. 3. Lib. de Fide & operibus, Cap. 8. Sed in actibus Apoſtolorum Petrus (*inquiunt*) ſic allocutus eſt illos, qui verbo audito baptizati ſunt vno die tria millia, vt eis ſolam fidem qua in Chriſtũ crederent, prædicaret. Qui cùm dixiſſent, Quid faciemus? Reſpondit eis, Agite pœnitentiam, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti in remiſsionem peccatorum, & accipietis donum Spiritus ſancti. Cur ergò non aduertunt quod dictum eſt, Agite pœnitentiam? Ibi eſt enim vitæ veteris expoliatio, vt noua induantur, qui baptizantur. Cui autem fructuoſa eſt pœnitentia, quæ agitur de mortuis operibus, ſi in adulterio perſeueret, alijſque ſceleribus, quibus dilectio mundi huius inuoluitur? Sed infidelitatis, inquiunt, tantummodò, quia in Chriſtum non crediderunt, eos voluit agere pœnitentiam. Mira præſumptio, (nolo quicquam grauius dicere) quando eo audito quod dictum eſt, Agite pœnitentiam: ſolius infidelitatis acta dicuntur, cùm vita mutanda ex vetere in nouam, doctrina Euangelica traderetur, vbi vtique & illud eſt, quod in ea ſententia ponit Apoſtolus: Qui furabatur, iam nón furetur: & cætera, quibus exequitur quid ſit deponere veterem hominem, & induere nouum. In his autem ipſis verbis Petri, habent vnde admoneri potuiſſent, ſi diligenter attendere voluiſſenr. Cùm enim dixiſſet, Agite pœnitentiam, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti in remiſsionem peccatorum, & accipietis donum Spiritus ſancti, (nobis enim hæc eſt promiſſio facta, & filijs noſtris, & omnibus qui ſunt longè, quoſcunque aduocauerit Dominus Deus noſter) continuò ſubiecit, qui librum ſcripſit, atque ait, Et cæteris verbis pluribus teſtificabatur dicens, Eripite vos à ſeculo hoc prauo. At illi auidiſſimè capientes exceperunt verba, & crediderunt, & baptizati ſunt, & adiectæ ſunt illa die tria millia animæ. Quis hîc non intelligat, & cæteris pluribus verbis, quæ à ſcriptore propter lungitudinem non recitantur, id egiſſe Petrum vt eriperent ſe ab hoc ſeculo prauo, quandoquidem ipſa ſententia breuiter indicata

Acto. 2.

Baptizati veterem hominẽ exuũt, vt nouũ induant.

Epheſ. 4.

Quid ſit deponere veterẽ hominẽ.

Acto. 2.

Acto. 2.

Baptizati non ſolũ fidem ſeruare debẽt, ſed etiã eripere ſe ab hoc ſeculo prauo.

eſt, cui perſuadendę verbis pluribus Petrus inſtabat? Ipſa quippe ſumma poſita eſt, cùm dictum eſt; Eripite vos à ſeculo hoc prauo. Verbis autem pluribus vt hoc fieret teſtificatur Petrus. In his verbis erat mortuorum operum condẽnatio quæ nequiter agunt huius ſeculi dilectores, & commendatio vitæ quam teneant atque ſectentur, qui ſe ab hoc prauo ſeculo eripiunt. Iam itaque ſi placet affirmare conentur, eum ſe eripere ab hoc ſeculo prauo, qui tantummodò credit in Chriſtum, etiamſi in flagitijs quibus voluerit, perſeueret vſque ad profeſsionem adulterij. Quod ſi dicere nefas eſt, audiant baptizandi, non ſolùm quid credere debeant, ſed etiam quemadmodùm ſe ab hoc prauo ſeculo eripiant. Ibi enim neceſſe eſt vt audiant, quemadmodùm credentes viuere debeant.

CAPVT. III.

DE ORATIONE.

LECTIO PRIMA.

DOCTOR.

QVID verò tu orandi & inuocandi nominibus intelligis?

ADOLESCENS.

Sanè vt magna ſpe ac [a] mentis contentione [b] noſtram Deo inopiam proponentes, opem [c] ac beneuolentiam eius flagitemus.

DOCTOR.

Ergò cùm in Deo vno [d] ac ſolo noſtra omnis ſpes ac fiducia ſit collocanda, ille ſolus à nobis orandus eſt, atque inuocandus.

a Matt.7. Luc.11.& 18. Iacob.5.
b Luc.21. Ioan.4. Epheſ.5. Roman.8. 1.Cor.14.
c 2.Par.20. Iudit.8. Dan.9. Iacob. 5.
d 2.Reg 22.Pſal.90. Matth.12. Coloſ.1. Heb.9. Aug. in pſal. 4.

ADOLESCENS.

Planè, ſi tu inuocationis aut orationis nomen non niſi ad eũ transferas, qui omnium eſt, Pater ac Opifex: alioqui enim non licet ſolùm, verùmetiam iubemur noſtram inter nos mutuò neceſsitatem, [e] ac inopiam referre, & mutuis quoque precibus ac votis inuicem ſuppetias ferre, ac proinde orandi atque adeò inuocandi Sancti, ac ſpiritus Beati ac immortales.

e Matth.6. Rom. 15. 2.Corin.1. Philip.1. & 4. 1.Theſſal. 5. 1.Tim.2. Hebr.13. Iacob.5. 1.Ioan.5.

DOCTOR.

Hæc quidem vera ſunt ſi ad Angelos, [f] quòd rerum noſtrarum ſint tanquàm adminiſtri, referantur: & ad eos homines, [g] qui nobiſcum vitam in terris agunt, reſpicias. Sed quid cenſes de ijs, qui iam in cœlis immortalitatis gloria perfruuntur?

f Exod. 23. Iob. 5.
g Danie.9. Matt.18. Act.19.
g 1.Tim.2. Iacob. 1.

ADOLESCENS.

Eadem & horum omnino eſt ratio.[h] Neque enim noſtra minus ibi curant, ſalutique noſtræ ſegnius conſulũt, quàm cùm nobiſcum viuerent, atque adeò etiam ea de re magis eſſe ſolicitos exiſtimo, tùm quòd eorum ſtatus ac dignitas communem erga nos dilectionem non imminuit, ſed auget: tùm, quòd cùm ſui cauſa, non amplius angi debeant, liberius multò fratrum inopiæ ſubleuandæ, inſtare, amoris iure teneantur.

h *Hiere.15. Baruch.3. 2.Pet.1. Apocalyp.5. Greg.hom.3.in cant.& in.c.24. Matt.& cont Celſ.lib.8.Cypria. lib.1.epiſt.1. Chryſoſt.hom.66. ad popu.& hom.11. poſt reditũ. & oratione de B. Philogo. Aug.in pſal.88.& tract. 84.in Ioan.& de cur.pro mor.c.16.& cõtr.Fauſt.lib.20.c.21.& lib. medita.c.23. Greg.Nazianz.in Baſil.& orat.19. Hiero.cont.Vigilant.& ad Euſtoch.Pruden.de Martyr.*

DOCTOR.

Poſſunt'ne illi rerum noſtrarum ſcientiam aſſequi, & quæ ab illis poſtulamus, intelligere?

ADOLESCENS.

Illi profectò ſtatum Eccleſiæ ignorare nullo modo poſſunt, tùm quòd pleraq; omnia in Deo, veluti in ſpeculo quodam, rerum omnium indice, intueantur:[i] tùm quòd eorum, quæ experti ſunt ipſi dum viuerent, minimè poſſunt obliuiſci: tùm denique quòd internuncios quotidie eos excipiunt, qui hinc ad eos commeant, & Angelorum quotidianis erga nos officijs aſſueti, ab ijs certiores reddi poſsint.

i *Aug.de Spiritu & anima.c.59. & de cura pro mor. c. 25. & de Ciuit.lib.10.c.7.&.12.& lib. 22.c.18.Gregor.lib. 12.mor.c. 13.& lib.4. dialog.Theodoret. Græca.affect.lib. 8.Hiero.contr. Vigilant.*

DOCTOR.

Sed hæc, quæ diſtinctè à ſingulis poſtulantur, intelligunt'ne?

ADOLESCENS.

Quid ni? Nam & in cœlis conſidentes Angeli rectè ea intelligunt, quando vel ob vnius hominis reſipiſcentiam vehementer gaudent,[k] quod ab ijs fieri perfectè non poſſet, niſi eam prius cognoſcerent. Atqui non minus intereſt ſanè noſtrorum quoque fratrum, Deo reuelante, noſtra ſcire, vt vel hàc vna ratione, beatitudinis aliqua quotidie illis fiat acceſsio.

K *Tob.12. Dan. 9. Luc.15. Auguſt.de prædeſt. ſanct.c. 24. & de cognit.c.9.&.38.& de ciuit. lib.21.c.27. & lib.22. cap.10. Nicola.Cabas.c.48.Licurg.Damaſ.lib.4.de fide.orth.c.16.*

AVTHORIT. SCRIP.

A MATTH. Cap.7. Vt ſuprà, Lect. præcedenti lit.E.

LVC. Cap. 11. Quis veſtrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi, Amice, accommoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & nõ habeo, quod ponam ante illum: & ille deintus reſpondens dicat, Noli mihi

mole-

moleſtus eſſe, iam oſtium clauſum eſt, & C
pueri mei mecum ſunt in cubili: non poſ-
ſum ſurgere, & dare tibi. Et ſi ille perſeue-
ranerit pulſans: dico vobis, & ſi non dabit
illi ſurgẽs, eò quòd amicus eius ſit, propter
improbitatem tamen eius ſurget, & dabit
illi quotquot habet neceſſarios. Et ego di-
co vobis, petite, & dabitur vobis: quærite,
& inuenietis; pulſate, & aperietur vobis.
Omnis enim qui petit, accipit: & qui quę-
rit, inuenit: & pulſanti aperietur. Quis au-
tẽ ex vobis patrem petit panẽ, nunquid la
pidem dabit illi? Aut piſcem: nunquid pro
piſce ſerpentem dabit illi? Aut ſi petierit
ouum, nunquid porriget ei ſcorpionem? Si
ergò vos cùm ſitis mali, noſtis bona data
dare filijs veſtris: quantò magis Pater ve-
ſter de cœlo dabit Spiritum bonum peten
tibus ſe?

E T Cap. 18. Vide ſup. lect. præcedẽti,
litera. E.

I A C O B. Cap. 5. Vt ſup. lect. præce-
denti, lit. F.

B L V C. Cap. 21. Vigilate itaque, omni
tempore orantes, vt digni habeamini fuge-
re iſta omnia, quæ futura ſunt, & ſtare an-
te Filium hominis.

I O A N. Cap. 4. Domine, da mihi hãc
aquam, vt non ſitiam, neque veniã huc hau
rire. E T. Sed venit hora, & nũc eſt, quan
do veri adoratores adorabunt Patrem in
Spiritu & veritate. Nã & Pater tales quę-
rit, qui adorent eum. Spiritus eſt Deus: & D
eos qui adorant eum, in Spiritu & veritate
oportet adorare.

A D E P H E S. 5. Et nolite inebriari
vino, in quo eſt luxuria, ſed implemini Spi
ritu ſancto, loquẽtes vobiſmetipſis in pſal
mis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus, cã
tantes & pſallentes in cordibus veſtris Do
mino: gratias agentes ſemper pro omnibus
in nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, Deo
& Patri.

A D R O M. Cap. 8. Similiter autem
& Spiritus adiuuat infirmitatẽ noſtram:
nam quid oremus, ſicut oportet, neſcimus:
ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemi-
tibus inenarrabilibus. Qui autem ſcruta-
tur corda, ſcit quid deſyderet Spiritus: quia
ſecundùm Deum poſtulat pro ſanctis.

P R I O. Ad Corinth. Cap. 14. Nam ſi
orem lingua, ſpiritus meus orat, mens au-
tẽ mea ſine fructu eſt. Quid ergò eſt? Ora-
bo ſpiritu, orabo & mente: pſallam ſpiri-
tu, pſallam & mente.

L I B. 2. Paralipo. Cap. 20. Cùm igno-
remus, quid agere debeamus, hoc ſolum ha
bemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus
ad te.

I V D I T H, Cap. 8. Sed qnia patiens
Dominus eſt, in hoc ipſo pœniteamus, &
indulgentiam eius fuſis lacrymis poſtule-
mus. Non enim quaſi homo, ſic Deus com
minabitur: neque ſicut filius hominis ad
iracundiam inflammabitur. Et ideò humi-
liemus illi animas noſtras: & in ſpiritu con
ſtituti humiliato, ſeruientes illi dicamus
flentes Domino, vt ſecundùm voluntatem
ſuam, ſic faciat nobiſcum citò miſericor-
diam ſuam.

D A N I E L. Cap. 9. Et poſui faciem
meam ad Dominum Deum meum, roga-
re & deprecari in ieiunijs, ſacco & cinere.
Et oraui Dominum Deum meum, & con-
feſſus ſum, & dixi, Obſecro Domine Deus
magne & terribilis, cuſtodiens pactum &
miſericordiam diligentibus te, & cuſto-
dientibus mandata tua; Peccauimus, ini-
què fecimus, impiè egimus, & receſsimus,
& declinauimus à mãdatis tuis ac iudicijs,
&c. Exaudi Domine, placare Domine: at-
tende & fac: ne morêris propter temetip-
ſum Deus meus, quia nomen tuum inuoca-
tum eſt ſuper ciuitatem, & ſuper populum
tuum.

I A C O B. Cap. 5. Vt ſup. lect. præce-
denti, lit. F.

L I B. 2. Reg. Cap. 22. Dominus petra
mea, & robur meum, & Saluator meus.
Deus fortis meus, ſperabo in eum: ſcutum
meũ & cornu ſalutis meæ: eleuator meus,
& refugium meum. Saluator meus, de ini-
quitate liberabis me. Laudabilem inuoca-
bo Dominum, & ab inimicis meis ſaluus
ero. E T. In tribulatione mea inuoca-
bo Dominum, & ad Deum meum cla-
mabo.

P S A L. 90. Qui habitat in adiutorio
Altiſsimi, in protectione Dei cœli commo
rabitur. Dicet Domino, ſuſceptor meus es
tu, & refugium meum, Deus meus ſpera-
bo in eum.

M A T T H. Cap. 12. In nomine eius
gentes ſperabunt.

A D C O L O S. Cap. 1. Myſterium
quod abſconditum fuit à ſeculis & genera-
tionibus, nunc autem manifeſtatũ eſt ſan-
ctis eius, quibus voluit Deus notas facere
diuitias gloriæ Sacramenti huius in genti-
bus, quod eſt Chriſtus, in vobis ſpes glorię,
quem

quem nos annunciamus, corripientes omnem hominem, & docentes omnem hominem in omni ſapientia, vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu.

AD HEBR. Cap. 9. Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata: ſecundò ſine peccato apparebit expectantibus ſe, in ſalutem.

E MATTH. Cap.6. Tu autem, cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora Patrem tuum in abſcõdito: & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi. ET. Pater noſter qui es in cœlis, &c.

AD ROM. Cap. 15. Obſecro ergo vos fratres per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & per charitatem ſancti Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus pro me ad Deum, vt liberer ab infidelibus, qui ſunt in Iudæa, & obſequij mei oblatio accepta fiat in Hieruſalem ſanctis, vt veniã ad vos in gaudio per voluntatem Dei, vt refrigerer vobiſcum.

POSTE. Ad Corinth. Cap. 1. Sed ipſi in nobiſmetipſis reſponſum mortis habuimus, vt non ſimus fidentes in nobis, ſed in Deo, qui ſuſcitat mortuos: qui de tantis periculis nos eripuit, & eruit: in quem ſperamus, quoniam & adhuc eripiet, adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis: vt ex multarum perſonis facierum eius, quæ in nobis eſt donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis.

AD PHILIP. Cap. 1. Scio enim quia hoc mihi proueniet ad ſalutem, per veſtram orationem & ſubminiſtrationem Spiritus Ieſu Chriſti.

ET Cap.4. Nihil ſoliciti ſitis: ſed in omni oratione & obſecratione cum gratiarum actione, petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum.

PRIO. Ad Theſſalo. Cap.5. Semper gaudete: ſine intermiſsione orate. ET. Fratres orate pro nobis.

PRIO. Ad Timoth. Cap.2. Obſecro igi- G tur primùm omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus & omnibus, qui in ſublimitate ſunt: vt quietã & tranquillam vitã agamus in omni pietate & caſtitate. Hoc enim bonum eſt, & acceptum coram Saluatore noſtro Deo.

AD HEBR. Cap.3. Orate pro nobis. Confidimus enim quia bonã conſcientiam habemus; in omnibus bene volentes conuerſari. Amplius autem deprecor vos hoc facere, quò celerius reſtituar vobis.

IACOB. Cap.5. Vt ſuprà, Cap. 2. Lect.15. lit.F.

PRI. IOAN. Cap.5. Et hæc eſt fiducia, quam habemus ad Deũ: quia quodcunq; petierimus ſecundùm voluntatem eius, audit nos. Et ſcimus quia audit nos quidquid petierimus: ſcimus, quoniam habemus petitiones, quas poſtulamus ab eo. Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita, peccanti peccatum non ad mortem.

F EXOD. Cap.23. Ecce ego mittã Angelum meum, qui præcedat te, & cuſtodiat in via, & introducat in locum, quem præparaui. Obſerua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes: quia non dimittet cùm peccaueris: & eſt nomẽ meum in illo.

IOB, Cap.5. Voca ergò, ſi eſt, qui tibi reſpondeat, & ad aliquem Sanctorum conuertere.

DANIE. Cap.9. Adhuc me loquente in oratione, ecce vir Gabriel, quem videram in viſione à principio, citò volans tetigit me in tempore ſacrificij veſpertini, & docuit me, & loquutus eſt mihi.

MATTH. Cap.18. Videte ne contemnatis vnum ex his puſillis: Dico enim vobis, quia Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei, qui in cœlis eſt.

ACT. Cap. 10. Vir autem quidam erat in Cæſarêa nomine Cornelius, Centurio cohortis, quæ dicitur Italica, religioſus, ac timens Deum cum omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas plebi. Et deprecans Deum ſemper, is vidit in viſu manifeſtè, quaſi hora diei nona, Angelũ Dei introeuntem ad ſe, & dicentem ſibi, Corneli. At ille intuens eum timore correptus, dixit, Quis es Domine? Dixit autem illi, Orationes tuæ, & eleemoſynę tuę aſcẽdetunt in memoriam in conſpectu Dei.

PRIO. Ad Timoth. Cap.2. Vt ſuprà, litera.E.

IACOB. Cap. 1. Si quis autem veſtrum indiget ſapiẽtia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluẽter, & non improperat. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans. Qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento mouetur, & circunfertur: non ergo æſtimet homo ille, quòd accipiat aliquid à Domino.

H HIEREM. Cap: 15. Et dixit Dñs

ad me

ad me, Si ſteterit Moyſes & Samuel corã me,non eſt anima mea ad populum iſtum.

BARVCH, Cap.3.Domine Omnipotens, Deus Iſraël,audi nunc orationem mortuorum Iſraël,& filiorum ipſorum qui peccauerunt ante te,& non audierunt vocem Domini Dei ſui, & agglutinata ſunt nobis mala.

POSTE. Petri,Cap.1. Dabo autem operam & frequenter habere vos poſt obitum meum,vt horum memoriam faciatis.

APOCALYP. Cap.5.Et cùm aperuiſſet librum,quatuor animalia & viginti quatuor ſeniores ceciderunt coram Agno, habentes ſinguli citharas,& phialas aureas plenas odoramẽtorum,quæ ſunt orationes Sanctorum.

K TOBIÆ Cap.12.Quando orabas cũ lacrymis,& ſepeliebas mortuos,& derelinquebas prandium tuũ,& mortuos abſcondebas per diem in domo tua, & nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.

DANIEL. Cap.9.Vt ſup,lit.F.

LVC. Cap.15.Ita dico vobis,gaudiũ erit coram Angelis Dei,ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.

AVTHORIT. PATR.

Auxilium Dei maximè implorandũ.

D 1 AVGVST. tom.8.in Pſalm. 4. *Verſu,Dominus exaudiet me, cùm clamauero ad eum.* Hic nos admoneri credo, vt magna intentione cordis,id eſt,interno & incorporeo clamore, auxilium imploremus Dei.Quoniam ſicut gratulandum eſt de illuminatione in hac vita, ita orandum pro requie poſt hanc vitam.

Sancti in cœlo iuuant nos precibus ſuis.

2.Mac.15.

H 1 ORIGEN. tom.1.in Cantica,hom. 3.Sed & omnes Sancti, qui de hac vita deceſſerunt,habentes adhuc charitatem erga eos,qui in hoc mundo ſunt, ſi dicantur curam gerere ſalutis eorum, & iuuare eos precibus ſuis atque interuentu apud Deũ, non erit inconueniẽs. Scriptum nanq; eſt in Machabęorum libris ita:Hic eſt Hieremias Propheta Dei, qui ſemper orat pro populo.

Ad ſanctos, qui montes dicuntur, cõfugiendum.

Matth.24.

2 IDEM tom.2. in Cap.24. Matthæ. tract.29.Qui autem fugit, debet cognoſcere etiam locum, ad quem fugere debet,& orare etiam propter tempus,vt non in eo tempore fugiat, quod eſt aduerſarium fugæ.Loca ergo fugientibus erunt montes, quos Chriſtus oſtendit dicens: Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes. Et qui fugiunt in iſtos montes dicant pſalmum graduum ſic habentẽ:Leuaui oculos meos in montes,vnde veniet auxiliũ mihi.Ideò autem tollit oculos ſuos in mõtes,quia ſcit abundantiã,quæ eſt in montibus illis:propterea dicit:Fundamenta eius in montibus ſanctis.

Pſal. 120.

Pſalm. 86.

3 IDEM tom.2. lib.8.Cõtra Celſum. Vnus eſt nobis placandus Deus vniuerſorum Dominus,vnius fauor ambiendus per pietatem virtuteſque cæteras.Si vult præter hunc placari etiam alios, cogitet quòd ſicut moto corpore, vmbra ipſius quoque mouetur:Ita cùm aliquis Deum habet propitium ſequitur, vt amicos habeat omnes eius Angelos,animas & ſpiritus. Sentiunt enim, qui ſint digni fauore cœleſtis numinis,quibus non ſolùm ipſi bene volunt, verùm etiam dant operam, vt Deum ei ſeruire volentibus,concilient,& vnà nobiſcum precantur:vt quotquot eum colimus, audeamus dicere,hominibus bonæ voluntatis precantibus vltrò ſe adiungere innumera Sanctorum Angelorum millia, & intercedere pro mortali noſtro genere, & (vt ita loquar) laborare nobiſcum in hoc certamine.

Angeli, & Sanctorum animæ, noſtra norunt, ac pro nobis et nobiſcum precantur.

4 CYPRIA. Lib. 1.Epiſt.1. Ad Cornelium Papam. Memores noſtri inuicem ſimus,concordes atque vnanimes,vtrobiq; pro nobis ſemper oremus,preſſuras & anguſtias mutua charitate releuemus. Et ſi quis hinc noſtrum prior Diuinæ dignationis celeritate præceſſerit, perſeueret apud Deum noſtra dilectio, pro fratribus & ſororibus noſtris apud miſericordiam Patris non ceſſet oratio.

Et in hac vita & in cœlo Sãcti orãt pro alijs.

5 CHRYSOS. tom.5. Homil.66.ad populum Antiochenum. Et ſeruorum Crucifixi ſepulcra regijs aulis ſunt clariora, non magnitudine & ædificiorum pulchritudine (nam & in hoc quidem ſuperant) ſed quod multo maius eſt, conuenientium ſtudio.Nam & ipſe qui purpuram indutus eſt,accedit illa complexurus ſepulcra, & faſtu depoſito, ſtat ſanctis ſupplicaturus,vt pro ſe apud Deum intercedant: Et ſcenarum fabrum, & piſcatorem etiã mortuos vt protectores orat, qui diademate redimitus incedit. Audebis igitur,quæſo,horum Dominum nuncupare mortuum, cuius ſerui vel mortui terrarũ orbis regũ ſunt protectores? Nec hoc tantùm quis Romę fieri viderit,verùm & Conſtantinopoli.

Accedũt Cæſares ad orãdos Sanctos cum Chriſto regnantes.

6 IDEM

quæ in magnam ſurrexiſtis altitudinem, adiuuate nos vile pauimẽtum longè inferius iacentes. Dare manũ & erigite iacentes ſuper pedes, vt conualeſcẽtes de infirmitate, fortes efficiamur in bello. Intercedite, & orate conſtantes atque indeſinẽter pro nobis miſeris multumq; negligentibus peccatoribus, vt per veſtras orationes veſtro ſancto conſortio coniũgamur, quia aliter ſalui eſſe non poſſumus. Sumus nanq; valdè fragiles & nullius virtutis homunciones, animalia ventris & carnis mancipia, in quibus vix aliquod virtutis veſtigium apparet. Et tamen ſub Chriſti confeſsione poſiti, ligno Crucis ferimur, nauigãtes per hoc mare magnũ & ſpacioſum, vbi ſunt reptilia, quorum non eſt numerus, vbi ſunt animalia puſilla cum magnis, vbi eſt draco ſæuiſsimus, ſemper paratus ad deuorandum, vbi ſunt loca periculoſa, Scylla & Charybdis, & alia innumerabilia, in quib⁹ naufragãtur in cauti, & in fide dubij. Orate Dñm, orate pijſsimi, orate omnia agmina Sanctorum, & vniuerſi cœtus beatorum, vt veſtris precibus meritiſq; adiuti, ſalua naue & integris mercibus peruenire mereamur ad portum perpetuæ ſalutis & quietis, & continuæ pacis, & nunquàm finiendæ ſecuritatis.

Hebra. 11.

Pſal. 103.

13 GREGOR. Naziãzenus in oratione funebri in laudem Baſilij Magni, quæ eſt. 20. Cæterum noſtra, quocunque Deo placuerit, ferantur: ferentur autem interceſsionibus illius (*Baſilij*) melius. *Et in fine.* Nunc in cœlis, ibique pro nobis, vt arbitror ſacrificia offert, ac pro populo orat. Licet enim nos reliquerit, non tamen omnino reliquit. Vobis autem, qui geſta eius celebratis, in primis conſulo, vt ſemper ad eum reſpiciatis, & tanquàm ipſe videat, & videatur, præparemini ſpiritui. *Et paulò pòſt.* Tu autem ſacrum & diuinum caput ex alto nos reſpice, & carnis ſtimulum inſtructionem noſtram à Deo nobis datam, aut tuis ſiſte precibus, aut fortiter me ferre perſuade, totamque vitam nobis in melius permuta. Quùm verò emigrabimus, nos ibi tuis excipe tabernaculis; quo ſimul viuentes, Trinitatem ſanctam & beatam pariter aſpiciamus purius & perfectius, cuius nunc ſimulacrum mediocriter percipimus. Ibi deſyderium ſiſtemus, ac eam accipiemus retributionem, quã pugnãdo acquiſiuimus, & acquirimus.

In cœlis pro nobis offert ſacrificia Baſilius, & pro populo orat.

Innocat S. Baſiliũ.

14 IDEM in Oratione funebri in laudem patris ſui mortui, quæ eſt. 19. *Paulò poſt initium.* Nec dubito quin hoc nunc quoque magis poſtulatione ſua faciat (*ſcilicet pater ipſius defunctus*) quàm prius doctrina: quippe qui excuſsis corporeis compedibus, ac fœci illa, mentis puritatem turbante, liberatus, propius iam Deo iungitur, ac nudus primam illam puriſsimam mentẽq; nudam alloquitur, Angelorumque claſſe ac libertate (ſi tam audacter loqui fas eſt) donatur.

Sãcti magis pro nobis nunc orant, quam cum viuebant.

15 HIERONY. tom. 2. Aduerſùs Vigilantium. Mortuum (*Samuelem*) ſuſpicaris, & idcirco blaſphemas. Lege Euangelium: Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob: non eſt Deus mortuorum, ſed viuorum. Si ergo viuunt, honeſto iuxta te, carcere non clauduntur. Ais enim vel in ſinu Abrahæ, vel in loco refrigerij, vel ſubter aram Dei, animas Apoſtolorum & Martyrum confediſſe, nec poſſe ſuis tumulis, & vbi voluerint, adeſſe præſentes. Senatoriæ videlicet dignitatis ſunt, vt non inter homicidas teterrimo carcere, ſed in libera honeſtaque cuſtodia in Fortunatorum inſulis, & campis Elyſijs recludantur. Tu Deo leges pones? Tu Apoſtolis vincula inijcies, vt vſque ad diem iudicij teneãtur cuſtodia, nec ſint cum Domino ſuo? De quibus ſcriptum eſt: ſequuntur Agnũ, quocunq; vadit. Si agnus vbiq;, ergo & ij, qui cũ agno ſunt, vbique eſſe credendi ſunt. Et cùm diabolus, & dæmones toto vagentur orbe, & celeritate nimia vbique præſentes ſint: martyres poſt effuſionẽ ſanguinis ſui, arca operientur incluſi, & inde exire non poterũt? Dicis in libello tuo, quòd dum viuimus, mutuò pro nobis orare poſſumus: poſtquã autem mortui fuerimus, nullius ſit pro alio exaudienda oratio, præſertim cùm martyres vltionem ſui ſanguinis obſecrantes, impetrare non quiuerint. Si Apoſtoli & Martyres, adhuc in corpore conſtituti, poſſunt orare pro cæteris, quando pro ſe adhuc debent eſſe ſoliciti, quãtò magis poſt coronas, victorias, & triumphos? Vnus homo Moyſes ſexcentis millibus armatorum impetrat à Deo veniam, & Stephanus imitator Domini ſui, & primus martyr in Chriſto, pro perſecutoribus veniam deprecatur: & poſtquàm cùm Chriſto eſſe cœperint, minus valebunt? Paulus Apoſtolus ducentas ſeptuaginta ſex ſibi dicit in naui animas condonatas: &, poſtquàm reſolutus, eſſe cœperit cùm Chriſto, tunc ora clauſurus eſt, & pro ijs, qui in toto orbe ad ſuum Euangelium

Mat. 15.
Luc. 50.

Apoc. 6.

Sanctos non poſſe viuis adeſſe, hæreſis eſt Vigilantij.

Apocal. 14.

Sancti nõ minus quam dæmones nobis adeſſe poſſunt.

Apocaly. 6.

Non tãtum viui pro viuis, ſed etiã mortui pro viuis orare poſsũt.

Exod. 31.

Acto. 7.

Acto. 27.

Per quem trementes poſteri
Exoſculamur lectulum:
Miſerere noſtrarum precum,
Placatus vt Chriſtus ſuis
Incliuet aurem proſperam,
Noxas nec omnes imputet.
Si ritè ſolennem diem
Veneramur ore & pectore,
Si ſub tuorum gaudio
Veſtigiorum ſternimur:
Pauliſper huc tu illabere,
Chtiſti fauorem deferens,
Senſus grauati vt ſentiant
Leuamen indulgentiæ.

Audit preces noſtras martyr.

22 ITEM Hymno. 9. in Caſsianum Forocornelianum.
Suggere, ſi quod habes iuſtum vel amabile votum,
Tibi ſi qua ſpes eſt, ſi quid intus æſtuas.
Audit, crede, preces Martyr proſperrimus omnes,
Rataſque reddit quas videt probabiles.
Pareo, complector tumulum, lacrymas quoq; fundo:
Alter tepeſcit ore, ſaxum pectore.
Tunc arcana mei percenſeo cuncta laboris:
Tunc quod petebam, quod timebam, murmuro:
Et poſt terga domum dubia ſub ſorte relictam,
Et ſpem futuri ſorte nutantem boni,
Audior, vrbem adeo, dextris ſucceſsibus vtor,
Domum reuertor, Caſsianum prædico.

23 ITEM Hymno vndecimo ad Hippolytum
Mira loci pietas, & prompta precantibus ara:
Spes hominum placida proſpetitate iuuat
Heîc corruptelis animique & corporis æger,
Oraui quoties ſtatus, opem merui.
Quôd lætor reditu, quòd te venerande ſacerdos,
Complecti licitum eſt, ſcribo quôd hæc, eadem
Hippolyto ſcio me debere: Deus cui Chriſtus
Poſſe dedit, quod quis poſtulet, annuere.

Precantes exaudit Hippolytus ex Chriſti munere.

24 ITEM Hymno. 13. In Cyprianum Carthaginenſem.
Deſine flere bonum tantum: teuet ille regna cœli,
Nec minus inuolitat terris, nec ab hoc recedit orbe:
Diſſerit, eloquitur, tractar, docet, inſtruit, prophetat,
Nec Libyæ populos tantum regit, exit vſque in ortum
Solis, & vſque obitum. Gallos fouet, imbuit Britannos,
Præſidet Heſpetiæ, Chriſtum ferit vltimis Ibêris.
Denique doctor humi eſt, idem quoque martyr iu ſupernis.
Inſtruit heîc homines, illinc pia dona dat patronus.

Sancti in cœlo degentes noſtris etiam rebus interſunt.

Ex cœlo dona dant patroni.

25 ITEM Hymno. 14. in Agnetem virginem Romanam.
Agnis ſepulcrum eſt Romulea in domo
Fortis puellæ, martyris inclytæ:
Conſpectu in ipſo condita turrium.
Seruat ſalutem virgo Quiritum:
Nec nou & ipſos protegit aduenas,
Puro ac fideli pectore ſupplices.

Auxiliũ & beneficia Sanctæ Agnetis.

26 *Et ſub finem.*
O Virgo felix, ô noua gloria,
Cœleſtis arcis nobilis incola,
Intende noſtris colluuionibus
Vultum gemello cum diademate:
Cui poſſe ſoli cuncti parens dedit,
Caſtum vel ipſum reddere fornicem.
Purgabor oris propitiabilis
Fulgôre, noſtrum ſi iecur impleas.
Nil non pudicum eſt, quod pia viſere
Dignaris, almo vel pede tangere.

Inuocat ſanctam Agnetem.

I 1 AVGVS. tom. 3. lib. de Spiritu & anima, Cap. 59. *alloquens Sanctos, ait.* Væ mihi miſero, qui nunquàm ſentio quod ſentitis: uec ibi ſum, vbi vos eſtis. In loco refrigerij, lucis, & pacis vos eſtis, vbi eſſe veſtrũ nou habebit mortem, noſſe veſtrum non habebir errorẽ, amare veſtrũ nõ habebit offenſionẽ, gaudiũ veſtrũ nõ habebit mœrorẽ. *Et mox.* Vos igitur, qui meruiſtis cõſortes fieri ſupernorum ciuium, & perfrui æternæ claritatis gloria, orate pro me ad

Sancti agnoſcũt ſine errore.

Sanctos inuocat vt pro ſe orent.

Dominum,vt educat me de iſto carcere in quo teneor captiuus & ligatus.

2 I D E M, tom. 4. Lib. De cura pro mortuis gerenda, Cap.15. Proinde fatendũ eſt,neſcire quidem mortuos quid hîc agatur,ſed dum hîc agitur:poſteà verò audire ab eis,qui hinc ad eos moriendo pergunt. Non quidẽ omnia,ſed quæ ſinuntur indicare,qui ſinuntur etiá iſta meminiſſe:& quę illos,quibus hæc indicant, oportet audire.

Quot modis mortui poſsint quæ hic geruntur cognoſcere.

Poſſunt & ab Angelis,qui rebus,quę aguntur hîc præſto ſunt,audire aliquid mortui, quod vnumquẽq; illorũ audire debere indicat,cui cuncta ſubiecta ſunt. Niſi enim eſſent Angeli,qui poſſent intereſſe & viuorum & mortuorum locis,non dixiſſet Dñs

Luc.16.

Ieſus:Contigit autem mori inopem illum, & ferri ab Angelis in ſinum Abrahæ.Nũc ergò hîc,nunc ibi,eſſe potuerunt, qui hinc illuc quẽ Deus voluit,abſtulerunt.Poſſunt etiã ſpiritus mortuorũ aliquã quæ hîc agũtur,quæ neceſſariũ eſt eos noſſe,& quæ neceſſarium nõ eſt eos nõ noſſe,non ſolũ prę terita vel præſentia,verũ etiã futura,Spiritu Dei reuelante cognoſcere:ſicut nõ omnes homines,ſed prophetæ dũ hîc viuerẽt, cognoſcebãt nec ipſi omnia,ſed quæ illis eſſe reuelanda Dei prouidentia indicarat.

3 I D E M, tom.5. de Ciuitat.Dei,Lib. 10.Cap.7.Meritò illi in cœleſtibus ſedib9 cõſtituti,immortales & beati, qui Creatoris ſui participatione cõgaudẽt,cuius ęternitate firmi,cuius veritate certi, cuius munere Sancti ſunt: quoniã nos mortales &

Sancti opitulãtur viuis.

miſeros,vt immortales beatiq; ſimus, miſericorditer diligũt,nolunt nos ſibi ſacrificare,ſed ei,cuius & ipſi nobiſcum ſacrificiũ ſe eſſe nouerũt.Cum ipſis enim ſumus vna ciuitas Dei,cui dicitur in pſalmo, Glorio-

Pſal. 86.

ſa dicta ſunt de te,ciuitas Dei:cuius pars in nobis peregrinatur,pars in illis opitulatur.

4 E T Cap.12. Porrò autẽ quęcũq; miracula,ſiue per Angelos,ſiue quocunq; mo-

Sancti diligunt viuos.

do ita diuinitus fiunt,vt Dei vnius, quo ſolo beata vita eſt,cultum religionemq; commendent,ea verè ab eis,vel per eos,qui nos ſecundùm veritatẽ pietatemq; diligunt fieri, ipſo Deo in illis operãte,credẽdum eſt.

Angeli & inuocaturos ſe vident, & inuocantes exaudiunt.

Et in fine. Nã tẽporalia mouẽs, tẽporaliter nõ mouetur:nec aliter nouit facięda,quàm facta:nec aliter inuocantes exaudit,quàm inuocaturos videt. Nam & cùm exaudiũt Angeli eius,ipſe in eis exaudit tanquàm in vero,non manufacto tẽplo ſuo,ſicut in omnibus Sanctis ſuis eius; quæ temporaliter fiunt iuſſa,æterna eius lege conſpecta.

5 I T E M Lib.21.Cap.18. Donabit eos (*ſcilicet malos*)miſericors Deus precibus & interceſsionibus Sãctorum ſuorũ. Si enim

Innumerũ Sanctorum interceſsionibus.

orabant pro illis,quãdo eos patiebãtur inimicos,quãtò magis quãdo videbunt humiles ſupplicesq; proſtratos?Neq; enim credendum eſt(aiunt)tunc amiſſuros Sanctos

Math.5.

Sancti non amittũt viſcera miſericordiæ.

viſcera miſericordiæ,cùm fuerint pleniſsimæ,ac perfectiſsimæ ſanctitatis,vt qui tũc orabãt pro inimicis ſuis,quãdo & ipſi ſine peccato nõ erant,tunc nõ orẽt pro ſupplicibus ſuis,quãdo nullũ cœperint habere peccatũ?Aut verò Deus tunc eos nõ exaudiet tot, & tales filios ſuos,quando in tanta eorum ſanctitate nullum inueniet orationis impedimentum?

6 G R E G. Lib.12. Moraliũ, Cap.13.Sicut hi qui adhuc viuẽtes ſunt, mortuorum animæ quo loco habeantur,ignorant: Ita

Animæ Sanctorũ omnia in Deo vident, quæ ad eorũ gloriam ...

mortui,vitã in carne viuẽtiũ,poſt eos qualiter diſponatur,neſciũt:quia & vita ſpiritus,longè eſt à vita carnis: & ſicut corporea atque incorporea, diuerſa ſunt genere:ita etiam diſtincta cognitione.Quod tamẽ de animabus Sanctis ſentiendum nõ eſt: quia quæ intus Omnipotentis Dei claritatem vident,nullo modo credendum eſt, quia foris ſit aliquid quod ignorent.

7 I D E M, Lib.4.Dialogorum,Cap.33. Quia in illa æterna hęreditate omnes com

Sancti in Dei claritate omnia ſciunt.

muni claritate Deum cõſpiciunt, quid eſt, quod ibi neſciãt,vbi ſcientẽ omnia,ſciunt?

8 T H E O D O R E T. Cyrenſis Epiſcopus,de Grecarum affectionũ curatione, Lib.8.Hi ſunt igitur(*ſ.Martyres*) verè ho-

Martyres, ſunt hominum duces, propugnatores, & cuſtodes.

minum duces,principes,propugnatores,cuſtodes,per quos à nobis infortunia auertãtur,proculq; arcẽtur,quæ à dęmonibus inferuntur,mala. *Et ſub finẽ.* Martyrum templa conſpicua cernuntur, magnitudineq; præſtantia,omni prætereà ornatus genere

Templa martyrum quã ſint illuſtria,et quo modo à fidelibus frequentẽtur.

variata,ſplendoreq; quodammodò pulchritudinis ſuæ latè fundentia. Neque verò ad hæc per annum ſemel, aut bis, aut quinquies aduentamus, ſed in eis ſæpenumero dies feſtos peragimus, ſępe diebus ſingulis eorum martyrum Dño laudes hymnoſque cantamus. Quique homines proſpera ſunt valetudine,conſeruari eam ſibi à martyribus petunt: Qui verò ægritudinem

Implorantur à fidelibus auxilia Martyrum.

aliquam patiuntur, ſanitatem expoſcunt. Inſuper & ſteriles viri & mulieres, dari ſibi filios petunt: qui verò parentes ſunt, integra ſibi, & propria cuſtodiri, quæ

con-

conſequuti ſunt, dona. Item, qui peregrè aliquò proficiſcuntur, petunt martyres ſibi comites eſſe in via, vel potius itineris duces. Qui verò iam ſoſpires redierunt, gratias agunt, acceptum beneficium confitentes. Non qui ſe ad Deos accedere arbitrentur, ſed qui orent Dei martyres, tanquàm diuinos homines, interceſſoreſque ſibi eos apud Deum aduocent, ac precentur. Piè verò, fideliterque precatos, ea maximè conſequi, quæ deſyderant, teſtantur illa, quæ votorum rei dona perſoluunt, manifeſta nimirum adeptæ ſanitatis inditia. Nam alij quidem oculorum, alij verò pedum, alij porrò manuum ſimulacra ſuſpendunt ex argento auro'ue confecta: Gratiſsimè nanque accipit eorum Dominus, qualiacunque ſunt dona: nec exigua, nec vilia dedignatur, quippe qui ea pro ferentis facultate metitur. Hæc itaque omnium ſpectaculo exporrecta, reſtantur morborum depulſionem, cuius ipſa certiſsima ſigna ſunt à ſanitatem cōſequutis allata. Hæc inquam ſepultorū ibi Martyrum, quæ ſit virtus, oſtendunt. Martyrū autem virtus, quem ipſi coluerunt Deum, verum eſſe Deum declarat.

Non inuocantur Martyres tanquàm Dij, ſed tāquàm aduocati et interceſſores.

Nota vſum ſuſpēdendi ad memorias martyrum, imagūculas, accepta beneficia ſignificātes.

Virtus Sanctorum, Dei gloriam illuſtrat.

9 HIERONYM. contra Vigilantium. V[illegible]up. lit. H. auth. 15.

K 1 AVGVST. tom. 7. Lib. de Prædeſtinatione Sanctorum, Cap. 14. Quid nō properamus, & currimus, vt patriā noſtrā videre, vt parentes ſalutare poſsimus? Magnus illic nos charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum: frequens nos & copioſa turba deſyderat, iam de ſua incolumitate ſecura, adhuc de noſtra ſalute ſolicita.

Sācti de nobis ſunt ſoliciti.

2 IDEM, tom. 9. Lib. de Cognitione veræ vitæ, Cap. 9. Cùm ergo Sanctos in oratione inuocatis, ſic oportet de eis cogitare conſtitutis in gloria æternæ claritatis, ſcilicet, ſplendidiſsima lumina longè pręSolis fulgore lucētia, qui omnia bona pleniter in Dei viſione habeant, & cunctis ſe inuocantibus potenter ſubueniant.

Sancti bona omnia in Dei viſione habent, & ſe inuocantibus ſubueniunt.

3 ET Cap. 38. Si animæ corporeas voces non audiunt, quomodo animas Sanctorum, ſcilicet Petri, & Martini, vel alterius iuſti preces ſuas exaudiſſe multi experti ſunt? Magiſter. Oratio cordis, non oris aſcendit in cœlū. Animæ enim nō clamorē vocis, ſed cordis audiūt, & ſe fideliter inuocantibus ſubueniunt. Neq; magis clamoſas preces audiunt, quàm eas, quæ ſine voce, vel in lingua, vel in corde tantùm fiunt, quia neque à nobis verba, ſed voces cordis tantùm audiuntur. Cùm ergò animæ noſtræ aliquid ſecundùm Deum deſyderant, & hoc ſibi à Deo per Sāctos dari, ſiue corde, ſiue lingua, ſiue voce poſtulant, animæ Sanctorum, quibus eſt idem audire, quod videre, & è conuerſo, nō voces, ſed verba intuentes, deſyderata eis à Deo impetrant, vt habetis ſcriptum, Deſyderium pauperum exaudiuit Dominus. *Pſal. 9.*

Sācti norūt preces ac deſyderia noſtra, eiſque ſubueniunt.

4 IDEM, tom. 5. Lib. 21. de Ciuit. Dei, Cap. 27. In his, qui filij ſunt promiſsionis & vaſa miſericordię, valet quod ait Iacob⁹ Apoſtolus: Superexaltat autē miſericordia iudicium. Quoniam & illi iuſti, qui tanta ſanctitate vixerūt, vt alios quoq; recipiāt in tabernacula æterna, quibus amici facti ſunt de Mammona iniquitatis, vt tales eſſent: miſericordia liberati ſunt ab eo, qui iuſtificat impiū, imputans mercedē ſecundùm gratiam, non ſecundùm debitum. In eorum quippe numero eſt Apoſtolus, qui dicit: Miſericordiam conſequutus ſum, vt fidelis eſſem. Illi autem, qui recipiuntur à talibus in tabernacula ęterna, fatendum eſt, ꝙ non ſint his moribus prędıti, vt eis liberandis ſine ſuffragio Sāctorū ſua poſsit vita ſufficere, ac per hoc multò amplius in eis ſuperexaltat miſericordia iudiciū. Et poſt pauca explicat illud Vergilij, Quique ſui memores alios fecere merendo, id eſt, qui promeruerūt alios, eoſq; ſui memores promerēdo fecerūt. Prorſus tāquàm eis diceret, quod frequētatur ore Chriſtiano, Cùm ſe cuiq; Sanctorum humilis quiſque commendat, & dicit: Memor mei eſto: atq; vt id poſsit, promerendo efficit.

Rom. 9.
Iacob. 2.
Luc. 16.
Multi ex Sāctis alios in tabernacula ſua recipiunt.
1. Cor. 7.
Aenei. 6.
Qui ſe alicui Sancto commendat, meretur exaudiri.

5 ET Lib. 22. Cap. 10. Sed nobis Martyres nō ſunt Dij, quia vnū eūdemq; Deū, & noſtrū ſcimus & martyrū: nec tamen miraculis, quæ per memorias noſtrorū martyrū fiunt, vllo modo cōparanda ſunt miracula, quæ facta per tēpla perhibētur illorū, (*ſcilicet gentilium*) verùm ſi qua ſimilia vidētur, ſicut à Moyſe Magi Pharaonis, ſic eorum Dij victi ſunt à martyrib⁹ noſtris. Fecerūt autē illa dæmones eo faſtu impuræ ſuperbiæ, quo eorū Dij eſſe voluerūt. Faciūt autē iſta martyres, vel potius Deus, vel orātibus, aut cooperātib⁹ eis, vt fides illa proficiat, qua eos, nō Deos eſſe noſtros, ſed vnū Deū habere nobiſcū credamus. Deniq; illi talibus dijs ſuis & templa ædificauerūt, & ſtatuerunt aras, & ſacerdotes inſtituerunt,

Exod. 8.
Sancti nunquam miracula faciunt propter orationes noſtras.

Martyribus non templa ſed memorias extruimus.

In ſacrificio Miſſæ ſancti nominantur.

& ſacrificia fecerunt. Nos autem martyribus noſtris non templa ſicut dijs, ſed memorias ſicut hominibus mortuis, quorum apud Deum viuunt ſpiritus, fabricamus: nec ibi erigimus altaria, in quibus ſacrificemus martyribus, ſed vni Deo & martyrũ & noſtro ſacrificium immolamus: ad quod ſacrificium ſicut homines Dei, qui mundum in eius confeſsione vicerunt, ſuo loco, & ordine nominantur.

Sancti maximè appetunt per ſe ipſos Deum glorificari.

6 NICOLAVS Cabaſilas, Lib. de Diuino altaris ſacrificio, Cap. 48. *Habetur tom. 4. Bibliotheca SS. PP.* Quemadmodùm enim eſt maximum peccatum malorum hominum, quòd blaſphematur nomen Dei per ipſos: ita Sanctis eſt magnũ beneficium, & magno ſtudio appetẽdum, quòd per ipſos Deus glorificatur. Hoc & cum corpore viuentibus erat perpetuum certamen, poſtquàm in cœlum migrarunt, continuum eſt opus, & voluptas, & illius beatitudinis caput. Si enim quando bona eius in ſpe ſolùm erant, Deo gratias perpetuò agebant, & omnia ad eius gloriam faciebant, cuiuſmodi oportet eos in talibus exiſtimare, quando multò maior quidẽ eſt ei gratitudo, & beneficij recordatio, cùm omni iam virtute perfecti ſint, bona autem non ſperant amplius, ſed ipſa experientia diſcunt Domini benignitatem? Quando vident, quales ex qualibus facti ſunt, pro terrenis, Soles: pro ſeruis contemptis, honorati filij & regni cœleſtis hæredes: pro reis, potentes vel alios è reis eximere, per eam, quam habent apud iudicem dicendi libertatem? Propterea nulla eſt, inquam, eis Deum laudandi ſatietas. Vnde nec exiſtimant ſeipſos ſolos ſufficere ad agendas gratias. *Et mox.* Vnde ſi quis eorum recordatus, eorumque honoris, beatitudinis & gloriæ, Deum qui eos coronauit, laudanerit, tribuit eis gratiam omnium gratiarum præſtantiſsimam, & maximè quando non ſolis vocibus laudem celebrat, ſed etiã donorum pro gratijs agendis oblatione, & donorum Deo adeò acceptorum, & precioſorum, ſupremo honore. Tunc enim quẽadmodũ ipſe Seruator propitius ipſa ſuſcipiens, & ſuper omnem cultum legalem, ſuum corpus & ſanguinem retribuit: ita etiam ipſi eis gaudentes, vt nullo Angelorum, quibus ipſos colere videmur, totos ſeipſos nobis præbent ad ferendum auxilium in omni re, quæ nobis conducit. Dñm enim ſuum omni ex parte imitantur.

Sancti non exiſtimant ſe ſolos ſufficere ad agendas Deo gratias.

Qui Deum laudat, magno beneficio afficit Sanctos.

Sancti ſe totos nobis præbent ad ferẽdum auxilium.

Sancti honorandi tãquã amici & filij Dei.

Ioan. 1.

Galat. 4.

Rom. 8.

Ioan. 15.

7 IOANNES Damaſcenus lib. 4. Orthodoxæ fidei, Cap. 16. Honorare decet Sanctos vt amicos Chriſti, vt filios & hęredes Dei: quemadmodum ait Deiloquus Ioannes Euãgeliſta: Quicunq; autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Quare nõ amplius ſunt ſerui, ſed filij. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Et Dominus in ſacris Euangelijs, Apoſtolis dicit: Vos amici mei eſtis, non etiam vos vocaui ſeruos: nam ſeruus neſcit, quid facit Dominus eius. Si autem & Rex regnantium, & Dominus dominantium, & Deus deorum, conditor omnium & Dominus dicitur, omnino & Sancti, Dij, & Domini, & Reges. Nam horum Deus, qui Deus, & Dominus, & Rex eſt, & dicitur, Ego enim ſum (inquit Moyſi) Deus Abrahã, & Deus Iſaac, & Deus Iacob. Et Deum Pharaonis fecit Deus Moyſen. Deos autẽ dico, & Reges, & dominos, non natura, ſed vt affectus regentes, illorum dominantes, & diuinæ imaginis ſimilitudinem (ſecundùm quàm geniti fuerunt) inobliteratam cuſtodientes. Nam & dicitur Rex, regis imago, qui vniti ſunt Deo ſecundùm voluntatem, quique illum ſuſcipiunt inhabitatorem, & qui id participatione effecti ſunt gratia, quod ipſe eſt natura. Quomodo igitur non honorandi ſunt, qui cultores, & amici, & filij Dei exiſtũt? Nam honor erga gratos & benignos cõſeruos, beneuolentiæ erga cõmunem dominum indicium eſt. Hi prõptuarium Dei & pura habitacula facti ſunt. Inhabitabo enim eos, dicit Dominus, & inambulabo, & ero eorum Deus. Et quòd Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos mors, dicit diuina ſcriptura. Nam mors Sãctorum dormitio magis eſt, quàm mors. Laborauerunt enim in præſenti ſeculo, & viuunt in æternum. Et, precioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius. At quid precioſius quàm in manu Dei eſſe? Vita enim eſt Deus, & lux, & qui in manu Dei ſunt, in vita & luce exiſtunt. Quòd autem per mentem corpora eorum inhabitauerit Deus, dicit Apoſtolus: Neſcitis quia corpora veſtra Spiritus ſancti habitantis in vos templum eſt? Dominus autem Spiritus eſt, & ſi quis templum Dei corruperit, corrumpet & illum Deus. Quomodò igitur non honoranda ſunt animata templa Dei, & animata tabernacula? Hi viuentes in fiducia Deo aſsiſtunt.

Exod. 3.

Exod. 7.

2. Cor. 6.

Sap. 3.

Pſal. 115.

1. Cor. 6.

1. Cor. 3.

Reliquiarũ vires & beneficia.

aſsiſtunt. Fontes nobis ſalutares Dominator Chriſtus præbuit Sanctorum reliquias, multimoda beneficia ſcaturientes, vnguẽtum ſuauitatis emanantes: & nullus diſcredat. Si enim ex rupe & firmo ſaxo aqua in

Exo. 17. eremo proſiluit volente Deo, & ex maxil

Num. 20. la aſini Sanſoni ſitienti: ex martyrum reli

Iudic. 15. quijs vnguentum ſuaue olens emanare incredibile eſt? Nullo pacto profectò, his qui ſciũt Dei virtutem, & ab ipſo Sanctorum honorem. In Lege omnis qui tãgebat mortuum, immundus efficiebatur. Verùm ij

Num. 19. non mortui: Nam ex quo ipſa vita, is qui vitæ cauſa eſt, inter mortuos computatus eſt, eos qui in ſpe reſurrectionis & fide, quę in ipſo eſt, dormierunt, non mortuos appellamus. Mortuum enim corpus quomodò miracula operari poteſt? Quomodò igi

Sanctos non appellamus mortuos.

tur per eos, dæmones abigũtur, infirmi curantur, cæci vident, leproſi mũdantur, tentationes & triſtitiæ ſoluuntur? Omne donum bonum à Patre luminum, per eos ijs,

Iacob. 1. qui inhæſitabili fide petunt, deſcendit. Quantùm ſanè labores, vt inuenires adiutorem, qui ad mortalem regem te adduceret, & pro te ad ipſum ſermones faceret?

Sancti adiutores noſtri ſunt, et ideò honorandi.

Adiutores ergo totius generis, Deo pro nobis ſupplicationes porrigentes, non honorandi ſunt? Certè honorandi. Templa à nobis Deo erigenda ſunt in ipſorum nomine; fructus afferendi illorum memoriam venerantibus, & in ipſis lætantibus ſpiritu, vt propria inuocantium lætitia fiat, ne nos colere tentati, è conuerſo ipſos irritemus. Nã ijs à quibus Deus colitur, & eius ſerui delectantur: & quos deſpicit Deus, & eius deſpiciunt clientes. In Pſalmis, & Hymnis, & odis ſpiritualibus, cùm conpunctione & miſericordia indigeamus, ſanctos fide veneremur, à quibus maximè Deus colitur. Sta

Statuas Sanctis. erigamus.

tuas illis erigamus, & viſibiles imagines: & nos ipſi animatæ ſtatuæ & imagines ipſorum, virtutum imitatione, efficiamur. Dei

Cur ſingulorum ordinum Sancti honore proſequẽdi ſint

param, vt propriè, & verè Dei matrem, honoremus. Præcurſorem Ioannem, vt Prophetam, & Baptiſtam, & miſſum, & martyrem: nec enim inter natos mulierum ſurrexit maior Ioanne, vt Dominus dixit, & *Matth. 11.*

regni eius primus præco factus eſt. Apoſtolos vt fratres Domini, & inſpectores, & magiſtros in paſsionibus eius. Quos præſciẽs, prædeſtinauit conformes fieri imaginis Filij ſui Deus & Pater, primùm Apoſtolos, *Rom. 8.*

ſecundò Prophetas, tertiò Paſtores & Doctores. Martyres verò Domini ex omni *1. Cor. 12.*

ordine delectos, vt milites Chriſti, & qui eius biberunt calicem, tunc viuificæ eius mortis baptiſmate baptizati, vt communicantes paſsionibus eius & gloriæ: quorum dux exercitus eſt Protodiaconus Chriſti, & miſſus, & Protomartyr Stephanus. Et *Heb. 11.*

ſanctos Patres noſtros exercitatores, qui diuturniore martyrio conſcientiæ certauerunt, qui circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egeni, tribulati, afflicti, in ſolitudinibus errantes, & montibus, & ſpeluncis, & cauernis terræ, quibus non erat dignus mundus. Prophetas ante gratiæ tempus, Patriarchas iuſtos, qui prænunciauerunt Chriſti aduentum. *Heb. 13.*

Horum omnium attendentes conuerſationem, æmulamur fidem, bonitatem, ſpem, zelum, vitam, tolerantiam paſsionum, & ſuſtinentiam vſque ad ſanguinem, vt & corona gloriæ cum ipſis participemus.

LECTIQ II.

DOCTOR.

AT nulla'ne fit iniuria Chriſto, quẽ apud Patrem aduocatũ habemus, dum opẽ à creatura imploramus, quæ per ſeipſam nihil poteſt cuiquam elargiri? [a]

[a] *Deut. 5. Iud. 3. Iren. lib. 5.*

ADOLESCENS.

Nulla. Neque enim apud nos Ieſus Chriſtus eſt tanquàm vnus, ac ex communi hominũ turba aduocatus, [b] quales eſſe ſcimus ac docemus reliquos ab illo homines:

[b] *1. Cor. 5. Heb. 13.*

ſed huic tam præclaro aduocati officio nomen quoque adiungimus, quod illius eſt ſolius, Mediatoris, videlicet, Propitiatoris, [c] ac Redemptoris, [d] qui ſuo nos ſolus ſanguine, ac merito ſanctificat, & ea quæ pro nobis vel à Sanctis in cœlo, vel ab ipſis etiam Angelis, efficit, vt Deo Patri accepta ſint, & ab eo impetrentur.

c 1.Cor.1. 1.Ioan.1.& 4.
d Matt.20. Marc.10. 1.Cor.1. Epheſ.1. 1.Tim.2. Hebra.9. 1.Petr.1. 1.Ioan.4.

DOCTOR.

Cenſes ergo Sanctorum preces nunc in cœlo pro nobis Deo fuſas, non magis Christi authoritatem imminuere, quàm [e] cùm ab iiſdem in terris funderentur: neque enim quicquam nunc illis amplius tribuimus, quàm tunc habebant, præter ſummam illam Beatitudinem, atque immortalitatem, quæ nobis illos magis ac magis reddit amicos, ac in rerum noſtrarum incrementa ſtudioſiores.

e 1.Timoth.2. Theodo. Græca. affect. lib. 8. Hieron. in Vigil. Chryſoſt. in li tur. Baſil. in. 40. Mart. Dionyſ. Areop. Eccleſiaſt. Hierar. cap. 7. Cypr. lib. 1. epiſt. 1. & ſermo. de mortalita. & ſer. de Stell. & Magis.

ADOLESCENS.

Sanè. Ac ne Diuinæ quidem potentiæ quicquam derogamus, dum ab illis priuata quædam dona flagitamus, vel valetudinis vel alterius rei cuiuſpiam, quam ex laudata, ac veteri hiſtoria didicimus, cùm adhuc in viuis agerent, ſæpe rogantibus contuliſſe [f]. Quicquid enim ab illis dono accipimus, à ſummo illo Patre luminum proficiſcitur, [g] Ieſu Chriſti merito ſingulari, cuius diuitiæ ac cœleſtes opes vel hac imprimis ratione plurimum illuſtrantur.

f Marc.16. Luc.10. 1.Cor.12.
g Ioan.14. Act.4. Aug de Ciuit. Dei lib. 22. c. 10. & epiſt. 137. & de cur. pro mor. & in pſalm. 88. Theodo. Græca. affect. lib. 8. Baſil. in. 40. Mart. Greg. Nazian. in Athanaſ.

DOCTOR.

Rectè. Sed quænam ea eſt ſpes ac fiducia, quam tu in oratione noſtra initio requiris?

ADOLESCENS.

Vt magnoperè ſperemus Deo nos ita noſtra omnia perſuaſuros, vt à nobis exoretur, [h] tùm, quòd hanc ab eo accepimus promiſſionem, tùm etiam, quòd eius nomine noſtra illa proponamus, [i] qui nunquàm non illi eſt gratioſus.

h Matth.21. Marc.11. Luc.18. Heb.4. & 10. Iacob.1.
i Ioan.14. 1.Ioan.2. Aug. de ſer. Dom. in mont. lib. 2. c. 8 & 33. & Chryſo. de orando Deum. lib. 1.

DOCTOR.

Hæc tamē quantacunq; ea ſit fiducia, ſine metu aliquo eſſe non debet.

ADO-

ADOLESCENS.

Minimè. Noſtra enim nequitia ac tarditate(quæ nos [k] plerunq; latet) poteſt nõnunquàm Dei liberalitas in nobis impediri.

K Ecclеſ.9. Philip.1. Hebr.4. 1.Petr.1. Tertul.de cult.fœ. Hiero. in Eccleſiaſt.cap. 9. Aug. in Ioan.tractat.43. Chryſoſt.in Matth. 18. hom.61. Greg lib.4.mora.c.42. Orig.in Matth.tract.35.

AVTHORIT. SCRIPT.

A DEVTER. Cap.5. Ego ſequeſter & medius fui inter Dñm & vos in tempore illo, vt annunciarẽ vobis verba eius. Timuiſtis enim ignem, & non aſcendiſtis in montem.

IVDICVM, Cap.3. Et clamauerunt ad Dominum, qui ſuſcitauit eis ſaluatorem, & liberauit eos, Othoniel videlicet filium Cenez fratrem Caleb minorem: fuitque in eo ſpiritus Domini, & iudicauit Iſraël.

B POSTER. ad Corinth. Cap.1. Vt ſup.Lect.1.lit.E.

AD HEBR. Cap.12. Sed acceſsiſtis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Hieruſalem cœleſtẽ, & multorum millium Angelorum frequentiã, & Eccleſiam primitiuorum, qui conſcripti ſunt in cœlis, & iudicem omnium Deum, & ſpiritus iuſtorum perfectorum, & Teſtamenti noui meditatorem Ieſum, & ſanguinis aſperſionem, melius loquentem quam Abel.

C PRIOR. Ad Corinth. Cap.1. Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus eſt nobis Sapientia à Deo, & Iuſtitia, & Sanctificatio, & Redemptio.

PRIM. Ioan.Cap.2. Filioli mei, hæc ſcribo vobis, vt non peccetis. Sed et ſi quis peccauerit, Aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi.

ET Cap.4. In hoc eſt charitas: nõ quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, & miſit Filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris. ET. Et nos vidimus, & teſtificamur, quoniam Pater miſit Filium ſuum Saluatorẽ mundi.

D MATTH. Cap.20. Sicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam redemptionẽ pro multis.

MAR. Cap.10. Nã & filius hominis non venit, vt miniſtraretur ei, ſed vt miniſtraret, & daret animam ſuam redẽptionem pro multis.

PRIO. Ad Corinth.Cap.1. Vt ſup. litera.C.

AD EPHES. Cap.1. Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum, per Ieſum Chriſtum, in ipſum: ſecũdùm propoſitum voluntatis ſuæ: in laudem gloriæ gratiæ ſuæ, in qua gratificauit nos in dilecto Filio ſuo. In quo habemus redemptionem per ſanguinem eius.

PRI. ad Timoth.Cap.2. Vnus enim Deus, vnus & Mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus: qui dedit Redẽptionem ſemetipſum pro omnibus.

AD HEBR. Cap.9. Et ideò noui Teſtamenti Mediator eſt: vt morte intercedente, in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento, repromiſsionem accipiãt, qui vocati ſunt, æternæ hæreditatis.

PRIOR. Petri, Cap.1. Non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis: ſed precioſo ſanguine quaſi Agni immaculati, Chriſti, & incontaminati.

PRI. Ioan.Cap.5. Et hæc eſt fiducia, quam habemus ad eum: quia quodcunque petierimus ſecundùm voluntatem eius, audit nos. Et ſcimus quia audit nos quidquid petierimus: ſcimus quoniam habemus petitiones, quas poſtulamus ab eo.

E PRIO. Ad Timoth.Cap.2. Vt ſuprà, Lect.præced.lit.E.

F MARC. Cap.16. Signa autẽ eos qui crediderint, hæc ſequentur. In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint, nõ eis nocebit. Super ęgros manus imponent, & bene habebunt.

LVC. Cap.10. Ecce, dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones. & ſuper omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit.

PRIO. Ad Cor.Cap.12. Vnicuique

autem datur manifeſtatio Spiritus ad vtilitatem. Alij quidem per Spiritum datur ſermo ſapientiæ: alij autem ſermo ſcientiæ ſecundum eundem Spiritum: alteri fides in eodem ſpiritu: Alij gratia ſanitatũ, in vno ſpiritu: alij operatio virtutum, alij prophetia, alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum. Hęc autem omnia operatur vnus, atque idem Spiritus, diuidẽs ſingulis prout vult. *Et rurſus*. Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia, primùm Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum. Nũquid omnes Apoſtoli? Nunquid omnes Prophetæ? Nunquid omnes Doctores? Nunquid omnes Virtutes? Nunquid omnes Gratiam habent curationum? Nunquid omnes Linguis loquuntur? Nunquid omnes interpretantur?

G IOAN. Cap. 15. Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite: ſic nec vos niſi in me manſeritis. Ego ſum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructũ multum: quia ſine me nihil poteſtis facere.

ACTOR. Cap. 4. Et ſtatuentes eos (*ſcilicet Apoſtolos*) in medio, interrogabãt: In qua virtute aut in quo nomine feciſtis hoc vos? Tunc repletus Spiritu ſancto Petrus, dixit ad eos: Principes populi & ſeniores: Si nos hodie dijudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iſte ſaluus factus eſt: notũ ſit omnibus vobis, & omni plebi Iſraël, quia in nomine Ieſu Chriſti Nazareni, quẽ vos crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitauit à mortuis, in hoc iſte aſtat corã vobis ſanus. Hic eſt lapis, qui reprobatus eſt à vobis H ædificantibus: qui factus eſt in caput anguli: & nõ eſt in alio aliquo ſalus. Nec. n. aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.

MATTH. Cap. 21. Amen dico vobis, ſi habueritis fidem, & non hæſitaueritis, non ſolùm de ficulnea facietis, ſed & ſi monti huic dixeritis: Tolle, & iacta te in mare: fiet. Et omnia quęcunq; petieritis in oratione credentes, accipietis.

MARC. Cap. 11. Et reſpondens Ieſus ait illis: Habete fidem Dei, Amen dico vobis, quia quicunq; dixerit huic mõti, Tollere & mittere in mare: & nõ hæſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit, quia quodcũq; dixerit, fiat: fiet ei. Propterea dico vobis, Omnia quæcunq; orantes petitis, credite, quia accipietis, & euenient vobis.

LVC. Cap. 18. Vide ſup. Cap. 2. Lect. vltima, litera. E.

AD HEB. Cap. 4. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

ET Cap. 10. Habentes itaque fratres fiduciam in introitu Sanctorum in ſanguine Chriſti: quam initiauit nobis viam nouã & viuentem per velamen, id eſt, carnem ſuam, & Sacerdotem magnum ſuper domum Dei, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aſperſi corda à conſcienciã mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem (fidelis enim eſt, qui repromiſit) & conſyderemus inuicẽ in prouocationem charitatis, & bonorum operum.

IACOB. Cap. 1. Vide ſup. Lectio. 1. litera. G.

I IOAN. Cap. 14. Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet: quia ego ad Patrem vado, & quodcunque petieritis in nomine meo: hoc faciam: vt glorificetur Pater in Filio. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.

PRI. IOAN. Cap. 5. Vt ſuprà, litera. D.

K ECCLESIASTES, Cap. 9. Sunt iuſti; atque ſapientes, & opera eorũ in manu Dei: & tamen neſcit homo vtrum amore, an odio dignus ſit: ſed omnia in futurũ ſeruantur incerta.

AD PHILIP. Cap. 2. Itaque chariſſimi mei (ſicut ſemper obediſtis) non vt in præſentia mei tantùm, ſed multò magis in abſentia mea, cum metu & tremore veſtrã ſalutem operamini.

AD HEBR. Cap. 4. Timeamus ergo ne fortè relicta pollicitatione introeũdi in requiem eius exiſtimetur aliquis ex vobis deeſſe. Etenim & nobis nunciatum eſt quemadmodum & illis: ſed non profuit illis ſermo auditus, non admiſtus fidei ex ijs, quæ audierunt.

PRIO. Petri, Cap. 1. Vt ſup. Cap. 1. Lect. 17. lit. H.

AVTHORIT. PATR.

A 1 IRENÆVS Lib. 5. contra hæreſes, Cap. 19. Sicut Eua ſeducta eſt. vt effu-

effugeret Deum: ſic Maria ſuaſa eſt obedire Deo, vt ſ virginis Euæ virgo Maria fieret aduocata. Et quemadmodū adſtrictum eſt morti genus humanū per virginē, ſoluatur per virginē, æqua lance diſpoſita virginalis inobedientiæ per virginalē obedientiam.

Maria virgo facta eſt aduocata Euæ.

1 THEODORETVS, Græcarū E affectionum, Lib. 8. Admirantur autē cūcti mortales, mortuos iam Apoſtolos, nūc quoque vertendis ad Chriſtianam religionē populis, ea conficere, quæ cūm olim viuerent faciebant, imò autem maiora, multòque clariora, poſtquàm exceſſerunt è vita, per eos facta conſpicere. *Et poſt pauca.* Ac animæ quidem triumphatorum martyrum, in cœleſti nunc patria vitam agunt Angelorum choris interſitæ. Eorum verò corpora non ſingula quidem ſingulis monumentis conduntur, ſed ciuitates, oppida, paganique conuentus, hęc inter ſe partitò ſortiti ſunt, laborantibusque animis ac ægrotis corporibus ſalutares eos conſiteri non ceſſant. Nihiloque ſecius vrbium cuſtodes ac locorum præſides venerantur, quorum precibus & interuentu apud Deū, vtentes per eos demum diuina munera conſequuntur. *Et longè inferius.* Poſſe autem ſanctorum animas vel cùm extra corpus hoc fuerint, hominum curare negotia, Plato etiam in vndecimo legum libro hiſce verbis affirmat: Opportunè itaque admodùm ea quæ ſuperius tractata ſunt, loquuti videmur, animas videlicet defunctorum vel poſtquàm ex hac vita exceſſerint, quæ inter homines fiant, curare poſſe. *Vide etiam ſuperius Lect. præcedenti litera. I. autho. 8.*

Plura miracula fiūt ab Apoſtolis poſt mortem, quàm dū viuerent.

In diuerſis locis diuerſa ſanctorū aſſeruantur reliquię, vbi & varia præſtant dona.

Ex Platonis ſentētia, poſſunt Sancti noſtra negotia curare.

2 HIERONYM. tom. 2. Aduerſus Vigilantium. Vide ſup. lect. præced. lit. H. authorit. 16.

3 CHRYSOST. tom. 5. In Liturgia, ſiue Miſſa, *Paulò poſt initium.* Precibus Domine eius quæ genuit te Deiparæ, & ſemper virginis Mariæ, ſanctorum omnium, poteſtatum ſpiritualium, pretioſi Prophetæ præcurſoris ac Baptiſtæ Ioannis, Sanctorum glorioſorum Apoſtolorum, & ſancti Nicolai, cuius & memoriā celebramus, miſerere, & ſerua nos. *Et iterum.* Precibus ſanctiſsimæ Deiparæ, Seruator, ſerua nos. *Et mox.* Precibus Sanctorum ſerua nos. *Et longè poſt.* Dominus dabit verbum euāgelizantibus virtute multa, per preces Dominæ noſtræ Deiparæ & ſemper virginis Marię, ſancti & glorioſi Apoſtoli Euangeliſtæ huius. *Et adhuc longius.* Honorabilium, incorporalium, ſupercœleſtiū, ſancti Ioannis Prophetæ Præcurſoris & Baptiſtæ, ſanctorumque glorioſorum & omnium celebrium Apoſtolorum, Sancti huius, cuius & memoriam agimus, & omnium Sanctorum tuorum, quorum ſupplicationibus reſpice nos Deus, & memento omnium qui dormierūt in ſpe reſurrectionis, & vitę æternæ, & requieſcere eos facito, vbi videtur lumen vultus tui. *Et prope finem.* Dirige noſtram viam, confirma nos in timore tuo omnes, cuſtodi vitam noſtram, ſtabili noſtros greſsus, precibus & ſupplicationibus ſanctæ Deiparæ & ſemper virginis Mariæ, & omnium Sanctorum.

Deum orat fieri miſericordem precibus Sanctorum.

4 BASILIVS hom. 20. In. 40. Martyres, in initio. Quis modus aut quæ ſatietas Martyrum memoriam proſequēdi erit, illi præſertim, qui eorum amore ac charitate magnoperè tenetur? Nam honor in bonos à conſeruis collatus, beneuolentiæ ſignificationem apud communem Dñm habet. *Et verſus finem.* Hi ſunt, qui noſtram obtinētes regionem, quaſi quædam turres contra aduerſariorum incurſum refugium exhibent. Nec vno in loco ſeſe clauſerunt, ſed in multis locis hoſpitio recepti, multorum patrias ornauerunt: nec tamen ſeparati, ſed inter ſe commixti: ſi in ſingulos, ipſos diuiſeris, proprium numerum non excedūt: ſi verò in vnum congregaueris, quadraginta nihilominus erunt, ac ita vt ignis natura permanent; Nā ille & ad progredientē tranſit, & totus eſt apud habētē: ſic hi quadraginta ſunt vnū, & oēs apud ſingulos. Beneficium igitur hoc fratres dilectiſsimi, gratiā hanc minimè deficientem ex Deo obtinemus. Paratum eſt hic Chriſtianis auxilium, Eccleſia videlicet Martyrum, exercitus triūphantium, chorus laudantium Deum. Sępe operam dediſtis, ſæpe laboraſtis, vt vnū pro vobis orātem inueniretis: quadraginta ſunt hi, vnam orationis emittentes vocem. Vbi enim ſunt duo vel tres in nomine Domini cōgregati, ibi Deus eſt. Vbi verò quadraginta fuerint, quis dubitet Deum eſſe præſentem? Qui aliqua premitur anguſtia, ad hos confugiat: qui rurſus lætatur, hos oret: hic vt à malis liberetur, ille vt duret in rebus lætis. Hic mulier orans pro filijs auditur: peregrināti viro reditū incolumem, ægrotāti verò ſalutē implorat. Cum his ergo Martyrib⁹ noſtras effundamus preces. *Et mox.* O Sanctū chorū. O ſacrū ordinem. O cuneū inexpugnabilē. O cōmunes humani

Martyres ſunt turres & refugiū contra aduerſariorum incurſum.

Chriſtianorum auxilium. Orant Sācti pro nobis.

Matth. 18.

Inuocandi ſunt Sācti.

humani generis cuſtodes, optimi curarum ſocij, precum ac votorũ inuicem ſuffragatores, legati apud Deum potentiſsimi, aſtra mundi, flores Eccleſiarum. Vos non terra contexit, ſed cœlum excepit. Apertæ ſunt vobis paradiſi portæ, dignũ profectò exercitibus Angelorum, Patriarchis, Prophetis, & Iuſtis omnibus ſpectaculum.

Sunt Sancti cuſtodes generis humani.
Suffragatores & legati apud Deum.

5 DIONYS. Areopagita, Lib. de Eccleſiaſtica Hierarchia, Cap. 7. Quia verò Iuſtorum orationes & ſecundùm hanc vitã, quantò magis poſt mortem, in his, qui digni ſunt, ſacris orationibus, operantur tantumodo, eloquiorum nos doceot Traditiones veręe. Aut quid à Samnele Sanl adeptus eſt? Quid autem Hebræorũ populo profuit prophetica oratio? Etenim taoquàm ſi quis Sole propria donante lumina, illæſis oculis in participatione ſolaris luminis petit fieri, proprios adſpectus exterminans: ſic ad impoſsibiles cõcupiſcit, & ſuperfluas ſpes, qui G Sanctorum ſummè mirabilium orationes, & ſecundùm naturam eorum ſanctas operationes flagitans, per negligentiam Diuiois donis & manifeſtiſsimis & Deiformibus mandatis recedit. Dico autem, eloquia ſequens, quòd vtiles omoino ſunt in hac vita Sanctorum orationes ſecundùm hunc modum. Si quis diuina appetens dona, & ad participationem eorum ſacrum habitum habens, tanquàm propriæ agnoſcens paruitatis, veniens ad quendam Sãctorum virorũ, dignatus fuerit eum ſui fieri adiutorem, & conſeruum, lucrabitur omnino ex hoc omnes ſuperantem vtilitatem. Conſequetur enim quæ petit dona diuiniſsima, recipieote eum Diuina bonitate, & propria reuerente conſcientia, & in ſanctis laude, & petitorum ſacrarum petitionum laudabili deſyderio, & conſequenti & Deiformi habitu.

Iuſtorũ orationes, & in vita & in morte plurimùm operantur.
1. Reg. 28. Exod. 17. 31. & 33.

6 CYPRIANVS Lib. 1. Epiſtola. 1. (quæ alias eſt. 57.) Vide ſup. Lect. præced. lit. H. auth. 4.

7 IDEM Sermone, de Mortalitate. Patriam noſtram paradiſum computamus, parẽtes, Patriarchas habere iã cœpimus: quid non properamus & currimus, vt patriam noſtram videre, vt parentes ſalutare poſsimus? Magnus illic nos charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum: frequens nos & copioſa turba deſyderat, iam de ſua immortalitate ſecura, & adhuc de noſtra ſalute ſolicita.

Sãcti nos expectant, & de noſtra ſalute ſoliciti ſunt.

8 IDEM Sermo de Stella, & Magis, *loquens de innocentibus pueris, circa finem.* Euigilauerunt ſenſus, quos ſopor infantiæ opprimebat, diſploſiſque palpebris intuiti lucem in momento aſſecuti ſunt, quæ pacificis & mundo corde debetur, Beatitudinẽ: & aſcendentes per omnes virtutum gradus ſine doctrinæ humanæ exercitio, cumulatã inuenere menſuram, ita vt in ordine Sanctorum Protomartyres primum habeant locum, & ſecretorum concij diuinorum, propinquitate familiariſsima, clemeotiam Dei pro noſtris exorent laboribus, quos vſque hodie funeſtus Herodes perſequitur, quorũ ſanguine & morte diabolus delectatur. Hi itaque à cunabulis in cœlum translati, ſacti ſunt ſuperni Capitolij Senatores & Iudices, nõnullis veniam obtioentes immeritis: aſsiſtũtque miſerationibus & vltionibus diuinis, ſed ſępius Agni, quem quocunq; ierit, proſequuntur, manſuetudine, quàm ira vel furore vtuntur.

Innocentes martyres pro nobis Deum exorant, multiſque veniam impetrant.
Apoc. 14.

1 AVGVST. tom. 5. De Ciuit. Dei, Lib. 11. Cap. 10. Et ideò etiam ſi hoc nõ eſt, quod habet anima quoq; ipſa, etiam ſi ſemper ſit ſapiens: ſicut erit cùm à præſenti miſeria liberabitur in æternum: quia licet tũc ſapiens ſit in æternum, participatione tamẽ incommutabilis Sapieotiæ ſapiẽs erit, quæ non eſt quod ipſa.

Sanctorum animæ ſapientes dicuntur participatione incommutabilis ſapientia.

2 IDEM tom. 2. Epiſt. 137. Ad Clerum Hipponenſem. Vbique quidem Deus eſt, & nullo continetur, vel includitur loco, qui cõdidit omnia, & eum à veris adoratoribus in ſpiritu & veritate oportet adorari, vt in occulto exaudiens, in occulto etiam iuſtificet, & coronet. Veruntamen ad iſta quę hominibus viſibiliter nota ſunt, quis poteſt eius conſilium perſcrutari, quare in alijs locis hæc miracula fiant, in alijs non fiant? Multis enim notiſsima eſt ſanctitas loci, vbi beati Felicis Nolenſis corpus cõditum eſt, quò volui vt pergerent, quia inde nobis facilius fideliusq; ſcribi poteſt, quidquid in eorum aliquo diuinitus fuerit propalatum. Nam & nos nouimus Mediolani apud memoriam Sanctorum, vbi mirabiliter & terribiliter dæmones confitentur, furem quẽdam quia ad eum locum venerat, vt falſum iurando deciperet, cõpulſum fuiſſe cõfiteri furtum, & quod abſtulerat, reddere. Nunquid non & Africa Sanctorum martyrum corporibus plena eſt? Et tamẽ nuſquàm hîc ſcimus talia fieri. Sicut enim quod Apoſtolus dicit, Non omnes Sancti habent dona curationum, nec omnes habent dijudicationem ſpirituum: ita nec in omnibus memorijs San-

Deus vbique eſt.
Ioan. 4.
Diuerſa miracula in diuerſis locis per ſanctos fiunt.
1. Cor. 12.

Sanctorum iſta fieri noluit ille, qui diuidit propria vnicuique prout vult.

3 IDEM tom.4. Lib. de Cura pro mortuis gerenda, Cap.16. Vide ſup. lect. præcedenti lit.H.auth.10.

4 IDEM tom.8. In Pſalm.88. concione ſecunda, in fine. Vt ſup. lect. præcedẽti, lit.H.auth.8.

5 THEODORET. de Græcarum affectionum Curatione, Lib.8. Vt ſuprà litera.E.authorit.2. & Lect. præcedenti, litera.I.auth.8.

6 BASILIVS Homil. 28. in Quadraginta Martyres. Vt ſuprà, litera. E. authorit.4.

7 GREGOR. Nazianzenus, Oratione funebri in Athanaſium Alexãdriæ Epiſcopum. Athanaſium laudans, virtutem ipſam laudabo. Hanc enim ſolùm nominare, virtutem ipſam eſt laudare: quoniam omnem virtutem in ſe comprehendens habebat, ſeu, vt rectius dicã, habet. Deo enim viuunt omnes, qui ſecundùm Deum viuũt, etiam ſi hinc ſint digreſsi, quemadmodum & Abraham, & Iſaac, & Iacob audit, Deus ille Deus, tanquàm non Deus mortuorum ſit, ſed viuentium. Virtutem verò laudans, Deum ipſum laudabo, à quo hominibus peruenit virtus, vt ad ipſum propter cognationem ſplendoris deducamur, ſeu potiùs reducamur. *Et ſub finem.* Tu autem è ſupernis propitius nos reſpice, & populum hunc ſanctum dirige Trinitatis ſanctæ adoratorem, quæ in Patre, & Filio, & Sancto veneratur Spiritu, contemplatione comprehenditur. Et nos in pace quidem foue, & compaſce, in certamine autem dirige, & ſuſcipe, & cum te ipſo ſtatue & iis qui tales ſunt vt tu, etiamſi magna ſit petitio, in ipſo Chriſto Domino noſtro.

Deo viuunt Sancti.

Matth. 22.

Qui Sanctos laudat, virtutem laudat: & qui virtutẽ laudat, Deum laudat virtutis & ſanctitatis authorem.

I 1 AVGVST. tomo. 4. De ſermone Domini in monte, Lib.2. Cap.8. Et quoniam quòd vocamur ad æternam hæreditatem, vt ſimus Chriſti cohæredes, & in adoptionem filiorum veniamus, non eſt meritorum noſtrorum, ſed gratiæ Dei: eandem ipſam gratiam in orationis principio ponimus, cùm dicimus, Pater noſter. Quo nomine & charitas excitatur. Quid enim charius filiis debet eſſe, quàm pater? Et ſupplex affectus, cùm homines dicunt Deo, Pater noſter. Et quædam impetrandi præſumptio, quæ petituri ſumus, cùm prius quàm aliquid peteremus, tam magnum donum accepimus, vt ſinamur dicere, Pater noſter, Deo. Quid enim iam non det filiis petentibus, cùm hoc ipſum antè dederit, vt filii eſſent?

Gratia Dei mentionem oramus.

2 ET Cap.33. Magnam autem ſpem dedit & ille, qui promittendo nõ decipit. Ait enim: Omnis qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur. Ergo perſeuerãtia opus eſt, vt accipiamus quod petimus, & inueniamus quod quærimus, & quod pulſamus, aperiatur. Quemadmodùm autem egit de volatilibus cœli, & de liliis agri, ne victum nobis veſtitumque deſperaremus adfuturum, vt ſpes à minoribus ad maiora conſurgeret: ita & hoc loco. Aut quis erit ex vobis, inquit, homo: quem ſi petierit filius ſuus panem, nunquid lapidem porriget ei? Aut ſi piſcem petierit, nunquid ſerpentem porriget ei? Et reliqua. *Et mox.* Quantum ergo ſperandum eſt daturum Deum nobis bona petentibus, nec nos poſſe decipi, vt accipiamus illud pro alio, cùm ab ipſo petimus, quando etiam nos, cùm ſimus mali, nouimus id dare quod petimur? Non enim decipimus filios noſtros: & qualiacunque bona damus, non de noſtro, ſed de ipſius damus.

Matth.7. Perſeuerantia & ſpe opus eſt in orationibus.

Matth.6.

Luc.11.

3 CHRYSOST. tom.5. De Orando Deum, Lib.1. in initio. Quemadmodùm Sol lucem præbet corpori, ſic animæ lumẽ eſt precario. Proinde ſi cæco damnoſum eſt, non intueri Solem: quãtò grauius damnum eſt homini Chriſtiano, ſi non aſsiduè deprecetur, neque Chriſti lucem orando in animum ſuum inducat? Iam verò quis nõ obſtupeſcat, & admiretur tantam benignitatem ac beneuolentiam, quam in nos homines declarat Deus? Qui mortalibus tantùm honoris largiatur, vt dignos nos habuerit, qui cũ ipſo colloquamur, noſtraque vota apud ipſum deponamus. Nam verè profectò cum Deo confabulantur quoties vacamus deprecationi: per quam ſimul & Angelis copulamur, & ſocietatem, quam cum brutis animantibus habebamus, procul effugere videmur. Angelorum enim opus eſt, deprecatio, ſuperans interim etiam illorum dignitatem, ſi tamen maius eſt Angelorum dignitate colloquium miſcere cum Deo. Atqui quòd id ſublimius ſit, ipſi nos docẽt, multo quidem cum tremore vota ſua offerentes, cæterum nobis exemplum præbentes, vnde ſciamus, ac diſcamus, quòd quiſquis Deum adit, multo cum gaudio, multoque rurſum cum tremore id facere oporteat. Tremore quidẽ, dum metuimus, ne

Oratio eſt lumen animæ.

Cùm Deo loquuntur qui orant.

Quomodo ad orationẽ accedẽdum.

ne videamur indigni, qui Deum precibus alloquamur: rurſus gaudio repleamur, reputantes honoris magnitudinem, quòd Deus mortalium genus, tanta ac tali ſua cura dignatus ſit, vt aſsiduò diuino colloquio frui liceat: per quod etiam illud aſſequimur, vt & mortales temporarij eſſe deſinamus, natura quidem mortales, ſed colloquio conuictuque quem agimus cum Deo, ad immortalem vitam tranſeuntes.

Honor quo afficimur orantes.

Etenim ſi qui cum Cæſare miſcent ſermones familiariterque cum eo verſantur, & hoc honoris ab illo ſunt adepti, non poſſunt eſſe pauperes: multò minus fieri poteſt, vt qui Deum deprecantur, cum eo familiariter colloquentes, animas habeant mortales. Nam mors animæ eſt impietas, ac vita pugnans cum lege diuina. Ex quo conſequitur, animæ vitam eſſe Dei cultum, ac vitam eo cultu dignam. Porrò vitam piam, ac Dei cultu dignam, miris modis oratio conciliat, conciliatam auget, ac ceu theſaurum recondit animis noſtris. Neque enim fieri poteſt, non poteſt, inquam, fieri, vt qui poſtulant à Deo pudicitiam, iuſtitiam, manſuetudinem, ac benignitatem, non aſſequantur id quod petunt. Petite enim, inquit Dominus, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis: quiſquis enim petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur. Et rurſus alibi; Quis eſt, inquit, ex vobis, à quo ſi filius petat panem, det illi lapidem? Aut ſi piſcem poſtulet ille, porrigat ei ſerpentem? Quòd ſi vos cum ſitis mali, noſtis bona munera dare filijs veſtris: quantò magis Pater veſter cœleſtis dabit Spiritum ſanctum his qui nunc ab ipſo petunt? Talibus quidem dictis, ac tali ſpe prouocauit nos ad orandum vniuerſorum Dominus. Nos verò decet obtemperantes Deo, ſemper omnem vitam in laudibus Dei precibusq; tranſigere, maiori ſtudio curam agẽtes Diuini cultus, quàm vitæ noſtræ.

Quantũ conferat ad vitam piã oratio.

Matt. 7.

Luc. 11.

K 1 TERTVLLIANVS, Lib. de cultu fœminarum, Cap. 2. Debemos quidem ita ſanctè & tota fidei ſubſtantia incedere, vt confeſſæ & ſecuræ ſimus de conſcientia noſtra, optantes perſeuerare id in nobis, non tamen præſumere. Nam qui præſumit, minus veretur, minus præcauet, plus periclitatur. Timor, fundamentum ſalutis eſt: Præſumptio, impedimentum timoris. Vtilius ergò ſi ſperemus nos poſſe delinquere: ſperando enim timebimus: timendo, cauebimus: cauendo, ſalui erimus: contrà, ſi præſumamus, neque timendo, neque cauendo, difficilè ſalui erimus. Qui ſecurus agit, non eſt ſolicitus, non poſsidet tutam & firmam ſecuritatem. At qui ſolicitus eſt, is verè poterit eſſe ſecurus.

Nunquàm chriſtianus præſumere debet, ſed ſemper timere.

2 HIERONYM. tom. 5. in Cap. 9. Eccleſiaſtes. Etiã in hoc dedi cor meum, & ſcire volui, quos Deus diligeret, quos odiſſet, & inueni Iuſtorum quidẽ opera in manu Dei eſſe, & tamen vtrum amentur à Deo, an non, nunc eos ſcire non poſſe, & ambiguò fluctuare, vtrum ad probationem ſuſtineant, quæ ſuſtinent, an ad ſupplicium. In futuro igitur ſcient, & in vultu eorum ſunt omnia, id eſt, antecedit eos, cùm de vita hac deceſſerint, notitia iſtius rei: quia tunc eſt iudicium, nunc certamen. Et quicunque aduerſa ſuſtinent, verum per amorem Dei ſuſtineant, vt Iob: an per odium, vt plurimi peccatores, nunc habetur incertum.

Incertum quos Deus diligat, quos odio habeat.

3 AVGVSTIN. tom. 9. in Ioann. tractat. 43. Non eſt magnum timere pœnam, ſed magnũ eſt amare iuſtitiã. Qui ergo amat iuſtitiam, nihil timet? Timet planè: Non, ne incidat in pœnam, ſed ne amittat iuſtitiam. Fratres mei, credite & conijcite ex eo quod amatis. Amat aliquis veſtrum pecuniam? putas inuenio aliquem, qui non amet? Ex hoc tamen ipſo quod amat, intelligat quod dico. Timet damnum. Quare timet damnum? Quia pecuniam diligit. Quantùm amat pecuniam, tãtùm timet ne perdat pecuniam. Ergo inuenitur aliquis amator iuſtitiæ, qui plus in corde damnum pertimeſcat, qui plus timeat expoliari iuſtitia, quàm tu pecunia. Ipſe eſt timor Domini caſtus, ipſe permanet in ſeculum ſeculi, non eũ tollit charitas, nec foras mittit, ſed magis cõplectitur, & comitẽ tenet, ſimul & poſsidet; Veniemus enim ad Deum, vt videamus facie ad faciẽ. Ibi timor caſtus nos ſeruat, timor enim ille non perturbat, ſed confirmat.

Timor ſeruilis vitandus, caſtus neceſſarius.

Pſal. 18.

1. Ioan. 4.

4 CHRYSOST. tom. 2. Homil. 61. *In illud Matth. 18. Vbi fuerint duo vel tres, &c.* Putas'ne igitur vllibi duos reperiri conſentientes? Puto ſanè multis in locis, ac forſan etiam vbique. Quomodo igitur à Patre cuncta non conſequuntur? Quia videlicet multæ ſint cauſæ nõ impetrandi. Nam aut inconducibilia poſtulant, nec

Matth. 18.

Multis de cauſis orantes nõ impetramus petita.

mirum

mirum eſt, ſi non exaudiuntur, cùm & Paulus ille audierit: Sufficit tibi gratia mea. Virtus enim in infirmitate perficitur. Aut indigni exaudiri ſunt, nec quicquam boni à ſeipſis offerunt: cùm Dñs Apoſtolorum ſimiles notare videatur: Ex vobis eñ (inquit) qui virtute polletis, qui Euangelicã doctrinam rectè viuẽdo cõplectimini. Aut aduerſùs eos qui ſibi dolorem intulerunt, vltionem orantes petunt: quod omnino prohibetur: Orate nanque, ait, pro inimicis veſtris. Aut miſericordiam poſtulant, cùm nullam egerint pœnitẽtiam. Quare potiri penitus eſt impoſsibile, etiam ſi qui multam fiduciam ad Deum habent, pro eis deprecentur: veluti Hieremias cùm pro Iudæis oraret, audiuit; Noli orare pro populo hoc, quoniam te non exaudiã. Si verò cuncta hæc affuerint, & conducentia petas, & quantùm in te, Euangelicam vitam re ipſa probes, & concorditer atque cum charitate cum proximo viuas, impetrabis orando miſericordiam Domini.

2. Cor. 11. — *Matth. 5. Luc. 6.* — *Hierem. 7. 11. & 14.*

5 GREGOR. Papa, Lib. 4. Moralium, Cap. 42. Plerunque autem iam mens quidem quod ſe peruerſè egiſſe meminit, deplorat: iam praua acta non ſolùm deſerit, ſed amariſsimis etiam lamentis punit: & tamen dum eorum, quæ egit, reminiſcitur, grauiter iudicij pauore terretur. Iam ſe perfectè cõuertit, ſed adhuc ſe perfectè in ſeueritatẽ nõ erigit: quia dum quanta ſit districtio extremi examinis penſat, inter ſpẽ formidinẽque ſolicita trepidat: quia iudex iuſtus veniens, quid de perpetratis reputet, quid relaxet, ignorat. Nã quàm praua cõmiſerit, meminit, ſed an commiſſa dignè fleuerit, neſcit: ac ne culpæ immanitas modum pœnitentiæ tranſeat, metuit. Et plerunque culpam iam veritas relaxat: ſed mens afflicta adhuc de venia, dum valde ſibi eſt ſolicita, formidat.

Qui perfectè conuertitur ad Deum, adhuc ſecurus non eſt.

6 ORIGENES tom. 2. in Matth. tractat. 35. *In illa verba Matth. 26. Cœpit contriſtari, &c.* Conſidera quia non dixit, triſtabatur & tædiabatur. Sed, Cœpit triſtari, & tædiari. Multùm enim intereſt inter triſtari, & incipere triſtari. Si aliquis defendens paſsiones humanas, profert nobis etiam ipſum triſtatum fuiſſe Ieſum, audiat quoniam qui tentatus eſt per omnia ſecundùm ſimilitudinem prẹter peccatum, hic non eſt triſtatus triſtitia paſsionis ipſius, ſed factus eſt ſecundùm humanam naturam tantùm in ipſo principio triſtitiæ & pauoris, vt oſtendat diſcipulis ſuis præſentibus, maximè Petro magna de ſe exiſtimanti, rebus ipſis, quod poſtea eis dixit: Quia ſpiritus promptus eſt, caro autem infirma. Et non eſt aliquando confidendum in ea, ſed ſemper timendum de ea: quia incauta confidentia ad iactantiam ducit, timor autem infirmitatis, ad auxilium Dei cõfugere adhortatur, ſicut & Dominum ipſum paululum progredi, & cadere in faciem, & orare.

Matth. 26. Quid interſit inter triſtari: et incipere triſtari. — *Heb. 4.* — *Semper timẽdũ, nunquã præſumendum.*

LECTIO III.

DOCTOR.

CVM tu initiò dixiſti, in oratione mentis in Deũ contentionem requiri, nihil'ne opus corporis induſtria in eo negocio eſſe ſenſiſti?

ADOLESCENS.

Maximè verò. Nam cùm oratio pars quædam ſit eius honoris ac cultus, quem Opifici omnium Deo reddimus, æquum eſt ſanè vt corporis [a] etiam accedat labor ac induſtria, nam & à Deo illud quoque conditum eſt.

[a] *Exo. 9. Num. 10. 3. Reg. 8. Act. 21. 1. Cor. 11. 1 Tim. 2. Tertul. de orat. & Apolog. c. 30. & de monoga. & ad vxor. Iuſti. quæſt. à Gent propo. 115. Conc. Nice. c. 10. Chryſoſt. hom. 9. in Gen. & in. 1. Cor. 13. hom. 31.*

DOCTOR.

Idcirco fortaſſe factum eſt, vt non ſpiritu ſolùm Deus, verùm etiam adhibitis huic quoque rei cæremonijs nonnullis, colatur.

ADOLESCENS.

Planè: Deum enim & lingua [b] quoque precamur, quòd in hunc illa vſum homini data ſit. Si quæ ſunt prætereà externæ actiones, in eandem eiuſdem honoris rationem referuntur.

b Pſal. 34. Prou. 15. & 16 Iacob. 3.

DOCTOR.

Quid porrò verbis ac voce opus eſt oranti, cùm vel ſolas animi cogitationes, [c] Deus ipſe planè intelligat?

c Deut 31. Hiere. 17. Rom. 8. 1. Cor. 2.

ADOLESCENS.

Atqui non ideò ijs tum vtimur, vt noui quidpiam in rebus noſtris quod neſciat illi ſuggeramus, ſed vt his tanquàm adminiculis nos ipſos excitemus, [d] ac ad promerendam eius liberalitatem componamur.

d 1. Cor. 14. Epheſ. 5. Cyprian. de Oratio. dominica. Aug. de oran. Deo, ad Prob. Chryſoſt. homil. 3. contra Anomæ. & de orãdo Deum.

DOCTOR.

Quo'nam verò ſermone dum oramus, vtendum eſt?

ADOLESCENS.

Si priuatæ ſunt ac ſine arbitris preces noſtræ, licet cuiuis ſuo more, ac ex animi pietate agere: tametſi æquum eſt, vt earum precum, quibus vtimur formula, authoritate ac iudicio Paſtoris ſit confirmata, ne erremus. Quòd ſi hac in re quiſpiam ſermone peregrino, [e] & quem nõ intelligat, vti velit, orationis ſanè ſuæ fructu propterea non fraudabitur.

e Orig. contra Celſum, lib. 8.

DOCTOR.

Quid ſi oratio noſtra ſit publica, & in conſeſſu Eccleſiæ, licet'ne Latinè orare?

ADOLESCENS.

Quid ni etiam Græcè & Hebraicè? Tum enim clerus, qui idiotæ locum ſupplet, peregrinum ſermonem ritè intelligit, ac proinde ſingulis orationũ periodis, quæ ab antiſtite pronũciãtur

ſub-

ſubiungit, Amen, [f] vt hac ratione accuratè obſeruentur ea quæ de his à D. Paulo tradita fuerunt.

[f] *1. Cor. 14. Dio. Eccleſ. Hierar. c. 7. Chryſoſ in Liturg. Baſil. ibid. Nicol. Cabaſ. Cõcil. Later. ſeſſè intellectum.*

DOCTOR.

Sed vix è vulgo ac plebe vnus hæc intelligit.

ADOLESCENS.

Eſto: non tamen ob eam cauſam eo fructu ac ea vtilitate orationis priuatur, quæ ex precibus communibus & omnium nomine fuſis, ad omnes promanat. Interim enim dum publicus miniſter orat, corda, qui rudes ſunt, ſuſtollunt, & animos cum Eccleſia omnium matre iungunt, cuius cùm tanta ſit apud Deũ pro Chriſtianis authoritas, preces ab ea quouis idiomate conceptæ, [g] non niſi ſalutares eſſe poſſunt.

[g] *Matt. 18. 3. Reg. 8. 2. Paral. 6. Pſal. 118. & Cyp. vbi ſupra. Aug. ad Probã. Tertul. de orat. & apolog. c. 39. Chryſoſt. hom. 1. in Anoma.*

DOCTOR.

Licet'ne ea nobis omnia à Deo poſtulare, quæ in mentem veniunt?

ADOLESCENS.

Minimè. Nam quid oremus, ſicut oportet, neſcimus, [h] niſi Spiritusſancti doctrina ac inſtitutione erudiamur.

[h] *Roman. 8. Galat. 4. Chryſoſt. ibid. Tertu. vbi ſup. Cyp. de orat. Dom. Aug. vbi ſup.*

DOCTOR.

At non'ne vt credendi, ſic orandi quoque forma nobis aliqua relicta eſt?

ADOLESCENS.

Eſt: & ea quidem à Chriſto verbis cõceptis præſcripta, [i] & ſeptem tanquàm articulis diſtincta.

[i] *Matt. 6. Luc. 11.*

DOCTOR.

Cedo illam.

AVTHORIT. SCRIPT.

A EXOD. Cap. 9. Miſitque Pharao, & vocauit Moyſen & Aaron, dicens ad eos: Peccaui etiam nunc, Dñs iuſtus, & ego & populus meus, impij. Orate Dominũ vt deſinant tonitrua Dei, & grando: vt dimittam vos, & nequaquàm hic vltra maneatis. Ait Moyſes: Cũ egreſſus fuero de vrbe, extendam palmas meas ad Dominum, & ceſſabunt tonitrua, & grando non erit: vt ſcias quia Domini eſt terra.

NVMERO. Cap. 20. Ingreſſuſque Moyſes & Aaron, dimiſſa multitudine, in tabernaculum fœderis, corruerunt proni in terram, clamaueruntque ad Dominum, atque dixerunt: Domine Deus, audi clamorẽ huius populi, & aperi eis theſaurum tuum fontẽ aquæ viuæ, vt ſaturati, ceſſet murmuratio eorum. Et apparuit gloria Domini ſuper eos.

LIB. 3. Regum, Cap. 8. Factum eſt autẽ cùm compleſſet Salomon orans Dominũ, omnem orationem, & deprecationem hãc, ſurrexit de conſpectu altaris Dñi: vtrũque enim genu in terram fixerat, & manus expanderat in cœlum.

ACTO. Cap. 21. Et expletis diebus,

profecti ibamus, deducentibus nos omnibus cum vxoribus & filijs vſque foras ciuitatem:& poſitis genibus in litore, orauimus.

PRIOR. Ad Corinth.Cap.11. Omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput ſuum:omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput ſuum,vnum enim eſt ac ſi decaluetur. Vos ipſi iudicate: decet mulierem non velatam orare Deum? Si quis autem videtur eſſe contentioſus: nos talem conſuetudinē non habemus,neq; Eccleſia Dei.

PRIO. ad Timoth.Cap.2. Volo ergo viros orare in omni loco:leuantes puras manus ſine ira & diſceptatione.

B PSAL. 34. Et lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam,tota die laudem tuā.

PROVER. Cap. 15. Lingua ſapientum,ornat ſcientiam: os fatuorum ebullit ſtultitiam. ET. Lingua placabilis, lignum vitæ:quæ autem immoderata eſt, conteret Spiritum. ET. Labia ſapientum, diſſeminabunt ſcientiam: cor ſtultorum diſſimile erit.

ET Cap.16.Hominis eſt animam præparare,& Domini,gubernare linguam.

IACOB. Cap.3. Lingua conſtituitur in membris noſtris, quæ maculat totū corpus,& inflammat rotam natiuitatis noſtræ inflammata à gehenna. Omnis enim natura beſtiarum, & volucrum,& ſerpentum, & cæterorum domantur,& domita ſunt à natura humana:linguam autem nullus hominum domare poteſt, inquietū malum,plena veneno mortifero.In ipſa benedicimus Deum & Patrē:& in ipſa maledicimus homines,qui ad ſimilitudinem Dei facti ſunt. Ex ipſo ore procedit benedictio & maledictio.Non oportet fratres mei hæc ita fieri. Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem,& amaram aquam?

C DEVTER- Cap.31.Scio enim cogitationes eius, quę facturus ſit hodie, ante quàm introducam eum in Terrā, quam ei pollicitus ſum.

HIERE. Cap. 17.Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile, quis cognoſcet illud? Ego Dñs ſcrutans cor,& probans renes.

AD ROM. Cap.8.Qui autē ſcrutatur corda,ſcit,quid deſyderet Spiritus: quia ſecundùm Deum poſtulat pro ſanctis.

PRIOR. Ad Corinth.Cap.2. Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei.

D PRIO. Ad Cor.Cap.14.Tam multa, vtputa, genera linguarum, ſunt in hoc mundo:& nihil ſine voce eſt. Si ergo neſciero virtutem vocis,ero ei,cui loquor,Barbarus:& qui loquitur, mihi Barbarus. Sic & vos quoniam æmulatores eſtis ſpirituum ad ædificationē Eccleſiæ quærite,vt abundetis. Et ideò qui loquitur lingua, oret, vt interpretetur.Nam ſi orem lingua, ſpiritus meus orat,mens autem mea ſine fructu eſt. Quid ergo eſt? Orabo ſpiritu,orabo & mente: pſallam ſpiritu, pſallam & mente.

AD EPHES. Cap.5, Vt ſupra,lect. 1.litera.B.

F PRIOR. Corinth. Cap. 14. Vt ſuprà,litera.D. ET. Cæterum ſi benedixeris Spiritu:qui ſupplet locum idiotæ, quomodo dicet,Amen,ſuper tuam benedictionem?Quoniam quid dicas, neſcit. Nam tu quidem bene gratias agis,ſed alter non ędificatur.

G MATTH. Cap.18.Quòd ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ. Si autem Eccleſiam non audierit:ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. ET. Iterum dico vobis,quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram,de omni re quancunq; petierint, fiet illis à Patre meo,qui in cœlis eſt. Vbi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.

LIB. 3. Regum, Cap. 8. Reſpice ad orationem ſerui tui, & ad preces eius Domine Deus meus:audi hymnum & orationem, quam ſeruus tuus orat coram te hodie:vt ſint oculi tui aperti ſuper domum hanc nocte ac die: ſuper domum de qua dixiſti; Erit nomen meum ibi: vt exaudias orationem, quam orat in loco iſto ad te ſeruus tuus: vt exaudias deprecationem ſerui tui,& populi tui Iſraēl.

LIB. 2. Paralipom. Cap. 6. Et deinceps flexis genibus contra vniuerſam multitudinem Iſraēl,& palmis in cœlum leuatis, ait, &c. Ergo'ne credibile eſt, vt habitet Deus cum hominibus ſuper terram? Si cœlum & cœli cœlorum non te capiunt, quantò magis domus iſta, quam ædificaui? Sed ad hoc tantùm facta eſt, vt reſpicias orationem ſerui tui & obſecrationem eius Domine Deus meus: & audias preces,quas fudit famulus tuus coram te: vt aperias oculos tuos ſuper domum iſtam diebus ac noctibus, ſuper locum inquo pollicitus es,vt inuocaretur nomen tuum,

& exau-

& exaudies orationem, quam ſeruus tuus orat in eo, & exaudias preces famuli tui & populi tui Iſraël. Quicunque orauerit in loco iſto, exaudi de habitaculo tuo, id eſt, de cœlis, & propitiare.

PSAL. 118. Particeps ego ſum omniũ timentium te, & cuſtodientium mandata tua.

H AD ROMAN. Cap. 8. Vt in textu.

AD GALAT. Cap. 4. Quoniam autem eſtis filij Dei: miſit Deus Spiritũ Filij ſui in corda veſtra clamãtem Abba: Pater. Itaque iam nõ eſt ſeruus, ſed filius. Quòd ſi filius, & hæres per Deum.

MATTH. Cap. 6. Sic ergo vos orabitis, Pater noſter, &c. Vt lectione ſequẽti, in textu.

LVC. Cap. 11. Cum oratis, dicite, Pater, ſanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Panem noſtrum quotidianũ da nobis hodie: & dimitte nobis peccata noſtra, ſiquidem & ipſi dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem.

AVTHORIT. PATR.

A 1 TERTVL. Lib. de Oratione, Cap. 12. & 13. Siquidẽ irreuerens eſt aſſidere ſub conſpectu, contraque conſpectum eius, quem cùm maximè reuerearis ac venereris: quantò magis ſub conſpectu Dei viui, Angelo adhuc orationis aſtante, factum iſtud irreligioſiſsimum eſt? Niſi exprobramus Deo quòd nos oratio fatigauerit. Atqui cum modeſtia & humilitate adorantes magis commendemus Deo preces noſtras, ne ipſis quidem manibus ſublimius elatis, ſed temperatè ac probè elatis. Ne vultu quidem in audaciam erecto. Nam ille Publicanus, qui non tantùm prece, ſed & vultu humiliatus atque deiectus orabat, iuſtificatior Phariſæo procaciſsimo diſceſsit.

Non eſt ſedendum cũ oramus.

Cum modeſtia & humilitate, leuatis manibus, demiſſoque vultu orãdum eſt. Luc. 18.

2 IDEM in Apologe. aduerſus gentes, Cap. 30 Illuc (*in Cœlum*) ſuſpicientes Chriſtiani manib⁹ expãſis, quia innocuis: capite nudo, quia non erubeſcimus: denique ſine monitore, quia de pectore oramus, precantes ſumus omnes ſemper pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam, imperiũ ſecurum, domum tutam, exercitus fortes, ſenatum fidelem, populum probum, orbem quietum, & quæcunq; hominis & Cæſaris vota ſunt. Hæc ab alio orare non poſſum, quàm à quo me ſcio cõſequuturum: quoniã & ipſe eſt, qui ſolus præſtat, & ego ſum, cui impetrare debetur, famulus eius, &c. Sic itaque nos ad Deum expanſos vngulæ fodiant, cruces ſuſpendant, ignes lambant, gladij guttura detruncent, beſtiæ inſiliant: paratus eſt ad omne ſupplicium ipſe habitus orantis Chriſtiani. Hoc agite boni præſides, extorquete animam Deo ſupplicantẽ pro Imperatore. Hic erit crimen, vbi veritas & Dei deuotio eſt.

Veterũ Chriſtianorũ geſtus et ritus in orando.

3 IDEM Lib. de Monogamia, Cap. 14. Quandiu cauſabimur carnem? Quia dixit Dominus, Caro infirma. Sed præmiſit: Et ſpiritus promptus eſt: vt vincat ſpiritus carnem, vt cedat, quod infirmum eſt, fortiori.

In oratione vincat ſpiritus carnem. Matth. 26.

4 IDEM Lib. primo ad vxorem, Cap. 4. Sed carnem legimus infirmam, & hinc nobis adulamur impenſius. Legimus tamen & ſpiritũ firmum. Nã in vno ſenſu vtrũq; poſitum eſt. Caro, terrena materia eſt, ſpiritus verò, cœleſtis. Cur ergo ad excuſationem proniores, quæ in nobis infirma ſunt, opponimus: quæ verò fortiora, nõ tuemur? Cur cœleſtibus terrena non cedant? Si ſpiritus carne fortior, quia & generoſior, noſtra culpa infirmiora ſectamur.

Matth. 26.

5 ET Lib. 2. Cap. 5. Latebis'ne tu cùm lectulum, cùm corpuſculum tuum ſignas, cùm aliquid immundum flatu expuis, cùm etiã per noctem exurgis oratum, & non Magiæ aliquid videberis operari?

Lect⁹ et corp⁹ cruce ſignetur.

6 ET Cap. 9. Quale iugum fidelium duorum vnius ſpei, vnius voti, vnius diſciplinæ, eiuſdem ſeruitutis? Ambo fratres, ambo conſerui, nulla ſpiritus carnis'ue diſcretio. Atqui verè duo in carne vna. Vbi caro vna, vnus & ſpiritus. Simul orãt, ſimul volutãtur, & ſimul ieiunia tranſigũt, alterutrò ducentes, alterutrò hortantes.

Per noctem ſurgitur ad orandum.

Geneſ. 2.

7 IVSTINVS Martyr, lib. Quæſtionum à Gẽtibus poſitarum, quæſt. 115. Si geniculatio in precibus magis Deo eos, qui precantur, quàm ſtatio ſiſtit & cõmẽdat, diuinamque miſericordiam magis incitat, & mouet: cur Dominicis diebus, & à Paſcha vſq; ad Pentecoſtẽ genu nõ flectũt ij, qui precãtur? Vnde etiã talis cõſuetudo in Eccleſias inducta eſt? *Explicatio.* Quoniã verũque ſempiterna memoria recolere debem⁹, & caſum noſtrũ in peccatum, & Chriſti in nos charitatem, qua ex caſu ſurreximus. Idcirco genuflexio quam ſex diebus adhibemus, caſum noſtrum in peccatum ſignificat. Non flectere autem genu Dominico

Cur aliquãdo flexis genibus, aliquando ſtantes oramus.

die, Reſurrectionis noſtræ eſt ſignificatio, qua Chriſti benignitate, & à peccatis, & à morte, quæ ab illo interfecta eſt, liberati ſumus. Hæc autem conſuetudo ab Apoſtolorum temporibus cœpit, quemadmodùm ait beatus Irenæus martyr & Lugdunenſis Pontifex in libro de Paſcha, in quo mentionem etiam de Pentecoſte facit, in qua genu non flectimus, quòd eodem loco habenda ſit, quo Dominicus dies, ob eam cauſam, quam de eo diximus.

Diebus Dominicis & Pentecoſtes ſtantes oramus.

8 CONCILIVM Nicenum, Cap. 20. Quoniam ſunt in Dominica die quidam ad orationem genua flectentes, & in diebus Pentecoſtes, placuit de hoc ſanctę & magnæ Synodo, cunctos in omnibus locis conſonanter, & conſentienter ſtantes Dominum orare debere.

Contrito corde & humili mēte, orare oportet.

Pſal. 50.

9 CHRYSOST. tom. 1. in Geneſ. Homil. 9. ante finem. Qui hæc continuò in mente ſua verſat, & ſuam tenuitatem agnoſcit, & emineotem Diuinam miſericordiam cogitat, quomodò res noſtras gubernans, non attendat, quid mereantur noſtra peccata, ſed ad ſuam bonitatem: is nimirùm mentem humiliat, cor conterit, omnem faſtum & arrogantiam caſtigat, diſcit modeſtè agere, contemnere præſentis vitæ gloriam, ridere viſibilia omnia, cogitare futura vitæ immortalis bona. Qui ſic afficitur animo, verum acceptum ſacrificium Deo offert, ſicut Propheta dicit: Sacrificium Deo Spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpiciet. Cordatos enim famulos non tam pœnæ & ſupplicia emendant, vt beneficia: & agnoſcere, quòd non iuxta delictorum merita pœnam luerint. Conteramus igitur pectus noſtrum, humiliemus (obſecro) mentem, & maximè nunc cùm hoc ieiunij tempus multa nobis præbet ſubſidia.

1. Cor. 13.

10 IDEM tom. 4. in. 1. ad Corinth. Cap. 13. Homil. 32. Si linguis hominum loquar & Angelorum, &c. Linguam autem Angelorum dicit, non quia ſpiritibus corpus affingat: ſed ſi ea loquar, qua vtuntur inter ſe ipſi, nullus tamen fuero, inquit, ſine charitate, ſed grauis inſuper & moleſtꝰ. Sic alibi etiam: Huic omne genu flectatur, inquit, Cœleſtium, Terreſtriū, Infernorū. Haud equidem genua oſſa'ue ſpiritibus tribuendo, (abſit enim) ſed eminentem adorationem pro humano captu declarans: eodem hîc etiá pacto, linguam, non carneū

Philip. 2.

Genu flexio ſignificat eminentem adorationē.

inſtrumentum, ſed beata ſpirituum inter ſe colloquia, more noſtro loquens, vocauit.

Ioan. 4.

D 1 CYPRIANVS, Sermone de Oratione Dominica. Qui fecit viuere, docuit & orare, benignitate, ſcilicet, qua & cætera dare, & conferre dignatus eſt, vt dum prece & oratione, quam Filius docuit, apud Patrem loquimur, facilius audiamur. Iam prędixerat horam venire quando veri adoratores adorarent Patrem in Spiritu & veritate, & impleuit quod antè promiſerat: vt qui Spiritum & veritatem de eius ſanctificatione percepimus, de traditione quoque eius verè & ſpiritualiter adoremus. Quæ enim poteſt magis ſpiritualis eſſe oratio, quàm quæ à Chriſto nobis data eſt, à quo nobis & Spiritus ſanctus miſſus eſt? Quæ vera magis apud Patrem precatio, quam quæ à Filio, qui eſt Veritas, de eius ore prolata eſt? Vt aliter orare quàm docuit, non ignorantia ſola ſit, ſed & culpa.

Laus Dominicæ orationis.

Culpa eſt orare aliter quàm Chriſtus docuit.

Luc. 11.

Cur nos Deus orare iubeat cùm ſciat omnia.

2 AVGVST. tom. 2. Epiſt. 121. ad Probam, de Orando Deum, Cap. 8. Qui nouit bona data dare filijs ſuis, petere nos & quærere & pulſare compellit. Quod quare faciat qui nouit, quid nobis neceſſariū ſit prius quàm petamus ab eo, mouere animū poteſt, niſi intelligamus quòd Dominus & Deus noſter non voluntatem noſtram ſibi velit innoteſcere, quam non poteſt ignorare, ſed exerceri in orationibus deſyderium noſtrum, quo poſſimus capere, quod præparat dare.

Verbis orando vtimur, vt nos ipſos excitemus.

3 ET Cap. 9. In ipſa ergo fide, & ſpe, & charitate, continuato deſyderio ſemper oramus. Sed ideò per certa interualla horarū & temporum etiam verbis rogamus Deum, vt illis rerum ſignis nos ipſos admoneamus, quantùmque in hoc deſyderio profecerimus, nobis ipſis innoteſcamus, & ad hoc agendū nos ipſos acrius excitemus. Dignior enim ſequitur effectus, quem feruentior pręcedit affectus.

4 ET Cap. 11. Nobis ergo verba neceſſaria ſunt, quibus commoueamur, & inſpiciamus quid petamus, non quibus Dominum ſeu docendum ſeu flectendum eſſe credamus.

Domi nō tā bene oratur quàm in Eccleſia.

5 CHRYSOST. tom. 5. de Incomprehenſibili Dei natura contra Anomæos, Homil. 3. Sed ô frigidam excuſationem excuſandi, quam à compluribus reddi audio. Orare vel domi poſſumus, dicūt, ſed homiliam doctrinamque audire non niſi in Eccle-

Eccleſia poſſumus. Te homo decipis, & magno in errore verſaris. Nam ſi & domi quoque datur orandi facultas, tamen fieri non poteſt, vt domi tam bene ores, quàm in Eccleſia, vbi tot patres, vbi clamor felici ſocietate exitus ad Deum immortalem refertur. Non pariter exoras, cùm ſolus Dominum obſecras, atque tuis cum fratribus. Eſt enim in hoc plus aliquid, videlicet concordia, cõſpiratio, copula amoris & charitatis, ſecerdotum clamores. Præſunt enim ob eã rem ſacerdotes, vt populi orationes, quæ infirmiores per ſe ſunt, validiores illas complexæ ſimul in cœlum euehantur. Adde quòd nil fructus capi ex homilia poteſt, niſi oratio adiungatur. Porrò ſermoni oratio debet anteire. Sic Apoſtoli dicunt: Nos in oratione, ac ſermonis doctrina perſeuerabimus. Sic Paulus facit cùm in exordijs ſuarum epiſtolarum oret, vt perinde quaſi lumen lucernę lux ipſa orationis regat ſermonem, ac dirigat. Profectò ſi orare cum diligentia inſueſcas, nihil eſt, quòd doctrinam tui conſerui deſyderes, cùm ipſe Deus ſine vllo interprete mentem tuam abundè luce afficiat. Quòd ſi omnis oratio tantam vim habet, longè magis eam, quæ ore multorum proueniat, valere conſentaneum eſt. Plus enim neruorum in ea eſt, & multò audentia maior, quàm in domeſtica illa & priuata. Vnde id conſtet, Paulum ipſum dicentẽ audi: Qui ex tantis periculis eripuit nos & eruit, etiam ſperamus, quòd adhuc eripiet, vobis quoque in oratione pro nobis, ſubuenientibus, vt dono in vos collato, à multis perſonis gratiæ agãtur pro nobis. Sic enim Petrus carcerem euaſit: oratio enim pro eo ab Eccleſia ſedulò agebatur ad Deũ. Quòd ſi Petro Eccleſiæ oratio profuit, & columnam illam ac ſtabilimen noſtræ religionis carcere liberauit: cur eius vim tu contemnis & negligis? Qua te poſſis purgare ratione? Deum quoque dicentem audi, quàm populo cum beneuolentia inuocãte placetur, & parcat. Quippe qui ſe excuſans apud Ionam Prophetam fruticis augmento cucurbitæ, verba ad hunc modum faciat: Tu doles ſuper cucurbita, in qua non laboraſti, neque feciſti vt creſceret: Ego non parcam Niniue ciuitati meæ magnæ, in qua habitant plures quàm centum viginti millia hominum? Nõ ſine re amplum populi numerum propoſuit, ſed vt intelligas plurimùm eam pollere orationem, quæ cũ conſenſu agitur, & iugi concordia plurium hominum,

Oratio homiliam præcedat.

Acto. 6.

2. Cor. 1.

Act. 12.

Ion. vlt.

6 IDEM tom. 5. Lib. 1. de Orando Deum. Verùm aliquis forſitan ex eorũ numero, qui ſocordiæ ſegnitiæq; dediti, nolũt attentè ac diligenter orare, perſuaſurus ſit in hoc Deum illa verba dixiſſe: Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui eſt in cœlis. Atqui ego ſi crederem ſolam precationem ad ſalutẽ noſtram ſufficere, non iniuria ſermonem hunc nobis obijceret aliquis: Nũc cum profitear deprecationem caput eſſe bonorum omnium, baſim ac radicem vitæ frugiferæ, nõ eſt quòd quiſquam illis verbis abutatur ad excuſationem ſuæ ſocordiæ. Nec enim ſola temperantia poteſt homini ſalutem adferre, ſi cætera deſint bona, neque cura pauperum, neque benignitas, neque quicquam aliorum, quæ cum virtute gerũtur: ſed oportet vt omnia ſimul concurrãt in animas noſtras. Cęterum precatio ceu radix & baſis, omnibus cæteris ſubſternitur. Neque ſecus ac nauem & domum, ea quæ ſubſtrata ſunt, validam reddunt, ac ne ſoluatur, continent: ita noſtram vitam orandi ſtudium cõtinet, & vbique firmam reddit, adeò vt abſque hoc nihil nobis boni poſſit cõtingere, neq; quod ad ſalutem conducat.

Matth. 7.

Oratio caput eſt bonorum omniũ, & baſis ac radix vitæ frugiferæ.

E 1 ORIGENES tom. 2. Contra Celſum, Lib. 8. Quare perſuaſum ſit omnibus, Celſum hæc nobis obijcere immeritis: ſciãtque, quòd germanè Chriſtiani, ne vſitatis quidem in ſacra ſcriptura Dei nominibus vtantur inter precandum, ſed Græci Græcis, Romani Romanis, ſinguliq; precẽtur propria lingua, Deumq; celebrent pro viribus. Et omnium linguarum Dominus omnibus linguis precantes exaudit, tam variè loquentes haud ſecus, quàm conſonos (vt ita dicam) & vnius vocis homines intelligens. Non eſt enim Deus Maximus vnus eorum, qui certam aliquam linguam ſortiti ſunt, ſiue Gęrcam, ſiue barbaram, cæterarum ignari, nec ſoliciti de alienæ linguæ hominibus.

Quacunque lingua oratio fieri poteſt.

F 1 DIONYS. Areopagita Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, Cap. 7. *Interprete Ambroſio Camalduenſi.* At verò efficientes conſecrationis preces, fas nõ eſt ſcripto interpretari: neque ipſarum arcanum, ſiue illas quæ in his ex Deo fiunt virtutes è ſecreto in publicum efferre. Sed ſicuti noſtra habet Sacroſancta Traditio, vbi eas ſecretioribus inſtructionibus hauſeris, atque ad ſecretiorẽ habitũ capacioremq; intelligentiã diuino amore,

In Miſſa quæ arcana ſunt, ne enũciet ſacerdos.

amore, ſacriſque actionibus conſummatus euaſeris, ad ſupremam ipſarum ſcientiam ſubueheris, diuina luce radiatus.

2 CHRYSOST. & Baſilius, in liturgijs ſæpe vtuntur vocibus Grçcis & Hebraicis, populo ſimiliter reſpondente.

3 NICOLAVS Cabaſilas, Lib. de Diuino altaris ſacrificio, Cap. 15. (*habetur tom. 4. ſacra Bibliotheca*) Propterea cùm perfecit orationem (*Sacerdos*) hanc cauſæ allationem, quia & eſt in extrema parte, & eſt glorificatio, legit omnibus audientibus, vt omnes hymni participes accipiat, & Deus ab omni Eccleſia laudetur. Audiẽtes ergo, ſunt hymni cum illo participes: poſtquàm enim ille dixit, & glorificauit, fideles omnes, Amen, dicunt, & cùm hoc verbo acclamarunt, omnes illius voces vt proprias ſibi aſſumunt.

Cùm populus reſpondet, Amen Sacerdotis voces vt proprias ſibi aſſumit.

4 ET Cap. 21. Et cùm hoc exclamauit, & glorificationem adiecit, cantandi hymni ter Sancti ſacro populo hoc veluti ſignum proponit: & cum ipſi, vt mos eſt, glorificationi, Amen, ſubiecerint, hymnum incipiunt.

5 CONCIL. Lateranenſe ſub Innocentio. III. Cap. 9. (*Et habetur in Cap. Quoniã, de offic. indi. ordi.*) Quoniam in pleriſq; partibus intra eandem ciuitatem atq; diœcẽſim permixti ſunt populi diuerſarum linguarum, habentes ſub vna fide varios ritus & mores, diſtrictè prçcipimus, vt Pontifices huiuſmodi ciuitatum ſiue diœcẽſum, prouideant viros idoneos, qui ſecundũ diuerſitates rituũ & linguarũ diuina officia illis celebrẽt, & Eccleſiaſtica ſacramẽta miniſtrẽt, inſtruendo eos verbo pariter & exemplo.

Vbi diuerſarum ſunt linguarum populi, diuerſo idiomate docendi ſunt.

G

1 CYPRIA. Sermone, de Oratione Dominica. Publica eſt nobis, & communis oratio: & quando oramus, non pro vno, ſed pro populo toto oramus, quia totus populus vnum ſumus. Deus pacis & concordiæ magiſter, qui docuit vnitatem, ſic orare vnum pro omnibus voluit, quomodò in vno omnes ipſe portauit. Hanc orationis legem ſeruauerunt tres pueri in camino ignis incluſi, conſonantes in prece, & ſpiritus conſenſione concordes. Quod declarat Scripturæ diuinæ fides; & cùm docet, quomodò orauerint tales, dat exemplum quod imitari in precibus debeamus, vt tales eſſe poſsimus. Tunc, inquit, illi tres quaſi ex vno ore hymnum canebant, & benedicebãt Dominum. Loquebantur quaſi ex vno ore, & nondum illos Chriſtus orare docuerat, & idcirco orãtibus fuit impetrabilis & efficax ſermo, quia promerebatur Dominum pacifica, & ſimplex, & ſpiritualis oratio. Sic & Apoſtolos cũ diſcipulis poſt aſcenſum Domini inuenîmus oraſſe: Erant, inquit, perſeuerãtes omnes vnanimes in oratione, cum mulieribus & Maria, quæ fuerat mater Ieſu, & fratribus eius. Perſeuerabant in oratione vnanimes, orationis ſuæ & inſtantiam ſimul, & concordiam declarantes. Quia Deus, qui inhabitare facit vnanimes in domo, non admittit in diuinam & æternam domum, niſi apud quos eſt vnanimis oratio. *Et verſus finem.* Quando autem ſtamus ad orationem, fratres dilectiſsimi, vigilare & incumbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio omnis ſecularis & carnalis abſcedat, nec quidquam tunc animus, quàm id ſolum cogitet quod precatur. Ideò & ſacerdos ante orationem præfatione præmiſſa, parat fratrum mentes dicẽdo; Surſum corda: vt dum reſpõdet plebs; Habemus ad Dominum, admoneatur nihil aliud ſe, quàm Dominum cogitare debere.

Publica oratio, communis pro omnibus debet eſſe.

Dan. 3.

Act. 1.

Pſalm. 67.

In oratione de Deo ſolo cogitãdum.

2 AVGVS. tom. 2. Epiſt. 121. ad Probam, De Orando Deum, Cap. 12. Nam quãlibet alia verba dicamus, quæ affectus orantis vel præcedẽdo format, vt clareat, vel cõſequendo attendit, vt creſcat, nihil aliud dicimus quàm quod in iſta Dominica Oratione poſitum eſt, ſi rectè & congruenter oramus. *Et poſt pauca.* Vnde liberum eſt alijs atq; alijs verbis, eadem tamen in orando dicere, ſed non debet eſſe liberũ alia dicere.

Non dicẽda ſunt dicenda niſi quæ in oratione Dominica continẽtur.

3 TERTVLL. Lib. de Oratione, Cap. 13. Sònos etiam vocis ſubiectos eſſe oportet, aut quantis arterijs opus eſt, ſi pro ſono audiamur? Deus autem non vocis, ſed cordis auditor eſt, ſicut conſpector. Dęmonium oraculi Pithij: & mutum, inquit, intelligo, & non loquentem exaudio. Dei aures ſonum expectant? Quomodò ergò oratio Ionæ de ventre ceti per tantæ beſtiæ viſcera ab ipſis abyſsis per tantam æquoris molem ad cœlum potuit euadere? Quid amplius referent iſti, qui clarius adorant, niſi quòd proximis obſtrepunt? Imò prodendo petitiones ſuas, quid minus faciunt, quàm ſi in publico orent?

Etiã ſurreſte audit Deus orationes nobiſcũ.

Ion. 2.

4 IDEM in Apologetico aduerſus gentes, Cap. 39. Corpus ſumus de conſcientia religionis, & diſciplinæ veritate, & ſpei fœdere. Coimus in cœtum & cõgregationẽ, vt ad Deũ quaſi manuſacta precationibus ambiamus orantes. Hæc vis Deo grata eſt.

Vnanimis oratio Deo valde grata.

5 CHRY-

5 CHRYSOST. tom.5.Homil.3.de Incomprehenſibili Dei natura contra Anomœos. Vt ſuprà, litera. D. autho.3.

H

1 CHRYSOST. tom.4.in Cap. 8. Ad Roman.Homilia.14. Quod oraturi ſumus,vt oportet,non nouimus. Hæc autem dixit,tum oſtendens,magnoperè nos Spiritui curæ eſſe,tum illos docens non omnino exiſtimare debere,ea vtilia eſſe,quæ humanis cogitationibus vtilia videntur.Nã quandoquidem veriſimile erat, illos inter flagella,inter exilia,inter ſexcenta,quæ paterentur mala,requiẽ quærere, exiſtimareq; ſibi eam eſſe vtilem: tum autẽ hanc à Deo poſtulare gratiam:ait, Ne quæ vobis vtilia videntur,ea omnino eſſe exiſtimetis. Etenim ad id Dei auxilio egemus, vſq; adeò imbecillus eſt homo, ac per ſe nihil.Itaque dixit: Siquidem hoc ipſum, quid oraturi ſimus,ſicut oportet, non nouimus. Vt enim amplius diſcipulum ignorantię pudeat ſuę, palam facit, & magiſtros in eàdem ignorantia verſari.Neque enim dixit:Non nouiſtis:ſed,Non nouimus. Ac, quòd ea non dixerit,modeſtiam præſeferens,per alia indicauit.Nam indeſinenter in precibus ſuis Romam videre orabat, nec cùm precaretur,id aſſequutus eſt.Prætereà, & pro ſtimulo ſibi in carne dato:hoc eſt, pro periculis,ſæpenumero preces fudit,ac omnino voti incompos euaſit. Quin & Moyſes in veteri lege,obſecrans,Palæſtinam vt videret: & Hieremias pro Iudæis ſupplicãs, & Abraham pro Sodomitis.

Rom. 8.

Quod Spiritus ſanctus ſuggeſſerit, in oratione petendũ eſt.

Rom. 1.

2.Cor. 11.

Deut.34.
Hiere. 14.
Gen.18.

2 TERTVLLIANVS, Lib.de Oratione,Cap.9.&.10. Deus ſolus docere potuit,vt ſe vellet orari.Ab ipſo igitur ordinata religio orationis,& de Spiritu ipſius iam tunc cùm ex ore Diuino ferretur, animata ſuo priuilegio aſcendit in cœlum commendans Patri,quæ Filius docuit. Quoniã tamen Dominus proſpector humanarum neceſsitatum, ſeorſum poſt traditam orãdi diſciplinam,Petite,inquit,& accipietis: & ſunt quæ petantur pro circunſtantia cuiuſque,præmiſſa legitima & ordinaria orationeque quaſi undam ento,accidentium Ius eſt deſyderiorum,Ius eſt ſuperſtruendi extrinſecus petitiones:Cum memoria tamen præceptorum,ne quantùm à præceptis, tãtùm ab auribus Dei longè ſimus. Memoria præceptorum viam orationibus ſternit ad cœlũ.

Deus ſolus docere poteſt vt ſe velit orari.

Matt.7.

3 CYPRIA. ſermo, De Oratione Dominica, in initio. Quæ enim poteſt magis ſpiritualis eſſe oratio quàm quæ à Chriſto nobis data eſt, à quo nobis & Spiritusſanctus datus eſt? Quæ vera magis apud Patrẽ precatio,quàm quæ à Filio, qui eſt Veritas, ab eius ore prolata eſt? Vt aliter orare, quã docuit,non ignorantia ſola ſit,ſed & culpa, quando ipſe poſuerit, & dixerit: Reijcitis mandatum Dei,vt traditionem veſtram ſtatuatis. Oremus itaque fratres chariſsimi ſicut magiſter Deus docuit. Amica & familiaris oratio eſt Deum de ſuo rogare, ad aures eius aſcendere Chriſti orationẽ. Agnoſcat Pater Filij ſui verba, cùm precem facimus.Qui habitat intus in pectore, ipſe ſit & in voce.

Orationis Dominica encomia.

Matth. 15.

Orandus Deus ſicut Chriſtus docuit.

4 AVGVST. tom.2.Epiſtol.121.ad Probam,de orando Deũ. Cap.12. Quiſquis autẽ id dicit quod ad iſtã Euangelicã precẽ pertinere non poſsit, etiamſi non illicitè orat,carnaliter orat:quod neſcio quẽadmodũ non dicatur illicitè,quãdoquidẽ Spiritu renatos, non niſi ſpiritualiter decet orare.

Spiritualiter,nõ carnaliter orãdum eſt.

5 ET Cap.14. Adhuc eſt fortaſſe quod quæras,cur Apoſtolus dixerit: Quid enim oremus ſicut oportet,neſcimus. Neq; enim vllo modo credendũ eſt vel ipſum,vel quibus iſta dicebat,Dominicã neſciſſe orationẽ.Cur ergo putamus hoc eũ dixiſſe,quod nec temerè potuit,nec mendaciter dicere, niſi quia moleſtiæ tribulationeſque temporales plerunq; proſunt,vel ad ſanandum timorem ſuperbiæ,vel ad probandam, exercendamue patientiã,cui probatæ & exercitatæ clarior merces vberiorq; ſeruatur, vel ad quæcunq; flagellanda & abolẽda peccata:tamen nos neſciẽtes quid iſta proſint,ab omni tribulatione optamus liberari? Ab hac ignorantia nec ſeipſum Apoſtolus oſtendit alienũ,niſi fortè quid oraret, ſicut oportet, ſciebat,qui quando in reuelationum magnitudine ne extolleretur datus eſt illi ſtimulus carnis Angelus Satanæ, qui eum colaphizaret:propter quod ter Dominum rogauit, vt eum auferret ab eo,vtique ſicut oportet neſciens quid oraret.Deniq; Dei reſponſum cur non fieret quod vir tantus orabat, & quare fieri non expediret,audiuit: Sufficit tibi gratia mea:nam virtus in infirmitate perficitur. In his ergo tribulationibus, quæ poſſunt & prodeſſe & nocere, quod oremus ſicut oportet, neſcimus: & tamen quia dura,quia moleſta, quia cõtra ſenſum noſtræ infirmitatis ſunt, vniuerſali humana voluntate vt à nobis hæc auferantur, oramus.

Roma. 8.

An tribulationes ſint nobis vtiles, ignoramus.

1. Cor. 11.

LE-

LECTIO IIII.

ADOLESCENS.

Pater noſter qui es in cœlis.

1 *Sanctificetur nomen tuum.*

2 *Aduentat Regnum tuum.*

3 *Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra.*

4 *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.*

5 *Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.*

6 *Et ne nos inducas in tentationem.*

7 *Sed libera nos à malo, Amen.*

DOCTOR.

An verò tres illæ, quæ primo loco recitatæ ſunt voces, petitionem aliquam conficiunt?

ADOLESCENS.

Minimè: ſed ad cætera viam quandam ſternunt, vt rectius ac ſanctius excipiantur

DOCTOR.

Quid ita?

ADOLESCENS.

Deum in primis hîc Patrem nominamus ea ratione potiſsimùm, qua ſummæ Trinitati creaturarum omnium Opifici tribui ſolet,[a] vt certiſsimam inde ſpem concipiamus, nihil ritè petitum ab eo illis negari ſolere,[b] qui ſuam omnem, tanquàm filij Chariſsimi in eo, veluti in Optimo Parente, fiduciam conſtituunt.

a *Deut. 32. Malach. 1. Matth 11. & 13. Ioan. 10. 1. Cor. 6. Galat. 4. Hebr. 11. 1. Petr. 1.*

b *Matt. 7. 11. & 11 Luc. 11. Ioan. 14. Rom. 8. Cyp. de orat. Dom. Aug. ad Prob. Tertul. de orat. Chryſoſt. in Matt. Bernar. ſup. Cant.*

DOCTOR.

Cur hunc Patrem noſtrum vocas, & non meum?

ADOLESCENS.

Quòd eius opus ſumus omnes[c] ab eo conditi, & Filij eius Ieſu Chriſti, tanquàm vnius corporis, inuicem membra,[d] cuius merito noſtras omnes preces concipimus ac formamus: ac proinde quidquid à nobis hac tota orationis forma ab omniū Parente flagitatur, id non priuato vnius, ſed communi omnium nomine poſci debet.

c *Gen. 1. Iſai. 45. & 64. Pſalm. 99. Malac. 2. Acto. 17. 2. Cor. 5. 1. Cor. 3. Galat. 6. Epheſ. 4. Matth. 12. & 28. Rom. 8. & 14. 1. Corint. 6. & 11. Epheſ. 5. Heb. 2.*

D O-

DOCTOR.

Cur illum in cœlis, cùm ſit vbique,[e] potiſsimùm interpellas?

e 3.Reg.6. 2.Para.6. Pſal.138. Iſa.66. Act.7.et.17.Heb.4.

ADOLESCENS.

Atqui ad potentiam & prouidētiam eius explicandam [f] nulla certiorratio iniri potuit. Nam cùm in cœlis ille, vnde omnia noſtra bona delabuntur, imperet, facilè nobis adeſſe poteſt: ac proinde ſperamus non inanem fore noſtram petitionem apud eum in cuius manu ſunt omnia conſtituta.[g]

f Exo.19. Leuit.16. Deut.16.&.18. 3.Reg.8. Dan.2. Acto.7.&.14. Rom.1. Tertul.Apolog.cap.30.

g Gen.33. Iob.11. Pſal.13. Iſa.35.& 50. 1.Corinth.2. 1.Tim.6. Apocal.1.&.17.

DOCTOR.

Cùm ergò ille noſtrum omnium ſit Pater, debet nos audire ac iuuare libenter.[h] Et cùm ſolus in cælis dominetur, nos cupit ſeruare actueri potenter.[i]

h Matth.6. Luc.11. Ioan.14. Roma.8. 1.Petr.1.

i 3.Reg.8. 2.Par.6. Dan.9.

AVTHORIT. SCRIPT.

A DEVTERO. Cap.32. Nunquid nō ipſe eſt Pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creauit te?

MALAC. Cap.1. Filius honorat Patrem, & ſeruus Dominum ſuum; ſi ergo Pater ego ſum, vbi eſt honor meus? Et ſi Dn̄s ego ſum, vbi eſt timor meus, dicit Dominus exercituum?

MATTH. Cap.11. Confiteor tibi Pater Dn̄e cœli & terræ, quia abſcondiſti hęc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Ita Pater: quoniam ſic fuit placitū

B ante te.

ET Cap.23. Et patrē nolite vocare vobis ſuper terrā: vnus eſt enim Pater veſter, qui in cœlis eſt.

IOAN. Cap.20. Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum, Deum meū & Deum veſtrum.

G PRIO. Ad Corin. Cap.6. An neſcitis quoniam membra veſtra tēplum ſunt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt, quem habetis à Deo, & non eſtis veſtri? Empti enim eſtis pretio magno. Glorificate & portate Deū in corpore veſtro.

AD GALA. Cap.4. Vt ſup. Lect.3. litera.H.

AD HEBR. Cap.12. Tanquàm filijs vobis offert ſe Deus. Quis enim filius, quē non corripit pater? Quòd ſi extra diſciplinā eſtis, cuius participes facti ſunt omnes: ergo adulteri, & non filij eſtis. Deinde patres quidē carnis noſtræ, eruditores habuimus, & reuerebamur eos: num multò magis obtemperabimus Patri ſpirituum, & viuemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum, ſecundùm voluntatem ſuā erudiebant nos: hic autem ad id quod vtile eſt in recipiendo ſanctificationem eius.

PRIO. Petri, Cap.1. Et ſi patrem inuocatis eum qui ſine acceptione perſonarū iudicat ſecundùm vniuſcuiuſque opus: in timore, incolatus veſtri tēpore conuerſamini.

B MATT. Cap.7. Vt ſup. Lect.1. lit.A.

ET Cap.11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiā vos.

ET Cap.21. Vt ſup. Lect.2. lit.H.

LVC. Cap.11. Vt ſup Lect.1. lit.A.

IOAN. Cap.14. Vt ſup. Lect.2. lit.I.

AD ROM. Vt ſup. Cap.1. Lect.11. lit.E. & Cap.2. Lect.15. lit.C.

G GENES. Cap.1. Et creauit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuā, ad imaginem Dei creauit illum, maſculum & fœminam creauit eos.

ISAI. Cap.45. Ego feci terram, & hominem creaui ego. Manus meæ tetenderūt cœlos, & omni militiæ eorum mandaui.

ET Cap.64. Et nunc Domine, Pater noſter es tu, nos verò lutū: & fictor noſter tu, & opera manuum tuarum omnes nos.

PSAL. 99. Scitote quoniā Dominus,

ipſe eſt Deus:ipſe fecit nos & non ipſi nos.

MALAC. Cap.2.Vt ſup.Cap.2. Lectio.10.lit.D.

ACTO. Cap.17.Vt ſup.Cap.1.Lect. 1.lit.A.

POST. Ad Corinth. Cap.5. Si qua ergo in Chriſto noua creatura: vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua. Omnia autem ex Deo qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtum:& dedit nobis miniſteriũ reconciliationis.

PRIOR. Ad Corinth.Cap.3. Ego plantaui,Apollo rigauit,ſed Deus incremẽtum dedit.Itaque neque qui plantat eſt aliquid,neque qui rigat, ſed qui incrementũ dat,Deus.Qui autem plantat,& qui rigat, vnum ſunt. Vnuſquiſque autem propriã mercedem accipiet ſecundùm ſuum laborem.Dei enim ſumus adiutores, Dei agricultura eſtis,Dei ædificatio eſtis. E

AD GALAT. Cap.6. In Chriſto enim Ieſu neque circunciſio aliquid valet, neque præputium,ſed noua creatura.

AD EPHES. Cap.4. Vnus Dominus, Vna Fides, Vnũ Baptiſma, Vnus Deus & Pater omnium,qui eſt ſuper omnes, & per omnia,& in omnibus nobis.

D MATTH. Cap.12. Dixit autem ei quidam,Ecce mater tua,& fratres tui foris ſtant quærentes te.At ipſe reſpondens dicenti ſibi,ait, Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei?Et extendens manum in diſcipulos ſuos,dixit: Ecce mater mea & fratres mei.Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis eſt,ipſe meus frater,& ſoror,& mater eſt.

ET Cap.28.Tunc ait illis Ieſus, Nolite timere.Ite nunciate fratribus meis vt eãt in Galilæam,ibi me videbunt.

AD ROM. Cap.8.Nam quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis Filij ſui, vt ipſe ſit primogenitus in multis fratribus.

ET Cap.14. Tu autẽ quid iudicas fratrem tuum? Aut tu quare ſpernis fratrem tuum? ET.Non ergo amplius inuicem iudicemus.Sed hoc iudicate magis,ne ponatis offendiculum fratri,vel ſcandalum.ET. F Bonum eſt non manducare carnem,& non bibere vinum,neque in quo frater tuus offenditur,aut ſcandalizatur,aut infirmatur.

PRIO. Ad Corinth.Cap.6. Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti?Tollens ergo mẽbra Chriſti faciam mẽbra meretricis?Abſit.

ET Cap.12. Et ſi quid patitur vnum membrum,compatiuntur omnia membra: ſiue gloriatur vnum membrum, congaudẽt omnia membra.Vos autẽ eſtis corpus Chriſti,& membra de membro.

AD EPHES. Cap.5. Nemo enim vnquàm carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet eam,ſicut & Chriſtus Eccleſiã: quia membra ſumus corporis eius, de carne eius,& de oſsibus eius.

AD HEBR. Cap.2.Qui enim ſanctificat,& qui ſanctificantur: ex vno omnes. Propter quam cauſam non confunditur fratres eos vocare, dicens, Nunciabo nomen tuum fratribus meis,in medio Eccleſiæ laudabo te.Et iterum;Ego ero fidens in eum. Et iterum;Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Deus.

LIB.3.Reg.Cap.6.Et habitabo in medio filiorum Iſraël,& non derelinquam populum meum Iſraël.

LIB.2. Paralip.cap.6. Vt ſup. Cap.2. Lect.3.lit.F.

PSALM. 138.Quò ibo à Spiritu tuo? Et quò,à facie tua fugiam?Si aſcendero in cœlum,tu illic es: Si deſcendero in infernum,ades:Si ſumpſero pennas meas diluculo,& habitauero in extremis maris:etenim illuc manus tua deducet me,& tenebit me dextera tua.

ISAI. Cap.66.Hæc dicit Dominus, Cœlum ſedes mea,terra autem ſcabellũ pedum meorum.Quæ eſt iſta domus quã ædificabitis mihi: Aut quis locus requietionis meæ?

ACTO. Cap. 7. Sed non Excelſus in manufactis habitat,ſicut Propheta dicit: Cœlum mihi ſedes eſt: terra autem ſcabellum pedum meorum:Quam domum ædificabitis mihi,dicit Dominus?Et quis eſt locus quietis meæ.

ET Cap.17. Vt ſup.Cap.1. Lectio. 1. litera.A.

AD HEBR. Cap.4.Et non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius.Omnia autẽ nuda & aperta ſunt oculis eius, ad quem nobis ſermo.

EXOD. Cap.19.Moyſes aſcendit ad Deum,vocauitq; eum Dñs de monte,& ait, Hæc dices domui Iacob, & annunciabis filijs Iſrael. Vos ipſi vidiſtis quæ fecerim Ægyptijs,quomodò portauerim vos ſuper alas aquilarum,& aſſumpſerim mihi. Si ergo audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de

cunctis

cunctis populis: mea eſt enim omnis terra. Et vos eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta. Hæc ſunt verba quæ loquêris ad filios Iſrael. Venit Moyſes & cõuocatis maioribꝰ natu populi, expoſuit om nes ſermones quos mandauerat Dominus. Reſponditque omnis populus ſimul: cūcta quæ locutus eſt Dominus, faciemus.

LEVIT. Cap. 26. Ponam tabernaculū meum in medio veſtri, & non abijciet vos anima mea. Ambulabo inter vos, & ero Deus veſter, voſque eritis populus meus.

DEVTER. Cap. 16. Immolabisque Phaſe Domino Deo tuo de ouibus, & de bobus, in loco quem elegit Dñs Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi.

ET Cap. 28. Si autem audieris vocem Domini Dei tui, vt facias atque cuſtodias omnia mandata eius, quæ ego pręcipio tibi hodie, faciet te Dominus Deus tuus excelſiorem cunctis gentibus, quæ verſantur in terra. Venientq; ſuper te vniuerſæ benedictiones iſtæ, & apprehendent te: ſi tamen præcepta eius audieris. Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro, &c.

LIB. 3. Regum. Cap. 8. Vt ſuprà, Lect. 3. litera. G.

DANIE. Cap. 2. Et ingreſſus eſt domum ſuam (*Daniel*) Ananiæq;, & Miſaeli & Azariæ ſocijs ſuis indicauit negotium: vt quærerent miſericordiam à facie Dei cœli ſuper ſacramento iſto, & non periret Daniel & ſocij eius cū cæteris ſapientibus Babylonis. Tunc Danieli myſterium per viſionem nocte reuelatum eſt, & benedixit Daniel Deum cœli, & ait, Sit nomē Dñi benedictum à ſeculo, & vſque in ſeculū: quia ſapiētia & fortitudo eius ſunt.

ACT. Cap. 7. Cùm autem eſſet plenus Spiritu ſancto, intēdēs in cœlū vidit gloriā Dei, & Ieſum ſtantem à dextris Dei, & ait, Ecce video cœlos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris Dei.

ET Cap. 14. Viri, quid hæc facitis? Et nos mortales ſumus ſimiles vobis homines, annunciantes vobis ab his vanis cõuerti ad Deum viuum qui fecit cœlum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt: qui in præteritis generationibus dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas. Et quidem non ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit, benefaciens de cœlo, dans pluuias, & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda noſtra.

AD ROM. Cap. 1. Reuelatur enim ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent, quia quod notū eſt Dei, manifeſtum eſt in illis. Deus enim illis manifeſtauit.

G GENES. Cap. 33. Dixitq; Iacob, Noli ita obſecro: ſed ſi inueni gratiam in oculis tuis, accipe munuſculum de manibus meis. Sic enim vidi faciem tuam, quaſi viderim vultum Dei: eſto mihi propitius, & ſuſcipe benedictionem quam attuli tibi, & quā donauit mihi Deus tribuens omnia.

IOB. Cap. 12. Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant Deum, cùm ipſe dederit omnia in manus eorum. Nimirùm interroga iumenta, & docebunt te: & volatilia cœli, & indicabunt tibi. Loquere terræ, & reſpondebit tibi: & narrabunt piſces maris. Quis ignorat quòd omnia hæc manus Domini fecerit, in cuius manu anima omnis viuentis, & ſpiritus vniuerſæ carnis hominis?

PSAL. 23. Domini eſt terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo.

ISA. Cap. 35. Dicite puſillanimis, Confortamini, & nolite timere. Ecce Deus veſter vltionem adducet retributionis: Deus ipſe veniet, & ſaluabit vos.

ET Cap. 50. Nunquid abbreuiata & paruula facta eſt manus mea, vt non poſſim redimere? Aut non eſt in me virtus ad liberandum?

PRIOR. ad Corin. Cap. 2. Nos autē non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed Spiritum qui ex Deo eſt: vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis.

PRIO. ad Timoth. Cap. 6. Diuitibus huius ſeculi præcipe nõ ſublime ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarū, ſed in Deo viuo, qui præſtat nobis omnia abundè ad fruendum.

APOCAL. Cap. 1. Ego ſum primus, & nouiſſimus, & viuus, & fui mortuus, & ecce ſum viuens in ſecula ſeculorum, & habeo claues mortis & inferni.

ET Cap. 17. Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos, quoniam Dominus Dominorum eſt, & Rex Regum, & qui cū illo ſunt, vocati, & electi, & fideles. *Et mox*, Deus enim dedit in corda eorum, vt faciāt quod placitum eſt illi.

H MATT. Cap. 6. Tu autem cùm oraueris intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora Patrem tuum in abſcondito: & Pater tuus qui videt in abſcondito, reddet

tibi: Orantes autem, nolite multum loqui, ſicut ethnici faciunt: putant enim ꝙ in multiloquio ſuo exaudiantur. Nolite ergo aſsimilari eis: ſcit enim Pater veſter quid opus ſit vobis antequàm petatis eũ. Sic ergo vos orabitis, Pater noſter, &c.

LVC. Cap. 11. Vt ſup. lit. B.

IOAN. Cap. 14. Vt ſup. lit. B.

AD ROM. Cap. 8. Vt ſup. lit. B.

PRI. Petri, Cap. 1. Vt ſup. lit. A.

LIB. 3. Reg. Cap. 8. vt ſup. lit. F. *Et deinde*. Inſuper & alienigena qui nõ eſt de populo tuo Iſraël, cùm venerit de terra lõginqua propter nomẽ tuũ (audietur enim nomẽ tuũ magnũ, & manus tua fortis, & brachiũ tuũ extentũ vbiq;) cùm venerit ergo, & orauerit in hoc loco, tu exaudies in cœlo, in firmamento habitaculi tui, & facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena.

LIB. 2. Paralipo. Cap. 6. Quicunq; orauerit in loco iſto, exaudi de habitaculo tuo, ideſt de cœlis, & propitiare. *Et ita ſæpius in ſequentibus*.

DANIEL. Cap. 9. Et oraui Dominũ Deum meum, & confeſſus ſum, & dixi, Obſecro Domine Deus magne & terribilis, cuſtodiens pactum & miſericordiam diligentibus te & cuſtodientibus mandata tua, &c.

AVTHORIT. PATR.

B 1 CYPRIAN. Sermone de Oratione Dominica. Vt ſup. Lectione præcedenti litera. D. authorit. 3. & litera. H. authorit. 3.

2 AVGVST. tom. 2. Epiſt. 121. ad Probam, de orando Deum, Cap. 12. Vt ſuprà, Lect. Præcedenti, lit. D. auth. 2.

3 ET Cap. 13. Fides ergo & Spes & Charitas, ad Deum perducunt orãtem, hoc eſt, credentem, ſperantem, deſyderantem, & quæ petat à Domino in Dominica oratione, conſyderantem. *Orans cum fide, & ſpe & charitate, exauditur.*

4 TERTVL. Lib. de Oratione. Vt ſuprà, Lect. præcedent. litera. H. authorit. 2.

5 CHRYSOS. tom. 2. Incerto authore, in cap. 6. Matth. Homil. 14. *in initio*. Patrem ſe magis quàm Dominum voluit dici, vt nobis magnam fiduciam daret ad petendum, & ſpem largam ad impetrãdum: quia ſerui non ſemper impetrant quod petunt. Nec enim ſemper ex bona conſcientia, quę iuſta ſunt, petunt. Nam frequenter ſerui nõ conſyderant quid ad vtilitatem Domini pertinet, ſed ad ſuam: ideò non merentur ſemper audiri. Filij autẽ ſemper impetrant, quia ex bona conſcientia, quę iuſta ſunt, petunt: nec conſyderant magis quid ad vtilitatem ſuam pertinet, quàm ad patris, ideò ſemper merentur audiri. Et tu ſi filium Dei te credis, illa pete quæ & tibi expediunt accipere, & illum decet præſtare. *Cur Chriſtus, Pater noſter voluit dicere, & Dominus.*

6 BERNAR. ſermo. 15. Super cantica. Mihi dictatur oratio, cuius principium nomine dulci paterno, ſequentium obtinẽdarum petitionum præbet fiduciam. *Patris nomẽ fiduciã præbet impetrãdi.*

F 1 TERTVL. in Apologetico aduerſus gentes. Cap. 30. Vt ſuprà Lect. præcedenti, litera. A. auhoritat. 2.

LECTIO V.

ADOLESCENS.

HOC iam ſequitur: *Sanctificetur nomen tuum.*

DOCTOR.

Quid hîc exoras? An vt Deus euadat quàm nunc eſt Sanctior?

ADOLESCENS.

Minimè. Nec enim ſanctimonia [a] eius ac probitas augeri aut minui poteſt: ſed cùm ab eo ſæpe nobis ſignificatum ſit, nihil illi ſummo honore [b] atque gloria eſſe maius, eaque duo augeri magno-

a Exo. 15. Iſa. 14. 1. Reg. 2. & 6. Ioan. 17. Rom. 11.
b Exo. 15. Iſa. 41. Mala. 1. Rom. 11. Philip. 4. Apoca. 4. 1. Timot. 1. Cypr. de ora. Dom.

magnoperè atq; illuſtrari videntur cùm eius maieſtatē homines ſuſpiciunt, [c] adorant, venerantur, id his cū verbis oramus, vt ſuę ipſe apud oēs maieſtatis ac potentiæ gradū ita tueatur, [d] vt ab omnib⁹ vbiq; vnus omniū Creator ac ſummus Parēs habeatur.

DOCTOR.

Nihil'ne hîc tibi ac cæteris Chriſtianis poſtulas?

ADOLESCENS.

Poſtulo maximè: nimirùm vt ſtudioſis ſanctiſq; actionibus toti mūdo declaremus ac teſtatum relinquamus, [e] quàm præſtātis ac ſancti Patris filij ſimus. Vt enim honor patris eſt, filius ſapiens: ita filius inſipiens, patris eſt ignominia.[f]

DOCTOR.

Hîc ergo tu gratiam, iuſtificationē, ac ſanctimoniā tibi totiq; Eccleſiæ flagitas. Dic iam quod ſequitur.

ADOLESCENS.

Adueniat regnum tuum.

DOCTOR.

Cedo quæ ſit eius ſumma explicatio.

ADOLESCENS.

Hac nos Regni Dei voce, & hoc nomine, Spiritum Dei in primis intelligimus, quo [g] in nobis ſolus ipſe regnat, ſuæq; Legi pacatè nos ſubjicit, quem toti quoq; Eccleſiæ vehementer precamur dari, vt eius conſilijs adminiſtrata, ſolā veritatē [h] amplectatur. Rogamus item vt ſi quid aduerſùs hoc tā potēs Regnum inſurgat, cōtinuò deſtruatur. [i] Poſtremò optamus vt Deus omnia ſit in omnibus, nos [k] quidem hîc in terris in illo, & in nobis ille per gratiam ſuam, donec Regnum illud cœleſte conſequamur, quod aduenire nobis tanquā laborū noſtrorū finē, [l] atq; adeò mercedē, flagitamus.

DOCTOR.

Ergo'ne tu alicui ruinam ac perniciem imprecaris?

ADOLESCENS.

Non ſanè: id ego ſolū poſtulo, vt peccatū, quo nullus nobis hoſtis eſt capitalior, deſtruatur. [m] Quòd ſi Deus vi ac ſupplicio velit improborū conatus infringere, ne proficiant in peius, ſanè non poſſumus eius voluntati non acquieſcere [n]: ſatius eſt enim paucos deleri, quàm plurimos interire. [o]

c *Exo. 14. 23. & 25. Leuit. 11. Deut. 6. 10. 13. & 32. Num. 14. Ioſu. 22. & 24. 1. Reg. 6. Matt. 4. Hebr. 12.*

d *Exo. 20. Deut. 32. Iudic. 7. 1. Reg. 17. 3. Reg. 18. Iſa. 43. Rom. 9. 1. Corin. 6. Chryſoſ. in Matth. 6. Cypr. vbi ſup.*

e *Exo. 19. 1. Reg. 2. Matth. 5. Marc. 4. Luc. 11. Philip 1. 2. Theſſ. 1. Hebr. 2.*

f *1. Pet. 4. Eccle. 12. Matt. 6. Rom. 2. 1. Theſſ. 3. & 5. 1. Petr. 1.*

g *Pſalm. 22. 67. & 142. Luc. 9. et. 11. Ioā. 3. Rom. 6. & 8. 1. Cor. 3. & 4. Gal. 5. Epheſ. 1. & 4. Philip. 2. & 4. 1. Pet. 1. 1. Ioan. 2. Apoc. 12.*

h *Iſa. 32. Ioel. 2. Dan. 7. Pſalm. 2. Mattha. 1. & 18. Iſa. 66. Ioann. 15. & 16. 1. Timot. 3. Apoc. 11.*

i *1. Cor. 15. 1. Cor. 10.*

k *Ioann. 15. & 16. Ephe. 1. 1. Ioan. 2. 3. & 4.*

l *Matt. 6. 11. 20. & 25. 1. Cor. 3. & 9. 2. The. 1. 1. Tim. 2.*

m *Iudith. 5. Iſa. 50. et 64. Dan. 9. Ioā. 8. Rom. 6. Heb. 12.*

n *Rom. 16. 2. Cor. 10. Galat. 5.*

o *Deut. 7. Matth. 13. & 18. Marc. 9. 1 Corin. 6. Galat 5. Aug. epiſt. 50. ad Bonifa.*

AVTHORIT. SCRIPT.

A EXOD. Cap. 15. Quis ſimilis tui in fortibus Dñe? Quis ſimilis tui, magnificus in ſanctitate, terribilis, atque laudabilis, & faciens mirabilia?

IOSVE, Cap. 24. Dixitque Ioſue ad populum: Non poteritis ſeruire Dño: Deus enim ſanctus & fortis ęmulator eſt, nec ignoſcet ſceleribus veſtris atque peccatis.

LIB. 1. Reg. Cap. 2. Non eſt ſanctus, vt eſt Dominus: neq; enim eſt alius extra te, & non eſt fortis ſicut Deus noſter.

ET Cap. 6. Quis poterit ſtare in conſpectu Domini Dei ſancti huius? Et ad quem aſcendet à nobis?

IOAN. Cap. 17. Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi: vt ſint vnum, ſicut & nos.

AD ROM. Cap. 11. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei: quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Quis enim cognouit ſenſum Dñi? Aut quis cōſiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia: ipſi gloria in ſecula, Amen.

B EXOD. Cap. 15. Cantemus Domino: glorioſè enim magnificatus eſt, equum & aſcenſorem deiecit in mare. Fortitudo mea & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem. Iſte Deus meus, & glorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum.

ISA. Cap. 42. Ego Dominus, hoc eſt nomen meum: gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam ſculptilibus.

MALAC. Cap. 1. Vt ſup. Lect. præcedenti, lit. A.

AD ROM. Cap. 11. Vt ſup. lit. A.

AD PHILIP. Cap. 4. Deo autē & Patri nřo gloria in ſecula ſeculorū, Amen.

APOCAL. Cap. 4. Et cùm darent illa animalia gloriā & honorem & benedictionem ſedenti ſuper thronum, viuenti in ſecula ſeculorū: procidebāt viginti quatuor ſeniores ante ſedētē in throno, & adorabāt viuentē in ſecula ſeculorū, & mittebant coronas ſuas ante thronū, dicentes: Dignus es Dñe Deus noſter accipere gloriā & honorē & virtutē, quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erant & creata ſunt.

PRIO. ad Timoth. Cap. 1. Regi autem ſeculorū, immortali, inuiſibili, Soli Deo honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

C EXOD. Cap. 14. Ego autē indurabo cor Ægyptiormu vt perſequantur vos, & glorificabor in Pharaōne, & in omni exercitu eius, & in currib⁹ & in equitibus illius. Et ſcient Ægyptij quia ego ſum Dñs, cū glorificatus fuero in Pharōne, & in curribus atque in equitibus eius.

ET Cap. 23. Non adorabis deos eorū, nec coles eos: Nō facies opera eorū, ſed deſtrues eos, & cōfringes ſtatuas eorū. Seruietiſq; Dño Deo veſtro, vt benedicā panib⁹ tuis, & aquis, & auferam infirmitatē de medio tui.

ET Cap. 25. Facientq; mihi ſanctuarium. Et habitabo in medio eorū: iuxta omnem ſimilitudinem tabernaculi quod oſtendam tibi, & omniū vaſorum, in cultū eius.

LEVI. Cap. 11. Ego. n. ſum Dñs Deus veſter: ſancti eſtote, quia ego ſanctus ſum. Ne polluatis animas veſtras in omni reptili quod mouetur ſuper terrā. Ego. n. ſum Dñs qui eduxi vos de terra Ægypti, vt eſſē vobis in Deū. Sancti eritis, quia ego ſanctus ſum.

DEVT. Cap. 6. Caue diligēter ne obliuiſcaris Dñi qui eduxit te de terra Ægypti, de domo ſeruitutis. Dñm Deū tuū timebis, & illi ſoli ſeruies, ac per nomē illius iurabis.

ET Cap. 10. Dñs Deus veſter ipſe eſt Deus deorū, & Dñs dominātiū, Deus magnus, & potens, & terribilis, qui perſonā nō accipit, nec munera. Facit iudicium pupillo & viduæ, amat peregrinū, & dat ei victum atq; veſtitū. Et vos ergò amate peregrinos, quia & ipſi fuiſtis aduenę in terra Ægypti. Dñm Deū tuū timebis, & ei ſeruies: ipſi adhærebis, iurabiſq; in nomine illius. Ipſe eſt laus tua, & De⁹ tu⁹, qui fecit tibi hæc magnalia, & terribilia quæ viderunt oculi tui.

ET Cap. 13. Dñm Deū veſtrum ſequimini, & ipſum timete, & mādata illius cuſtodite, & audite vocē eius: ipſi ſeruietis, & ipſi adhærebitis.

ET Cap. 32. Videte ꝙ ego ſim ſolus, & nō ſit alius Deus præter me. Ego occīdā, & ego viuere faciam: percutiā, & ego ſanabo, & non eſt qui de manu mea poſſit eruere.

NVMER. Cap. 14. Et ait Moyſes ad Dñm. Vt audiāt Ægyptij de quorū medio eduxiſti populū iſtū, & habitatores Terræ huius qui audierūt ꝙ tu Dñe in populo iſto ſis, & facie videaris ad faciem, & nubes tua protegat illos, & in colūna nubis præcedas eos per diē, & in colūna ignis per noctem: quòd occideris tantam multitudinem quaſi vnum hominem, & dicant, Non poterat introducere populū in Terrā pro qua iurauerat: idcirco occīdit eos in ſolitudine: Magnificetur ergo fortitudo Dñi ſicut iuraſti, di-

dicẽs Dñs patiẽs,& multæ miſericordiæ,auferẽs iniquitatẽ & ſcelera, nullũq; innoxiũ derelinquens,qui viſitas peccata patrum in filios in tertiá & quartã generationẽ.Dimitte obſecro peccatum populi tui huius ſecundùm magnitudinẽ miſericordiæ tuæ , ſicut propitius fuiſti egredientibus de Ægypto vſque ad locum iſtum. Dixitque Dñs, Dimiſi iuxta verbum tuum. Viuo ego: & implebitur gloria Dñi vniuerſa terra.

IOSVE, Cap.22.Abſit à nobis hoc ſcelus,vt recedamus à Dño, & eius veſtigia relinquamus extructo altari ad holocauſta, & ſacrificia,& victimas offerẽdas, præter altare Dñi Dei noſtri quod extructum eſt ante tabernaculum eius.

ET Cap.24.Nũc ergò timete Dñm,& ſeruite ei perfecto corde atq; veriſsimo, & auferte deos quib⁹ ſeruierũt patres veſtri in Meſopotamia & in Ægyto,ac ſeruite Dño.

LIB.1.Reg.Cap.6.Et dixerũt viri Bethſamitæ,Quis poterit ſtare in cõſpectu Dñi Dei ſancti huius?& ad quẽ aſcẽdet à nobis?

MATT. Cap. 4. Tunc dicit ei Ieſus: Vade Satana.Scriptũ eſt enim:Dñm Deũ tuum adorabis,& illi ſoli ſeruies.

AD HEB. Cap.12.Itaq; regnũ immobile ſuſcipiẽtes,habem⁹ gratiã:per quam ſeruiamus placẽtes Deo cũ metu & reuerẽtia. Etenim Deus noſter ignis conſumens eſt.

D EXOD. Cap.20.Et ait Moyſes ad populum,Nolite timere,vt.n.probaret vos venit Deus,& vt terror illius eſſet in vobis,& non peccaretis.

DEVTE. Cap.32.Vt ſup.lit.C.

IVD. Cap.7. Dixitq; Dñs ad Gedeõ, Multus tecũ eſt populus,nec tradeɇ Madiã in manus eius:ne glorietur cõtra me Iſrael, & dicat,Meis viribus liberatus ſum.

LIB. 1.Reg.Cap. 17. Dixit autẽ Dauid ad Philiſthæũ,Tu venis ad me cũ gladio,& haſta,& clypeo:ego autẽ venio ad te in nomine Dñi exercituũ,Dei agminũ Iſrael,quibus exprobraſti hodie , & dabit te Dñs in manu mea.& percutiá te,& auſeram caput tuum à te,& dabo cadauera caſtrorũ Philiſthijm hodie volatilibus cœli & beſtijs terræ,vt ſciat omnis terra,quia eſt Deus in Iſrael.Et nouerit vniuerſa Eccleſia hęc, quia non in gladio nec in haſta ſaluat Dñs:ipſi⁹ n.eſt bellũ,& tradet eos in manus noſtras.

LIB.3. Reg.Cap.18.Cùmq; iã tẽpus eſſet,vt offerrẽtur holocauſta, accedens Elias propheta ait,Dñe Deus Abrahã,& Iſaac,& Iſrael,oſtende hodie quia tu es Deus Iſrael, & ego ſeruus tuus, & iuxta præceptum tuũ feci omnia verba hæc.Exaudi me Domine, exaudi me,vt diſcat populus iſte,quia tu es Dñs Deus,& tu conuertiſti cor eorum iterum.Cecidit autẽ ignis Dñi,& vorauit holocauſtũ,& ligna,& lapides,puluerẽ quoq; & aquam quæ erat in aquæductu lambens. Quòd cùm vidiſſet omnis populus , cecidit in faciem ſuam,& ait;Dñs ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus.

ISA. Cap.43.Et nunc hæc dicit Dñs Deus creãs te Iacob,& formãs te Iſrael: Noli timere,quia redemi te,& vocaui te nomine tuo,meus es tu.Cùm trãſieris per aquas, tecum ero,& flumina nõ operient te. Cùm ambulaueris in igne,non cõburêris,& flamma non ardebit in te. Quia ego Dñs Deus tuus ſanctus Iſrael Saluator tuus.

AD ROM. Cap.9.Dicit.n. ſcriptura Pharaoni, quia in hoc ipſum excitaui te,vt oſtendã in te virtutẽ meã,vt annũcietur nomen meũ in vniuerſa terra. ET. Quòd ſi Deus,volens oſtendere irã, & notã facere potentiam ſuam,ſuſtinuit in multa patiẽtia vaſa irę apta in interitũ,vt oſtenderet diuitias glorię ſuę in vaſa miſericordiæ quę pręparauit in gloriam.

PRI. ad Cor.Cap.1.Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu,qui factus eſt nobis ſapiẽtia à Deo,& iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio, vt quemadmodũ ſcriptum eſt; Qui gloriatur,in Domino glorietur.

E EXO. Cap.15.Et murmurauit populus cõtra Moyſen,dicẽs,Quid bibemus? At ille clamauit ad Dñm,qui oſtẽdit ei lignũ:quod cũ miſiſſet in aquas,in dulcedinẽ verſę ſunt. Ibi cõſtituit ei præcepta atq; iudicia, & ibi tẽtauit eũ dicens, Si audieris vocẽ Dñi Dei tui,& quod rectũ eſt corã eo feceris, & obedieris mãdatis eius,cuſtodierisq; omnia pręcepta illius:cunctũ languorem quem poſui in Ægypto,nõ inducam ſuper te.Ego enim ſum Dominus Deus Sanator tuus.

LIB. 1.Reg.Cap.2. Propterea ait Dñs Deus Iſrael,loquens locutus ſum,vt domus tua,& domus patris tui miniſtraret in cõſpectu meo vſq; in ſempiternũ.Nunc autẽ dicit Dñs,Abſit hoc à me:ſed quicunq; honorificauerit me, glorificabo eum : qui autem contemnunt me,erunt ignobiles.

MATT.Cap,5.Sic luceat lux veſtra corã hominib⁹,vt videãt opera veſtra bona,& glorificẽt Patrẽ veſtrum qui in cœlis eſt.

MARC. Capit.4. Et dicebat illis,Nunquid venit lucerna , vt ſub modio

ponatur, aut ſub lecto? Non'ne vt ſuper can delabrum ponatur? Non eſt enim aliquid abſconditum quod non manifeſtetur, nec factum eſt ocultum ſed vt in palàm veniat.

L V C. Cap.11. Nemo lucernā accēdit, & in abſcondito ponit, nec ſub modio, ſed ſuper candelabrū, vt qui ingrediūtur, lumē videant. Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus: ſi oculus tuus fuerit ſimplex, totū corpus tuus lucidum erit: ſi autē nequàm fuerit, etiam corpus tuum tenebroſum erit. Vi de ergo ne lumen quod in te eſt, tenebræ ſint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partē tenebrarum, erit lucidū totum: & ſicut lucerna fulgôris illuminabit te.

A D P H I L I P. Cap.1. Et hoc oro, vt charitas veſtra magis ac magis abundet in ſcientia, & in omni ſenſu, vt probetis potiora, vt ſitis ſynceri, & ſine offenſa in diem Chriſti, repleti fructu iuſtitiæ per Ieſum Chriſtum, in gloriam & laudem Dei.

P O S T E R. Ad Theſſ. Cap.1. In quo etiā oramus ſemper pro vobis, vt dignetur vos vocatione ſua Deus noſter, & impleat omnem voluntatem bonitatis, & opus fidej in virtute, vt clarificetur nomē Dñi noſtri Ieſu Chriſti in vobis, & vos in illo, ſecundū gratiam Dei noſtri, & Dñi Ieſu Chriſti.

A D H E B R. Cap.2. Vt ſup. Cap. 1. Lect. 2. lit. B.

P R I. Petri, Cap.4. Si quis loquitur, quaſi ſermones Dei: ſi quis miniſtrat, tanquàm ex virtute quam adminiſtrat Deus: vt in omnibus honorificetur Deus per Ieſum Chriſtum, cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

F E C C L E S I A S T I C I, Cap.22. Cōfuſio patris eſt de filio indiſciplinato.

M A T T. Cap. 6. Nolite ergo ſoliciti eſſe, dicentes, Quid mãducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hęc enim omnia gẽtes inquirũt. Scit enim Pater veſter, quia his omnibus indigetis.

A D R O M. Cap.2. Qui ergo aliū doces, te ipſum nō doces? Qui prædicas non furandum, furaris? Qui dicis non mœchandum, mœcharis? Qui abominaris idôla, ſacrilegiū facis? Qui in Lege gloriaris, per prę uaricationem Legis Deum inhonoras? Nomen enim Dei per vos blaſphematur inter gentes, ſicut ſcriptum eſt.

P R I. Ad Theſſ. Cap.3. Vos autē Dñs multiplicet, & abundare faciat charitatem in inuicē, & in omnes: quemadmodū & nos in vobis, ad confirmanda corda veſtra ſine querela, in ſanctitate ante Deum & Patrem noſtrum, in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum omnibus ſanctis eius, Amen.

E T Cap.5. Vos autē fratres non eſtis in tenebris, vt vos dies illa tãquam fur comprehēdat. Omnes enim vos filij lucis eſtis, & filij diei, nō ſum⁹ noctis, neq; tenebrarū.

P R I. Petri, Cap.1. Vt ſup. Cap.2. Lect. 6. litera. B.

G P S A L. 22. Dñs regit me, & nihil mihi deerit: In loco paſcuæ ibi me collocauit.

E T. 67. Viderūt ingreſſus tuos Deus, in greſſus Dei mei, regis mei qui eſt in ſancto.

E T. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomē tuum Dñe viuificabis me in æquitate tua.

L V C. Cap.9. Dixitque ei Ieſus, Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos: tu autem vade annuncia Regnum Dei.

E T Cap.11. Porrò ſi in digito Dei eijcio dæmonia, profectò peruēnit in vos Regnū Dei.

I O A N. Cap.3. Reſpōdit Ieſus & dixit ei Amen, Amen dico tibi, niſi quis natus fuerit denuò, nō poteſt videre Regnū Dei.

A D R O M. Cap. 6. Neſcitis quoniã cui exhibetis vos ſeruos ad obediēdum, ſerui eſtis eius cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam? Gratias autem Deo quòd fuiſtis ſerui peccati, obediſtis autē ex corde in eã formam doctrinæ, in qua traditi eſtis. Liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ.

E T Cap.8. Vt ſup. Cap.1. Lect.10. lit. A.

P R I O R. Ad Corinth. Cap. 3. Vt ſup. Cap.2. Lect.9. lit. B.

E T Cap.4. Non in ſermone eſt Regnū Dei, ſed in virtute.

A D G A L A. Cap.5, Vt ſup. Cap.2. Lect.8. lit. B.

A D E P H E S. Cap.1. In quo & credētes ſignati eſtis Spiritu promiſsionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ, in redemptionem acquiſitionis, in laudem gloriæ ipſius. E T. Et ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius, plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.

E T Cap. 4. Et nolite contriſtare Spiritū ſanctū Dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis.

A D P H I L I P P. Cap. 2. Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate.

E T Cap.4.Deus autem meus impleat omne deſyderium veſtrum,ſecundùm diuitias ſuas in gloria,in Chriſto Ieſu.

P RI O. Petri, Cap.1. Vt ſup. Cap. 1. Lect.1.lit.G.

P RI. Ioan. Cap.2.Qui autem facit voluntatem Dei,manet in æternum.

A P O C A L. Cap.12.Et audiui vocem magnam in cœlo,dicentem, Nunc facta eſt ſalus,& virtus & Regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius.

I S A. Cap.32. Ecce in Iuſtitia regnabit Rex,& Principes in iudicio præerunt.

I O E L. Cap.2. Vt ſup.Cap.1.Lect. 12. litera.E.

D A N I E. Cap. 7. Vt ſuprà, Cap.1. Lect.5.litera.H.

P S A L. 2. Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo, ſuper Sion mõtem ſanctũ eius, prædicans præceptum eius.

M A T T. Cap.1.Hoc autem totum factum eſt,vt adimpleretur quod dictum eſt à Dño per prophetá dicentem: Ecce Virgo in vtero habebit,& pariet filium,& vocabitur nomen eius Emmanuel,quod eſt intetpretatum,Nobiſcum Deus.

E T Cap.18. Vt ſup.Cap.1.Lect.13.lit.M.

I S A. Cap.66.Lætamini cùm Hieruſalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eam:gaudete cum ea gaudio vniuerſi qui lugetis ſuper eã, vt ſuggatis & repleamini ab vbere conſolationis eius : vt mulgeatis, & delitijs affluatis,ab omnimoda gloria eius.

I O A N. Cap. 15. Cũm autem venerit Paraclitus quem ego mittam vobis à Patre, Spiritũ veritatis qui à Patre procedit,ille teſtimoniũ perhibebit de me,& vos teſtimoniũ perhibebitis quia ab initio mecũ eſtis.

E T Cap.16.Cùm autẽ venerit ille Spiritus veritatis,docebit vos omnẽ veritatem. Non enĩ loquetur à ſemetipſo,ſed quæcũq; audiet loquetur,& quæ vẽtura ſunt annunciabit vobis.

P RI. ad Timot.Cap.3.Hęc tibi ſcribo, ſperãs me ad te venire citò,ſi autẽ tardauero, vt ſcias quomodò oporteat te in domo Dei conuerſari,quæ eſt Eccleſia Dei viui, columna & firmamentum veritatis.

A P O C. Cap.11. Et ſeptimus Angelus tuba cecinit,& factæ ſunt voces magnę in cœlo,dicẽtes, Factum eſt regnum huius mundi Dñi noſtri & Chriſti eius, & regnabit in ſecula ſeculotum,Amen.

I P RI. ad Cor.Cap.15.Deinde finis : cũ tradiderit Regnũ Deo & Patri,cũ euacuauerit omnẽ principatum, & poteſtatẽ,& virtutem. Oportet autẽ illũ regnare donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius.

P O S T E. ad Cot.Cap.10.Nam arma militiæ noſtræ nõ carnalia ſunt:ſed potẽtia Deo ad deſtructionem munitionũ, conſilia deſtruentes,& omnẽ altitudinẽ extollentẽ ſe aduerſùs ſcientiam Dei,& in captiuitatẽ redigentes omnẽ intellectum in obſequiú Chriſti,& in promptu habentes vlciſci omnem inobedientiam,cûm impleta fuerit veſtra obedientia.

K I O A N. Cap.15.Manete in me,& ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo,niſi manſerit in vite, ſic nec vos niſi in me manſeritis.Ego ſum vitis, vos palmites:qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multũ, quia ſine me nihil poteſtis facere.Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes,& areſcet,& colligent eum,& in ignẽ mittent , & ardet.Si manſeritis in me , & verba mea in vobis manſerint,quodcunq; volueritis petetis,& fiet vobis.

E T Cap.16.Hæc locutus ſum vobis, vt in me pacem habeatis. In mundo preſſurã habebitis:ſed confidite,Ego vici mundum.

A D Epheſ.Cap.1.Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti , qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus, in Chriſto: ſicut elegit nos in ipſo anre mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate.

P RI. I O A N. Cap. 2.Qui autẽ ſeruat verbum eius,verè in hoc charitas Dei perfecta eſt:in hoc ſcimus quoniam in ipſo ſumus. Qui dicit ſe in ipſo manete;debet ſicut ille ambulauit,& ipſe ambulare.

E T Cap.3. Omnis qui in eo manet, nõ peccat:& omnis qui peccat,nõ vidit eũ,nec cognouit eũ. E T.Qui ſeruat mãdata eius, in illo manet & ipſe in eo,& in hoc ſcimus quoniá manet in nobis de Spiritu quem dedit nobis.

E T Cap.4.In hoc cognoſcimus quoniá in ipſo manemus, & ipſe in nobis,quoniam de Spiritu ſuo dedit nobis .Et nos vidimus & teſtificamur,Quoniã Pater miſit Filium ſuũ Saluatorẽ mũdi.Quiſquis cõfeſſus fuerit quoniam Ieſus eſt Filius Dei : Deus in eo manet,& ipſe in Deo.Et nos cognouim⁹, & credidimus charitati quã habet Deus in nobis. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate,in Deo manet,& Deus in eo.

L MAT-

L MATTH. Cap.6.Quærite ergo primùm Regnũ Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.

ET Cap.11. A diebus autem Ioannis Baptiſtæ vſque nunc,Regnum cœlorũ vim patitur,& violenti rapiunt illud.

ET Cap. 20. Simile eſt Regnum cœlorum homini patrifamilias qui exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuã. Conuẽtione autem facta cum operarijs ex denario diurno,miſit eos in vineam ſuam. ET. Voca operarios, & redde illis mercedem.

ET Cap. 25. Venite benedicti Patris mei,poſsidete paratum vobis Regnũ à conſtitutione mundi.

PRIOR. Ad Cor.Cap.3.Vnuſquiſq; autẽ propriam mercedẽ accipiet, ſecundũ ſuum laborem.

ET Cap.9.Neſcitis quòd ij qui in ſtadio currunt,omnes quidẽ currunt, ſed vnus accipit brauium? Sic currite vt comprehendatis. Omnis autem qui in agone contẽdit, ab omnibus ſe abſtinet: & illi quidẽ vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.

POSTE. ad Theſſal.Cap.1.Vt ſup. Cap.2.Lect.6.lit.C.

PRI. Ad Timot. Cap.3. Et manifeſtẽ magnum eſt pietatis ſacramẽtum,quod manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum eſt in Spiritu,apparuit Angelis, prædicatum eſt gentibus,creditum eſt in mundo, aſſumptũ eſt in gloria.

M IVDITH. Cap.5.Et non fuit qui inſultaret populo iſti, niſi quando receſsit à cultu Domini Dei ſui. Quotieſcunq; autẽ præter ipſum Deum ſuum, alterum coluerunt,dati ſunt in prædam, & in gladium,& in opprobrium. ET. Deus enim illorum odit iniquitatem. Nam & ante hos annos cùm receſsiſſent à via, quam dederat illis Deus,vt ambularẽt in ea,exterminati ſunt prælijs à multis nationibus,& plurimi eorũ captiui abducti ſunt in terram non ſuam.

ISA.Cap.50.Ecce in iniquitatib9 veſtris venditi eſtis,& in ſceleribus veſtris dimiſi matrem veſtram.

ET Cap.64.Et facti ſumus vt immundus,omnes nos, & quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ. Et cecidimus quaſi folium vniuerſi,& iniquitates noſtræ quaſi ventus abſtulerunt nos. Non eſt qui inuocet nomen tuum: qui conſurgat & teneat te: abſcondiſti faciem tuã à nobis, & alliſiſti nos in manu iniquitatis noſtræ.

DANI. Cap.9. Propter peccata enim noſtra & iniquitates Patrum noſtrorũ,Hieruſalem & populus tuus in opprobriũ ſunt omnibus per circuitum noſtrum.

IOAN. Cap.8.Dixit ergo iterum eis Ieſus,Ego vado, & quæretis me,& in peccato veſtro moriemini.

AD ROM. Cap.6.Non ergo regnet peccatũ in veſtro mortali corpore, vt obediatis cõcupiſcentijs eius.Sed neq; exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato.

AD HEBR. Cap. 12. Ideòq; & nos tantam habentes impoſitam nubem teſtiũ, deponentes omne pondus, & circunſtans nos peccatum,per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen.

N AD ROMAN. Cap. 16. Sed volo vos ſapientes eſſe in bono, & ſimplices in malo. Deus autem pacis conterat Satanam ſub pedibus veſtris velociter.

POSTER.Ad Corint.Cap.10.Vt ſuprà,litera.I.

AD GALAT. Cap. 5. Ego confido in vobis in Domino,quòd nihil aliud ſapietis: Qui autem conturbat vos,portabit iudicium,quicũq; eſt ille. Ego autem fratres, ſi circuncisionem adhuc prædico: quid adhuc perſecutionem patior? Ergò euacuatum eſt ſcandalum Crucis. Vtinam & abſcindantur qui vos conturbant.

O DEVTER. Cap.7. Deuorabis omnes populos quos Dominus Deus tuus daturus eſt tibi. Non parcet eis oculus tuus: nec ſeruies dijs eorum, ne ſint in ruinam tibi.

MATTH. Cap. 13. Sicut ergo colliguntur zizania,& igne comburũtur: ſic erit in conſummatione ſeculi. Mittet Filius hominis Angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala,& eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium.

ET Cap.18. Qui autem ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis qui in me credunt,expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ mundo à ſcandalis: neceſſe eſt enim vt veniant ſcandala: verũtamen væ homini illi per quem ſcandalum venit. Si autem manus tua,vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum & proijce abs te. Bonum eſt tibi ad vitam ingredi debilem vel claudum, quàm duas manus, vel duos

pedes

pedes habentem, mitti in ignem æternum. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te. Bonum tibi eſt vnum oculum habẽtem in vitã intrare, quàm duos oculos habentem, mitti in gehẽnã ignis.

MARC. Cap.9. Et quiſquis ſcandalizauerit vnum ex his puſillis credentibus in me, bonum eſt ei magis ſi circundaretur mola aſinaria collo eius, & in mare mitteretur. Et ſi ſcãdalizauerit te manus tua, abſcinde illam: bonum eſt tibi debilem introire in vitam, quàm duas manus habentẽ ire in gehẽnã, in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et ſi pes tuus te ſcãdalizat, ampu ta illum: bonum eſt tibi claudum introire in vitam æternam, quàm duos pedes haben tem mitti in ignem inextinguibilẽ, vbi ver mis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Quòd ſi oculus tuus ſcandalizat te, eijce eum: bonum eſt tibi luſcũ introire in Regnũ Dei, quàm duos oculos habentẽ mitti in gehennam ignis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

PRIOR. ad Corinth. Cap.6. Vt ſup. Cap.1. Lect.5. lit.I.

AD GALAT. Cap.5. Vt ſup. Cap.2. Lect.8. lit.B.

AVTHORIT. PATR.

B 1 CYPRIA. ſermo. de Oratione Dominca. Poſt hoc dicimus: Sanctificetur nomen tuũ. Non quòd optemus Deo vt ſanctificetur orationibus noſtris, ſed quòd petamus ab eo vt nomen eius ſanctificetur in nobis. Cæterum à quo Deus ſanctificatur, qui ipſe ſanctificat? Sed quia ipſe dixit: Sancti eſtote, quoniam ego Sanctus ſum: ideò petimus & rogamus, vt qui in Baptiſmo ſanctificati ſumus, in eo quo eſſe cœpimus, perſeueremus: & hoc quotidiè deprecamur. Opus eſt enim nobis quotidiana ſanctificatione, vt qui quotidiè delinquimus, delicta noſtra ſanctificatione aſsidua repurgemus.

Sanctificetur nomen tuum, quomodò intelligatur. Leuit. 20.

D 1 CHRYSOST. tom.2. in Matth. 6. Homil.14. incerto authore. Quomodò ſanctificatur ab homine qui ſanctificat homines? Aut quod ſanctũ eſt, vt quid ſanctificatur? Sed in ſe quidem ſanctum eſt, hoc autem quæritur, vt ſanctificetur in nobis, id eſt, vt nos illum ſanctificemus in nobis, vt cùm nos illum ſanctificauerimus in nobis, tunc ille nos ſanctificet in ſe. Nam qui non ſanctificat Deum, non ſanctificatur à Deo. Sanctificamus autẽ Deum in nobis, quando ſcientes eum ſanctum timemus, & ſolicitè vigilamus ne violemus ſanctitatem nominis eius in nobis per opera noſtra mala.

Dei nomen quo pacto ſanctificandum.

2 CYPRIA. Sermo. de Oratione Dominica. Vt ſup. lit.B.

O 1 AVGVST. tom.2. Epiſtola.50. ad Bonifacium Comitem. Quis eſt tam demens qui neget iſtis debuiſſe per iuſſa imperialia ſubueniri, vt de tanto eruerentur malo, dum illi quos timebant, timere coguntur, & eodẽ timore aut etiã ipſi corrigũtur, aut certè, cùm ſe correctos eſſe confingunt, correctis parcunt à quibus anteà timebantur? Si autem ſeipſos occidere voluerint, ne illi qui liberandi ſunt, liberentur, & eo modo liberantium terrere pietatem, vt dum timetur ne quidam perditi pereant, non eruantur perditioni, qui vel iam nolebant perire, vel coërciti poterant non perire. Quid hîc agit charitas Chriſtiana, præſertim cùm illi qui ſuas mortes voluntarias & furioſas minantur, in populorum liberandorum comparatione perpauci ſint? Quid agit ergo fraterna dilectio, Vtrum dum paucis tranſitorios ignes metuit caminorum, dimittit omnes æternis ignibus gehennarum: & tam multos vel iam volentes, vel poſteà non valentes per Catholicam pacem ad vitam venire perpetuam, relinquit in interitum ſempiternum, cauendo ne quidam voluntario moriantur interitu, qui viuunt ad impedimentum ſalutis aliorum, quos non permittũt ſecundùm Chriſti doctrinam viuere, vt eos doceant quocunque tempore ſecũdùm conſuetudinem doctrinæ diabolicæ ad eas quæ in illis modo timentur mortes voluntarias feſtinare; an potius conſeruat quos poteſt, & ſi ſponte pereant quos conſeruare non poteſt?

Satius eſt paucos, quã plurimos interire.

LECTIO VI.

DOCTOR.

QVID tertia iam petitione vis exorare dum ais, *Fiat voluntas tua ſicut in cœlo,& in terra?*

ADOLESCENS.

Planè cùm hoc in primis noſtræ voluntatis vitium [a] eſſe intelligamus, vt prauis naturæ noſtræ cupiditatibus tanquàm ſtimulis excitata, Diuinæ legi ac voluntati ſæpè ſit rebellis, Patrē noſtrum oramus, vt hos impetu ſita coërceat, & prauos animi motus frangat, [b] vt ſemper eius voluntati pareamus. Deinde cū nobis certò conſtet, nihil nobis euenire poſſe, quod eius vel voluntate non fiat, vel nutu [c] contingat, rogamus vt omnia quæcunq; tandem ea ſint, prout decernit, fiant, ſed ad honorē tamen eius ac ſalutis noſtræ incrementum: perficiatq; ne de eius ſingulari, & occulta tamen prouidentiæ ratione, vnquàm vel dubitemus, vel conqueramur.

a *Gene.6. Hierem.7. Matt.15. Roma.1.3.& 7. Galat.5. Chryſoſ.in cap.7.ad Rom. Aug. Hipognoſ.li.4.& de med. c.7.& contra duas Epiſt. Pelag. lib.4. cap 8.*

b *Deu.19. Pſal.50. Eccleſ.13. Iſai.58. Hiere.7. 1.Cor.10.*

c *Iudith.8. 1.Reg.1. Iob.1. Eccli.15. Hiere.41. Matt.6. & 10. Ioann.19. Rom.12.& 14. 2.Theſſ.1. Heb.11. 1.Petr.3. Apoc.1. Aug.de ciuit lib.1. cap.10.11.11.*

DOCTOR.

Et quid hoc ſignificat: *Sicut in cœlo & in terra?*

ADOLESCENS.

Primò, vt nihil ſit omnium quæ ſunt in rerum natura, quod voluntatem eius impediat, ſed præceptis ac imperio eius pareāt creaturę omnes in cœlo & in terra. Deinde vt tā accuratè, quoad fieri tamen poteſt, voluntatē eius homines hîc in terris ſequantur ac impleant, quàm ij [d] qui in cœlis agunt eam exactè venerantur ac perficiunt.

d *Pſal.101. Eccli.13. Iſai.45. Roman.8. & 11. 1.Cor.15. Coloſ.1. Hebra.4. Apocal.5.*

DOCTOR

Sed eſt'ne qui Dei Optimi Maximi volūtati poſſit reſiſtere?

ADOLESCENS.

Minimè. Omnibus enim illa tandem leges ſtatuet [e] ac imperabit. Sed quoniam improbi homines huic Diuinæ voluntati aliquando reluctari videntur, precamur obnixè, vt eorum ſtudia ac prauæ voluntates ita perfringantur, vt ſolum in illis bene agendi ſtudium videatur ſupereſſe.

e *Gene.50. Num.11. Pſal.75. Prou.30. Iſai.47. Dani.7. Rom 9. 1.Cor.15. Philip.1. Apoc.15.*

DO-

DOCTOR.

Non itaque à Deo cogimur ad malum.

ADOLESCENS.

Apage. Cogere enim quomodò nos poſſet is ad vitium, [f] qui cum vitio natura ipſa pugnat? Laſciuire quidem ad tempus, & liberius præuaricari homines, ſuaq́; libertate vti ſinit, [g] ad explendas inſanas cupiditates, ſed ijs aliquando tandem mercedem pro eorum meritis eſt redditurus.

[f] *Exod.23. Deutero. 25. & 33. Pſal.44. 50. & 54. Eccli.15. Prouer.6. Iſai.1. Roman.1. Apocalyp.1.*

[g] *Pſalm.78. Sap.5. Hierem.12.*

DOCTOR.

Nobis ergo eſt arbitrium liberum.

ADOLESCENS.

Eſt ſanè: tametſi primi parentis peccato ita elanguidum, vt niſi Dei gratiâ fulciatur, præ nimia infirmitate ad iuſtitiam ac virtutem Chriſtianam ægrè poſſit accedere. [h] Cùm verò diuinus ille fauor ac beneuolentia nobis opem noſtram ac vires confirmarit, nihil nobis inacceſſum ac impoſsibile putamus eſſe, ſed digna vocatione noſtra opera exercentes, ac cœleſtibus documentis obedientes, ea quæ per baptiſmum beneficia accepimus, quotidiè exaugemus atque amplificamus.

[h] *Gene.4. Deute.30. Eccli.15. 1.Cor.15. Apocalyp.3. Iren.li.4.c.9.71.&.76. Iuſti. cont.Triph.apol.1.&.2.q.9.Cle. padag. lib. 1. cap.6. & Strom. lib.1.c.5.& Tertul. de exhort. Caſti & contr Marc.lib.2.Origen.lib.1.periar.& ad Rom. 6. & in Num.22.Aug.contr. Pelag lib.1.c.1.& lib.2.c. 5. & 10.& de gra & lib. arb.c. 15. &.18.Amb de voca.gent.lib.1. c.5.lib.1.c.9.Hiero.contr.Iouï. lib.1.Epiſt.146.Chryſo in gen. hom.2 .& ad Gal. c.5.& homil.3.in.1.ad Timoth.1. & ad Philip & Heb. Hilar.in Pſalm. 118.Conci.Carthag & Arauſica.c.8.Leo epiſtol.84. Baſil. ſerm.de lib.arb. Theophil. Alex. de Paſch.epiſt.3. Cyril.in Ioan. lib.2.c.54.*

DOCTOR.

Nos ergo non de nobis ipſis ita vnquàm diffidemus, ac ſi Deus Optimus Maximus aut vi ac violentia cœlo nos aſſereret, aut crudeli quodam furore percitus, pœnis æternis mulctaret, antequàm non exigua vitæ noſtræ flagitia illum ad id prouocarent.

ADOLESCENS.

Rectè: Dei enim prædeſtinatio, quæ prima eſt ſalutis noſtræ cauſa, [i] hoc exigit maximè, vt poſtquàm ad veritatis lucem vocati acceſſerimus, vitâ religione & [k] vocatione noſtra dignam traducamus, antequàm tuta ac ſecura nobis eſſe poſsit ſpes gloriæ.

[i] *Rom.8. Epheſ.1. Coloſ.1.*

[k] *Timot.1. 2.Petr.1. 1 Reg.1. Tob.5. Pſalm 94. Sapien.1. Ezech.6. Oſe 13. Matth.10. Ephe.1. Philip.3. 1.Theſſ 4. Heb 4.& 10. 2.Pet.1. Aug. de prædeſt.Sanct Iuili.quæſt. ex po.Gen.*

AVTHORIT. SCRIPT.

A GENES. Cap.6. Videns autē Deus quòd multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tēpore, pœnituit eū quòd hominem feciſſet in terra.

HIEREM. Cap.7. Et non audierūt, nec inclinauerunt autem ſuam: ſed abierunt in voluptatibus, & in prauitate cordis ſui mali: factique ſunt retrorſum, & non in antè, à die qua egreſsi ſunt patres eorum de Terra Ægypti vſque ad diem hāc.

MATTH. Cap.25. Accedens autem & qui vnum talentum acceperat, ait, Domine ſcio quia homo durus es, metis vbi non ſeminaſti, & congregas vbi non ſparſiſti, & timens abij & abſcondi talentum tuum in terra, ecce habes quod tuum eſt. Reſpondens autem Dominus eius, dixit ei: Serue male, & piger, ſciebas, quia meto vbi non ſemino, & congrego ubi non ſparſi: oportuit ergo te committere pecuniam meam nummularijs, & veniens ego recepiſſem vtique quod meum eſt cum vſura.

AD ROM. Cap. 1. Quia cùm cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.

ET Cap.3. Cauſati enim ſumus Iudęos & Græcos, omnes ſub peccato eſſe, ſicut ſcriptum eſt: Quia non eſt iuſtus quiſquā, non eſt intelligens, non eſt requirens Deum. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui ſaciat bonum non eſt vſque ad vnum.

ET Cap.7. Vt ſup. Cap.2. Lectio.13. lit. A. & Lect.14. lit. C.

AD GALA. Cap.5. Vt ſup. Cap.2. Lect.8. lit. B.

B DEVTERONOM. Cap.29. Vocauitque Moyſes omnem Iſrael, & dixit ad eos, Vos vidiſtis vniuerſa quæ fecit Dominus coram vobis in terra Ægypti Pharaoni & omnibus ſeruis eius, vniuerſæque terræ illius, tentationes magnas quas viderunt oculi tui, ſigna illa portentaque ingentia: & non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures quæ poſſunt audire vſque in præſentem diem, &c. Cuſtodite ergo verba pacti huius, & implete ea, vt cognoſcatis vniuerſa quæ facitis.

PSALM. 50. Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ, & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.

ECCLESIASTICI, Cap.23. Domine Pater & Dominatot vitæ meæ, ne derelinquas me in conſilio eorum: nec ſinas me cadere in illa exprobratione. Quis ſuperponit in cogitatu meo flagella, & in corde meo doctrinam ſapientiæ, vt ignorationibus eorum non parcant mihi, & non appareant delicta eorum, & ne adincreſcant ignorantiæ meæ, & multiplicentur delicta mea, & peccata mea abundenr, & incidam in cōſpectu aduerſariorū meorū, & gaudeat inimicus meus? Domine Pater, & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu illorum. Extollentiam oculorū meorum ne dederis mihi, & omne deſyderium auerte à me. Aufer à me ventris concupiſcentias, & concubitus concupiſcentiæ ne apprehendant me, & animæ irreuerenti & infrunitæ ne tradas me.

ISA. Cap.58. Vt ſup. Cap..2. Lect. 6. litera. D.

HIERE. Cap.7. Quia non ſum locutus cum patribus veſtris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Ægypti, de verbo holocauſtomatum & victimarū. Sed hoc verbum præcepi eis, dicens, Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus: & ambulate in omni via quam mandaui vobis, vt bene ſit vobis.

POSTE. Ad Corinth. Cap.10. Vt ſup. Lect. præced.. lit. N.

C IVDITH. Cap. 8. Humiliemus illi animas noſtras, & in ſpiritu conſtituti humiliato, ſeruiētes illi, dicamus flētes Dño, vt ſecundùm voluntatem ſuam ſic faciat nobiſcum citò miſericordiam ſuam.

LIB. 1. Regum, Cap. 2. Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit. Dominus pauperem facit & dirat, humiliat & ſubleuat: ſuſcitat de puluere egenum, & de ſtercore eleuat pauperem, vt ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat.

IOB. Cap.1. Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum.

ECCLESIASTICI, Cap.15. Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui. Adiecit mandata & præcepta ſua: ſi volueris mandata ſeruare, cōſeruabūt te, & in perpetuū

fidem

fidem placitam facere. Appoſuit tibi aquã & ignem: ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi, quoniam multa ſapientia Dei, & fortis in potentia, videns omnes ſine intermiſsione.

HIEREM. Cap. 42. Et illi dixerunt ad Hieremiam, Sit Dominus inter nos teſtis veritatis & fidei, ſi non iuxta omne verbum in quo miſerit te Dominus Deus tuus ad nos, ſic faciemus: ſiue bonum ſiue malum, voci Domini Dei noſtri ad quem mittimus te, obediemus: vt bene ſit nobis cũ audierim⁹ vocẽ Dñi Dei noſtri.

MATT. Cap. 6. Reſpicite volatilia cœli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater veſter cœleſtis paſcit illa.

ET Cap. 10. Non'ne duo paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine Patre veſtro?

IOAN. Cap. 19. Reſpõdit Ieſus, Nõ haberes poteſtatem aduerſùm me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper.

AD ROM. Cap. 13. Non eſt enim poteſtas niſi à Deo.

ET Cap. 14. Viuo ego dicit Dominus, quoniã mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur.

POSTER. Ad Theſſalo. Cap. 1. In quo etiam oramus ſemper pro vobis, vt dignetur vos vocatione ſua Deus noſter, & impleat omnem voluntatem bonitatis & opus fidei in virtute, vt clarificetur nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti.

AD HEBR. Cap. 12. Videte ne recuſetis loquentem. Si enim illi non effugerunt recuſantes eum qui ſuper terram loquebatur: multò magis nos, qui de cœlis loquẽtẽ nobis, auertimus: cuius vox mouit terrã tunc: nunc autẽ repromittit dicens, Adhuc ſemel: & ego mouebo non ſolũ terrã, ſed & cœlũ. Quòd autẽ, Adhuc ſemel, dicit: declarat mobiliũ translationẽ tãquã factorũ, vt maneãt ea quæ ſunt immobilia. Itaque regnum immobile ſuſcipientes, habemus gratiã, per quam ſeruiamus placentes Deo cum metu & reuerentia. Etenim Deus noſter ignis conſumens eſt.

PRI. Petri, Cap. 3. Melius eſt enim vt benefacientes (ſi voluntas Dei velit) pati, quàm malefacientes.

APOC. Cap. 2. Ecce mittã eã in lectũ, & qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erũt, niſi pœnitentiã ab operibus ſuis egerint: & filios eius interficiã in mortem, & ſciẽt omnes Eccleſiæ, quia ego ſum ſcrutans renes & corda, & dabo vnicuiq; veſtrum, ſecundùm opera ſua.

D PSAL. 102. Benedicite Dño oẽs Angeli eius: potẽtes virtute, faciẽtes verbũ illius, ad audiendam vocẽ ſermonũ eius. Benedicite Dño omnes virtutes: miniſtri eius qui facitis voluntatẽ eius. Benedicite Dño omnia opera eius: in omni loco dñationis eius, benedic anima mea Domino.

ECCLESIASTI. Cap. 23. Nihil melius eſt, quã timor Dei: & nihil dulcius quã reſpicere in mãdatis Dñi. Gloria magna eſt ſequi Dñm: longitudo enim dierum aſſumetur ab eo.

ISA. Cap. 45. Væ qui cõtradicit fictori ſuo, teſta de Samijs terræ. Nũquid dicet lutum figulo ſuo, Quid facis, & opus tuum abſq; manibus eſt? ET. Mihi curuabitur omne genu.

AD ROM. Cap. 8. Vanitati creatura ſubiecta eſt non volens, ſed propter eũ qui ſubiecit eam in ſpe: quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei.

ET Cap. 11. An neſcitis in Elia quid dicit Scriptura: quẽadmodum interpellat Deum aduerſùm Iſrael? Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua ſuffoderũt, & ego relictus ſum ſolus, & quærunt animam meam. Sed quid dicit illi Diuinũ reſponſum? Reliqui mihi ſeptem millia virorum, qui non curuauerunt genua Baal.

PRIO. ad Cor. Cap. 15. Omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius. Cùm autẽ dicat: Omnia ſubiecta ſunt ei, ſine dubio præter eũ qui ſubiecit ei omnia. Cũ autẽ ſubiecta fuerint illi omnia, tũc & ipſe Filius ſubiectus erit ei qui ſubiecit ſibi omnia, vt ſit Deus omnia in omnibus.

AD Coloſſ. Cap. 1. In ipſo cõdita ſunt vniuerſa in cœlis & in terra, viſibilia & inuiſibilia, ſiue Throni, ſiue Dominationes, ſiue Principat⁹, ſiue Poteſtates: omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant.

AD Hebr. Cap. 4. Et nõ eſt vlla creatura inuiſibilis in cõſpectu eius. Omnia autem nuda & aperta ſunt oculis eius ad quẽ nobis ſermo.

APOCA. Cap. 5. Et omnẽ creaturam quæ in cœlo eſt, & ſuper terrã, & ſub terra, & quę ſunt in mari, & quę in eo: omnes

audiui dicentes:Sedenti in throno, &Agno, benedictio & honor & gloria&poteſtas in ſecula ſeculorum.

E GENE. Cap.50.Quibus ille reſpondit,Nolite timere.Num Dei poſſumus reſiſtere voluntati?

N V M E. Cap.22.Reſpondit Balaam: Si dederit mihi Balac plenã domũ ſuã argenti,& auri, non potero immutare verbũ Dñi Dei mei,vt vel plus,vel minus loquar. *Et in fine*.Nunquid loqui potero aliud, niſi quod Deus poſuerit in ore meo?

P S A L.75. Tu terribilis es,& quis reſiſtet tibi?

PROVER. Cap. 30. Tria ſunt quę bene gradiuntur, & quartum quod incedit feliciter:leo fortiſsimus beſtiarum,ad nullius pauebit occurſum: gallus ſuccinctus lumbos:& aries,nec eſt Rex qui reſiſtat ei.

I S A. Cap.47.Reuelabitur ignominia tua,& videbitur opprobrium tuum: vltionem capiam,& non reſiſtet mihi homo.

D A N. Cap.7. Et dedit ei poteſtatem, & honorem,& regnũ,& omnes populi,tribus,& linguæ ipſi ſeruient: poteſtas eius, poteſtas æterna,quę non auferetur,& regnum eius quod non corrumpetur.

AD ROM. Cap.9.Dicis itaq; mihi, Quid adhuc quæritur? Volũtati enim eius quis reſiſtit?

P R I. ad Cor. Cap.15. Quod ſeminas, nõ corpus quod futurũ eſt,ſeminas, ſed nudum granum,vt putã tritici,aut alicuius cęterorum,Deus autem dat illi corpus ſicut vult, & vnicuiq; ſeminũ propriũ corpus.

AD PHIL. Cap.2. Deus eſt enim qui operatur in vobis,& velle,& perficere, pro bona voluntate.

A P O C. Cap.15.Quis non timebit te Dñe,& magnificabit nomen tuum? Quia ſolus pius es,quoniã omnes gentes venient, & adorabunt in conſpectu tuo, quoniã iudicia tua manifeſta ſunt.

F E X O D. Cap.23. Inſontem & iuſtum non occides,quia auerſor impium.

D E V T E.Cap.25.Non habebis in ſacculo diuerſa pondera,maius & minus: nec erit in domo tua modius maior & minor. Pondus habebis iuſtũ & verum, &modius æqualis & verus erit tibi.vt multo viuas tẽpore ſuper Terrã quã Dñs Deus tuus dederit tibi.Abominatur.n.Dñs tuus eũ qui facit hæc,& auerſatur omnem iniuſtitiam.

E T Cap.33.In dextera eius ignea Lex. Dilexit populos: oẽs ſancti in manu illius ſunt:& qui appropinquãt pedibus eius,accipient de doctrina illius. E T. Non eſt Deus alius,vt Deus rectiſsimi: aſcẽſor cœli auxiliator tuus.

P S A L. 44.Dilexiſti iuſtitiam:& odiſti iniquitatem.

P S A L. 50.Ecce enim veritatem dilexiſti, incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

P S A L. 54. Præcipita Dñe, & diuide linguas eorum:quoniã vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate.

ECCLESIASTICI,Cap.15.Oculi Dñi ad timẽtes eũ,& ipſe agnoſcit omnẽ operã hominis.Nemini mãdauit impiè agere,& nemini dedit ſpacium peccandi.

PROVERB. Cap. 6. Sex ſunt quę odit Dñs,& ſeptimum deteſtatur anima eius:oculos ſublimes,&c.

I S A. Cap.1.Lauamini,mundi eſtote,auferte malũ cogitationũ veſtrarum ab oculis meis.Quieſcite agere peruerſẽ,diſcite bene facere.

AD ROM. Cap.1. Repletos omnĩ iniquitate,&c.Deo odibiles,&c.

A P O C A. Cap.2.Habeo aduerſus te pauca:quia habes illic tenẽtes doctrinã Balaã,qui docebat Balac mittere ſcãdalum corã filijs Iſrael,edere & fornicari: ita habes & tu tenẽtes doctrinã Nicolaitarum.Similiter pœnitẽtiã age:ſi quo minus veniã tibi citò,& pugnabo cũ illis in gladio oris mei.

G P S A L. 72. Veruntamẽ propter dolos poſuiſti eis,deieciſti eos dum alleuarẽtur. Quomodò facti ſunt indeſolationẽ? Subitò defecerũt,perierũt propter iniquitatẽ ſuã.

S A P. Cap.5.Quid nobis profuit ſuperbia? Aut diuitiarũ iactãtia quid contulit nobis? Trãſierunt omnia illa tãquàm vmbra, &c.Sic & nos nati cõtinuò deſiuimus eſſe, & virtutis quidem nullũ ſignum valuimus oſtendere:in malignitate autẽ noſtra conſumpti ſumus. Talia dixerũt in inferno hi qui peccauerunt:quoniã ſpes impij tanquã lanugo eſt,quæ à vento tollitur,&c.

HIERE. Cap.12.Iuſtus quidem es tu Dñe ſi diſputẽ tecum:verũtamen iuſta loquar ad te.Quare via impiorũ proſperatur bene eſt omnibus qui præuaricãtur,& iniquè agunt? Plantaſti eos,& radicẽ miſerũt, proficiunt,& faciunt fructum:prope es tu ori eorum,& lõgè à renibus eorum. Et tu Dñe noſti me,vidiſti me, & probaſti cor meũ tecũ:congrega eos quaſi gregem ad victimam,& ſanctifica eos in die occiſionis.

H GENE. Cap. 4. Non'ne ſi benè egeris, recipies: ſin aurem malè, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit? Sed ſub te erit appe titus tuus, & tu dominaberis illius,

DEVT. Cap. 30. Teſtes inuoco hodie cœlum & terram, quòd propoſuerim vobis vitã & bonũ, benedictionẽ & maledictionẽ: elige ergo vitam, vt & ru viuas, & ſemen tuum, & diligas Dominum Deum tuum, atque obedias voci eius, & illi adhæreas.

ECCLESIASTICI, Cap. 15. Vide ſup. lit. C.

PRI. Ad Cor. Cap. 15. Vbi eſt mors victoria tua? Vbi eſt mors ſtimulus tuus? Stimulus aurẽ mortis peccatũ eſt, virtus verò peccati, Lex: Deo autem gratias qui dedit nobis victoriã per Dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ. Itaq; fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote, & immobiles, abũdãtes in opere Dñi ſemp; ſciẽtes ꝙ labor veſter nõ eſt inanis in Dño.

APOC. Cap. 3. Ecce ſto ad oſtiũ & pulſo: ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum.

ADROM. Cap. 8. Nã quos pręſciuit
I & prædeſtinauit cõformes fieri imaginis Filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædeſtinauit, hos & vocauir, & quos vocauit, hos & iuſtificauir. Quos autem iuſtificauit, illos & glorificauir.

AD EPHES. Cap. 1. Vt ſup. Cap. 1. Lect. 1. lit. E.

AD COLOS. Cap. 1. Vt ſup. Cap. 1. Lect. 1. lir. H.

K PRI. Ad Tim. Cap. 1. Gratias ago ei qui mé cõfortauit in Chriſto Ieſu Dño nr̃o: quia fidelẽ me exiſtimauit, ponẽs in miniſterio. Qui prius blaſphemus fui & perſecutor, & cõtumelioſus. Sed miſericordiã Dei conſequurus ſum, quia ignorãs feci in incredulitate mea. Superabundauit autem gratia Dñi noſtri cũ fide & dilectione quæ eſt in Chriſto Ieſu. *Et vide ſup. Cap 1. Lect. 14. lit. C.*

POST. Petri, Cap. 1. Vt ſup. Cap: 1. Lect. 17. lit. B.

LIB. 1. Reg. Cap. 2. Quicunq; honorificauerir me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.

TOB. Cap. 3. Hoc autẽ pro certo habet omnis qui te colit, ꝙ vita eius, ſi in probatione fuerit, coronabitur: ſi autẽ in tribulatione fuerit, liberabitur: & ſi in corruptione fuerit, ad miſericordiam venire licebir.

PSAL. 94. Quadraginta annis offẽſus fui generationi illi, & dixi, ſemper hi errant corde. Et iſti nõ cognouerunt vias meas; vt iuraui in ira mea, ſi introibũt in requiẽ meã.

SAP. Cap. 1. Cuſtodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil prodeſt, & à detractione parcite linguæ, quoniã ſermo obſcurus in vacuũ non ibit: Os autẽ quod mentitur, occidit animã. Nolite zelare mortẽ in errore vitæ veſtræ, nec acquiratis perditionẽ in operibus manuum veſtrarũ: quoniam Deus mortẽ nõ fecir, nec lętatur in perditione viuorũ.

EZECH. Cap. 6. Et recordabũtur mei liberati veſtri, in gẽtibꝰ ad quas captiui ducti ſunr: quia cõtriui cor eorũ fornicans, & recedẽs à me, & oculos eorũ fornicãtes poſt idôla ſua: & diſplicebũt ſibimet ſuper malis quę fecerãt in vniuerſis abominationibus ſuis.

OSE. Cap. 13. Perditio tua Iſrael: tantummodò in me auxilium tuum.

MATT. Cap. 20. Simile eſt Regnũ cœlorum homini patrifamilias qui exijt primo mane cõducere operarios in vineã ſuã. Conuentione autẽ facta cũ operarijs ex denario diurno, miſit eos in vineã ſuã. Et egreſſus circa horã tertiã, vidit alios ſtanres in foro otioſos, & dixit illis, Ite & vos in vineã meã, & quod iuſtũ fuerit dabo vobis. Illi autẽ abierunt. Iterũ autẽ exijt circa ſextam & nonã horã, & fecit ſimiliter. Circa vndecimã verò exijt, & inuenit alios ſtãtes, & dicit illis: Quid hîc ſtatis tota die otioſi: Dicũt ei, quia nemo nos conduxir: Dicit illis, Ite & vos in vineã meam. Cũ ſero autẽ factũ eſſer, dicit Dñs vineę procuratori ſuo, voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouiſſimis vſq; ad primos.

AD EPHES. Cap. 2. Vt ſup. Cap. 1. Lect. 17. lit. E.

AD Philip. Cap. 3. Vnum autẽ quæ quidem retro ſunt obliuiſcens, ad ea verò quæ ſunt priora extendens me ipſum, ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Ieſu.

PRI. ad Theſſa. Cap. 4. Vt ſup. Cap. 1. Lect. 15. lir. A. *Et deinde.* Non enim vocauit nos Deus in immũditiam, ſed in ſanctificationem.

AD HEB. Cap. 4. Timeamus ergo ne fortè relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, exiſtimetur aliquis ex vobis deeſſe. Etenim & nobis nunciatũ eſt quẽadmodùm & illis. Sed nõ profuir illis ſermo auditus, non admiſtus fidei ex ijs quę audierunt. *Et vide ſup. Cap. 2. Lect. 6. lit. C. in initio.*

ET Cap. 10. Vt ſup. Cap. 1. Lectio. 9. lit. I.

POSTE. Petri, Cap. 1. Vt ſup. Cap. 1. Lect. 13. lit. N. & Lect. 17. lit. B.

AVTHORIT. PATR.

A 1 CHRYSOST. tom.4.in Cap.7. ad Roman. Homil. 13. *Exponens illa verba, Non quod volo bonum hoc ago, &c.* Vides vt tùm animæ, tùm carnis naturam criminibus liberans, omnem culpam in ſcelera tam tranſtulit actionem? Nam ſi anima à malo abhorrer, liberata illa eſt: &, ſi id minimè perpetrat liberatur & corpus: ac quæcunq; culpa eſſe poteſt, ea omnis voluntatis eſt. Neque enim vnum idemque ſunt animæ natura, & corporis, & voluntatis: ſed illa quidẽ ſunt Dei opera, hoc autem ex nobis ipſis exoriens motus, quocunq; deducere illum voluerimus. Voluntas enim res eſt à Deo inſita: at huiuſmodi voluntas, noſtrũ & mentis noſtræ opus eſt.

Rom. 7.

omnis culpa voluntatis eſt.

2 AVGVST. tomo.7.contra Pelagianos Hyponoſticon, lib.4. *In initio.* Nos autem libidinem non naturale bonum, ſed naturale malum dicimus, credimusq;. Naturale autem malum ſic dicimus, non quia ſit naturæ, Deo Opifice, congenitum, ſed quòd à peccante natura tranſierit in peccatricem naturam, id eſt, quod ſit peccantis naturæ vitium, non ipſa natura. Omne enim malũ, non eſt natura, ſed actus accidens defectu boni. Quamobrẽ, quod natura non eſt, Deus non fecit, quia natura eſt omne quod fecit. Hoc ergo malo, in Adam, qui malè bonum illicitum concupiuit, (vt dixi) humana natura eſt vitiata, quod omnis trahit ex ſemine natus. *Et deinceps per totum librum.*

Natura noſtra a Deo creata eſt bona, ſed vitio noſtro mala facta eſt.

3 IDEM tom.4.lib.de Mendacio, Cap. 7. Quod violenter, non prçcedente libidine, patitur corpus, vexatio potius quàm corruptio nominanda eſt. Aut ſi omnis vexatio corruptio eſt, nõ omnis corruptio turpis eſt, ſed quam libido procurauerit, aut cui libido conſenſerit. *Et mox.* Etenim libido quoque ipſa rectè definitur, appetitus animi, quo æternis bonis quælibet temporalia præponuntur.

Libido quid ſit.

4 IDEM tom.7.Contra duas Epiſtolas Pelagianorum ad Bonifacium, Lib. 4. Cap. 8. Et alio loco in eadem epiſtola, addimus quoque inquit (*ſcilicet Cyprianus*) & dicimus, Fiat voluntas tua ſicut in cœlo, & in terra: non vt Deus faciat quod vult, ſed vt nos facere poſſimus quod Deus vult. Nam Deo quis obſiſtit, quominꝰ quod velit, faciat? Sed quia nobis à diabolo obſiſtitur, quominus per omnia noſter animus atque actus Deo obſequatur, oramus & petimus vt fiat in nobis volũtas Dei. Quę vt fiat in nobis, opus eſt Dei voluntate, id eſt, ope eius, & protectione, quia nemo ſuis viribus fortis eſt, ſed Dei indulgentia, & miſericordia tutus eſt.

Fiat voluntas tua, quomodo intelligatur.

C 1 AVGVST. tom.5. de Ciuitate Dei, Lib.1.Cap.10. Amiſerunt omnia quæ habebant. Nunquid fidem? Nunquid pietatem? Nunquid interioris hominis bona, qui eſt ante Deum diues? Hæ ſunt opes Chriſtianorum, quibus opulẽtus dicebat Apoſtolus: Eſt autem quæſtus magnus, pietas cum ſufficientia. Nihil intulimus in hunc mundum, ſed nec auferre quid poſſumus: habentes autem victũ & tegumentũ, his contenti ſumus, &c. Quibus ergo terrenæ diuitiæ illa vaſtatione perierunt, ſi eas ſic habebant quemadmodum ab iſto foris paupere, intus diuite audierant: id eſt, ſi mundo vtebãtur tanquàm non vtentes, potuerunt dicere quod ille grauiter tentatus & minimè ſuperatus; Nudus exij de vtero matris meæ, nudus in terram reuertar. Dñs dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit ita factum eſt: ſit nomen Domini benedictum. Vt bonus ſeruus magnas facultates haberet, ipſam ſui Domini voluntatem cui pediſſequus mente diteſceret, nec contriſtaretur eis rebus viuens relictis, quas fuerat citò moriens relicturus.

1. Timot. 6.

Iob. 1.

Bonus ſeruus, Dei voluntati in omnibus ſe ſubijcit.

2 ET Cap.11. Multos (inquiunt) etiam Chriſtianos fames diuturna vaſtauit. Hoc quoque in vſus ſuos boni fideles piè tolerando verterunt. Quos enim fames necauit, malis vitæ huius, ſicut corporis morbus, eripuit: quos autem non necauit, docuit parcius viuere, docuit productius ieiunare. Sed enim multi etiam Chriſtiani interfecti ſunt, multi multarum mortium fœda varietate conſumpti. Hoc ſi ægrè ferendum eſt, omnibus qui in hanc vitam procreati ſunt, vtique cõmune eſt. Hoc tamen ſcio, neminem fuiſſe mortuum, qui non fuerit aliquando moriturus. *Et mox.* Cùm autem vnicuique mortali ſub quotidianis vitæ huius caſibus, innumerabiles mortes quodammodò comminentur, quandiu incertũ eſt, quæ nam earum ventura ſit: quæro vtrum ſatius ſit, vnam perpeti moriendo, an omnes timere viuendo? Nec ignoro quàm inertius alligatur diu viuere ſub timore tot mortium, quàm ſemel moriendo nullam deinceps formidare. Sed aliud eſt quod carnis ſenſus infirmiter pauidus rèfugit, aliud quod mentis ratio diligenter enucleata conuincit.

Boni omnia mala patiẽter tolerãt.

3 ET

3 ET Cap. 12. At enim in tanta ſtrage cadauerum, nec ſepeliri potuerũt. Nec iſtud pia fides nimium reformidat, tenens prædictum; Nec abſumentes beſtias reſurrecturis corporibus obfuturas, quorum capillus capitis non peribit. *Luc. 21.*

H 1 IRENÆVS Lib. 4. aduerſus Hæreſes, Cap. 9. Quis autem hic Dominus qui talem importat diẽ, Ioannes Baptizator ſignificat, dicens de Chriſto: Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igni, palam habens in manu eius ad emundandam aream ſuam, & fructum congregabit in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili. *Mat. 3.* Non ergo alius eſt qui frumẽtum fecit, & alius qui paleas, ſed vnus & idem, & iudicans ea, id eſt, ſeparans. Sed frumentum quidem, & paleæ, & animalia irrationabilia exiſtentia, naturaliter talia facta ſunt. Homo verò rationabilis, & ſecundùm hoc ſimilis Deo, liber in arbitrio factus & ſuæ poteſtatis, ipſe ſibi cauſa eſt, vt aliquando quidem, frumentum, aliquando autem palea fiat. *Liberum hominis arbitrium.* Quapropter & iuſtè condemnabitur, quoniam rationabilis factus amiſit veram rationem, & irrationabiliter viuens, aduerſatus eſt iuſtitiæ Dei, tradens ſe omni terreno ſpiritui, & omnibus ſeruiens voluptatibus. Quemadmodum Propheta ait, Homo cùm in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. *Pſal. 48.*

2 ET Cap. 71. Aliud autem quod ait: Quoties volui congregare filios tuos & noluiſti: *Matth. 23* veterem Legem libertatis hominis manifeſtauit, quia liberum eum Deus fecit ab initio habentem ſuam poteſtatem, ſicut & ſuam animam, ad vtendum ſententia Dei, voluntariè, & non coactum à Deo. Vis enim à Deo non fit, ſed bona ſententia adeſt illi ſemper. Et propter hoc conſilium quidem bonum dat omnibus. *Liberum arbitrium hominibus & Angelis datum eſt, ideóq; iuſtè iudicabuntur.* Poſuit autem in homine poteſtatem electionis, quemadmodum & in Angelis. Etenim Angeli rationabiles, vti hi quidem qui obediſſent, iuſtè bonum ſint poſſidentes, datum quidem à Deo, ſeruatum verò ab ipſis. Qui autem non obedierunt, iuſtè non inueniuntur cum bonis, & meritam pœnam percipient. Quoniam Deus quidem benignè bonum, ipſi verò non cuſtodierunt diligenter illud, neque precioſum arbitrati ſunt, ſed ſupereminentiam bonitatis contempſerunt. Abijciẽtes igitur bonũ & quaſi reſpuentes, meritò omnes iuſtum iudicium incident Dei, quemadmodum & Apoſtolus Paulus in ea Epiſtola, quæ eſt ad Romanos teſtificatus eſt, *Rom. 2.* dicens ita: An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorans quoniam bonitas Dei in pœnitentiam te adducit? Secundùm autem duritiam tuam & cor impœnitens, theſaurizas tibimetipſi iram in diem iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei. Gloria autem & honor, inquit, omni operanti bonum. Dedit ergo Deus bonum, quemadmodum & Apoſtolus teſtificatur in eadem epiſtola, & qui operantur quidem illud, gloriam & honorem percipient, quoniam operati ſunt bonum cùm poſſint non operari illud: hi autem qui illud non operantur, iudicium iuſtum recipient Dei, quoniam non ſunt operati bonum cùm poſſint operari illud.

3 ET Cap. 76. Qui igitur abſtiterunt à Paterno lumine, & tranſgreſsi ſunt Legem libertatis, per ſuam abſtiterunt culpam, liberi arbitrij & ſuæ poteſtatis facti. Deus autem omnia præſciens, vtriſque aptas præparauit habitationes: *Liberum arbitrium.* eis quidem qui inquirunt lumen incorruptibilitatis, & ad id recurrũt, benignè donans hoc quod concupiſcunt lumen: alijs verò id contemnentibus, & auertentibus ſe ab eo, & id fugientibus, & quaſi ſemetipſos excæcantibus, congruentes, lumini aduerſantibus, præparauit tenebras: & eis qui fugiunt ei eſſe ſubiecti, conuenientem ſubdidit pœnam.

4 IVSTINVS Martyr in dialogo cum Triphone aduerſus Iudæos. *Longè poſt medium.* Quòd ſi quis dicat, An non Herodem potius interficere Deus poterat? Hoc occupando quæro, Num poterat Deus initiò ſerpentem tollere de medio ne hoc diceret, Inimicitiarum cauſas inter te & mulierem, ſemenque tuum & illius, feram? *Gen 3.* Non'ne potuit ſtatim hominum multitudinem fingere? Verum vt cognoſcebat præclarum ac honeſtũ fieri, fecit eſſe poteſtatis ſuæ iuſtaſq; actiones, & Angelos & homines, conſtituitque tempus ad quod bonum eſſe illos ſui eſſe arbitrij & poteſtatis intelligebat. *Liberum arbitrium Angelis & hominibus datum.* Quodque honeſtum ac rectum eſſe cognoſcebat, & generalia & priuata iudicia faciebat, ita tamen vt liberum arbitriũ retineretur. *Et prope finem.* Illud quoque antè docui, Deum nõ eſſe cauſam cur ij, quorũ peccata antè cognita ſunt, ſiue Angeli, ſiue homines, improbi efficiantur, ſed ſua quiſque *Sua quiſq; culpa malus eſt.*

quiſq; culpa tales ſunt. qualis quiſq; videbitur. Sed ne occaſionẽ haberetis tale quid aſſerẽdi, Chriſtum in Crucẽ agi oportuiſſe, aut etiã in genere veſtro eſſe Legis violatores, nec aliter fieri potuiſſe: occupans, paucis docui, Deũ cũ Angelos & homines ſuũ cõſiliũ ſequi vellet, eos ſui iuris atq; arbitrij rectè facta bonaſq; actiones facere voluiſſe, cũ ratione qua ſcirẽt ipſi à quo effecti ſint, & per quem ſint, cùm anteà non eſſent. Et cum Lege qua ab eo iudicentur, ſi ſecus atque recta ratio præſcribit, ſe gerant.

5 IDEM Apologia. 1. pro Chriſtianis. Quoniam autem principiò tam Angelorum genus, quàm hominum, iudicij ſui ac voluntatis Deus effecit, iure pro ijs quæ ſcelerate fecerint, pœnas in æternoigne luẽt. Omniũ verò quæ generata ſunt hæc natura eſt, vitium atq; virtutem accipere poſſe. Neque enim quidquid horum laude dignum eſſet, niſi illi vtrãq; in partem cõuertere & quaſi flectere ſe poſſent.

Liberum arbitrium cun ſtis datum.

6 ET Apologia. 2. Si enim in fatis eſt, hũc eſſe bonũ, malumq; illum: neq; ille probandus eſſet, neq, hic reprehẽdẽdus. Ac niſi libero arbitrio atq; iudicio, genus hominum & res turpes fugere poteſt, & pulchras ac bonas ſequi, extra cauſam culpamq; eſt eorũ quę quoquo modo agũtur. Sed ipſum libero arbitrio, liberaq; volũtate & rectè facere, & peccare docemus, hoc modo hominẽ ipſum cõtraria exercere ac facere cernimus. Quod ſi fato fieret, vt eſſet aut improb⁹, aut bonus, profectò contraria in eum cadere nunquàm poſſent, neque ſępiſſimè mutaretur: quin ne alij quidem probi eſſent, alij mali: alioquin fatum cauſam malorum eſſe, contrariaq; ſibi facere ſentimus: aut illud quod antè dictũ eſt, videri verum eſſe, nihil eſſe virtutẽ, nec vitiũ, ſed opinione ſolùm bona & mala iudicari: quæ vt vera ratio docet, maxima eſt & impietas & iniuſtitia.

Niſi eſſet liberum arbitrium, immeritò puniretur malus.

7 IDEM in reſponſionibus ad quæſtiones Gentiliũ, quæſt. 9. Hæc duo, Nobis, & in nobis: inter ſe differunt. Nos quidem mares & fœminæ ſumus, in nobis autem ſitum eſt, vt caſti & pudici vel ſcortatores ſimus. Corona igitur donamur, vel ſupplicio afficimur, quòd hæc in nobis ſita ſit. Ad quę enim voluntas nos impellit, eorum cauſa vel corona donamur, vel afficimur ſupplicio. Deus enim nobis facultates dedit ad agendum, ſed eas libertati voluntatis iudicijque ſubiecit: & ad propoſitum ac voluntatem ius habet Deus gubernandi eas facultates, quæ in nobis ſuos habent appetitus, non ad naturam. Accepimus aut à Deo agendi ac non agendi poteſtatem, ita tamen vt ea quę iuſta ſunt agamus, quæ autem iniuſta ſunt, non agamus. Cùm ergo ita agimus, & non agimus, iure corona donamur. Cùm autem hæc ita mutamus, in contrarium, vt agamus & non agamus, iure pœnas luimus.

Liberum arbitrium cur à Deo datũ.

8 CLEMENS Alexandrinus lib. 1. Pædago. Cap. 6. Quod enim fides vna ſit vniuerſa ſalus humanæ naturæ, eadem ſit autem iuſti & benigni Dei erga omnes æqualitas, & communicatio, Paulus manifeſtiſſimè expoſuit ſic dicens, Priuſquàm autem veniret fides, cuſtodiebamur ſub Lege, concluſi ſub fide quæ erat reuelanda. Quare Lex fuit noſter pædagogus in Chriſto, vt ex fide iuſtificemur. Poſtquàm autem venit fides, non ſumus amplius ſub pædagogo. Non audiuis nos non eſſe amplius ſub illa Legẽ quæ erat cum timore, ſed ſub Verbo qui eſt pædagogus liberi arbitrij?

Galat. 3.

Fides eſt ſalus humanæ naturæ.

Liberum arbitrium.

9 IDEM lib. 1. Stromatũ, Cap. 5. Sed nec laudes, nec vituperationes, nec honores, nec ſupplicia iuſta ſunt, ſi anima non habeat liberã poteſtatem & appetendi & aggrediendi, ſed ſit vitium inuoluntarium.

Si non eſſet liberum arbitrium, nõ eſſent iuſtæ pœnæ neque præmia.

10 ET Lib. 2. Cùm ſit ergò duplex vitij genus, vnum quidem quod cum fraude & clanculum, alterum autem quod cum vi fert & trahit: diuinum Verbum clamauit, omnes ſimul vocans, eos quidem vel maximè cognoſcens qui non erant parituri: & tamen quoniam eſt in noſtra poteſtate parẽre & non parẽre, vt nulli poſſint cauſari prætextum ignorantiæ, iuſtam fecit vocationem. Quod autem pręſtare poſſunt vniuſcuiuſq; vires exigit. Nonnullis autem ſimul adeſt, & velle & poſſe, vt ijs qui per exercitationem eò peruenerint & purgati ſint. Alij autem & ſi nondum poſſint, iam tamẽ habent velle. Eſt autẽ velle quidem, munus animæ.

Libertas hominis.

11 TERTVLL. Lib. de exhortatione ad caſtitatem, Cap. 2. Non eſt bonæ & ſolidę fidei, ſic omnia ad voluntatem Dei referre, & ita adulari ad vnũquẽq;, dicẽdo nihil fieri ſine iuſſione eius: vt non intelligamus aliquid eſſe in nobis ipſis. Cæterum excuſabitur omne delictum, ſi continuerimus, nihil fieri à nobis ſine Dei voluntate. Et ibi definito, iſtam deſtructionem totius diſciplinæ etiam ipſius Dei, ſi & quæ non vult de ſua voluntate producit, aut nihil eſt quod Deus non vult. Sed quomodò vetat quædam, quibus etiã ſuppliciũ ęternũ comminatur? Vtique etiam quæ vetat nõ vult, à qui-

Non eſt bonæ fidei afferre, nihil fieri ſine Dei iuſſione.

à quibus, & offenditur. Sicut & quæ vult, præcipit, & accipit, & æternitatis mercede diſpungit. Itaq; cùm vtrunq; ex præceptis eius didicerimus, quid velit, & quid nolit, iam nobis eſt voluntas eligendi alterum, ſicut ſcriptum eſt: Ecce poſui ante te bonum & malum: guſtaſti enim de arbore agnitionis. Et ideo nō debemus quod noſtri expoſitum eſt arbitrio, in Dei referre voluntatē, quos vult ipſe & velle, qui malum nō vult. Ita noſtra eſt voluntas, cū malum volumus aduerſùs Dei voluntatē, qui bonū vult. Porrò ſi quæris, vnde veniat iſta voluntas qua quid volumus aduerſùs Dei voluntatē: vt dicam, Ex nobis ipſis. Nec temerē, ſemini tuo reſpōdeas neceſſe eſt. Siquidē ille princeps generis & delicti Adā, voluit, quod deliquit. Neq;.n. Diabolus volūtatem ei impoſuit delinquendi, ſed materiā voluntatis ſubminiſtrauit. Cæterū volūtas Dei in obaudientiā venerat. Proinde & tu ſi non obaudieris Deo, qui te propoſito pręcepto liberę poteſtatis inſtituit, per volūtatis libertatē volēs deuergis in id quod Deus noluit. Ita te putas à diabolo ſubuerſum, qui & ſi vult te velle quod Deus non vult, nō tñ facit vt & velis: quia nec tunc inuitos Protoplaſtos ad volūtatem delicti ſubegit, imò neq; inuitos, neq; ignorantes quid Deus nollet. Vtique n. nolebat fieri, cui admiſſo mortem deſtinabat. Ita diaboli opus vnū eſt, tētare quod in te eſt, an velis. At vbi voluiſti, ſequitur vt te ſibi ſubigat, nō operatus in te voluntatem, ſed nactus poſſeſsionem voluntatis.

Eccli. 15.

Liberum arbitrium expoſitum.

Gen. 3.

12 IDEM Lib. 2. aduerſùs Marcionem, Cap. 5. & 6. Liberū & ſui arbitrij & ſuæ poteſtatis inuenio hominē à Deo inſtitutum, nullā magis imaginem & ſimilitudinē Dei in illo animaduertēs, quàm eiuſmodi ſtatus formā. Neq; enim facie & corporalibus lineis, tā varijs in genere humano, ad vniformem Deū expreſſus eſt, ſed in ea ſubſtātia quā ab ipſo Deo traxit, id eſt, animæ ad formā Dei ſpondentis, & arbitrij ſui libertate, & poteſtate ſignatus eſt. Hunc ſtatum eius cōfirmauit etiā ipſa Lex, tūc à Deo poſita. Non.n. poneretur Lex ei qui non haberet obſequiū debitū Legi, in ſua poteſtate: nec rurſus cōminatio mortis trāſgreſsioni aſcriberetur, ſi nō & contēptus Legis in arbitrij libertatē homini deputaretur. Sic & in poſteris legibus Creatoris inuenias proponētis ante hominē bonū & malū, vitā & mortē: ſed nec aliâs, totū ordinē diſciplinæ per præcepta diſpoſitū, auocante Deo & minante, exhortante'ue, niſi & ad obſequiū & ad cōtemptū libero & volūtario homine. Sed quoniā ex hoc iam intelligimus eos ſtruentes liberā hominis poteſtatē arbitrij ſui, vt quod ei euenit, nō Deo, ſed ipſi debeat exprobrari: ne & tu hinc iam opponas, non ita illum inſtitui debuiſſe, ſi libertas & poteſtas arbitrij exitioſa futura eſſet: hoc quoq; prius defendam, ita inſtitui debuiſſe, quò fortius cōmendam, & ita inſtitutum, & dignè Deo inſtitutum, potiore oſtenſa ea cauſa quæ ita fecit inſtitui. Bonitas Dei & ratio eius, huic quoq; inſtituto patrocinabūtur, in omnibus conſpirantes apud Deum noſtrū. Nec ratio eſt ſine bonitate ratio eſt, nec bonitas ſine ratione bonitas, niſi fortè penes Deū Marcionis, irrationabiliter bonum, ſicut oſtēdimus. Oportebat Deum cognoſci: bonum hoc, vtique & rationale. Oportebat dignū aliquid eſſe quod Deū cognoſceret. Quid tam dignū proſpici poſſet, quàm imago Dei & ſimilitudo? Et hoc bonum, ſine dubio & rationale. Oportebat igitur imaginem & ſimilitudinem Dei, liberi arbitrij & ſuæ poteſtatis inſtitui, in qua hoc ipſum imago & ſimilitudo Dei deputaretur, arbitrij ſcilicet libertas & poteſtas: in quā rem ea ſubſtātia homini accōmodata eſt, quæ huius ſtatus eſſet, afflatus Dei, vtiq; liberi & ſuæ poteſtatis. Sed & aliâs quale erat vt totius mundi poſsidens homo, non in primis animi ſui poſſeſsione regnaret, aliorū Dñs, ſui famulus? Habes igitur, & bonitatē Dei agnoſcere ex dignatione, & rationem ex diſpoſitione. Sola nūc bonitas deputetur, quę tātū homini largita ſit, id eſt, arbitrij libertatem, &c.

Liberum arbitrium ad imaginē & ſimilitudinem Dei.

Eccli. 15.

Oportuit dari à Deo liberum arbitrium.

Gen. 1.

13 ORIGEN. tom. 1. Lib. 1. Periarchō, *in proœmio*. Eſt & illud definitum in Eccleſiaſtica prædicatione, omnem animā rationabilem eſſe liberi arbitrij & volūtatis: eſſe quoq; ei certamē aduerſùs diabolum & Angelos eius, contrariasq; virtutes. ex eo ꝙ illi peccatis eam onerare cōtendant. Nos verò ſi rectè conſultēq; viuamus, ab huiuſmodi nos exuere conemur. Vnde & conſequens eſt intelligere, non nos neceſsitati eſſe ſubiectos, vt omni modo etiam ſi nolimus vel mala vel bona agere cogamur. Si enim noſtri arbitrij ſumus, inſtigare fortaſſe poſſunt aliquæ virtutes ad peccatum, & aliæ iuuare ad ſalutem: non tamen neceſsitate cogimur vel agere rectè vel malè: quod fieri arbitrātur qui ſtellarū curſum & mot⁹, cauſam dicunt humanorū eſſe geſtorum nō eorū quæ extra arbitrij accidunt libertatem, ſed

Omnis anima rationalis eſt liberi arbitrij ac voluntatis.

ſed eorum qui in noſtra ſunt poſita poteſtate. *Hoc ipſum fuſius tractat lib.3. cap.1.*

14 I D E M tom.2.in Cap. 6. ad Roma. lib.5. Manere quidem naturæ rationabili ſemper liberũ arbitriũ nõ negamꝰ,ſed tãtã eſſe vim Crucis Chriſti & mortis huiꝰ quã in ſeculorũ fine ſuſcepit,aſſerimus,vt ad ſanctitatẽ & remediũ non ſolũ pręſentis & futuri,ſed etiã præteritorũ ſeculorũ,& nõ ſolùm humano huic noſtro ordini,ſed etiã cœleſtibꝰ virtutibꝰ ordinibusq; ſufficiat. Secũdùm ſentẽtiã nanq; ipſius Pauli Apoſtoli, Chriſtꝰ pacificauit per ſanguinẽ Crucis ſuę, nõ ſolũ quæ in terra ſunt, ſed & quæ in cœlis. Quid autẽ ſit quod in futuris ſeculis teneat arbitrij libertatẽ ne rurſum corruat in peccatũ,breui nos ſermone Apoſtolꝰ docet dicẽs,Charitas nũquã cadit. Idcirco enim & Fide,& Spe,maior Charitas dicit̃,quia ſola erit per quam delinqui vltra non poterit.

Liberũ arbitrium.

Virtus Crucis Chriſti.

Coloſ.1.

Charitas in beatis firmat arbitrij libertatẽ in bono.

1.Cor.13.

15 E T Lib.6. Sed & illud aſpice,ꝙ vbiq; arbitrij libertatẽ deſignat, & oſtendit vnũquenq; habere in ſua poteſtate, vt quæ antè iniquitati ad iniquitatẽ ſeruitia dependebant, hæc cõuerſo in melius propoſito,iuſtitiæ ſanctificationiq; dependant:quod vtiq; fieri non poſſet ſi neceſsitas naturæ(vt quibuſdam videtur) repugnaret ,aut aſtrorum curſus obſiſteret.

Arbitrij libertas.

16 I D E M tom.1. in Cap. 22. Numer. homil.13. Aliud enim eſt ſi expetat dæmõ à Deo aliquem ad tentandum,ſicut Iob, & cum certa diſtinctione poteſtatem eius accipiat. v.g. vt dicatur ei, Do tibi omnia eius in poteſtate, ſed ipſum non contingas: aut iterum,Do tibi in eum poteſtatem , ſed animam eius cuſtodi. Et aliud eſt,ſi mago exigente,& adiutamẽtis quibuſdam extorquente,dæmones ſine vlla obſeruatione deſæuiant. In quo vtiq; ſi eis libertas ſeruetur arbitrij,populum Dei perditum dabunt. Si verò libertas auferatur arbitrij,hoc erat dãnaſſe rationabilẽ creaturam,& ante tẽpus intuliſſe iudiciũ,& impediſſe omnibus qui aduerſùm eos in agone certantes poterant coronari. Si enim dæmonijs auferatur libertas arbitrij,nullꝰ vltra impugnabit athletas Chriſti. Nullo autem impugnante,nec certamẽ aliquod erit:& ſublato certamine, nullum erit præmiũ,nulla victoria. Idcirco igitur tali via vtitur Deus,vt & populus adhuc rudis, & qui nuper abſtrahi cœperat à cultu dæmonum,dæmonibus non tradatur, & inuocante mago reſponſa deſerantur, & genus dæmonum non nudetur arbitrij poteſtate. Et ideò pręuenit Deus, & ire Balaã,atq; inuocare dęmones,ad maledicẽdũ, prohibet,ſi tamen à cupiditate ceſſaſſet. Sed quia perſiſtit in deſyderio pecuniæ, indulgens Deus arbitrij libertati , rurſus ire permittit.

Iob.1.& 2

Dæmones habent liberum arbitrium ad nocendum.

Numer.22. & 23.

17 A V G V S T. tom. 7. contra duas Epiſtolas Pelagianorum ad Boniſaciũ , lib. 1.Cap.2. Quis autẽ noſtrum dicat,quòd primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere? Libertas quidem perijt per peccatum,ſed illa quæ in paradiſo fuit,habendi plenam cum immortalitate iuſtitiam,propter quod natura humana, diuina indiget gratia,dicente Domino, Si vos Filius liberauerit,tunc verè liberi eritis:vtique liberi ad benè iuſtèque viuendũ. Nam liberum arbitrium vſq; adeò in peccatore non perijt,vt per illud peccent maximè omnes qui cum deteſtatione peccãt, & amore peccati hoc eis placet,quod eis libet. Vnde & Apoſtolus,Cùm eſſetis,inquit,ſerui peccati,liberi fuiſtis iuſtitiæ. Ecce oſtenduntur etiã peccato minimè potuiſſe , niſi alia libertate,ſeruire. Liberi ergo à iuſtitia nõ ſunt,niſi arbitrio volũtatis. Liberi autẽ à peccato non fiunt,niſi gratia Saluatoris.

Non perijt liberum arbitrium per peccatum Adæ.

Ioan.8.

Rom.6.

18 E T Lib.2.Cap.5. Iã nunc illa vidẽda ſunt,quæ in Epiſtola ſua nobis obijcientes breuiter poſuerunt , quibus hæc eſt noſtra reſponſio. Peccato Adæ arbitrium liberum de hominũ natura periſſe non dicimus,ſed ad peccãdum valere in hominibus ſubditis diabolo:ad bene autem pièq; viuendum nõ valere,niſi ipſa voluntas hominis, Dei gratia fuerit liberata,& ad omne bonum actionis,ſermonis,cogitationis,adiuta.

Quomodo permaneat liberum arbitrium poſt peccatum.

19 E T Cap.10. Quæ cùm ita ſint, nihil in ſcripturis ſanctis homini à Dño video iuberi,propter probandum liberum arbitriũ, quod non inueniatur vel dari ab eius bonitate , vel poſci propter adiutorium gratiæ demõſtrandum. Nec omnino incipit homo ex malo in bonũ per initium fidei cõmutari,niſi hoc in illo agat indebita & gratuita miſericordia Dei. De qua ſuam cogitationẽ recolens quidam,ſicut legimus in pſalmis, Nunquid obliuiſcetur (inquit) miſereri Deus, aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas? Et dixi;Nunc cœpi,hæc mutatio dexteræ excelſi. Cũ ergo dixiſſet. Nũc cœpi:nõ ait,Hęc mutatio arbitrij mei:ſed,Dexterę excelſi. Sic itaq; Dei gratia cogitetur, vt ab initio bonę mutationis ſuę vſq; in finẽ cõſũmationis,qui gloriatur,in Dño glorieẗ.

Pſal.76.

Hiere.9.

Quia

Quia ſicut nemo poteſt bonum inchoare ſine Domino, ſic nemo perficere ſine Dño.

20 I D E M Lib. de gratia & libero arbitrio Cap. 15. Ne autem putetur nihil ibi facere ipſos homines per liberum arbitrium, ideò in pſalmo dicitur, Nolite obdurare corda veſtra. Et per ipſum Ezechielem, Proijcite à vobis omnes impietates veſtras quas impiè egiſtis in me, & facite vobis cor nouũ, & ſpiritum nouum, & facite omnia mandata mea: vt quid moriemini domus Iſrael, dicit Dominus? quia nolo mortem morientis, dicit Adonai Dominus, ſed conuertimini, & viuetis. Meminerimus Deum dicere, Conuertimini & viuetis. Cui dicitur, Conuerte nos Deus. Meminerimus Deum dicere, Proijcite à vobis omnes impietates veſtras: cùm ipſe iuſtificet impium. Meminerimus ipſum dicere, Facite vobis cor nouum & ſpiritum nouum: qui dicit, Dabo vobis cor nouum & ſpiritum nouum dabo vobis. Quomodò ergo quod dicit, Facite vobis: hoc dicit, Dabo vobis? Quare iubet, ſi ipſe daturus eſt? Quare dat, ſi homo facturus eſt, niſi quia dat quod iubet, & adiuuat, vt faciat cui iubet? Semper eſt autem in nobis voluntas libera, ſed non ſemper eſt bona. Aut enim à iuſtitia libera eſt, quando ſeruit peccato: & tunc eſt mala. Aut peccato libera eſt quando ſeruit iuſtitiæ, & tunc eſt bona. Gratia verò Dei ſemper eſt bona, & per hanc fit vt ſit homo bonæ voluntatis, qui prius fuit voluntatis malæ. Per hanc etiam fit, vt ipſa bona voluntas quæ iam eſſe cœpit, augeatur, & tam magna fiet vt poſsit implere diuina mandata quæ voluerit, cùm valde perfectèque voluerit. Ad hoc enim valet quod ſcriptum eſt, Si volueris, conſeruabis mandata: vt homo qui voluer[illegible], & non potuerit, nondum ſe plene velle cognoſcat, & oret vt habeat tantam voluntatem, quanta ſufficit ad implenda mandata. Sic quippe adiuuatur, vt faciat quod iubetur: tunc enim vtile eſt velle, cùm poſſumus: & tunc vtile eſt poſſe, cùm volumus. Nam quid prodeſt ſi quod non poſſumus, volumus: aut ſi quod poſſumus, nolumus?

Pſal. 94. *Ezech. 18.* *Pſal. 84.* *Ezech. 36.* *Semper in nobis eſt voluntas libera, ſed non ſemper eſt bona.* *Eccli. 15.*

21 E T Cap. 18. Hæc ergo præcepta charitatis inaniter darentur hominibus non habentibus liberum voluntatis arbitrium: ſed quia per Legem dantur & veterem & nouam, quanuis in noua venerit gratia quæ promittebatur in veteri. Lex autem ſine gratia, litera eſt occidens; in gratia verò, Spiritus viuificans: Vnde eſt in hominibus charitas Dei & proximi, niſi ex ipſo Deo? Nam ſi non ex Deo, ſed ex hominibus, vicerunt Pelagiani: ſi autem ex Deo, vicimus Pelagianos. Sedeat ergo inter nos iudex Apoſtolus Ioannes, & dicat nobis, Chariſsimi diligamus inuicem. In his verbis Ioannis: cùm ſe illi extollere cœperint, & dicere, Vt quid nobis hoc præcipitur, niſi quia à nobis habemus vt inuicem diligamus? Sequitur continuò idem Ioannes confundens eos, & dicens, Quia dilectio ex Deo eſt. Non itaque ex nobis, ſed ex Deo eſt. Cur ergo dictum eſt, Diligamus inuicẽ, quia dilectio ex Deo eſt: niſi quia præcepto admonitũ eſt liberum arbitriũ, vt quæreret Dei donum? Quod quidem ſine ſuo fructu prorſus admoneretur, niſi prius acciperet aliquid dilectionis, vt addi ſibi quæreret vnde quod iubebatur impleret. Cùm dicitur, Diligamus inuicẽ, Lex eſt: cùm dicitur, Quia dilectio ex Deo eſt, gratia eſt.

Liberum arbitrium. *1. Ioan. 4.*

22 A M B R O S I V S tomo. 2. Lib. 1. de Vocatione gentium, Cap. 5. Deus vtique ſingulorum hominum ita & corpora creauit & ſpiritus, vt præter illam ſecuturam ex vniuſcuiuſq; ſtudio voluntariam diuerſitatem, ipſa conditionis exordia diſsimillima numeroſitate variaret. *Et rurſum.* Omnes de quibus nunc loquimur, ante vllum intelligentiæ vſum, ante liberum voluntatis arbrium, alij ad æternam beatitudinem regenerati, alij ad perpetuam miſeriam trãſeunt non renati.

Liberi arbitrij poteſtas.

23 E T Lib. 2. Cap. 9. Gratia quidem Dei in omnibus iuſtificationibus principaliter præeminet, ſuadendo exhortationibus, monendo exemplis, terrendo periculis, excitando miraculis, dando intellectum, inſpirando conſilium, corque ipſum illuminando & fidei affectionibus imbuendo. Sed etiã voluntas hominis ſubiungitur ei atque coniungitur, quæ ad hoc prędictis eſt excitata præſidijs, vt diuino in ſe cooperetur operi, & incipiat exercere ad meritum, quod ſuperno ſemine concepit ad ſtudium, de ſua habens mutabilitate ſi deficit, de gratiæ opitulatione, ſi proficit. Quæ opitulatio per innumeros modos ſiue occultos ſiue manifeſtos, omnibus adhibetur: & quòd à multis refutatur, ipſorũ eſt nequitiæ: quòd autẽ à multis ſuſcipitur, & gratię eſt diuinę, & voluntatis humanæ. *Et poſt pauca*, Dicit quidem Dominus, Nemo

Gratia quid efficiat: & quid ei per liberum arbitrium cooperemur.

Ioan.6. Nemo venit ad me, niſi Pater qui miſit me,traxerit eum. Sed hoc ideò dictum eſt, vt illam fidem ſine qua nemo ad Chriſtum venit, ex Patris haberi munere nouerimus,ſecundùm illud quod Apoſtolo dicitur, Beatus es Simon Bar Iona,quia caro & *Matth. 16.* ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus qui in cœlis eſt. Qui in cordibus trahendorum hoc egit,vt crederent; hoc effecit, vt vellent. Non enim eſſet vnde traherentur,ſi ſequaces fide & voluntate nõ eſſent: Quoniam qui non credunt, nec trahuntur omnino,nec veniunt,nec accedunt qui diſſentiunt,ſed recedunt. *Gratiæ & liberi arbitrij vnio.* Qui ergo veniunt, amore ducũtur:dilecti enim ſunt,& dilexerunt:quæſiti ſunt,& quæſierunt: & quod eos voluit Deus velle,voluerunt. Qui ad obediendum ſibi,ipſum velle ſic donat, vt etiam à perſeueraturis, illam mutabilitatẽ quæ poteſt nolle,non auferat. Alioquin nemo vnquàm fidelium receſſiſſet à fide,neminem concupiſcentia vinceret, neminem triſtitia elideret,neminem iracundia debellaret,nullius charitas refrigeſceret,nullius patientia frangeretur,& collatam ſibi gratiã nemo negligeret. Sed quia hæc poſſunt fieri,& in conſenſum talium tentationum facilis nimium procliuisq; deſcenſio eſt,nunquàm debet in auribus fideliũ vox illa Domini non ſonare, qua Apoſtolis dicitur, Vi*Matth.26.*gilate,& orate,ne intretis in tentationem. Vbi ſi de vigilando, tantùm, non etiam de de orando,diſcipulos admoneret,ſolas liberi arbitrij vires,videretur hortatus. Sed cũ addidit Et orate,ſatis docuit superni futurum muneris,vt eos etiam vigilantes,tentationis procella non vinceret.

24 HIERO. tom.2. Aduerſùs Iouinianũ lib.2. *Non longe poſt initium* Liberi arbitrij nos condidit Deus,nec ad virtutes,nec ad vitia neceſſitate trahimur. *Libertas arbitrij noſtri.* alioquin vbi neceſſitas eſt,nec dãnatio, nec corona eſt. Sicut in bonis operib⁹ perfector eſt Deus: *Rom.9.* Non eſt enim volentis neque currentis, ſed miſerẽtis & adiuuãtis Dei, vt peruenire valeamus ad calcem:ſic in malis atque peccatis,ſemina noſtra ſunt incentiua, & perfectio diaboli.

25 IDEM tom.3. Epiſt.146. ad Damaſum. *Luc. 15.* Qui diuiſit eis ſubſtantiam. Significantius in Græco legitur καὶ διεῖλεν αὐτοῖς τὸν βίον, ideſt, dedit eis liberũ arbitriũ,dedit mentis propriæ libertatẽ,& vt viueret vnuſquiſq;, *Liberũ hominis arbitrium.* non ex imperio Dei,ſed obſequio ſuo,ideſt, non ex neceſſitate,ſed ex voluntate, vt virtus haberet locum,vt à cęteris animãtibus diſtaremus,dum ad exẽplũ Dei permiſſum eſt nobis facere quod velimus. Vnde & in peccatores ęquum iudicium,& in Sanctos & iuſtos iuſtum præmium retribueretur.

26 CHRYSOST. tomo.1. in Geneſim, hom.23. Propterea liberum arbitrium nobis datum eſt,& in natura conſcientiaq; *Cur datum liberum arbitrium.* noſtra repoſita ſcientia boni & mali, & diabolus vt eſſet permiſſus, non vt gehennam experiremur,neque regno priuaremur.

27 IDEM tom.4. in Cap.5. Ad Galat. Liberauit nos Chriſtus à iugo ſeruitutis, liberum nobis eſſe voluit facere quidquid *Datum eſt liberum arbitriũ, non vt eo abutamur.* volumus,non vt hac poteſtate ad malitiam abutamur,ſed vt maioris præmij ſumamus occaſionem ad altiorem philoſophiam progreſſi.

28 ET in.1. ad Timoth. Cap.1. homil. 3. *In initio.* Vides vt omnibus in locis ſuam ſemper iuſtitiam ſupprimat, totumq; Deo *Quid Deo, quid arbitrij libero tribuendum.* adſcribat: ita tamen vt libertatem non tollat arbitrij. *Et mox.* Vides vt etiam quod ſuum eſt, & quod itidem Dei cautè proponat. Dei ſcilicet prouidentiæ plurimum ſemper attribuens,ſua verò rectè facta ſupprimens ſemper,ac occultans:ita tamen (vt dixi) ne libertatem arbitrij tolleret.

29 ET ad Philippenſes hom.8. Quoniã dixerat, Cum timore ac tremore, &c. Vide *Philip.2.* quomodò adiecto ſolatio certamen mitiget. Quid enim dicit? Deus eſt qui operatur in vobis,&c. Ne timeas,quòd dixi, Cũ timore ac tremore. Non ideò iſtud dixi, vt deſperes, vt virtutem incomprehenſibile quiddam putes, ſed vt attendas ne teipſum diſſoluas ac remittas. Hoc ſi fuerit, Deus omnia operabitur. Tu bono ſis animo. De⁹ *Gratia Dei non tollit liberum arbitrium.* enim eſt qui operatur in vobis, &c. Si ergo ipſe inoperatur,oportet vt nos voluntatem exhibeamus ſimul applaudentem,complectentem,& minimè effuſam. Si verò voluntatem in nobis ipſe operatur, quomodo nos adhortaris? Etenim ſi vt velimus ipſe facit, fruſtra nobis dicis, Obedite: non enim obedimus. Fruſtra dicis; In timore ac tremore: Nam totum Dei eſt. Non ad hoc dixi Deũ eſſe operantem in vobis,& vt velitis, & vt operemini,ſed vt ſolicitudinem veſtram releuarem. Si volueris,nunc operabitur voluntatem. Et promptitudinem ipſe nobis dat, & operandi efficaciam. Quando enim voluerimus,voluntatem noſtram poſteà adauget. Vtpote,volo boni quiddam operari, bonum iſtud ipſe operatur, & per ipſum etiã voluntatem. Aut ex multa pietate hoc dicit, vt & facit quando rectè facta noſtra,

dona

dona eſſe Dei dicit. Quemadmodum igitur cùm ea dona Dei dicit, non eijcit nos ex libero arbitrio, ſed permittit in nobis liberũ arbitriũ: ita quãdo dicit, Operatur in vobis vt velitis, non aufert à nobis arbitrij libertatem, ſed oſtendit quòd à rectè faciẽdo multam, vt velimus, promptitudinem accipiamus.

30 ET ad Hebræos, Hom. 12. Non des in cõmotionẽ pedem tuum. Non dixit, Ne cõmouearis: ſed, Tu ne des. Igitur in nr̃o arbitrio eſt dare & nullo alio. Si em̃ voluerimus ſtare firmi & immobiles, non commouebimur. Quid ergo? Nihil Dei eſt? Omnia quidem Dei ſunt, ſed non ita vt liberum arbitriũ lædatur. Si igitur Dei ſunt, inquit, omnia, quid ergo nos culpamur? Propterea dixi, vt liberũ arbitriũ noſtrum non lædatur. In noſtro itaq; arbitrio eſt, & in Deo. Oportet nos quippe eligere primùm quæ bona ſunt, & tunc ipſe quæ ſua ſunt, introducit. Non antecedit noſtras voluntates ne lędatur liberum arbitrium: cùm autem nos elegerimus, multam tunc nobis adfert auxilia tionẽ. Et quomodò ergo Paulus inquit: Neque volentis, neque currentis, ſed miſerẽtis eſt Dei? Primùm quidem, non ſicut propriã ſententiam introducit, ſed veluti ex ijs quę propoſita erant, hoc collegit, & ex his quæ antè præmiſerat. Cùm enim dixiſſet, Miſerebor cuiuſcunq; miſereor, & cõmiſerabor quẽcunq; commiſeror: ſubijcit, Itaque neque volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Dicis ergo mihi, Quid adhuc quæritur? Secundùm illud autem eſt dicendum: quia cuius eſt amplius, totum eſſe dixit. Noſtrum enim eligere tantùm eſt, & velle: Dei autem efficere, & ad perfectionẽ perducere. Quia ergo illius eſt quod amplius eſt, eius eſſe dixit vniuerſum ſecũdùm conſuetudinem hominum: ſic quippe etiam nos facimus. v. g. Videmus domũ bene ędificatam, & dicimus, quia totum artificis eſt: & tñ non omne opus eius eſt, ſed etiã operariorum, & qui materiam tribuit domui, & aliorum plurimorum: veruntamen quoniã amplius ille contulit, illius vniuerſum opus eſſe dicimus: ſic etiã & hîc. Iterum, in multitudine vbi plurimi ſunt, omnes eſſe dicimus: vbi autem pauci, nullũ. Sic & Paulus dixit, Neq; volentis, neq; currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Adſtruit autem hic duo quædã magna: Vnũ quidẽ, ne in ſuperbiam erigamur: ſiue cucurreris, ſiue ſatageris, inquit, non putes tuum eſſe effectũ. Si enim deſuper non adueniat adiumentum, omnia in vano erũt. Verũtamẽ quidquid adeptus fueris eorum ad quæ feſtinas, manifeſtum quia currendo & volendo, adipiſceris. Nõ ergo hoc dixit, quoniam in vanũ currimus: ſed quid? Quoniam in vanum currimus, ſi noſtrum eſſe vniuerſum putauerimus, ſi nõ plurimam partem Deo tribuerimus. Neq; enim Deus totum ſuum eſſe voluit, ne videatur ſine cauſa nos coronare: neque iterũ noſtrum, ne in ſuperbiam incidamus. Si enim minimam partem habentes, alta ſapimus, quid ſi totius nos operis noſtri Domini eſſemus? Multa quippe Deus vt ambitionem noſtram recideret, fecit.

Pſal. 110.

Liberum arbitrium, & Dei gratia, quomodò cõcurrant.

Rom. 9.

31 HILARIVS in Pſal. 118. in fine: *Verſu, Fiat manus tua vt ſaluũ me faciat, &c.* Alijs gloriam ſeculi eligentibus, alijs venerationem elementorum ac dæmonum capeſentibus, alijs terrenas opes expetentibus: ſanctus iſte mandata Dei elegit. Elegit autem non naturali neceſsitate, ſed voluntate pietatis: quia vnicuiq; ad id quod volet, via eſt propoſita viuendi, & appetẽdi, atque agẽdi permiſſa libertas. Et ob id vniuſcuiuſque aut pœnis aut præmijs afficietur electio.

Vnuſquiſq; aut præmio afficietur aut pœna, iuxta arbitrij ſui electionem.

32 CONCIL. Carthaginenſe, in Epiſtola ad S. Innocentium Papam (*habetur tom. 1. Conciliorum, Inter Epiſtolas & decreta Innocentij PP. primi.*) Id enim agunt iſti (*ſcilicet Pelagiani*) damnabilibus diſputationibus ſuis, vt nõ defendẽdo, ſed potius in ſacrilegam ſuperbiam extollendo liberum arbitrium, nullum relinquant locum gratiæ Dei, qua Chriſtiani ſumus, qua & id ipſum noſtræ voluntatis arbitrium verè fit liberum, dùm à carnalium concupiſcentiarum dominatione liberatur, dicente Domino: Si vos filius liberauerit, tunc verè liberi eritis. Quod auxilium fides impetrat, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. *Et mox.* Sed quid aliud agunt, cùm hominibus animalibus non percipientibus quæ ſunt Spiritus Dei, perſuadere non ceſſant, ad operandã perficiendãq; iuſtitiam, & Dei mandata cõplenda, ſolam ſibi humanam ſufficere poſſe naturam? Non attendentes quod ſcriptũ eſt: Spiritus adiuuat infirmitatem noſtrã. Et, Non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei.

Liberũ arbitrium non tollit gratiam Dei.

Ioan. 8.

1 Cor. 1.

Rom. 8.

Roma. 9.

33 CONCIL. Arauſicanum, Cap. 8. (tom. 1. Conciliorum) Si quis (alius miſericordia, alius verò per liberum arbitrium, quod in omnibus qui de præuaricatione primi hominis nati ſunt) conſtanti ſententia

hominem ad gratiam baptiſmi poſſe venire contendit, à recta fide probatur alienus. Is.n.nō omniū liberū arbitriū per peccarū primi hominis aſſerit infirmatum, aut certè ita læſum putat, vt tamen quidam valeāt ſine reuelatione Dei, myſteriū ſalutis æternæ, per ſemetipſos poſſe cōquirere. Quod quàm ſit contrarium, ipſe Dn̄s probat, qui non aliquos, ſed neminem ad ſe poſſe venire teſtatur, niſi quem Pater attraxerit. Sicut & Petro dicit, Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus qui in cœlis eſt. Et Apoſtolus, Nemo poteſt dicere, Dominum Ieſum Chriſtum, niſi in Spiritu ſancto.

Liberum arbitriū quale poſt peccatum. — *Ioan. 6.* — *Matth. 16.* — *1. Cor. 12.*

34 LEO Magus Epiſtola. 84. ad Nicetā Omnis itaque bonorum operum donatio, Diuina præparatio eſt: quia non prius quiſquā iuſtificetur virtute, quā gratia, quæ vnicuiq; principium iuſtitię, & bonorum fons, atque origo meritorum eſt.

Gratia eſt fons & origo bonorum ac meritorum.

35 BASIL. Homilia, quòd ſine virtute & gratia reſiſtere Satanæ, &c. *In initio.* Quibus ineſt diuina Lex, non atramento & literis inſcripta, ſed Spiritu Dei viuentis, nec tabulis lapideis impreſſa, ſed tabulis cordis carnalibus inſita: illi mentis oculis illuminati, ac ſemper non ſenſibili aut viſibili, ſed ſpirituali ſpe affecti, exactè ſciūt quàm impoſsibile ſit proprijs viribus offendicula verſuti hoſtis vincere, niſi inſuperabilis potentia Dei ſuccurrat. Qui verò verbi Dei honore cumulati non ſunt, ij fruſtra inflati, libero ſe putant arbitrio, peccati occaſiones inanire poſſe, quod per ſolum Crucis myſterium caſſatur. Liberum enim illud quod in poteſtate hominis eſt arbitrium, in eo ſitum eſt, vel velis, vel nolis reſiſtere diabolo. Non enim vt omnino hoc poſsis, potentiam habes qua affectionibus carnis dominêris. Niſi enim Dominus cuſtodierit ciuitatem, aut ædificauerit domū, fruſtra vigilat cuſtos, & fruſtra laborat ędificans. Impoſsibile nanque eſt ambulare ſuper aſpidem & baſiliſcum, & calcare leonem & draconem, eum qui non prius ſeipſum, quatenus homini poſsibile eſt, repurgauit, vt poſsit corroborari ab eo qui Apoſtolis dixit, Ecce dedi vobis poteſtatem calcare ſupra ſerpentes, & ſcorpiones, & ſupra omnem virtutem inimici. Siquidem enim humana natura extra Spiritus ſancti panopliam, diaboli inſidijs reſiſtere poſſet, vtique ab Apoſtolo dictum non eſſet; Deus autem pacis conteret Satanam ſub pedes veſtros breui. Et iterum. Quem Dominus Ieſus interficiet Spiritu oris ſui. Quapropter & iuſsi ſumus precari Dominum, ne ingrediamur in tētationem, ſed vt liberet nos à malo.

2. Cor. 3. — *Liberum arbitrium abſque Dei gratia non poteſt peccatis reſiſtere.* — *Pſal. 126.* — *Pſalm. 90.* — *Luc. 10.* — *Roma. 16.* — *2. Theſ. 2.* — *Matt. 6.*

36 THEOPHILVS Alexandrinus, Epiſt. 3. Paſchali. (*habetur tom. 1. Bibliothec. SS. PP.* Sapientia quippe in nobis operatur bonum, poſtquàm ei mundum cordis præbuerimus habitaculum, & cogitationes in opera verterimus. Nec ambigitur quin in vtranque partem vel faciendi, vel non faciendi bona, habeamus liberam facultatem: & oppreſsis prauis, recta naſcantur, tuncque virtutem inter ſe concinit chorus, cùm vitiorum in animis fuerit ſolitudo.

Libera facultas faciendi bonū vel malum.

37 CYRILLVS Alexandrinus, Lib. 2. in Ioannem, Cap. 54. *Exponens illa verba, Hoc autem eſt iudicium, quia lux venit in mundum, &c. ſic ait:* Cauſas condemnationis incredulorum attulit, oſtenditque probè admodum in Prouerbijs dici: Non iniuria volucribus retia tenduntur. Si enim cùm ad lucem venire poterant, in tenebris iacêre maluerunt; quomodò non ſunt ipſi condemnandi, qui prauo ſibi iudicio cruciatus aſciſcunt, peiora melioribus, & tenebras luci anteferentes? Liberum etiam iudicium hominis, his verbis oſtendit, qui ad alterutrum ſecundûm animi ſui iudicium poteſt proficiſci. Sic enim iuſtè laudem, ſi bene agimus: & contrarium, ſi mala committimus, inueniemus. Hoc per prophetam etiam quendam dixit: Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis: quòd ſi nolueritis, nec audiueritis me, gladius vos deuorabit.

Ioan. 3. — *Prouerb. 1.* — *Liberum arbitrium.* — *Iſai. 1.*

K

1 AVGVST, tom. 7. Lib. de prædeſtinatione ſanctorum, Cap. 10. Inter gratiā porrò & prædeſtinationem, hoc tantùm intereſt, quòd prædeſtinatio eſt gratiæ præparatio: gratia verò, iam ipſa donatio. *Et mox.* Quocirca, prædeſtinatio Dei quæ in bono eſt, gratiæ eſt, vt dixi, præparatio: gratia verò eſt ipſius prædeſtinationis effectus.

Prędeſtinatio quid faciat.

2 ET Cap. 16. Vocat enim Deus prædeſtinatos multos filios ſuos, vt eos faciat mēbra prædeſtinati Vnici Filij ſui.

3 IVSTINVS Martyr in reſponſ. ad quæſt. Gentilium. q. 9. Vt ſuprà, lite. H, authorit. 7.

LECTIO VII.

DOCTOR.

AGE, Cedo quartam Orationis Dominicę petitionem.

ADOLESCENS.

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

DOCTOR.

Quis eſt huius tandem ſenſus?

ADOLESCENS.

Cùm duabus homo rebus cõſtet, [a] anima videlicet ac corpore, & cibus vtriq; ſuus ſit à Deo tribuẽdus, corpori [b] quidem hac prece, vitam, ſanitatẽ, cibum, ac induměta poſtulamus: Animæ verò gratiã, [c] diuinæ Legis intelligẽtiã, ſacramentorum quoq; ac præcipuè Sacrę Euchariſtiæ [d] pabulum flagitamus.

[a] *Gen.2. 1.Cor.15. 2.Corin.4. Geneſ.18. Deut.10. Agg.2. Matt.6. 1.Tim.6. Chryſoſt. in Matt.6. Tert. de orat.*
[b] *Matt.4. Ioan.6. Coloſ.1.*
[c] *Matt.4. Ioan.6. Coloſ.1.*
[d] *Cypr. de orat. Domi. Tertull. de orat. Orig. tract.35. in Matth. Ambr in cap.11. Luc. Hierony. lib.6. in Ezech. c.18. & in c.6. Matt. Aug. ſerm.28. de Verb. Domi. & hom.14.*

DOCTOR.

Etiam ne ad locupletes pertinet hæc petitio?

ADOLESCENS.

Quid ni? Nam & ſi vnde viuant illis minimè deſit, ſuarũ tamen opum, quibus nimium fidi nõ debet, Deum [e] authorem hîc iubentur agnoſcere. Cùm verò panem vocant noſtrum, intelligant ſua non ſolis ſibi eſſe, ſed alijs quoque inopia laborantibus, [f] pro cuiuſq; ordine ac gradu impartienda.

[e] *Gene.14. Deut.8. Pſal. 144. Prouer.10. & 11. Abdias. 1. 1.Tim.6.*
[f] *Tob 4. Iſa.58. Luc.16. 2.Cor.8. Galat.6.*

DOCTOR.

Quorſum ergo tantus hominum in vita tuenda labor ac induſtria, ſi Dei prouidentia ſuſtinemur?

ADOLESCENS.

Atqui verbis eiuſmodi ab eo precamur opem ac modum alimoniæ [g] cõparandæ, ne aut otioſi vitam inertem traducamus, aut alijs ſimus oneri. Vult enim Deus [h] quẽq; pro gradu ac ordine ſuo laborare, & rectam ac æquabilẽ viuendi methodum inire.

[g] *Deut.18.*
[h] *Prou.15. Eccli.10. Matt.3. Act.18. & 20. 1.Corinth.4. Ephe.5. 1.Theſ.2. 2.Theſ.3.*

DOCTOR.

Nulli'ne licet vnquàm ſponte ſe bonis ac opibus abdicare?

ADOLESCENS.

i 4.Reg.6. Matthæ.5.8.&.19. Luc.9. Ioan.1. 1.Cor.1.&.9. 1.Tim.6. Iuſt.apolog. 2.

k Luc.9. 2.Cor.9. 1.Timoth.5. Aug.ſer.26.de verb. Apoſt. & lib.5.cont.Fauſ.c.9. & ſer.28. Chryſo.hom.13.in Act.Baſil. in regu.vtriſque. Aug.de ope. mona.c.5.Hiero.tom.1.ad Helio.in vita Hilario.Aug.in Ioan.c. 8.

Licet:& his præſertim qui vel communis boni ſtudio accenſi,vel priuatæ alicuius,ſanctæ tamen vtilitatis [i] amore inflammati, diuitijs ac opibus ſeipſos libenter ſpoliant. Cuiuſmodi ſunt ij qui rebus humanis expliciti,cœleſtibus multò liberius incumbunt,Chriſtū ac Apoſtolos imitati,qui bonis ſuis vel omnino relictis,vel in vſum pauperum diuenditis,Euangelij induſtria paſcebantur.[k]

DOCTOR.

Cur hîc addis,Hodie:&,Quotidianum?

ADOLESCENS.

l Iob.14. Eccleſ.3. Iſa.40. Matth.6. Luc.22. Roman.8. 2.Cor.4. Philip.4. 2.Timo.4. Iacob.4.&.5. 2.Pet.1.

Vt quotidie ad mortem [l] nos accedere, & quotidianæ nos cuiuſdam inſtaurationis,ſiue corpus,ſiue animam ſpectes,egêre intelligamus,& nihilominus tamen ſuperuacua omnis vitæ ſolicitudo hac voce amputatur,qua nos nō niſi diarios(vt ita loquar)ſeu vnius diei homines cōfitemur.

AVTHORIT. SCRIP.

A GENES. Cap.2. Formauit igitur Dn̄s Deus hominem de limo rerræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ , & factus eſt homo in animam viuentem.

PRI. Ad Cor.Cap.15.Si eſt corpus animale,eſt & ſpiritale:ſicut ſcriptū eſt, Fact' eſt primus homo Adam in animam viuentem : nouiſsimus Adam in Spiritum viuificantem.

POSTE. Ad Corint.Cap.4. Licet is qui foris eſt noſter homo,corrūpatur : tamē is qui intus eſt,renouatur de die in diem.

GENE. Cap. 28. Vouit etiam(*ſcilicet Iacob*) votum dicens:Si fuerit Dn̄s mecum, & cuſtodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum, reuerſuſque fuero proſperè ad domum patris mei : erit mihi Dominus in Deum,& lapis iſte quem erexi in titulū,vocabitur domus Dei : cūctoramq; quę dederis mihi,decimas afferā tibi.

DEVT. Cap. 10. Facit (*ſcilicet Deus*) iudicium pupillo & viduæ , amat peregrinum,& dat ei victum atque veſtitum.

AGGÆI, Cap.2.Hæc dicit Dn̄s exercituū: interroga ſacerdotes Legem,dicens, Si tulerit homo carnem ſanctificatā in ora veſtimēti ſui, & tetigerit de ſummitate eius panem,aut pulmētum,aur vinum,aut oleū, aut omnem cibum,nunquid ſanctificabitur? Reſpondentes autem ſacerdotes dixerunt, Non.

MATT. Cap. 6. Non'ne anima plus eſt quàm eſca,& corpus plusquàm veſtimētum?Reſpicite volatilia cœli,quoniā nō ſerunt,neq; metūt,neq; congregār in horrea, & Parer veſter cœleſtis paſcit illa: non'ne vos magis,pluris eſtis illis? Et de veſtimento quid ſoliciti eſtis? Cōſiderate lilia agri quomodò creſcunt,non laborant , neque nent: dico autem vobis quoniam neque Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis.

PRIO. Ad Timoth.Cap.6.Habentes ali-

alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus.

B MATTH. Cap.4.Scriptum eſt:Nõ in ſolo pane viuit homo,ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

IOAN. Cap.6.Reſpondit eis Ieſus, & dixit:Amen,amẽ dico vobis,Quæritis me, non quia vidiſtis ſigna,ſed quia manducaſtis ex panibus,& ſaturati eſtis. Operamini non cibum qui petit, ſed qui permanet in vitam æternam,quem Filius hominis dabit vobis.

AD COLOS. Cap.1.Ideò & nos ex qua die audiuimus, non ceſſamus pro vobis orantes & poſtulantes,vt impleamini agnitione voluntatis eius in omni ſapientia & intellectu ſpirituali.

C MATT. Cap.4.Vt ſup.lit.B.

IOAN. Cap.6.Vt ſup.lit.B.

AD COLO. Cap.1.Vt ſup.lit.B.

GENES.Cap.14. Dixit autem Rex Sodomorũ ad Abram,Da mihi animas, cætera tolle tibi.Qui reſpondit ei: Leuo manum meam ad Dominum Deũ excelſum poſſeſſorem cœli & terræ,quòd à filo ſubtegminis vſq; ad corrigiam caligæ,non accipiam ex omnibus quæ tua ſunt:ne dicas, Ego ditaui Abram.

DEVTER. Cap.8.Dñs Deus tuus inducet te in terram bonam, terrã riuorũ, aquarumq;,& fontium,in cuius campis & montibus erumpunt fluuiorũ abyſſi:terrã frumenti,hordei,ac vinearum,in qua ficus, & malogranata,& olitieta naſcuntur: terrã olei ac mellis,vbi abſque vlla penuria comedes panem tuum,& rerum omniũ abundantia perfrueris:cuius lapides ferrũ ſunt, & de montibus eius æris metalla fodiũtur: vt cùm comederis,& ſatiatus fueris,benedicas DñoDeo tuo pro Terra optima quã dedit tibi. Obſerua,& caue ne quando obliuiſcaris Dñi Dei tui, & negligas mandata eius atque iudicia & cæremonias quas ego præcipio tibi hodie:ne poſtquàm comederis & ſatiatus fueris,domos pulchras ædificaueris & inhabitaueris in eis, habuerisq; armenta boum, & ouium greges, argenti & auri cunctarumq; rerum copiam, eleuetur cor tuum,& non reminiſcaris Dñi Dei tui qui eduxit te de Terra Ægypti, de domo ſeruitutis:& ductor tuus fuit in ſolitudine magna atque terribili, in qua erat ſerpens flatu adurens, & ſcorpio ac dipſas, & nullæ omnino aquæ: qui eduxit riuos de petra duriſsima, & cibauit te Manna in G ſolitudine, quod neſcierunt patres tui. Et poſtquàm afflixit ac probauit,ad extremũ miſertus eſt tui,ne diceres in corde tuo,Fortitudo mea & robur manus meæ, hæc mihi omnia præſtiterunt.

PSAL. 144. Oculi omniũ in te ſperãt Dñe,& tu das illis eſcã in tempore opportuno.Aperis tu manum tuã, & imples omne animal benedictione.

PROVER. Cap.10.Benedictio Domini diuites facit,nec ſociabit eis afflictio.

ET Cap.22.Diues & pauper obuiauerunt ſibi,vtriuſque operator eſt Dñs.

ABDIÆ. Cap.1.Superbia cordis tui extulit te, habitantem in ſciſſuris petrarũ, exaltantem ſolium tuum:qui dicis in corde tuo,Quis detrahet me in terrã? Si exaltatus fueris vt aquila,& ſi inter ſidera poſueris nidum tuum,inde detraham te, dicit Dominus.Si fures introiſſent ad te, ſi latrones per noctem, quomodò conticuiſſes?Non'ne furati eſſent ſufficientia ſibi? Si vindemiatores introiſſent ad te,nũquid ſaltem racemum reliquiſſent tibi?

PRI. Ad Timoth. Cap. 6. Diuitibus huius ſeculi,præcipe nõ ſublime ſapere,neque ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo(qui præſtat nobis omnia abundè adfruendum) bene agere, diuites fieri in bonis operibus,facilè tribuere,communicare, theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurũ,vt apprehendãt verã vitã.

F TOB. Cap. 4.Vt ſup. Cap.2. Lect. 10.lit.F.

ISA. Cap.58. Frange eſurienti panẽ tuum,& egenos vagoſq; induc in domum tuam:cùm videris nudum,operi eum,& carnem tuam ne deſpexeris.

LVC. Cap.16.Et ego dico vobis,facite vobis amicos de mãmona iniquitatis, vt cùm defeceritis,recipiant vos in æterna tabernacula.

POST. Ad Corinth.Cap.8. Vt ſup. Cap.2.lect.10.lit.F.

AD GALAT. Cap.6. Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet. Quoniã qui ſeminat in carne ſua,de carne & metet corruptionem:qui autẽ ſeminat in ſpiritu,de ſpiritu metet vitam ęternam.Bonũ autem facientes,non deficiamus: tempore enim ſuo metemus non deficientes. Ergò dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei.

DEVT. Cap.18. Si exierit Leuites

ex vna tribuum tuarum ex omni Iſrael, in qua habitat,& voluerit venire, deſyderans locum quem elegerit Dñs:miniſtrabit in nomine Domini Dei ſui, ſicut omnes fratres eius Leuitæ qui ſtabunt eo tẽpore coram Dño:Partem ciborum eandem accipiet quã & cæteri: excepto eo quod in vr be ſua ex paterna ei ſucceſsione debetur.

H PROVER. Cap. 15. Iter pigrorum quaſi ſepes ſpinarum: via iuſtorum abſque offendiculo.

ECCLESIASTICI, Cap. 10. Melior eſt qui operatur & abũdat in omni bus,quàm qui gloriatur,& eget pane.

MATT. Cap.3. Omnis arbor quę nõ facit fructum bonum,excidetur,& in ignẽ mittetur.

ACTO. Cap. 18. Poſt hoc egreſſus (*Paulus*) ab Athenis,venit Corinthũ, & inueniens quendam Iudæum,nomine Aquilam,Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia,& Priſcillam vxorem eius, (eò quòd præcepiſſet Claudius, diſcedere omnes Iudæos à Roma) acceſſit ad eos. Et quia eiuſdẽ erat artis,manebat apud eos, & operabatur. (Erãt autem ſcenofactorię artis.)

ET Cap.20. Argentum,& aurum, aut veſtem nullius concupiui. Ipſi ſcitis quoniã ad ea quæ mihi opus erant,& his qui mecum ſunt,miniſtrauerunt manus iſtę.

PRI. ad Corinth. Cap.4. Vſq; in hãc horam,& eſurimus,& ſitimus, & nudi ſumus,& colaphis cædimur,& inſtabiles ſumus,& laboramus operantes manibus noſtris.

AD Epheſ. Cap.5. Nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, magis autem redarguite. ET. Videte itaq; fratres quomodò cautè ambuletis,nõ quaſi inſipientes,ſed vt ſapientes:redimentes tempus,quoniam dies mali ſunt.

PRI. Ad Theſſalon. Cap.2. Memores enim eſtis fratres laboris noſtri, & fatigationis,nocte & die operantes, ne quem veſtrum grauaremus.

ET POST. Cap.3. Ipſi enim ſcitis quemadmodum oporteat imitari nos:quoniam non inquieti fuimus inter vos:neque gratis panem manducauimus ab aliquo,ſed in labore & in fatigatione nocte & die operantes,ne quem veſtrum grauaremus.

I LIB. 4. Regum, Cap.6. Dixerunt autem filij prophetarum ad Eliſeum, Ecce locus in quo habitamus coram te, anguſtus eſt nobis:Eamus vſq; ad Iordanẽ, & tollãt ſinguli de ſilua materias ſingulas,vt ędificemus nobis ibi locum ad habitandum.

MATT. Cap.5. Beati pauperes ſpiritu,quoniam ipſorum eſt Regnũ cœlorũ.

ET Cap.8. Et accedẽs vnus Scriba,ait illi:Magiſter ſequar te quocũq; ieris. Et dicit ei Ieſus, Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos,Filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Alius autem de diſcipulis eius, ait illi: Domine permitte me primùm ire, & ſepelire patrem meum. Ieſus autem ait illi, Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.

ET Cap.19. Si vis perfectus eſſe, vade, vẽde quæ habes,& da pauperibus,& habebis theſaurũ in cœlo, & veni ſequere me. ET. Tũc,reſpõdẽs Petr⁹ dixit ei, Ecce nos reliquim⁹ omnia,& ſequuti ſumus te,quid ergo erit nobis? Ieſus autẽ dixit illis, Amẽ dico vobis, quod vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cùm ſederit Filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim,iudicãtes duodecim tribus Iſrael. Et omnis qui reliquerit domũ vel fratres,aut ſorores,aut patrem, aut matrem,aut vxorem,aut filios,aut agros propter nomen meum,centuplum accipiet, & vitam æternam poſsidebit.

LVC. Cap.9. Factum eſt autem ambulantibus illis in via, dixit quidã ad illũ: Sequar te quocunq; ieris. Dixit illi Ieſus, Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos,Filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Ait autem ad alterum, Sequere me. Ille autem dixit, Domine permitte mihi primùm ire & ſepelire patrem meum. Dixitq; ei Ieſus, Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos,tu autem vade annũcia Regnum Dei. Et ait alter, Sequar te Domine:ſed permitte mihi primùm renũciare his qui domi ſunt. Ait ad illum Ieſus, Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retrò,aptus eſt Regno Dei.

IOAN. Cap.1. Altera die iterum ſtabat Ioãnes & ex diſcipulis eius duo, & reſpiciens Ieſum ambulãtẽ dixit, Ecce Agnus Dei. Et audierunt eũ duo diſcipuli loquentem, & ſequuti ſunt Ieſum.

PRI. ad Corinth. Cap.1. Videte vocationem veſtram fratres, quia non multi ſapientes ſecundùm carnem,non multi potentes,non multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus vt confundat ſapientes: & infirma mundi elegit Deus, & ea quæ non ſunt,vt ea quę ſunt deſtrueret.

ET

ET Cap.9. Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet: & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.

PRI. Ad Tim. Cap.6. Eſt autẽ quæſtus magnus, pietas cum ſufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundũ, haud dubium, quòd nec auferre quid poſſumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus. Nã qui volunt diuites fieri, incidũt in tẽtationẽ & laqueũ diaboli, & deſyderia multa inutilia & nociua, quæ mergunt hominẽ in interitũ & perditionem. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas, quam quidam appetẽtes errauerunt à fide, & inſeruerũt ſe doloribus multis. Tu autem ô homo Dei, hæc fuge: ſectare verò iuſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, manſuetudinem.

K LVC. Cap.9. Vt ſup. lit. I.

PRIO. ad Corin. Cap.9. Quis militat ſuis ſtipendijs vnquàm? Quis plãtat vineã, & de fructu eis non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non mãducat? Nunquid ſecundùm hominem hæc dico? An & Lex hæc non dicit? Scriptum eſt enim in Lege Moyſi, Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura eſt Deo? An propter nos vtique dicit? Nam propter nos ſcripta ſunt, Quoniã debet in ſpe, qui arat, arare: & qui triturat, in ſpe fructus percipiendi. Si nos vobis ſpiritualia ſemina uimus, magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus. Si alij poteſtatis veſtræ participes ſunt, quare nõ potius nos? Sed non vſi ſumus hac poteſtate, ſed omnia ſuſtinemus, ne quod offendiculũ demus Euãgelio Chriſti. Neſcitis quoniam qui in ſacrario operãtur, quæ de ſacrario ſunt, edunt? Et qui altari deſeruiunt, cum altari participant? Ita & Dominus ordinauit ijs qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere. Ego autem nullo horum vſus ſum.

PRI. Ad Timo. Cap.5. Qui benè præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrina. Dicit enim ſcriptura; Non infrænabis os boui trituranti. Dignus eſt operarius mercede ſua.

L IOB. Cap.14. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs. Qui quaſi flos egreditur, & cõteritur, & fugit velut vmbra, & nunquàm in eodem ſtatu permanet.

ECCLESIASTES, Cap.3. Dixi in corde meo de filijs hominum, vt probaret eos Deus, & oſtenderet ſimiles eſſe beſtijs. Idcirco vnus interitus eſt hominum & iumentorum, & æqua vtriuſq; conditio. Sicut moritur homo, ſic & illa moriuntur. Similiter ſpirãt omnia, & nihil habet homo iumento amplius. Cuncta ſubiacent vanitati. Et omnia pergũt ad vnum locum: de terra facta ſunt, & in terrã pariter reuertũtur.

ISA. Cap.40. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, quaſi flos agri. Exiccatũ eſt fœnũ, & cecidit flos, quia Spiritus Dñi ſufflauit in eo. Verè fœnũ eſt popul⁹, exiccatũ eſt fœnũ & cecidit flos. Verbũ autem Dñi noſtri manet in æternum.

MATT. Cap.6. Si autem fœnũ agri, quod hodie eſt, & cras in clibanũ mittitur, Deus ſic veſtit: quantò magis vos modicæ fidei? Nolite ergo ſoliciti eſſe, dicentes, Quid manducabimus, aut quo operiemur: hæc enim omnia gentes inquirunt.

LVC. Cap.12. Si autem fœnũ quod hodie eſt in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit: quantò magis vos puſillæ fidei? Et vos nolite quęrere quid manducetis, aut quid bibatis, & nolite in ſublime tolli. Hæc enim omnia gentes mundi quærunt.

AD ROMAN. Cap.8. Vt ſuprà, Cap.1. Lect.9. lit. I.

POST. Ad Corinth. Cap.4. Licet ìs qui foris eſt noſter homo, corrumpitur: tamen is qui intus eſt, renouatur de die in diem.

AD PHILIP. Cap.4. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Dominus prope eſt. Nihil ſoliciti ſitis, ſed in omni oratione & obſecratione, cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum.

POSTE. Ad Timoth. Cap.4. Ego enim iam delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat.

IACOB. Cap.4. Ecce nunc qui dicitis, hodie aut craſtino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus (qui ignoratis quid erit in craſtino: quæ eſt enim vita veſtra? vapor eſt ad modicum parens, & deinceps exterminabitur) pro eo vt dicatis, Si Dominus voluerit, Et, ſi vixerimus, faciemus hoc aut illud.

ET Cap.5. Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miſerijs veſtris quæ aduenięt vobis. Diuitię veſtrę putrefactę ſunt,

& veſtimēta veſtra à tineis comeſta ſunt. Aurum & argentum veſtrum æruginauit, & ærugo eorum in teſtimonium vobis erit, & manducabit carnes veſtras ſicut ignis.

POSTER. Petri, Cap. 1. Iuſtum autem arbitror quandiu ſum in hoc tabernaculo, ſuſcitare vos in commonitione: certus quòd velox eſt depoſitio tabernaculi mei, ſecūdùm quod & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſignificauit mihi.

AVTHORIT. PATR.

A 1 CHRYSOSTOM, tom. 2. in Matth. Cap. 6. Homil. 20. Tu verò conſidera quemadmodum etiam carnalibus rebus plurimum ſpirituale ſocietur. Non enim propter diuitias atque delitias, non ob pretioſæ veſtis ornatum, ſed pro cibo duntaxat quotidiano iuſsit orari. Et idcirco ſubiunxit, Panem noſtrum quotidianum. Neque hoc fuit tamen ſermone contentus, ſed adhuc ſignantius addidit, dicens, Da nobis hodie: vt nequaquàm illos vlterioris diei cura cōtereret. Cuius enim diei ſpatio vſurum te neſcis, quā ob cauſam illius ſolicitudine torquearis? Hoc etiam in conſequentibus prolixius imperauit, dicens, Nolite ſoliciti eſſe (inquit) in craſtinum: volens etiā nos vndique arcinctos eſſe, & quibuſdam velut pennis, fidei inſtructos, ſemper ad cœleſtia ſubuolare, nec amplius indulgere naturæ, quàm à nobis ipſe neceſsitatis vſus expoſcit.

Rebus carnalibus plurimum ſpirituale ſociatur.

2 TERTVL. Lib. de Oratione, Cap. 6. Sed & quia carnaliter admittitur iſta vox, non ſine religione poteſt fieri & ſpiritalis diſciplinæ. Panem enim peti mandat, quod ſolum fidelibus neceſſarium eſt, cætera enim nationes requirunt. Ita & exēplis inculcat, & parabolis retractat, cùm dicit, Nunquid panem filijs pater aufert, & canibus tradit? Item, Nunquid filio panem poſcenti, lapidem tradit? Oſtendit enim quid à patre filij expectent. Sed & nocturnus ille pulſator, panem pulſabat. Meritò autem adiecit: Da nobis hodie: vt qui præmiſerat, Nolite de craſtino cogitare quid edatis.

Panem cū à Deo petimus, quid petamus.

Matth. 15. Luc. 11. Matt. 7. Luc. 11. Matth. 6.

D 1 CYPRIAN. ſermo. de Oratione Dominica. Panem noſtrum vocamus, quia Chriſtus noſter (qui corpus eius contingemus) panis eſt. Hunc autē panem dari nobis quotidie poſtulamus, ne qui in Chriſto ſumus, & Euchariſtiam quotidie ad cibū ſalutis accipimus, intercedente aliquo grauiore delicto, dum abſtenti, & non cōmunicātes, à cœleſti pane prohibemur, à Chriſti corpore ſeparemur, ipſo prædicante ac monente: Ego ſum panis vitæ qui de cœlo deſcendi, ſi quis ederit de meo pane, viuet in æternum. Panis autem quem ego dedero, caro mea eſt pro ſeculi vita. Quando ergo dicit, In æternum viuere, ſi quis ederit de eius pane, vt manifeſtum eſt eos viuere, qui corpus eius attingunt, & Euchariſtiam iure communicationis accipiūt: ita contrà timendum eſt, & orandum, ne dum quis abſtentus ſeparatur à Chriſti corpore, procul remaneat à ſalute: comminante ipſo, & dicente, Niſi ederitis carnem Filij hominis, & biberitis ſanguinem eius, non habebitis vitam in vobis. Et ideò panem noſtrum, id eſt, Chriſtū, dari nobis quotidie petimus, vt qui in Chriſto manemus & viuimus, à ſanctificatione eius & corpore non recedamus.

Panem à Deo petentes, Chriſti petimus & ſacram Euchariſtiam. Ioan. 6.

Ioan. 6.

2 TERTVL. Lib. de Oratione, Cap. 6. Quanquàm, Panem noſtrum quotidianū da nobis hodie, ſpiritualiter poti9 intelligamus. Chriſtus enim panis noſter eſt, quia vita Chriſtus & vita panis. Ego ſum (inquit) panis vitæ. Et paulò ſuprà: Panis eſt ſermo Dei viui qui deſcendit de cœlis. Tū quòd & corpus eius in pane cenſetur, Hoc eſt corpus meum. Itaque petendo panem quotidianum, perpetuitatem poſtulamus in Chriſto, & indiuiduitatem à corpore eius.

Panis omine Chriſt. intelligitur. Ioan. 6. Matth. 26.

3 ORIGENES tom. 2. tractatu. 35. in Matth. Panis iſte quem Deus Verbum, corpus ſuum eſſe fatetur, Verbum eſt nutritorium animarū. Verbum de Deo Verbo procedens, & panis de pane cœleſti, qui poſitus eſt ſuper menſam, de qua ſcriptum eſt, Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſùs eos qui tribulant me.

Panis eſt corpus Chriſti.

Pſalm. 11.

4 AMBRO. tom. 5. Lib. 5. in Cap. 11. Luc. *In principio.* Alius præcepti locus eſt, vt omnibus momētis, nō ſolùm diebus, ſed etiam noctibus, oratio deferatur. Vides enim quòd iſte qui media nocte perrexit, tres panes ab amico ſuo poſtulans, & in ipſa petendi intentione perſiſtens, non defraudetur orans. Qui ſunt iſti tres panes, niſi myſterij cœleſtis, alimentum? Quòd ſi diligas Dominum Deum tuum, non ſolùm tibi, ſed etiam alijs poteris emereri. Quis autem amicior nobis, quàm

Momentis omnibus orandum.

Panis nomine, alimentum cœleſte intelligitur.

quam qui pro nobis corpus ſuum tradidit?
Petijt ab hoc media nocte panes Dauid, Pe
Pſal. 118. tijt & accepit. Petijt enim quãdo dicebat,
Media nocte ſurgebam ad confitendum ti
bi. Ideò meruit hos panes, quos appoſuit no
Pſal. 6. bis edendos. Petijt cùm dixit, Lauabo per
ſingulas noctes lectum meum. Neq; enim
timuit ne excitaret dormientẽ, quẽ ſcit ſem
per vibrare vigilantem. Et ideò ſcriptorum
memores, noctibus ac diebus orationi inſtã
tes, peccatis noſtris veniam poſtulemus. Nã
ſi ille tam ſanctus, & qui regni erat neceſſi-
tatibus occupatus, ſepties in die laudẽ Do-
Pſal. 118. mino dicebat, matutinis & veſpertinis ſa-
crificijs ſemper intentus, quid nos facere
oportet, qui eò amplius rogare debemus,
quò frequentius carnis ac mentis fragilitate
delinquim⁹: vt de via laſsis, & iſtius ęui cur
ſu ac vitę huius anfractu grauiter fatigatis,
Pſal. 103. panis refectionis deeſſe non poſsit, qui ho
minis cor confirmet?

Panẽ ſacra Euchariſtia poſtulamus. 5 HIERON. tom. 4. Lib. 6. in Ezech.
Cap. 18. *Exponens illa verba, Panem ſuum eſurienti dederit.* Melius eſt vt intelligamus pa
nẽ iuſti eũ eſſe qui dicit: Ego ſum panis vi-
Ioan. 6. *Matt. 6.* uus qui de cœlo deſcendi: & quem in oratio
ne nobis tribui deprecamur, Panem noſtrũ
ſubſtantiuum, ſiue ſuperuenturum, da no-
bis: vt quẽ poſteà ſemper accepturi ſumus,
in præſenti ſeculo quotidie mereamur ac-
cipere.

6 IDEM tom. 6. In Matthæ. Cap. 6.
Quando petimus, vt peculiarem vel præ-
Ioan. 6. cipuum nobis Deus tribuat panem, illum
Panem noſtrum dum petimus, quid petamus. petimus qui dicit, Ego ſum panis viuus, quĩ
de cœlo deſcendi. Poſſumus ſuperſubſtan-
tialem panem & aliter intelligere, qui ſu-
per omnes ſubſtantias ſit, & vniuerſas ſupe
ret creaturas.

7 AVGVST. tom. 10. ſermo. 28. de
Verbis Domini. Memini ſermonis mei,
cùm de Sacramentis tractarem, dixi vo-
bis, quòd ante verba Chriſti, quod offertur,
panis dicatur: vbi Chriſti verba deprompta
fuerint, iam non panis dicitur, ſed corpus
appellatur. Quare ergo in oratione Domi-
nica, quæ poſteà ſequitur, ait, Panẽ noſtrũ?
Matt. 6. Panẽ quidẽ dixit, ſed epioyſion, dixit, hoc
Panis quotidianus quem petimus, eſt Chriſtus in Euchariſtia. eſt, ſuperſubſtantialem. Non iſte panis qui
vadit in corpus, ſed ille panis vitæ æternæ,
qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulcit. Ideò
ergo Græcè epioyſion dicitur: Latinus au-
tem hunc panem quotidianum dixit, quia
Græci dicũt aduenientem. Ergo quod Lati
nus dixit & Græcus, vtrunq; vtile videtur.
Græcus vtrunque vno ſermone ſignifica-
uit, Latinus quotidianum dixit. Si quotidia
nus eſt panis, cur poſt annum illum ſumis,
quem iam modum Græci in Oriente face-
re conſueuerunt? Accipe quotidie, quod quo
tidie tibi proſit. Sic viue, vt quotidie merea
ris accipere. Quomodò ſanct⁹ Iob quotidie *Iob. 1.*
pro filijs offerebat ſacrificium, ne fortè ali-
quid vel in corde, vel in ſermone peccaſ- *Quotidie cõmunicãdũ.*
ſent. Ergò, tu audis quòd quotieſcunq; of-
fertur ſacrificium mors Domini, Reſurre-
ctio Domini, eleuatio Domini ſignifice-
tur, & remiſsio peccatorum, & panem
iſtum vitæ noſtræ quotidianum non aſſu-
mis? Qui vulnus habet, medicinam requi-
rit. Vulnus eſt, quia ſub peccato ſumus:
medicina eſt cœleſte & venerabile Sacra-
mentum.

8 IDEM, Lib. Quinquaginta homilia-
rum, Hom. 14. Quotidie dicimus, Panẽ no- *Matth. 6.*
ſtrum quotidianũ. Iam dixiſti, Noſtrum: &
dicis, Da nobis. Ecce, Noſtrum: ecce, Da no
bis. Illo dante, fit noſtrum. Si illo dante fit
noſtrum, nobis ſuperbientibus fit alienum.
Dicis, Noſtrum: & dicis, Da nobis. Quid er *1. Corin. 4.*
go tibi aſsignas, quod non tibi ipſe dediſti? *Panis nomine intelligitur Chriſt⁹.*
Quid enim habes quod non accepiſti? Di-
cis, Noſtrum: &, Da nobis. Agnoſce largito
rem, confitere te accipere, vt libenter ille
dignetur dare. Quid ſi non egêres, qui men
dicas & ſuperbus es? An non mendicas, qui
panem petis? Panis noſter æternus Chri-
ſtus in Patris æqualitate, Panis noſter quo
tidianus, Chriſtus in carne: æternus ſi-
ne tempore, quotidianus in tempore. Ta- *Ioan. 6.*
men ipſe eſt panis, qui de cœlo deſcen-
dit. Fortes ſunt martyres, firmi ſunt mar- *Pſal. 103.*
tyres, ſed panis confirmat cor hominis.

I 1 IVSTINVS Martyr apologia. 2.
pro Chriſtianis. Qui anteà ſtupris gaude-
bamus, nunc temperantiam continen-
tiamque ſolam amplectimur: qui autem ma
gicis artibus vtebamur, Deo bono, qui or-
tu caret, nos conſecrauimus: & qui pecunia *Pecuniarũ abdicatio.*
rum poſſeſsionumque copiam, pluſquàm
cæteri, amabamus, nũc etiã quæ habemus,
in commune conferimus, omnique egenti
erogamus.

K 1 AVGVSTINVS tom. 10. de Ver
bis Apoſtoli, ſermone. 26. Redimamus?
tempus quoniam dies mali ſunt. Expe-
ctatis à me fortè ſcire, quid eſt, Tempus *Epheſ. 5.*
redimere. Dicturus ſum quod pauci au-
diunt, pauci ferunt, pauci aggrediuntur,
pauci agunt: tamen dicã, quoniã ipſi pauci
qui

Redimere tēpus quid ſit.

qui me audituri ſunt, inter malos viuunt. Redimere tempus hoc eſt, quando aliquis tibi inſert litem, perde aliquid vt Deo vaces, non litibus perde. Ergò ex eo quod perdes, pretium eſt temporis. Certè quando pro tuis neceſsitatibus procedis ad publicū, das nummos, & emis tibi panem, aut vinū, aut oleum, aut lignum, aut aliquam ſupellectilē, das & accipis, aliquid amittis, aliquid acquiris: hoc eſt emere. Nam ſi nihil amittas, & habeas quod non habebas, aut donatū accepiſti, aut hæreditate acquiſiſti. Quādo autem aliquid amittis, vt aliquid habeas, tunc emis: quod habes, emptum eſt: quod amittis, pretium eſt. Quomodò ergo perdis nūmos, vt emas tibi aliquid: ſic perde nummos, vt emas tibi quietē. Ecce hoc eſt, Tempus redimere.

Perdendi nummi, vt quies ematur.

2 IDEM tom. 6. Lib. 5. contra Fauſtū, Cap. 9. Quàm multi autem in noſtra cōmunione veraciter faciunt iſta ſublimiora præcepta Euangelica, de quorum ſpecie fallitis imperitos? Quàm multi homines vtriuſque ſexus ab omni cōcubitu puri & integri, quā multi experti, & poſteà continentes: quàm multi rerum ſuarum diſtributores & relictores, quàm multi ieiunijs vel crebris, vel quotidianis, vel etiam incredibiliter continuatis, corpus ſeruituti ſubijcientes: quàm multæ fraternæ congregationes, nihil habētes proprium, ſed omnia cōmunia, & hæc non niſi ad victum & tegumentum neceſſaria.

Multi ex Chriſtianis præcepta Euangelica obſeruant.

1. Corint. 6. Actor. 2. & 4. 1. Tim. 6.

3 IDEM, tom. 10. ſerm. 28. de tempore. Iuſtè figuli ager, Chriſti ſanguine emptus eſt, peregrinis inquam, qui erant ſine domo & patria: & his qui toto orbe exules iactabantur, requies Chriſti ſanguine prouidetur: & quibus non eſt in mundo poſſeſsio, his in Chriſto fit ſepultura. Iſtos autem peregrinos quos eſſe dicimus, niſi deuotiſsimos Chriſtianos, qui renunciantes ſeculo, & nihil poſsidentes in mundo, in Chriſti ſanguine requieſcunt? Chriſtianus enim qui mundum non poſsidet, hic totum poſsidet Saluatorem.

Qui in mūdo nihil poſſidet, Chriſtum poſsidet.

4 CHRYSOST. tomo. 3. In Acta Apoſtolorum, Homil. 13. Igitur & paupertas non eſt ſugienda, ſed ita videtur ei qui ęgrè amplectitur, atque adeò ſi quis illam ferre poſſet, vtique non eſſet deprecabilis. Quare enim illam Apoſtoli deprecati non ſunt? Quare multi etiam eligunt illam, & non ſolùm non deprecantur, ſed etiā aduolant? Nā quod re vera horrendū, nequaquā eligibile eſt niſi ab inſanis. Si autē Philoſophi qui inter homines ſublimiores fuerunt, ad hanc venerunt quaſi ad ſecurum præſidium, & morbis non obnoxiam, nec mirabile ſi alijs non videatur. Nam diues quidem nihil aliud mihi eſſe videtur, quàm ciuitas abſque muris in agro ſita, & vndique inſidiantibus expoſita. Paupertas verò ſecurum præſidium, æreis muris, & expugnatu difficile.

Voluntariā paupertatē multi elegerunt.

Paupertatis laus.

5 BASILIVS in regulis fuſius diſputatis, quæſt. 8. Ipſa Dn̄i noſtri verba in medium liceat afferre, iiſq; ipſis religioſum ac Dei timentem animum magnoperè cōmouere, quibus ille palàm ac citra controuerſiā teſtificans, ſic dicit: Sic igitur, quicunque ex vobis non renunciat omnibus quæ poſsidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et alio in loco cùm poſt oblatam conditionem illam: Si vis perfectus eſſe: verba illa ſubieciſſet, Vade, vēde, quæ habes, & da pauperib⁹: pòſt, illud adiecit, Veni, ſequere me. Atque etiam ſimilitudinem illam de negotiatore, huc quoque manifeſtè ſpectare, nemo non (modò ęquus interpres) intelligit. Simile enim eſt (inquit) Regnum cœlorum homini negociatori quærenti bonas margaritas: inuenta autem vna precioſa margarita, abijt & vendidit omnia quę habuit, & emit eam. Planum eſt enim precioſam margaritā, cœleſte regnum ſignificare hoc in loco. Quod regnum nos aſſequi poſſe Dominus negat, niſi omnia ſimul, quæ habemus, diuitias, gloriam, genus, & ſi quid ſit aliud eorum quibus plerique ambitioſius inhiant, pro eo parando neglexerimus. *Et mox.* Ex quo intelligitur quandocunque vel peculiarem poſſeſsiunculam, aut certè exuberantem opum copiam, terrenam quidem illam & corruptelæ expoſitam, nobis reſeruamus, in his mente noſtra veluti in cœno quodam conſepulta, neceſſe ſit animo ad rerum diuinarum contemplationem aditum præcludi, eumque ita iacere, vt de cœleſtibus ac promiſsis nobis à Deo bonis, cogitare non poſsit.

Luc. 14. *Matt. 19.* *Matth. 13.*

Rerum omnium abdicatio docetur a Chriſto.

Reſeruatio alicuius rei, religioſo perniciosa.

6 ET Quæſtione. 9. Cùm Dominus noſter Ieſus Chriſtus dixerit, Vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurū in cœlo, & veni, ſequere me. Et item, Vendite quæ poſsidetis, & date eleemoſynam: Equidem ex hoc colligo, qui hac mente à ſuis diſcedat, hunc huiuſcemodi curā de parte patrimonij ſua nullo modo oportere negligere, contràque illud accurare, vt cùm

Matth. 19. *Luc. 12.*

eam

Quanta diligentia patrimoniũ distribuendũ, et qui conſilium paupertatis amplexi ſtatuit.

eam omnem diligentiſsimè ſecum abſtulerit, eam veluti rem iam Dño conſecratam, ſumma cũ religione diſtribuat, vel ipſe per ſe, ſi huiuſcemodi muneri ſcienter adminiſtrãdo eſſe ipſe par poſsit, vel per alios quos antè, maxima adhibita diligentia delegerit, quiq; certiſsima dederint documenta, poſſe ſe illam fideliter ac prudenter diſtribuere: cùm illud perſuaſum ſit, non vacare periculo, ſiue propinquis ſuis illam relinquat, ſiue in ea deſtribuenda, cuiuſuis, nulla adhibita delectione, operavſus ſit.

7 IDEM in regulis breuioribus. q. 83. Nunquid priuatim aliquid haberi conueniat in ſocietate fratrum? *Reſponſio*. Hoc contrarium eſt teſtimonijs ijs quæ habentur in Actis, de ijs, qui crediderãt: in quibus ſcriptum eſt; Neque quiſquã eorũ quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat. Quare qui dicit ſuum aliquid eſſe, is ſeipſum alienum reddit ab Eccleſia Dei, & charitate Domini: qui quidem & verbo, & re docuit, ponendam eſſe animam pro amicis, nedum res externas.

In fratrum ſocietate priuatim nihil poſsidẽdum.
Act. 4.
Ioan. 15.
Rom. 5.

8 AVGVST. tomo. 3. Lib. de opere monachorum. Cap. 5. Dominus noſter more miſericordiæ ſuæ infirmioribus compatiens, cùm ei poſsent Angeli miniſtrare, & loculos habebat quò mitteretur pecunia quæ conferebatur, vtiq; à bonis fidelibus, eorum victui neceſſaria: quos loculos Iudæ commendauit, vt etiam fures, ſi euitare nõ poſſemus, tolerare in Eccleſia diſceremus. Ille enim ea quæ mittebantur, ſicut de illo ſcriptum eſt, auferebat. Et mulieres voluit vt ſe ad præparanda & miniſtranda neceſſaria ſequerentur, oſtendens quid Euãgeliſtis & Miniſtris Dei, tãquàm militibus, à plebibus Dei tanquàm prouincialibus deberetur: vt ſi quis, eo quod ſibi deberetur, vti nollet, ſicut Apoſtolus Paulus vti noluit, amplius impenderet Eccleſiæ non exigendo ſtipendium debitum, ſed quotidianum victum de ſuis laboribus tranſigendo. Audierat enim ſtabularius, ad quem vulneratus ille perductus eſt: Si quid amplius erogaueris, in redeundo reddam tibi. Amplius ergo erogabat Apoſtolus Paulus, qui ſuis (vt ipſe teſtatur) ſtipendijs militabat.

Matt. 4.
Ioan. 14.
Matt. 26.
Marc. 15.
Perfectionis eſt ſua pauperibus erogare.
1. Corin. 9.
Luc. 10.

9 HIERO. tomo. 1. Epiſtola, 1. Ad Heliodorum. Animaduerte frater: non tibi licet de tuis quidquam habere rebus. Omnis (inquit Dñs) qui nõ renunciauerit cunctis quæ poſsidet, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. Cur timido animo Chriſtianus es? Reſpice Petro relictum rete: reſpice ſurgentem de telonio publicanum ſtatim Apoſtolum. Filius hominis nõ habet vbi caput reclinet, & tu amplas porticus, & ingentia tectorũ ſpatia metiris? Hæreditatem expectans ſeculi, cohæres Chriſti eſſe non poteris.

Luc. 14.
Matt. 4. & 9.
Luc. 9.
Paupertas amplectẽda religioſo.

10 IDEM, In vita Hilarionis. Deteſtabatur autem Hilarion præcipuè monachos, qui infidelitate quadam in futurum reſeruarent ſua, & diligentiam haberent, vel ſumptuum, vel veſtitus, aut alicuius earum rerũ, quæ cum ſeculo tranſeunt. Denique vnum de fratribus, in quinto ferè à ſe milliario manẽtẽ, quia cõperiebat hortuli ſui nimis cautum timidumq; cuſtodem, & pauxillũ habere nũmorũ, ab oculis abegerat. Qui volẽs ſibi recõciliari ſenẽ, frequẽter veniebat ad fratres, & maximè ad Heſychiũ, quo ille vehementiſsimè delectabatur. Quadã igitur die, ciceris faſcẽ virẽtis, ſicut in herbis erat, detulit: quẽ cùm Heſychius poſuiſſet in mẽſa ad veſperũ, exclamauit ſenex, ſe putorẽ eius ferre non poſſe, ſimulque vnde eſſet, rogauit. Reſpondente autẽ Heſychio, quòd frater quidam primitias agelli ſui fratribus detuliſſet, Non ſentis (inquit) putorẽ teterrimum, & in cicere fœtêre auaritiam? Mitte bobus, mitte brutis animalibus, & vide an comedant. Quod cùm ille, iuxta præceptũ, in præſepe poſuiſſet, exterriti boues, & plus ſolito mugientes, ruptis vinculis in diuerſa fugerunt.

Auaritia Religioſis deteſtanda.
Memorabile auaritiæ exemplum.

11 AVGVST. tom. 9. in Ioan. Cap. 8. tract. 34. Quid iuſsiſti Domine Deus noſter? Dicet tibi: Vt ſequerêris me. Conſilium vitæ petiſti: cuius vitæ, niſi de qua dictum eſt, Apud te eſt fons vitæ? Audiuit quidam, Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni, ſequere me. Triſtis abſceſsit, non eſt ſecutus. Quæſiuit Magiſtrum bonum, interpellauit Doctorem, & contempſit docentem. Triſtis abſceſsit, ligatus cupiditatibus ſuis: triſtis abſceſsit habens grandem ſarcinam auaritiæ ſuper humeros ſuos: laborabat, æſtuabat, & qui ab illo ſarcinam deponere voluit, non eſt ſequendus putatus, ſed deſerẽdus. Poſteà quàm verò Dominus per Euangelium clamauit, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos: tollite iugũ meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde: quàm multi fecerunt audito Euangelio, quod ex ore ipſius auditum diues ille non fecit?

Pſalm. 35.
Matth. 19.
Auaritiæ deteſtatio.
Matth. 11.
Multi opes contempſerunt.

12 ET tract.40.in fine.Non amat multùm nummum,qui amat Deum. Et ego pal paui infirmitatẽ,non auſus ſum dicere, non amat nummum,ſed nõ multùm amat nummum:quaſi amandus ſit nummus, ſed non multùm. O ſi Deum dignè amemus, nummos omnino non amabimus. Erit tibi nummus inſtrumentum peregrinationis, non irritamentum cupiditatis, quo vtaris ad neceſsitatem,non quo fruaris ad delectationem.Deũ ama,ſi aliquid in te egit, quod audiſſe te laudas. Vtere mundo, non te capiat mũdus quo intraſti:iter agis, exiturus veniſti,non remanſurus. Iter agis,ſtabulum eſt hęc vita,vtere nummo quomodo viator in ſtabulo vtitur menſa,calice, vrceo, lectulo,dimiſſurus,non permanſurus.

Pecuniã nõ amabit, qui Deũ dignè amauerit.

Pecunia quomodo vtendum.

LECTIO VIII.

DOCTOR.

QVid iam eſt quod ſequitur?

ADOLESCENS.

Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

DOCTOR.

Quo ſenſu hæc accipis?

ADOLESCENS.

Dum noſtram nos iniquitatem & nequitiam cognoſcimus, [a] in hac voces humilitatis ac veræ confeſsionis plenas libenter erumpimus, vt Deus peccata noſtra [b] deleat: Quæ cùm ſint quædam mortis ſubeundæ debita, perijmus, niſi nobis illa ab eo gratis condonentur.

a *Exo.32. Levit.26. Iud.10. Iob.13. Hierem.14. Dan.9. Matt.3. 1.Ioan.1. D.Germa. Theoria rerum Eccleſ.*

b *Matt.6.& 18.Luc.7.Roman.9.*

DOCTOR.

Quo verò iure tenetur nobis hanc veniam indulgere?

ADOLESCENS.

Eo inprimis, quia clementiæ [c] ac benignitatis eius nulli ſunt termini: deinde quòd eum nos interpellamus freti Chriſti Ieſu [d] merito,qui lauit nos in ſanguine ſuo, Spiritu ſancto tanquàm [e] ſuos, obſignauit.

c *1.Paralip.36. Pſal.6.24.& 50. Dan.9. Marc.2. Luc.1. Tit.3.*

d *Iſai.53. Matt.1.& 26. Epheſ.1. 1.Pet.2. Apoc.1.*

e *Marc.16. Ioan.7. Rom.5. 1.Cor.3. 2.Cor.2.& 5. Epheſ.1.& 4. Galat.2. 1.Theſ.5. Heb.1. 1.Pet.2. D.Germa. Theoria rerum Eccleſ.*

DOCTOR.

Quid ergo neceſſe fuit hæc ſubnectere: *Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris?* An ideò ab illo vi quadam veniam extorquebimus?

ADO-

ADOLESCENS.

Haud quaquam: ſed hac oratione declaramus, quanto deſiderio indulgentiæ illius ac remiſsionis teneamur: Deinde cùm ex eius præſcripto mutuas inter nos iniurias lubenter remittamus, [f] à nobis ille quodammodò prouocatur, vt peccatis noſtris fiat multò pacatior.

[f] *Leuit.19. Eccli.19. Matth.6. & 18. Luc.11. & 17. Iacob.5. Chryſoſt. in c.6. Matt.*

DOCTOR.

Hæc ergo venia quam alijs damus, non ſolùm nota quædam, verùm etiam certa erit diſpoſitio, vt à Deo, remiſsionem peccati, quam cupimus, conſequamur.

ADOLESCENS.

Planè, neq; deerit vnquàm ille nobis, ſi quod in nobis ſitum eſt, præſtabimus.

DOCTOR.

Da nobis ſextam petitionem.

ADOLESCENS.

Et ne nos inducas in tentationem.

DOCTOR.

Explica.

ADOLESCENS.

Hæc vna ac prima humanæ vitæ Lex eſt, vt perpetua ſit dimicatio aduerſus carnem, [g] Satanam, & mundum, quorum nos impetum ac inſidias tentationem nominamus, quibus cùm minimè pares [h] ex nobis eſſe poſſimus, ab eo opem & auxilium flagitamus, qui facit cum tentatione prouentum.

[g] *Tob.3. Iud.8. Iob.7. Matt.4. Luc 4. 1.Theſſ.3. Hebr.2. Iacob.1. 1.Ioan.2.*

[h] *Pſal. 9. Matt.26. 1.Corint.10. Hebr.4. 1 Petr.5. 2.Petr 2. Cyp. de ſingul. Cler. & de lapſis ſerm.5. Tertul. de fuga. & Bapt. Auguſt. confeſ. lib. 6. cap. 11. & de ſancta virgi. c.39. D. Germa. Theoria rerum Eccleſ.*

DOCTOR.

Rectè: vox tamen inducendi, qua tu es vſus, aliquam videtur vim ſignificare, quam Deus nobis adhibeat ad malum perpetrandum.

ADOLESCENS.

Minimè: ſed id oramus vt noſtras ſic ille coërceat

i Pſal. 110. Matt. 16. Roma. 6. et. 7. 1. Cor 10. Gal. 5. Colo. 3. Heb. 11. Augu. confeſſ. lib. 10. cap. 19 & 30.

cupiditates, [i] & libidines frænet, (quæ vehementes ac intemperatæ ſunt admodùm, niſi nobis adſit fauore ſuo ac gratia) vt ne volentes quidem in errorem labi poſsimus, tametſi eo deſerente, fieri non poſſet quin laberemur.

AVTHORIT. SCRIP.

A EXOD. Cap. 32. Reuerſus Moyſes ad Dominum, ait, Obſecro, peccauit populus iſte peccatum maximum, feceruntq; ſibi deos aureos: aut dimitte eis hanc noxā, aut ſi non facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti.

LEVITI. Cap. 26. Quòd ſi & de ijs aliqui remanſerint, tabeſcent in iniquitatibus ſuis, & propter peccata patrum ſuorum & ſua, affligentur, donec confiteantur iniquitates ſuas & maiorum ſuornm, quibus præuaricati ſunt in me, & ambulauerunt ex aduerſo mihi.

IVDIC. Cap. 10. Et clamantes ad Dominum, dixerunt, Peccauimus tibi, quia dereliquimus Dominū Deum noſtrum, & ſeruiuimus Baalim. Quibus locutus eſt Dominus: Nūquid nō Ægyptij & Amorrhæi, filijq; Amon & Philiſthijm, Sidonij quoq; & Amalech, & Chanaan, oppreſſerunt vos: & clamaſtis ad me, & erui vos de manu eorum? Et tamen reliquiſtis me, & coluiſtis deos alienos: Idcirco non addam, vt vltrà vos liberem. Ite, & inuocate deos quos elegiſtis, ipſi vos liberent in tempore anguſtiæ. Dixeruntq; filij Iſrael ad Dominnm, Peccauimus, redde tu nobis quidquid tibi placet: tantùm nunc libera nos.

IOB Cap. 13. Quantas habeo iniquitates & peccata, ſcelera mea & delicta oſten de mihi.

HIEREM. Cap. 14. Cognouimus Domine impietates noſtras, inquitates patrum noſtrorum, quia peccauimus tibi. Ne des nos in opprobrium propter nomen tuū, neque facias nobis contumeliam ſolij gloriæ tuæ. Recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiſcum.

DANIEL. Cap. 9. Et oraui Dominū Deum meum, & confeſſus ſum, & dixi; Obſecro Dñe Deus magne & terribilis, cuſtodiēs pactū & miſericordiā diligētibus te, & cuſtodientibus mādata tua: Peccauimus, iniquitatē fecimus, impiè egimus, & receſsimus, & declinauimus à mandatis tuis ac iudicijs. Nō obediuimus ſeruis tuis Prophetis qui locuti ſunt in nomine tuo, Regibus noſtris, principibus noſtris, patrib⁹ noſtris, omniq; populo terræ.

MATT. Cap. 3. Tunc exibat ad eum Hieroſolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane confitentes peccata ſua.

PRI. Ioan. Cap. 1. Si confiteamnr peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate.

B MATTH. Cap. 6. Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater veſter cœleſtis delicta veſtra. Si autem non dimiſeritis hominibus, nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra.

ET Cap. 18. Sic & Pater meus cœleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.

LVC. Cap. 7. Duo debitores erant cuidam fœneratori, vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Nō habentibus illis vnde redderent, donauit vtriſq;. Quis ergo eū plus diligit? Reſpōdēs Simon dixit, Æſtimo qnia is cui plus donauit. At ille dixit ei, Recte iudicaſti.

AD ROMAN, Cap. 9. Moyſi enim dicit Deus, Miſerebor cuius miſereor, & miſericordiam præſtabo cuius miſerebor. Igitur non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei.

C POSTER. Paralipo. Cap. vltimo, *In oratione Manaſsis*. Importabilis eſt magnificentia gloriæ tuæ, & inſuſtentabilis ira comminationis tuę ſuper peccatores: immēſa verò & inueſtigabilis miſericordia promiſsionis tuæ: quoniam tu es Dominus Altiſsimus, Benignus, Lōganimis, & multùm miſericors, & pœnitens ſuper malitias hominnm. Tu Domine ſecundùm multitudinem bonitatis tuæ, promiſiſti pœnitentiam & remiſsionem ijs qui peccauernnt tibi, & multitudine miſericordiarum tuarum decreuiſti pœnitētiam peccatoribus, in ſalutem. *Et rurſum*. Peccaui Dñe. peccaui, & iniquitates meas agnoſco. Quare peto,

peto,rogans te,remitte mihi Domine, renitte mihi,& ne ſimul perdas me cum iniquitatibus meis,neq; in ęternũ iratus reſerues mala mihi,neque damnes me in infima terræ loca:quia tu es Deus, Deus inquàm pœnitentium:& in me oſtendes omnẽ bonitatem tuam,quia indignum ſalnabis me ſecundùm magnam miſericordiam tuam, & laudabo te ſemper omnibus diebus vitæ meæ.

P S A L. 6. Cõuertere Domine,& eripe animam meam,ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.

E T. 24. Reminiſcere miſerationum tuarum Domine,& miſericordiarum tuarũ quæ à ſeculo ſunt. Delicta iuuentutis meę, & ignorantias meas, ne memineris. Secundùm miſericordiam tuam, memento mei tu, propter bonitatem tuam Dñe.

E T. 50. Miſerere mei Deus ſecũdùm magnam miſericordiam tuam,& ſecũdùm multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam.

D A N I E L. Cap. 9. Inclina Deus meus,aurem tuam, & audi: aperi oculos tuos,& vide deſolationem noſtram,& ciuitatem ſuper quam inuocatum eſt nomen tuũ:neque enim in iuſtificationib⁹ noſtris proſternimus preces ante faciẽ tuã, ſed in miſerationibus tuis multis. Exaudi Domine, placare Dñe, attende & fac, ne morêris propter temetipſum Deus meus, quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper ciuitatem,& ſuper populum tuum.

M A R C. Cap.2. Hoc audito, Ieſus ait illis,Non neceſſe habent ſani medico, ſed qui malè habent. Non enim veni vocare iuſtos,ſed peccatores.

L V C. Cap. 1. Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius, in remiſsionem peccatorũ eorũ. Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri,in quibus viſitauit nos oriẽs ex alto.

A D T I T V M Cap.3. Vt ſup.Cap. 1. Lect.5.lit.L.

D I S A I. Cap.53. Vt ſup.Cap.1.Lect.5. literá.C.

M A T T. Cap. 1. Vocabis nomẽ eius, Ieſum. Ipſé enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.

E T Cap.26. Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamẽti,qui pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum.

A D E P H E. Cap.1. In quo habemus redẽptionẽ,per ſanguinẽ eius, remiſsionẽ peccatorũ,ſecundùm diuitias gratiæ eius.

P R I. Petri, Cap.2. Peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, vt peccatis mortui,iuſtitiæ viuamus,cuius liuore ſanati eſtis.

A P O C A L Y P. Cap. 1. Dilexit nos,& lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

E M A R C. 16. Illi autem profecti,prædicauerunt vbique,Domino cooperante, & ſermonẽ confirmante ſequentibus ſignis.

I O A N. Cap.7. Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. (Hoc autem dixit de Spiritu quẽ accepturi erãt credentes in eũ: nondum enim erat Spiritus datus,quia Ieſus nondum erat glorificatus.)

A D R O M A N. Cap. 5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum,qui datus eſt nobis.

P R I O. ad Corin. Cap.3. Neſcitis quia templum Dei eſtis,& Spiritus ſanctus habitat in vobis? Si quis autẽ templum Dei violauerit,diſperdet illum Deus:templum enim Dei ſanctum eſt,quod eſtis vos.

P O S T E. ad Corinth. Cap.1. Qui autem confirmat nos vobiſcum in Chriſto,& qui vnxit nos, Deus: qui & ſignauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordib⁹ noſtris.

E T Cap. 5. Qui autem efficit nos in hoc ipſum, Deus, qui dedit nobis pignus Spiritus.

A D E P H E S. Cap.1. In quo & credentes ſignati eſtis Spiritu promiſsionis ſancto:qui eſt pignus hæreditatis noſtræ, in redemptionem acquiſitionis, in laudem gloriæ ipſius.

E T Cap. 4. Nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei: in quo ſignati eſtis in die redemptionis.

A D G A L A T. Cap.3. Hoc ſolum à vobis volo diſcere, Ex operibus Legis Spiritũ accepiſtis, an ex auditu fidei? Sic ſtulti eſtis,vt cùm Spiritu cœperitis,nunc carne cõſumemini? Tanta paſsi eſtis ſine cauſa? Si tamen ſine cauſa. Qui ergo tribuit vobis Spiritũ, & operatur virtutes in vobis: ex operibus Legis,an ex auditu fidei?

P R I. Ad Theſſalon. Cap. 5. Spiritum nolite extinguere.

A D H E B R. Cap.2. Vt ſup. Cap.1. Lect.13. lit.N.

P R I. Petri, Cap. 1. Vt ſuprà, Cap.1. Lect.11.lit.E.& Lect.17.lit.H.

F L E V I T. Cap. 19. Vt ſuprà,Cap.2. Lect.8.lit.A,

ECCLESIASTICI, Cap.16. Audiſti verbum aduerſus proximum tuum? Commoriatur in te, fidens quoniam non te dirumpet. A facie verbi parturit fatuus, tanquàm gemitus partus infantis. Sagitta infixa femori carnis, ſic verbum in corde ſtulti.

MATT. Cap.6.&.18. Vt ſup. lit.B.

LVC. Cap.11. Et dimitte nobis peccata noſtra, ſiquidem & ipſi dimittimus omni debenti nobis.

ET Cap.17. Attendite vobiſiſi peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & ſi pœnitẽtiam egerit, dimitte illi. Et ſi ſepties in die peccauerit in te, & ſepties in die cõuerſus fuerit ad te, dicens, pœnitet me: dimitte illi.

IACOB. Cap.5. Vt ſup. Cap.1. Lect. 15. lit.E.

G TOB. Cap.3. Hoc autem pro certo habet omnis qui te colit, quòd vita eius ſi in probatione fuerit, coronabitur: ſi autẽ in tribulatione fuerit, liberabitur: & ſi in corruptione fuerit, ad miſericordiam tuam venire licebit.

IVDITH. Cap.8. Et nunc fratres, quoniã vos eſtis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium veſtrum corda illorũ erigite, vt memores ſint, quia tentati ſunt patres noſtri, vt probarentur ſi verè colerent Deum ſuũ. Memores eſſe debent quomodò pater noſter Abraham tentatus eſt, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus eſt. Sic Iſaac, ſic Iacob, ſic Moyſes: & omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes tranſierunt fideles. Illi autem qui tentationes non ſuſceperunt cum timore Domini, & impatientiam ſuam & improperium murmurationis ſuæ contra Deũ protulerunt, exterminati ſunt ab exterminatore, & à ſerpentibus perierunt.

IOB, Cap.7. Militia eſt vita hominis ſuper terram, & ſicut dies mercenarij dies eius.

MATT. Cap.4. Tunc Ieſus ductus eſt in deſertum à Spiritu, vt tentaretur à diabolo.

LVC. Cap.4. Ieſus autem plenus Spiritu ſancto regreſſus eſt à Iordane, & agebatur in Spiritu in deſerto diebus quadraginta, & tentabatur à diabolo.

PRI. Ad Theſſalon. Cap.3. Propterea & ego amplius non ſuſtinens, miſi ad cognoſcendam fidẽ veſtrã, ne fortè tentauerit vos is qui tentat, & inanis fiat labor veſter.

AD HEBR. Cap.2. In eo enim in quo paſſus eſt ipſe & tentatus, potens eſt & eis qui tentantur auxiliari.

IACOB. Cap.1. Omne gaudiũ exiſtimate fratres mei cùm in tentationes varias incideritis: ſcientes quòd probatio fidei veſtrę patientiam operatur: patientia autem opus perfectum habeat, vt ſitis perfecti & integri, in nullo deficientes. Beatus vir qui ſuffert tentationem, &c. Vt ſuprà, Cap.2. Lect.13. lit.Q.

PRI. Ioan. Cap.2. Scribo vobis adoleſcentes, quoniam viciſtis malignum. Scribo vobis iuuenes, quoniam fortes eſtis, & verbum Dei manet in vobis, & viciſtis malignum. ET. Omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ.

H PSAL. 9. Miſerere mei Domine, vide humilitatem meam de inimicis meis.

MATT. Cap.26. Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem.

PRI. ad Corinth. Cap.10. Vt ſup. Cap. 1. Lect.3. lit.O.

AD HEBR. Cap.4. Vt ſup. Cap.1. Lect.8. lit.B.

PRI. Petri, Cap.5. Sobrij eſtote & vigilate: quia aduerſarius ueſter diabolus tanquàm leo rugiẽs, circuit querens quem deuoret. Cui reſiſtite fortes in fide, ſcientes eandem paſſionem ei quæ in mundo eſt, veſtræ fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam ſuã gloriam in Chriſto Ieſu, modicum paſſos, ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitq;.

POST. Petri, Cap.2. Nouit Dominus pios de tentatione eripere: iniquos verò in diem Iudicij reſeruare cruciandos.

I PSALM. 120. Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua, ſuper manum dexteram tuam. Per diem Sol non vret te, nec Luna per noctem. Dominus cuſtodit te ab omni malo, cuſtodiat animam tuam Dominus.

MATT. Cap.26. Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma.

AD ROM. Cap.6. Vt ſup. Cap.2. Lect.13. lit.B. *in fine*.

ET Cap.7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dñm noſtrum.

PRI.

AD GALAT. Cap.5. Qui autem
ſunt Chriſti, carnem ſuā crucifixerūt cum
vitijs & concupiſcentijs.

AD COLOS. Cap.3. Mortificate
membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, for
nicationem, immunditiam, libidinem, con
cupiſcentiam malam.

AD HEBR. Cap.12. Recogitate eū
qui talē ſuſtinuit à peccatoribus aduerſùm
ſemetipſum, contradictionem, vt ne fatige
mini animis veſtris deficientes. Nondum
enim vſque ad ſanguinem reſtitiſtis, aduer
ſùs peccatum repugnantes.

AVTHORIT. PATR.

A 1 GERMAN. Archiep. Conſtan-
tin. in theoria rerum Eccleſiaſtica.
(*habetur in Bibliothec. SS. PP. tom. 4.*) Con
dona nobis peccata noſtra dicentiū, quem
admodum nos delinquentibus in nos: ac
ſi ita facimus, ipſe quoque nobis ſic fa-
ciet. Remiſeris'ne cuipiam, quære: an fra-
trem ab inimicitijs ſolueris, apud te conſi-
dera: quòd ſi adhuc mali accepti recorda-
Si dimittis proximo tuo remittet & tibi Deus. ris, quam remiſsionem quæris? Eorum quæ
dicimus, hic ſenſus eſt: Domine, dimitte no
bis debita noſtra, ideſt, peccata noſtra &
lapſus, Sicut & nos dimittimus omnibus
delinquētibus in nos fratribus noſtris, tam
liberis quàm ſeruis, & omnibus ſubditis no
bis. Hæc dicens, ô homo, an ita facias, tecū
Hebr. 10. reputa: quia terribile eſt incidere in ma-
nus viuentis: ac te corrigens, & emendans,
conuerte ad Deum, & Patrem, & factorē
tuum.

E 1 GERMANVS. &c. Vt ſup. lit. A.

F 1 CHRYSOST. tom. 2. in Matth.
Sicut Deus miſericors eſt, & nos ſimus. 6. Hom. 20. Vt remittamus alijs imperan-
do, ab omni nos liberat recordatione ne-
quitiæ: dum verò nobis indulgentiam pol-
licetur, bonis nos prorſus ſpebus attol-
lit: & exēplo ineffabilis miſericordiæ Dei,
nos etiam ad dandam peccantibus in nos
veniam, cohortatur. Quod enim maximè
animaduerti conuenit, iſtud profectò eſt:
quoniam ſingulis quibuſq; ſententijs per-
Singulæ orationis dominicæ petitiones, nos prouocāt ad cōdonandam iniuriam. fectionem virtutis includens, etiam in præ
cedentibus malitiæ nos prohibuerit recor-
dari. Nam & ſanctificari per nos Verbum
Dei, perfecta eſt conuerſationis integritas.
Et voluntatem eius fieri, idipſum rurſus
amplectitur: & poſſe Deum Patrem voca-
re, immaculatæ conuerſationis indicium
eſt. In quibus prorſus omnib⁹ cōprehēſum
eſt, vt his qui in nos peccauerint, deſina-
mus iraſci. Nec tamen hæc dixiſſe conten
tus eſt, ſed abundantius oſtendere volens
quantam huius rei curam gerat, id ipſum
etiam ſpecialiter inculcauit. Poſt quam im
pletā orationis formulam, nullius prorſus
mandati meminit, niſi iſtius certè, quod ad *Matt. 6.*
dandam nos veniam concitauit. Ait quip-
pe; Si enim dimiſeritis hominibus peccata
eorum, dimittet & vobis Pater veſter cœ- *In noſtra poteſtate ſitū eſt, vt veniam peccatorum impetremus.*
leſtis peccata veſtra. Itaque à nobis tota
hæc res ſumit exordium, futurumq; de no-
bis, in noſtra eſt poteſtate, iudicium. Ne
enim vel irrationabilis quiſpiā, aut in mag-
no aliquo aut exiguo delicto, de iudicio
Dei conqueri poſſet, ipſum reum Dominū
illius fecit eſſe ſententiæ: Quemadmo-
dùm (inquit) tu tibi ipſe iudicaueris, ita
etiam tibi iudicabo. Si enim dimiſeris con-
ſeruo tuo, à me quoque eandem gratiam
conſequêris. Et certè, nequaquàm iſtud
æquale eſt. Tu enim remittis, cùm certè
quoque ipſa remiſsione indigeas: Deus ve-
rò cū nullius vnquàm indigeat, ignoſcit: tu
cōſeruo tuo remittis, Deus ſeruo. Et tu qui
dem mille peccatorum reus, Deus verò ab
omni peccato prorſus extraneus: & ta-
men ſic quoque abundantiam propriæ mi
ſerationis oſtendit. Nam cùm certè poſ-
ſit abſque hoc quoque tibi omnia peccata
dimittere, vult tamen beneficium etiam
per iſta conferre, mille tibi occaſiones mā-
ſuetudinis ſuæ ac pietatis miniſtrans, dum
modò hoc, quod in te eſt belluinum, depel
lat, & iram, qua flagras, extinguat: teque
vndique tuis membris reiungat.

H 1 CYPRIAN. Lib. de ſingularitate
Clericorum. *Non longè poſt initium.* Mag-
num ſapientiæ diuinæ conſilium inuctum
eſt, vbi timoris auxilio liberemur. Magna
compendia prouidentiæ, vt aliquando fiat
virtus & victoria per timorem. Magna *Magna nobis remedia Deus contulit ad ſalutem.*
remedia Dominus contulit ad ſalutem, vt
habeat & timidus laudem: ſicut Salomon
repetit, dicens, Beatus vir qui veretur
omnia per metum. Inæſtimabilis Domini *Eccli. 25.*
miſericordia, quæ vndique homini ſuo
contulit gloriam: & incomprehenſibilis
pietas quę ſcilicet pugnas dedit & palmas:
vt confitendo maſculorum ſæuitiam ſupe-
remus, & timendo fœminarum blandimen
ta vincamus, dummodò & de virtute &
de infirmitate ſuper nos Dominus glorias
operetur: vt in omnibus & per omnia Om
nipotentem ſemet ipſe teſtetur: diuidens

differentias triumphorum, vt tam conſi-
lijs quàm viribus à nobis bella vincantur,
ne ſi vicerimus ſolius fidei fortitudine(cō-
tra Salomonem) vacna eſſentopera ſapien
Timeat, qui tētatione ca ret. tiæ. *Et prope finem.* Vnus quiſque qui ſecu
rus eſt, quia necdum tentatur, timeat: quia
nihil de illo dicitur, proſpiciat ne dicatur:
homines ſumus, fragilitatem noſtram car-
ne portamus. Sic eam vndiqne nos circunſ
pecta viuacitate circūdare debemus & cin
gere, vt non ſit pars aliqua, quæ vacillet.
Accipimus quidem fortitudinem ſpiritua
lem, per quam ſubſtantiæ noſtræ fragilitas
roboretur: ſed ita nobis ſpiritualis fortitu-
do collata eſt, vt prouidos nos, non præci-
pites tueatur. Vt illos muniat qui rennn-
Iuuat De' tentatos, qui tētationibus reſiſtere ſatagunt. ciant importunitatibus delictorum, nō eos
qui ſe magis importunis delictis immergūt
Cuſtos nobis datus eſt Spiritus, ſed vt con
traria declinantibus, aſsiſtendo ſubueniat,
non vt contraria eligentibus faueat: nec vt
voluntarios & pronos in aduerſa, confor-
Nō iuuatur a Deo, ſed deſeritur, qui vltrò tētationi ſe obijcit. tet, ſed vt ab aduerſis nitentes ſeparari, cō
firmet. Nam quicunq; pernitioſis conati-
bus andet exercere virtutem, iuuamen nō
habet Spiritus ſancti, qui neminem vult vl
troneum virum fortem ad fraudulentas vi
ctorias coarctari, nec protegit eum, ſed de
ſerit, quem periculis irruentem per illici-
tos euentus exquirete triumphos agnoue-
rit, ſicut ipſe iam tunc per Salomonem lo-
Eccli. 3. cutus eſt dicens, Amans periculum, in ipſo
periet. Ordine ſuo igitur, non noſtro arbi-
trio virtus ſancti Spiritus miniſtratur, &
ſecundùm inſtitutum eius prælia proſpe-
rantur. Nunquàm niſi præcipitatus exer-
citus cecidit, qui auidus facere, Ducis vel
Imperatoris ſui diſpoſitiones irrupit: mul-
to magis, per perituram erogat fortitudinē,
qui ſine armis doctrinæ magiſtri Spiritus
præſumpſerit triumphare: cùm dicat, Væ,
qui per præſumptionē ſuam aliquid faciūt,
non per Denm.

2 IDEM ſermone. 5. de Lapſis. *in fine.*
Si precem toto corde quisfaciat, ſi veris
pœnitentiæ lamentationibus & lacrymis
ingemiſcat, ſi ad veniam delicti ſui Domi-
Facienti quod in ſe eſt, Deus aderit. num iuſtis & continuis operibns inflectat,
miſereri talium poteſt qui & miſericor-
diam ſuam protulit, dicens, Cùm conuerſus
ingemueris, tunc ſaluaberis, & ſcies vbi
Ezech. 33. fueris. Et iterum, Nolo mortem peccato-
ris, dicit Dominus, quanrum vt reuertatur
Ioel. 1. & viuat. Et Ioel propheta, pietatem Do-
mini ipſo monente, declarat. Reuertimini
(inquit) ad D. D. veſtrum, quoniam miſeri
cors & pius eſt, & patiens, & multæ miſe-
rationis, & qui ſententiam flectat aduerſùs
malitiam irrogatam. Poteſt ille indulgen-
tiam dare, ſententiam ſuam poteſt ille de-
flectere. Pœnitenti, operanti, roganti, po-
teſt clementer ignoſcere. Poteſt acceptum
ferre quidquid pro talibus & petierint mar
tyres, & fecerint ſacerdotes. Vel ſi quis
plus eum ſuis ſatisfactionibus mouerit, ſi
eius iram, ſi indignantis offenſam iuſta de-
precatione placauerit. Dat ille arma rur-
ſum quibus victus armetur: reparat & cor
roborat vires, quibus fides inſtanrata vege
tetur. Repetet, & certamen ſuū miles ite-
rabit, in acie prouocabit hoſtem, & qui-
dem factus ad prælium fortior poſt dolo-
rem.

3 TERTVLL. Lib. de Fnga in per
ſecutione, Cap. 2. Dominus in Euangelio
ad Petrum, Ecce (inquit) poſtulauit Sata-
nas, vti cerneret vos velut frumentum, ve- *Luc. 22.*
rùm ego rogaui pro te ne deficeret fides
tua, id eſt, ne tantum diabolo permitte- *Deo permittente, diabolus tentat.*
retur, vt fides periclitaretur. Quo oſten-
ditur, vtrunqne apud Deum eſſe, & con-
cuſsionem fidei, & protectionem, cùm
vtrūque ab eo petitur, concuſsio à diabo-
lo, protectio à Filio. Et vtique cùm Filius
Dei protectionem fidei habet in ſua pote-
ſtate, quam à Patre poſtulat, à quo omnem *Matth. 18.*
accipit poteſtatē in cœlis & in terris: qualé
eſt vt concuſsionem fidei diabolns in ma-
nu ſua habeat? Sed in legitima Oratione
cùm dicimus ad Patrem, Ne nos inducas *Matth. 6.*
in tentationem: (quę autem maior tentatio
qnâm perſecutio?) Ab eo illam profite-
mur accidere, â quo veniam eius depreca-
mur. Hoc eſt enim quod ſequitur, Sed
erue nos à maligno, id eſt, ne nos indu-
xeris in tentationem, permittendo nos
maligno.

4 IDEM Lib. de Baptiſmo, Cap.
20. Ingreſſuros Baptiſmum, orarionibus
crebris, ieiunijs, & geniculationib9, & per-
uigilijs orare oportet, & cum confeſsione
omninm retro delictorum, vt exponat
etiam baptiſmum Ioannis. Tingebantur *Matt. 3.*
(inquit) confitentes delicta ſua. Nobis gra- *Oratione præcauendæ ſunt tentationes.*
tulandum eſt, ſi non publicè confitemur
iniquitates, aut turpitudines noſtras. Si-
mul enim & de priſtinis ſatisfacimns con-
flictatione carnis & ſpiritus, & ſubſecutu-
ris tentationibus munimēta præſtruimus.
Vigilate & orate (inquit) ne incidatis *Matth. 26.*
in

in tentationem. Et ideô credo tẽtati ſunt, quoniam obdormierunt.

5 AVGVSTINVS tom.1.Lib.6. Confeſſionum, Cap. 11. Cùm hæc dicebã, & alternabant hi venti, & impellebant huc arque illuc cor meum, tranſibant rem pora & tardabam conuerri ad Dominum Deum, & differebam de die in diem viuere in te, & non differebam quotidie in me metipſo mori, amans beatam vitam. Timebam illam in ſede ſua, & ab ea fugiens quærebam eam. Putabam enim me miſerum fore nimis, ſi fœminæ priuarer amplexibus, & medicinam miſericordiæ tuæ ad eandem infirmitarem ſanandam non cogitabam: quia expertus non eram, & propriarum virium credebam eſſe continentiam, quarum mihi non eram conſcius, cùm tam ſtultus eſſem, vt neſcirem (ſicur ſcriptum eſt) neminem poſſe eſſe continentem, niſi tu dederis. Vtique dares, ſi gemitu interno pulſarem aures tuas, & fide ſolida in te iactarem curam meam.

Non eſt virium noſtrarum tentationes ſuperare.

Inuocanti Deum contra tentationes, datur gratia.

Sap.8.

6 IDEM tomo. 6. Lib. De ſancta Virginitate, Cap. 39. Et quæ magis, membra corporis ſancti, quod eſt Eccleſia, curare debent, vt ſuper ea requieſcat Spiritus ſanctus, quàm illa quæ virginalem profitentur ſanctitatem? Quomodò autem requieſcit vbi non inuenir locum ſuum? Quid autem aliud, quàm cor humiliatum, quod impleat, non vnde reſiliar: quod erigat, non quod deprimat? Cûm apertiſſimè dictum ſit; Super quem requieſcir Spiritus meus, niſi ſuper humilem, & quietũ, & tremenrem verba mea? Iam iuſtè viuis, iam piè viuis, pudicè, ſanctè, virginali caſtitate viuis: adhuc tamen hîc viuis: & non humiliaris audiendo, Nunquid non tentatio eſt vita humana ſuper rerrã? Non te à præfidenti elatione reuerberat: Væ mundo à ſcandalis? Non contremiſcis, ne depurêris in multis, quorum reſrigeſcir charitas, quoniam abundat iniquitas? Non percutis pectus cùm audis, Quapropter qui ſe putat ſtare, videat ne cadat? Inter hęc diuina monita & humana pericula, ita'ne adhuc virginibus ſanctis humilitatem perſuadere laboramus?

Pudicitiam colenti, humilitas neceſſaria eſt.

Iſai.66.

Iob.7.

Matt. 18.

Matth. 24.

1. Cor. 10.

7 GERMA. Archiepiſcopus Conſtantinopol. Theoria rerum Eccleſiaſticarum: *Verſus finem.* Nôs Domine omni ſupplicio ſumus digni, & ſupplicamus tibi, ne tradas nos in manus inimiciſſimorum hominum, & malorum dæmonũ ad puniendos nos: ſed tu Domine nos erudiendo caſtiga, quia perinde eſt tua clemenria, atque caſtigatio tua. Quid enim? Inducit ne hominem in tentationem? Abſit. Non enim Deus eſt author malorum. Sed obſecramus eum, vt per multas ſuas miſerationes, ne ſinat nos in tenrationem incidiſſe. Domine, ſi quærat nos Satanas, vt cribret quẽ admodum frumentum, vt etiam ſanctos tuos Apoſtolos quæſiuit, ſed non obrinuit: aut vt veterem illum Iob: ne des ei poreſtatem in nos. Quin etiam ſi malignus homo velit nos tenrare, ne tradas nos eius voluntati, ſed tege nos tegumento alarum tuarum.

Deus author non eſt malorum, nec quenquã in tẽtationẽ inducit.

Luc.22.

Iob.1.

I

1 AVGVST. tomo.1. Lib.10. Confeſſionum, Cap. 29. Et tota ſpes mea non niſi in magna valde miſericordia tua. Da quod iubes, & iube quod vis. Imperas nobis continentiam, & cùm ſcirem (ait quidam) quia nemo poteſt eſſe conrinens, niſi Deus det: & hoc ipſum erat Sapientiæ, ſcire cuius eſſet hoc donum. Per continentiam, quippe colligimur, & redigimur in vnum à quo in mulra defluximus.

Tota noſtra ſpes, in Deo debet eſſe.

Sap.8.

2 ET Cap. 30. Nunquid non potens eſt manus tua Deus Omnipotens, ſanare omnes languores animæ meæ, atque abundantiore gratia rua laſciuos motus etiam mei ſoporis extinguere? Augebis Domine in me magis magiſque munera tua, vt anima mea ſequatur me ad te, concupiſcentię viſco expedita, vt non ſit rebellis tibi, atq; vt in ſomnis non ſolùm nõ perpetret iſtas corruptelarum turpitudines per imagines animales vſque ad carnis fluxum, ſed ne conſentiat quidem. Nam vt nihil tale, vel tantillum libeat, quãtulum poſſit nutu cohiberi, etiã in caſto dormientis affectu non tantùm in hac vita, ſed etiam in hac ætate: non magnum eſt Omnipotenti, qui vales facere ſuprà quàm petimus & intelligimus.

Contra mala omnia, potẽs eſt Omnipotẽtis Dei manus.

LECTIO IX.

DOCTOR.

POſtrema iam petitio ſupereſt: Cedo eam, & explica.

ADOLESCENS.

Libera nos à malo. Hîc Deum precamur, vt ſiquãdo culpam [a] nos aliquã, vi ac impetu cupiditatis excitati, admittamus, nobis illam condonet, & ne in deteriora nos dilabi ac diſtrahi permittat. [b] Atque etiam id vehementer flagitamus, vt pœna [c] omnis peccati, quæcunq; tandem ea ſit, nobis remittatur.

[a] *3. Reg. 8. 2. Paralipom. 6. Iob. 33. Prou. 20. Eccles. 7. 1. Ioan. 1.*
[b] *Pſal. 118. Eccli. 23. Hierem. 2.*
[c] *Deuteronom. 25. 2. Reg. 24. Matt. 3. Rom. 1. 1. Corin. 6. Germa. Theo. rerum Eccleſ.*

DOCTOR.

Mali ergo nomine peccatum omne, ac omnem eius pœnam intelligis, quæcunq; ſit impijs, quauis tandẽ ratione, cõſtituta.

ADOLESCENS.

Ita eſt: ac proinde hæc vltima petitio à proxima eſt neceſſariò diſtinguenda, propterea quòd magnum inter tentationem ac conſenſum in eam, & pœnam denique peccato debitam, ſit diſcrimen. [d]

[d] *Tertul. de orat. Cyp de orat. Domin. Aug. ad Probam. & de ſerm. Dom. in monte. Chryſoſ. in 6. cap. Matth.*

DOCTOR.

Cur hanc nos orandi formulã voce, *Amen*, concludimus? Nam quæ Græci codices adijciũt, non tã petendi quàm laudãdi ratione habent, quæ ad primas huius Orationis dictiones referũtur.

ADOLESCENS.

Id fit, vt de noſtra nobis amplius conſtet in Deum fiducia, illudq́ certò credamus, veras eſſe Dei Optimi Maximi [e] promiſſiones, quę quotquot ſunt, ſunt in illo. Eſt, ideò & per ipſũ, Amẽ. Quæ vox Latina dictione, Fiat, explicatur.

[e] *2. Cor. 1. Hieron. in 6. c. Matth.*

DOCTOR.

Non'ne verò poſt hanc orandi formulã, ab omnibus ferè ſemper ſubijcitur ea ſalutatio qua Gabriel [f] Angelus Virginẽ Matrem in Galilęa olim compellauit?

[f] *Luc 1. Chryſoſ. Baſi. & Iacob. in Liturg.*

ADOLESCENS.

Sanè: Et quidem his verbis, *Aue Maria gratia plena, Dñs tecum Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, Ieſus,* Addi etiam hæc ſolent, *Sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis, peccatoribus, nunc & in hora mortis noſtræ, Amen.*

AV-

AVTHORIT. SCRIP.

A LIB. 3. Reg.Cap.8. Si peccauerit tibi (uon eſt enim homo qui non peccet) & iratus tradideris eos inimicis ſuis, & captiui ducti fueriut in terram inimicorũ longè vel propè, & egerint pœnitentiam in corde ſuo in loco captiuitatis, & conuerſi deprecati te fuerint in capriuitate ſua, dicentes, Peccanimus, iniquè egimus, impiè geſsimus: & reuerſi fuerint ad te in vniuerſo corde ſuo, & tota anima ſua, in terra inimicorum ſuorum ad quam captiui ducti ſuerint: & orauerint te contra viam terræ ſuæ qnam dediſti patribus eorum, & ciuitatis quam elegiſti, & templi quod ædificaui nomini tuo: Exaudies in cœlo, in firmamento ſolij tui orationes eorum & preces eorum, & facies iudicium eorũ: & propitiaberis populo tuo qui peccauit tibi, & omnibus iniquitatibus eorum quibus præuaricati ſuut in te: & dabis miſericordiam coram eis qui eos captiuos habuerint, vt miſereantur eis.

LIB. 2. Paralipom. Cap.6. Si autem peccauerint tibi, (neque enim eſt homo qui non peccet) & iratus fueris eis, &c. *vt ſuprà: ſunt enim eadem ferè verba.*

IOB. Cap.33. Dixiſti ergo in auribus meis, & vocem verborum tuorum audiui: Mundus ego ſum, & abſque delicto: immaculatus, & non eſt iniquitas in me. ET. reſpiciet homines, & dicet, Peccaui, & verè deliqui, & vt eram dignus, non recepi.

PROV. Cap. 20. Quis poteſt dicere, Mundũ eſt cor meũ, purus ſum à peccato?

ECCLES. Cap.7. Non eſt em̃ homo iuſtꝰ iu terra, qui ſaciat bonũ & nõ peccet.

PRI. Ioann. Cap. 1. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis nõ eſt.

B PSALM. 118. In toto corde meo exquiſiui te, ne repellas me à mandatis tuis. ET. Viam iniquitatis amoue à me, & de Lege tua miſerere mei. ET. Erraui ſicut ouis quæ perijt: quære ſeruum tuum, quia mandata tua non ſum oblitus.

ECCLESIASTICI, Cap. 23. Domine Pater & Dominator vitæ meæ, ne derelinquas me in conſilio eorum, ne ſinas me cadere in illa exprobratione. ET. Domine Pater & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu illorum. Extollenriam oculorum meorum ne dederis mihi, & omne deſyderium auerte à me, Aufer à me ventris concupiſceutias, & cõcubitus concupiſcentiæ ne apprehendant me, & animæ irreuerenti & infruunitę ne tradas me.

HIEREM. Cap. 2. Quid inuenerunt patres veſtri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambnianeruut poſt vanitatem, & vani facti ſunt? ET. Nunquid non iſtud factum eſt tibi, quia dereliquiſti Dominum Deum tuum eo tempore quo ducebat te per viam?

C DEVTERO. Cap.25. Si fuerit cauſa inter aliquos, & interpellauerint iudices: quem iuſtum eſſe perſpexerint, illi iuſtitiæ palmam dabunt: quem impium, condemnabunt impietatis. Sin autem eum qui peccauit dignum viderint plagis, proſternent, & coram ſe facient verberari: pro mẽſura peccati erit & plagarũ modus.

LIB.2. Regum, Cap.24. Percuſsit autem cor Dauid eum, poſtquàm numeratus eſt populus: & dixit Dauid ad Dominum, Peccaui valde in hoc facto, ſed precor Domine, vt trãſferas iniquitatem ſerui tui, quia ſtultè egi nimis. Surrexit itaq; Dauid manè, & ſetino Domini factus eſt ad Gad Prophetam & videntem Dauid, diceus, Vade & loquere ad Dauid: Hæc dicit Dominus, Trium tibi datur optio, elige vnum quod volueris ex his vt faciam tibi. Cùmq; veniſſet Gad ad Danid, nunciauit ei dicens, Aut ſeptem annis veniet tibi fames in terra tua: aut ttibus menſibus fugies aduerſarios tuos, & illi te perſeqnentur: ant certè tribus diebus erit peſtilentia in terra tua. Nunc ergo delibera, & vide quem reſpondeam, ei qui me miſit, ſermonem.

MATTH. Cap. 3. Cuius ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam, & congregabit triticum ſuum in horreum: paleas autẽ comburet igni inextinguibili.

AD ROMAN. Cap. 1. Reuelatur ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent. ET. Qui talia agunt, digni ſunt morte: non ſolùm qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.

PRIORIS Ad Corinthios, Cap.6. Eſca ventri, & venter eſcis, Deus autem & hunc, & has deſtruet. Corpus autem non fornicationi, ſed Domino, & Dominus corpori.

E POS-

E POST. Ad Cor. Cap. 1. Quotquot enim promiſsiones Dei ſunt, in illo, Eſt: ideò & per ipſum, Amen Deo ad gloriam noſtram.

F LVC. Cap. 1. Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatẽ Galilęę, cui nomen Nazareth, ad Virginẽ deſponſatã viro cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid, & nomen Virginis Maria. Et ingreſſus Angelus ad eam dixit, Aue gratia plena, Dominus tecũ, benedicta tu in mulieribus. ET. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.

AVTHORIT. PATR.

C 1 GERMAN. Archiep. Conſtantinop. Theoria rerũ Eccleſiaſticarũ, Vt ſup. Lect. præced. lit. H. autho. 7.

D 1 TERTVLL. Lib. de Oratione, Cap. 8. Adiecit ad plenitudinem tã expeditæ orationis, vt nõ de remittẽdis tãtùm, ſed etiã de auertendis in totũ delictis ſupplicaremus, Ne nos inducas in tẽtationẽ, id eſt, ne nos patiaris induci, ab eo vtiq; qui tentat. *Et mox*. Eò reſpõdet clauſula, interpretans quid ſit, Ne nos inducas in tẽtationẽ. Hoc eſt enim, Sed euehe nos à malo.

Quid vltimæ orationis Dominicæ petitiones complectantur.

2 CYPRIAN. Serm. 6. de Oratione Dñica. Et ne patiaris nos induci in tẽtationem. Qua in parte oſtenditur nihil contra nos aduerſariũ poſſe, niſi Deus antè permiſerit, vt omnis timor noſter, & deuotio, atq; obſeruatio, ad Deũ cõuertatur, cùm in tentationibus noſtris nihil malo liceat, niſi poteſtas inde tribuatur, probat ſcriptura Diuina, quę dicit: Venit Nabuchodonoſor Rex Babyloniæ in Hieruſalem, & expugnabat eam, & dedit eam Deus in manu eius. Datur autem poteſtas aduerſùs nos malo, ſecundùm noſtra peccata, ſicut ſcriptum eſt: Quis dedit in direptionem Iacob & Iſrael, eis qui prædantur illum? Nonne Deus, qui peccauerunt & nolebant in vijs eius ambulare, nec audire Legem eius, & ſuperduxit ſuper eos iram animationis ſuæ? Et iterum, Salomone peccante, & à præceptis & à vijs Domini recedente, ſic poſitum eſt, Excitauit Dominus Satan ipſi Salomoni. Poteſtas verò aduerſùs nos, dupliciter datur, vel ad pœnam cùm delinquimus, vel ad gloriam cùm probamur: ſicuti de Iob factum videmus, manifeſtante Deo, & dicẽte, Ecce omnia quęcũq; habet, in manus tuas do, ſed ipſum caue ne tãgas. Et Dominus in Euãgelio loquitur tẽpore paſsionis, Nullã haberes (inquit) aduerſùm me poteſtatẽ, niſi data tibi eſſet deſuper.

Nihil poteſt diabolus cõtra nos, niſi Deus permiſerit.

4. Reg. 24. *Iſai. 41.* *3. Reg. 11.* *Iob. 1.* *Ioann. 19.*

3 AVGVST. tomo. 2. Epiſt. 121. ad Probam, de Orando Deũ, Cap. 11. Cùm dicimus, Ne nos inferas in tentationẽ: nos admonemus, hoc petere, ne deſerti eius adiutorio, alicui tentationi vel conſentiamus decepti, vel cedamus afflicti. Cùm dicimus, Libera nos à malo: nos admonemus, cogitare nondum nos eſſe in eo bono, vbi nullũ patiemur malum.

Quid ſignificent poſtremæ orationis Dominicæ verba.

4 IDEM tom. 4. Lib. 2. de Sermone Domini in monte, Cap. 14. Aliud eſt induci in tentationem, aliud eſt tentari. Nam ſine tentatione probatus eſſe nullus poteſt, ſiue ſibi ipſi, ſicut ſcriptum eſt, Qui non eſt tẽtatus, qualia ſcit? Siue alij, ſicut Apoſtolus ait, Et tentationem veſtram in carne mea non ſpreuiſtis. Hinc enim eos firmos cognouit, quia eius tribulationibus, quæ Apoſtolo in carne acciderant, non ſunt à charitate deflexi.

Aliud eſt tẽtari: aliud, induci in tẽtationem. *Eccle. 34.* *Gala. 4.*

5 ET Cap. 15. Fiunt igitur tentationes per Satanam, non poteſtate eius, ſed permiſſu Domini ad homines, aut pro ſuis peccatis puniendos, aut pro Domini miſericordia probandos & exercendos.

Non tentat diabolus, niſi Deo permittente.

6 ET Cap. 16. Sed libera nos à malo. Orandum eſt enim vt non ſolùm non inducamur in malum quo caremus: quod ſexto loco petitur: ſed ab illo etiã liberemur, quo iã inducti ſumus. Quod cũ factũ fuerit, nihil remanebit formidoloſum, nec omnino metuenda erit vlla tentatio.

Sed libera nos à malo: quid ſignificet.

7 CHRYSOS. tom. 2. incerto authore, in Cap. 6. Matth. Homil. 14. *Propè finem.* Duo petimus, primùm vt non inducat nos In tentationem: ſecundò, vt ſi induxerit, liberet de periculo tentationis. Nam verè ſi ſecundùm veritatem iuſtitiæ ſuæ examinaret homines Deus, nullus poſſet fieri ſaluus. Ideò autem difficilè tentat, ſciens infirmitatem noſtram. Aut ſi tentat, non tandiu tentat quandiu nos vincamus tentationem, ſed quandiu vincere nos velle oſtendimus, id eſt, non virtutem noſtram tentat, ſed voluntatem, Apoſtolo nos confirmante, & dicente, Tentatio vos non apprehendat niſi humana. Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis ſuſtinere.

Quomodo tẽtari nos Deus permittat. *1. Cor. 10.*

F 1 HIERO. tom. 6. in Matth. Cap. 6. Amen, ſignaculum Orationis Dominicæ, quod Aquila interpretatur, Fideliter: nos, Verè, poſſumus dicere.

Amẽ, quid ſignificet.

1 CHRY-

G 1 CHRYSOST. tom.5.in ſua Miſſa, *Procul à fine*. Dum chorus quædam canit, Sacerdos dicit, Aue gratia plena Maria, Dominus tecum. Benedicta tu, quoniam Saluatorem peperiſti animarum noſtrarum.

Aue Maria. Luc. 1.

2 BASIL. in Liturgia, *In initio*. Suſcipe, ſalua, miſerere & cuſtodi nos Deus gratia tua. Sanctiſsimæ & intemeratæ Dominatricis noſtræ, Dei genitricis, & ſemper virginis Mariæ, cum omnibus ſanctis memorantes, nos ipſos & adinuicem atq; omnem vitam noſtram Chriſto Deo cõmendemus. *Sic ſæpius orat.*

3 IACOB. Apoſtolus in Liturgia. (*habetur tom. 4. Bibliothec. SS. PP.*) Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, Benedicta tu in mulierib⁹, & benedictus fructus ventris tui, quia Saluatorem peperiſti animarum noſtrarum. (*Deinde exclamat ſacerdos*) Præcipuè ſanctiſsimæ, immaculatæ, ſuper omnes benedictæ, glorioſæ Dominæ noſtræ Deiparæ ſemperq; Virginis Mariæ. (*Cantores*) Dignum eſt, vt te verè beatã dicamus Deiparam, ſemper beatam, & omnibus modis irreprehenſam, & Matrẽ Dei noſtri, honorabiliorẽ quã Cherubim, & glorioſiorẽ quã Seraphim, quæ ſine corruptione Deum verum peperiſti. Te re vera Deiparam magnificamus. Tibi ô plena gratiæ, vniuerſa creatura gratulatur, Angelorũ cœtus, & hominum genus, quæ es tẽplum ſanctificatum, paradiſus ſpiritualis, Virginum gloria, ex qua Deus carnem aſſumpſit, & puer factus eſt Deus noſter qui eſt ante ſecula: tuum enim vterum thronum fecit, & tuum ventrem latiorem atque ampliorẽ cœlis ipſis reddidit. Tibi, ô gratiæ plena vniuerſa creatura gratulatur, gloria tibi.

B. Maria inuocatio & præconia.

LECTIO X.

DOCTOR.

Et quæ tandem ad nos ex his verbis redit vtilitas?

ADOLESCENS.

Plurima. In primis enim teſtamur nõ alio nos merito [a] ea impetraturos quæ rogamus, quàm Chriſti Ieſu, quem ſalutis noſtræ ergò de Virgine [b] natum eſſe confitemur, vt veſtitis tandem figuris prophetarum, ac Moyſis, veritas [c] ipſa ſuccederet. Deinde verò admirabiles D. Matris prærogatiuas, ac virtutes præclaras recenſemus, dum illã Matrem ſimul ac Virginem, Deo plenam, ac humilem, reliquis denique mulieribus præſtantiori benedictione cumulatam, prædicamus.

a *Matt. 15. Ioan. 14. 1. Ioan. 2. & 5.*
b *Ioan. 1. Rom. 1. Hebr. 2.*
c *Gen. 3. & 49. Exo. 3. Numer. 24. Iud. 9. 2. Reg. 7. 2. Paralipo. 6. Pſalm. 131. Iſai. 7. Hiere. 31. Dan. 7. Miche. 4. Agg. 2. Zach. 3. & 9. Luc. 1. Cyp. cont. Iuda. Tertull. contra Iud. Euſeb. de demonſtra. Euãg. Iren. lib. 3. c. 24. & 32.*

DOCTOR.

Et hæc etiam omnia quid nobis prodeſſe poſſunt?

ADOLESCENS.

Plurimum, præterquàm enim quòd hoc tam præclaro Incarnationis teſtimonio, errorem ac impietatem eorum euertimus, qui vel Chriſtum verè hominem fuiſſe negarunt, vel caſtiſsimam D. Matris virginitatẽ oppugnarunt, admirabiles eius virtutes prædicamus, quarum nos imitatione reddamur aliquando meliores.

DO-

DOCTOR.

At tu illam tamen oras interim.

ADOLESCENS.

Et rectè quidem: Nam præter communes illas rationes quibus oſtẽdimus à nobis ritè ſanctos inuocari, hãc etiam adijcio, D. Mariæ preces tantò nobis optabiliores eſſe debere, quantò dignitate [f] ac ſanctimonia apud Patrem omnium Deum, per Filium eius Ieſum Chriſtum, cæteris omnibus, quos oramus, antecellit.

f *Luc. 1. Iren. li. 3. c. 31. & 33. & lib. 5. c. 19. Aug. de natu. & gra. c. 36. & ſermo. de Aſſumpt. Hiero. contr. Heluid. & ſer. de Aſſump. Ambr. lib. 2. de virg. & ſuper Luc. lib. 1. Bernar. hom. 1. ſuper Miſſus eſt & epiſt. ad Cano. Lugdu. Chryſoſt. Baſil & Iacob. in Liturg. Niceph. hiſt. Eccle. lib. 1. c. 7. et. 8. et. li. 14. c. 1. & 46.*

DOCTOR.

Nunc quia de Fide, deinde de Lege, ac poſtremò de Oratione à te ſatis multa dicta ſunt; Age videamus, an aliud ſuperſit religionis noſtræ Caput, de quo, quarto & vltimo loco diſſeramus.

ADOLESCENS.

Supereſt ſanè, & quidem grauiſsimum, nẽpe de Sacramentis, quæ cùm nobis eam gratiam in primis largiantur, quæ ad credendũ Fidem fouere, ad operandum Charitatem accendere, ad orandum denique Spem excitare ſolet, locus iam eſt opportunus, vt de eorum virtute ac numero ſingulatim diſputemus.

AVTHORIT. SCRIP.

A MATT. Cap. 15. Ecce mulier Chananæa à finibus illis egreſſa, clamauit dicens ei, Miſerere mei Domine Fili Dauid, filia mea malè à Dæmonio vexatur. Qui non reſpondit ei verbum. Et accedentes diſcipuli eius rogabant eum dicẽtes, Dimitte eam, quia clamat poſt nos.

IOAN. Cap. 14. Quodcunque petieritis in nomine meo, hoc faciam: vt glorificetur Pater in Filio. Si quid petieritis à me in nomine meo, hoc faciam.

PRI. Ioan. Cap. 2. Siquis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum: & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autẽ tantùm, ſed etiam pro totius mundi.

ET Cap. 5. Qui habet Filium, habet vitam: qui non habet Filium Dei, vitã non habet. Hæc ſcribo vobis vt ſciatis quoniam vitam habetis æternam, qui creditis in nomine Filij Dei. Et hæc eſt fiducia quam habemus ad eum, quia quodcunq; petierimus ſecundùm voluntatem eius, audit nos.

B IOAN. Cap. 1. Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, (Et vidimus gloriam eius, gloriam quaſi Vnigeniti à Patre) plenum gratiæ & veritatis.

AD ROM. Cap. 1. Paulus ſeruus Ieſu Chriſti vocatus Apoſtolus, ſegregatus in Euangeliũ Dei quod antè promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de Filio ſuo (Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundùm carnẽ, qui prædeſtinatus eſt Filius Dei in virtute, ſecũdùm Spiritũ ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſti Domini noſtri, per quẽ accepimus gra-

gratiam & Apoſtolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus, pro nomine eius, in quibus eſtis & vos vocati Ieſu Chriſti) omnibus qui ſunt Romæ dilectis Dei, vocatis ſanctis, gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.

AD HEBR. Cap. 2. Nuſquàm enim Angelos apprehēdit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit.

C GENESIS, Cap. 3. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius: Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius.

ET Cap. 49. Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium.

EXOD. Cap. 3. Apparuit ei Dominus in flamma ignis de medio rubi, & videbat quòd rubus arderet, & non combureretur.

NVMEROR. Cap. 24. Videbo eum, ſed non modò: intuebor illum, ſed non propè. Orietur Stella ex Iacob, & conſurget Virga de Iſraël, & percutiet duces Moab, vaſtabitque omnes filios Seth.

IVDICVM Cap. 9. Accedens Abimelech iuxta turrim, pugnabat fortiter: & appropinquans oſtio, ignem ſupponere nitebatur: & ecce vna mulier fragmen molæ deſuper iaciens, eliſit caput Abimelech, & confregit cerebrum eius.

LIB. 2. Regum, Cap. 7. Cùm completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius: ipſe ędificabit domum nomini meo, & ſtabiliam thronum regni eius vſque in ſempiternum. Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium.

POSTER. Paralipom. Cap. 6. Nūc igitur conſurge Domine Deus in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ.

PSALM. 131. Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum: De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.

ISA. Cap. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Butyrū & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum.

HIEREM. Cap. 31. Creauit Dominus nouum ſuper terram, Fœmina circundabit virum.

DANIEL. Cap. 7. Aſpiciebam ergo in viſione noctis, & ecce cum nubibus cœli quaſi Filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierū peruēnit, & in conſpectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei poteſtatē, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſeruient. Poteſtas eius, poteſtas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.

MICHE. Cap. 4. Et erit, in nouiſsimo dierum, erit mons domus Domini præparatus in vertice montium, & ſublimis ſuper colles: & fluent ad eum populi. Et properabunt gentes multæ, & dicent, Venite, aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob: & docebit nos de vijs ſuis, & ibimus in ſemitis eius, quia de Sion exibit Lex, & Verbum Domini de Hieruſalem.

AGGÆ. Cap. 2. Hæc dicit Dominus exercituum, Adhuc vnum modicum eſt, & ego commouebo cœlum, & terram, & mare, & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet deſyderatus cūctis gentibus, & implebo domum iſtam gloria, dicit Dñs exercituum.

ZACHAR. Cap. 3. Audi Ieſu ſacerdos magne, tu & amici tui qui habitant coram te, quia viri portendentes ſunt. Ecce enim ego adducam ſeruum meū Orientem.

ET Cap. 9. Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Hieruſalem: Ecce Rex tuus veniet tibi iuſtus & Saluator, ipſe pauper, & aſcendens ſuper aſinum, & ſuper pullum filium aſinæ.

LVC. Cap. 1. Et reſpondens Angelus dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſsimi obumbrabit tibi: ideóq; & quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei.

F LVC. Cap. 1. Et repleta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth, & exclamauit voce magna, & dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.

AVTHORIT. PATR.

C 1 CYPRI. Lib. aduerſus Iudæos. C. 7. Quòd cū à principio Fili⁹ Dei fuiſſet *Verbum Dei carnem ſuſcepit.*

generari denuò haberet ſecundùm carnē. Pſalm. 2. Dominus dixit ad me, Filius
Luc. 1. meus es tu, ego hodie genui te. Item in Euangelo, Et factum eſt, vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius, & impleta eſt Spiritu ſancto, & exclamauit voce magna, & dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?
Galat. 4. Item paulus ad Galatas, At vbi venit adimpletio temporis, miſit Deus Filium ſuum, factum de muliere. Item in Epiſtola Ioan-
1. Ioan. 4. nes: Omnis Spiritus qui confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, de Deo eſt: qui autem negat eum in carne veniſſe, de Deo non eſt, ſed de Antichriſti ſpiritu.

2 ET Cap. 8. Quòd hoc futurum eſſet ſignum natiuitatis eius, vt de Virgine naſ-
Chriſtus ex Virgine naſciturus. ceretur homo & Deus, hominis & Dei Filius, apud Eſaiam: Propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignum: Ecce virgo
Iſa. 7. concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, &c. Hoc ſemen dixerat Deus de muliere procedere quod
Gene. 3. calcaret caput diaboli, in Geneſi.

3 TERTVLLIA. Lib. aduerſùs Iudæos, Cap. 9. Incipiamus igitur probare Natiuitatem Chriſti à Prophetis eſſe nunciatam. Sic Eſaias dicit, Audite domus
Iſa. 7. Dauid, non puſillum vobis certamen cum
Chriſti natiuitas à Prophetis prædicta. hominibus, quoniam Deus præſtat certamen. propter hoc ipſe Deus dabit vobis ſignum: Ecce Virgo concipiet in vtero, & pariet Filium, & vocabitis nomen eius Emanuel, quod interpretatur, Nobiſcum Deus. Butyrum & mel manducabit: quoniam prius quàm cognoſcat infans vocare patrem aut matrem, accipiet virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ aduerſùs Regem Aſſyriorum. Itaque dicunt Iudæi, Prouocemus iſtam prædicationem Iſaiæ, & faciamus comparationē, an Chriſto qui iam venit, competat illi primò nomen quod Iſaias prædicauit, & inſignia eius, quæ de eo nunciauit. Equidem Iſaias prædicat eum Emanuelem vocari oportere, dehinc virtutem ſumpturum Damaſci, & ſpolia Samariæ aduerſùs Regem Aſſyriorum. Porrò, inquiunt, iſte qui venit, neque ſub eiuſmodi nomine eſt dictus, nec re bellica functus. At nos è contrario, admonendos eos exiſtimauimus, vti cohærentia quoque huius capituli recognoſcant: ſubiuncta eſt enim & interpretatio Emanuel, Nobiſcū Deus, vti non ſolum ſonum nominis expectes, ſed & ſenſum. Sonus enim Hebraicus, quod eſt, Emanuel, ſuæ gentis eſt: ſenſus autem eius, quod eſt, Deus nobiſcum, ex interpretatione communis eſt. Quæro ergo, an iſta vox, Nobiſcum Deus, quod eſt, Emanuel, exinde quo Chriſtus inluxit, agitetur in Chriſto: & puto ex toto non negabis. Nam qui ex Iudaiſmo credunt Chriſto, ex quo in eum credunt, Emanuel cum volent dicere, Nobiſcum Deum eſſe ſignificant. Atque ita conſtat iam veniſſe illum qui prædicabatur Emanuel, quia quod ſignificat Emanuel, venit, id eſt, Nobiſcum Deus. *Et mox.* Sed & Virginem (inquiunt) parere, natura non patitur, & tamen credendum eſt Prophetæ. Et meritò. Præſtruxit enim fidem incredibili rei; dicendo quod ſignum eſſet futurum: Propterea (inquit) dabitur vobis ſignum: Ecce Virgo concipiet in vtero, & pariet Filium. Signum autem à Deo, niſi nouitas aliqua monſtruoſa fuiſſet, ſignum non videretur. Denique ſi quando ad deijciendos aliquos ab hac diuina prædicatione, vel conuertere ſingulos ſimplices quoſque geſtitis, mentiri audetis quaſi non Virginem, ſed iuuenculam concepturam & parituram ſcriptura contineat. Hinc quoque reuincimini, quòd nihil ſigni videri poſſit res quotidiana, iuuenculæ ſcilicet prægnatus & partus. In ſignum ergo nobis poſita Virgo Mater, meritò creditur, Infans verò, bellator, non æquè.

4 EVSEBIVS Cæſarienſis, de Demonſtratione Euangelica, Libro. 2. 3. 7. & 8. adducit plurima Moyſis, ac Prophetarum vaticinia de Chriſti Incarnatione.

5 IRENÆVS Lib. 3. aduerſùs hæreſes, Cap. 24. Non ergo vera eſt quorundam interpretatio, qui ita audent interpretari ſcripturam, Ecce ado- *Iſa. 7.*
leſcentula in ventre habebit, & pariet Filium: quemadmodum Theodotion Epheſius eſt interpretatus, & Aquila Pon- *Vaticinium Iſaiæ falſò quidem interpretātur.*
ticus, vtrique Iudæi proſelyti, quos ſectati Ebionæi, ex Ioſeph generatum eum dicunt, tantam diſpoſitionem Dei diſſoluentes, quantùm ad ipſos eſt, fruſtrantes

Pro-

Prophetarum teſtimonium, quod operatus eſt Deus.

6 E T Cap. 32. Errant igitur qui dicūt Chriſtum nihil ex Virgine accepiſſe, vt abijciāt carnis hæreditatem, abijciant autem & ſimilitudinem. Si enim ille quidem de terra, & manu & artificio Dei plaſmationem, & ſubſtantiam habuit, hic autem non manu & artificio Dei, iam non ſeruauit ſimilitudinem hominis qui factus eſt, ſecundùm Imaginem ipſius & ſimilitudinem: & inconſtans artificium videbitur, non habens circa quod oſtendat ſapientiam ſuam. Hoc autem dicere eſt, & putatiuè apparuiſſe eum, & tāquàm hominem, cùm non eſſet homo, & factum eum hominem, nihil aſſumentem de homine. Si enim non accepit ab homine ſubſtantiam carnis, neque homo factus eſt, neque Filius hominis: & ſi hoc non factus eſt quod nos eramus, non magnum faciebat quòd paſſus eſt & ſuſcitauit. Nos autem quoniam corpus ſumus de terra acceptum, & anima accipiens à Deo ſpiritum, omnis quicunque confitebitur. Hoc itaque factum eſt Verbum Dei, ſuum plaſma in ſemetipſo recapitulans, & propter hoc Filium hominis ſe confitetur, & beatificat Mites, quoniam ipſi hæreditabunt terram. Et Apoſtolus Paulus in Epiſtola quę eſt ad Galatas, manifeſtè ait, Miſit Deus Filium ſuum factum de muliere. Et rurſus in ea quæ eſt ad Romanos, de Filio autem (inquit) eius qui factus eſt ei ex ſemine Dauid, ſecundùm carnem, qui prædeſtinatus eſt Filius Dei in virtute, ſecundùm Spiritum ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſti Domini noſtri. Cæterum ſuperuacua eſt in Mariam deſcenſio eius. Quid.n. in eam deſcendebat, ſi nihil incipiebat ſumere ab ea? Aut ſi nihil ſumpſiſſet ex Maria, nunquàm eas quæ à terra erant percepiſſet eſcas, per quas id quod à terra ſumptum eſt, nutritur corpus: nec quadraginta diebus, quemadmodū Moyſes & Elias, ieiunans, eſuriſſet corpus eius ſuam quærens eſcam: ſed nec Ioannes diſcipulus eius de eo ſcribēs dixiſſet; Ieſus autē, fatigatus in itinere ſedebat. Nec Dauid præclamaſſet in eum. Et ſuper dolorem vulnerū meorum appoſuerunt. Nec lacrymaſſet ſuper Lazarum. Nec ſudaſſet globos ſanguinis: nec dixiſſet quòd triſtis eſt anima

Errant qui dicunt Chriſtum nihil de Virgine accepiſſe.

Matt.5. Galat.4. Rom.1. Matt.4. Ioan.4. Pſal.68. Ioan.11. Matt.26. Ioan.39.

mea: nec percuſſo latere exiſſet ſanguis & aqua. Hæc enim omnia ſigna carnis, quæ à terra ſumpta eſt, quàm in ſe recapitulatus eſt ſuum plaſma ſaluans.

F

1 IRENÆVS, Lib. 3. Aduerſùs hæreſes, Cap. 31. Quemadmodum Protoplaſtus ille Adam, de rudi terra, & de adhuc virgine (nondum enim pluerat Deus, & homo non erat operatus terram) habuit ſubſtantiam, & plaſmatus eſt manu Dei, id eſt, Verbo Dei: omnia enim per ipſum facta ſunt. Et ſumpſit Dominus limum à terra, & plaſmauit hominem. Ita recapitulans in ſe Adam ipſe, Verbum exiſtens ex Maria, quæ adhuc erat virgo, rectè capiebat generationem Adæ recapitulationis. Si igitur primus Adam habuit patrem hominem, & ex ſemine viri natus eſt, meritò dicerent, & ſecundùm Adam ex Ioſeph eſſe generatum. Si autem ille de terra quidem ſumptus eſt, & Verbo Dei plaſmatus eſt, oportebat id ipſum Verbum recapitulationem Adæ in ſemetipſum faciens, eiuſdem generationis habere ſimilitudinem.

Gen.2. Ioan.1. Gen.2.

Ex Virgine natus Chriſtus.

2 E T Cap. 33. Sicut Eua inobediens facta, & ſibi & vniuerſo generi humano cauſa facta eſt mortis, ſic & Maria habens prædeſtinatum virum, tamen virgo obaudiens, & ſibi & vniuerſo generi humano cauſa facta eſt ſalutis. *Et mox.* Euæ inobedientiæ nodus, ſolutionem accepit per obedientiam Mariæ: quod enim alligauit virgo Eua per incredulitatem, hoc Virgo Maria ſoluit per fidem.

Maria vniuerſo generi humano cauſa facta eſt ſalutis.

3 I D E M Lib. 5. Cap. 19. Sicut Eua ſeducta eſt, vt effugeret Deum, ſic Maria ſuaſa eſt obedire Deo, vti virginis Euæ Virgo Maria fieret aduocata. Et quemadmodum adſtrictum eſt morti genus humanum per virginem, ſoluatur per Virginem: æqua lance diſpoſita virginalis inobedientia, per Virginalem obedientiam.

Maria Euæ aduocata.

4 A V G V S T I N V S tomo. 7. Lib. de natura & gratia. Cap. 36. Excepta ſancta Virgine Maria, de qua propter honorem Domini nullam prorſus cùm de peccatis agitur, habere volo quæſtionem. Vnde enim ſcimus quòd ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere ac parere meruit eum, quem conſtat nullum habuiſſe peccatum? Hac ergo Virgine

Maria ſine peccato.

excepta, ſi omnes illos ſanctos & ſanctas, cum hic viuerent, cógregare poſſemus & interrogare, Vtrum eſſent ſine peccato, quid fuiſſe reſponſuros putamus? Vtrum hoc quod Pelagius dicit, an quod Ioannes Apoſtolus? Rogo vos, quantalibet fuerint in hoc corpore excellentia ſanctitatis, ſi
1. Ioan. 1. hoc interrogari potuiſſent, vna voce clamaſſent, Si dixerimus quia peccatum nō habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.

5 IDEM tomo. 10. Sermone, de Aſſumptione Beatæ Mariæ: *Qui eſt de ſanctis. 35.* Quas tibi laudes fragilitas humani generis perſoluet, quæ ſolo tuo commercio recuperandi aditum inuênit? Accipe itaque quaſcunque exiles, quaſcunq; meritis tuis impares gratiarum actiones, & cùm ſuſceperis vota, culpas noſtras orando excuſa. Admitte noſtras preces intra ſacrarium exauditionis, & reporta nobis gratiam reconciliationis. Sit per te excuſabile, quod per te ingerimus: accipe quod offerimus, impetra quod rogamus, excuſa quod timemus, quia nec potiorem meritis inuenimus quàm te ad placandam iram iudicis, quæ meruiſti eſſe mater Redemptoris & iudicis. Succurre ergo miſeris, iuua puſillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro monachorum choro, exora pro deuoto fœmineo ſexu: ſentiant omnes tuū iuuamen, quicunque deuotè celebrant tuū nomen. Sit tibi compaſsio ſuper afflictis, ſit pius affectus ſuper cœlorum peregrinis. Et cùm te lætantem ſemper aſpicis, fletus noſtros quæſumus ipſa ad Deum ad mittas, eumque vt proprium Filium pro nobis interpelles. Nos enim adhuc in hac terra affligimur, perſequimur, iniurijs laceſsimur, opprobrijs afficimur, eſurimus, ſitimus, ſomnum patimur, in carcere retinemur. Tu verò in cœleſtibus Regnis prælata es cunctis Virginum cho-
Apocal. 4. ris, tu Agnum quocunque perrexerit, ſequeris: tu Virgineos choros, & ab incentiuæ carnis illecebris alienos, per albentia lilia roſaſque vernantes, ad fontes perennis vitæ potandos inuitas. Tu in illa beatorum feliciſsima Regia, primi ordinis dignitatem adepta, plantis roſcidis oberrans inter paradiſi amœnitatem gramineosq; crocos tenero poplite pergis, feliciq; palma violas immarceſsibiles carpis.

B. Maria virgo mirificè laudatur & inuocatur.

Tu côncinnis ſine fine choris coniuncta ſummis, Angelis Archangeliſque ſociata, indefeſſa voce, Sanctus, clamare non ceſſas. Tu in cubiculo Regis beatitudinum gemmis ac margaritis ornata, aſsiſtis. Tibi thronus regius ab Angelis collocatur in aula æterni Regis, teq; ipſe Rex regum vt matrem veram, & decôram ſponſam, præ omnibus diligens, amoris amplexu ſibi aſſociat. Nec mirùm ſi dignetur tibi adgaudere Deus regnans, quem tu paruulum ex te hominem natum toties oſculata es in terris. Has ergo tuas felicitates poſsidens, conuertere ad noſtrarum miſeriarum ſalutem. Inter hæc igitur fratres cum toto mentis affectu beatiſsimæ Virginis nos in- *Inuocemus*
terceſsionibus cōmitamus, omnes eius pa- *B. Mariam.*
trocinia omni niſu imploremus, vt dùm nos ſupplici eam obſequio frequentamus in terris, ipſa nos ſedula prece commendare dignetur in cœlis. Neque enim dubium, quæ meruit pro liberandis proferre pretium, poſſe plus omnibus libertatis impendere ſuffragium.

6 HIERONYM. tomo. 2. aduerſùs Heluidium, poſtquàm multis argumentis probauit Virginitatem Mariæ, ita concludit: Natum Deum eſſe de Virgine credimus, quia legimus: Mariam nupſiſſe poſt partum, non credimus, quia non legimus. Nec hoc ideò dicimus quo nup- *Maria Virginitas probatur.*
tias condemnemus, (ipſa quippe Virginitas fructus eſt nuptiarum) ſed quòd nobis de ſanctis viris temerè æſtimare nihil liceat. Poſſumus enim hac æſtimatione poſſibilitatis contendere plures quoque vxores habuiſſe Ioſeph, quia plures habue- *Ioſeph virgo fuit.*
rit Abraham, plures habuerit Iacob: & de his eſſe vxoribus fratres Domini: quod plerique non tam pia, quàm audaci temeritate confingunt. Tu dicis Mariam Virginem non permanſiſſe: Ego mihi plus vendico, etiam ipſum Ioſeph Virginem fuiſſe per Mariam, vt ex virginali cōiugio Virgo Filius naſceretur. Si enim in virum ſanctum fornicatio non cadit, & aliam eum vxorem habuiſſe non ſcribitur: Mariæ autem, quam putatus eſt habuiſſe, cuſtos potius fuit quam maritus: relinquitur virginem eum manſiſſe cum Maria, qui pater Domini meruit appellari.

7 IDEM tom. 9. Epiſt. 10. de Aſſumptione Beatæ Mariæ, *Longè poſt initium.*

Aue

Maria tota ſe infudit plenitudo gratiæ.

Aue gratia plena. Et bene plena, quia cæteris per partes præſtatur, Mariæ verò ſimul ſe tota infudit plenitudo gratiæ. *Et mox.* Etſi in ſanctis Patribus & Prophetis gratia fuiſſe creditur, non tamen eatenus plena: in Mariam verò totius gratiæ, quæ in Chriſto eſt, plenitudo venit, quanquàm aliter. *Et verſus finem.* Hinc & Maria cunctis tantò venerabilior, quantò gratioſior: & quantò virtute Altiſsimi extollitur ad ſublimia, tantò clarior reſultat in gloria. Plena ſiquidem gratia, plena Deo, plena virtutibus, non poteſt non poſsidere plenè gloriam claritatis æternæ, quam pleniſsimè accepit vt mater fieret Saluatoris.

Maria tātò venerabilior cunctis, quātò gratioſior.

Maria nobis imperti tur ſuffragia.

8 ITEM Epiſtola. 11. de Aſſumptione Beatæ Mariæ. Non dubium eſt, illam quę meruit pro liberandis ferre precium, poſſe impartiri ſuffragium liberatis.

9 AMBROS. tom. 1. Lib. 2. de Virginibus. Sit vobis, ô ſanctæ Virgines, tanquàm in imagine deſcripta virginitas vitaque B. Mariæ, de qua velut in ſpeculo refulget ſpecies caſtitatis, & forma virtutis. Hinc ſumatis licet exēpla viuendi, vbi tanquàm in exēplari magiſteria expreſſa probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis, oſtendunt. Primus diſcendi ardor, nobilitas eſt magiſtri. Quid nobilius Dei Matre? Quid ſplendidius ea quam ſplendor elegit? Quid caſtius ea quæ corpus ſine corporis contagione generauit? Nā de cæteris eius virtutibus quid loquar? *Et mox.* Talis fuit Maria, vt eius vnius vita, omnium diſciplina ſit. Si igitur author nō diſplicet, opus probemus, vt quæcunque ſibi eius exoptat præmium, imitetur exemplum. Quantæ in vna virgine ſpecies virtutum emicant? Secretum verecundiæ, vexillū fidei, deuotionis obſequium. Virgo intra domū, comes ad miniſterium, mater ad templum. O quantis illa Virginibus occurret? Quantas complexa ad Dominum trahet? dicēs, Hæc torum Filij mei, hæc thalamos nuptiales immaculato ſeruauit pudore.

B. Mariæ laudes.

10 IDEM tomo. 5. Lib. 1. in Lucam. Maria benedictionis nouam formulā mirabatur, quæ nuſquàm lecta eſt, nuſquàm antè comperta, Soli Mariæ, hæc ſalutatio ſeruabatur. Bene enim ſola gratia plena dicitur, quæ ſola gratiam, quam nulla alia meruerat, conſecuta eſt, vt gratiæ repleretur authore. *Et rurſus.* Nec mirùm ſi Dominus redempturus mundum, operationem ſuam inchoauit à matre, vt per quam ſalus omnibus parabatur, eadem prima fructum ſalutis hauriret ex pignore: vnde & meruit audire, Beata quæ credidiſti: & verè beata, quæ ſacerdote præſtantior: cùm ſacerdos negaſſet, virgo correxit errorem.

Maria gratiam quam nulla antè meruit, conſecuta eſt.

Luc. 1. Maria ſacerdote præſtā tior.

11 BERNARDVS Hom. 2. de laudibus virginis, ſuper Miſſus eſt. Curre Eua ad Mariam, curre mater ad filiam, filia pro matre reſpondeat, ipſa matris opprobrium auferat, ipſa patri pro matre ſatisfaciat. Quia ecce ſi vir cecidit per fœminam, iam non erigitur niſi per fœminam. Quid dicebas, O Adam? Mulier quam dediſti mihi, dedit mihi de ligno, & comêdi. Verba malitiæ ſunt hæc, quibus magis augeas quàm deleas culpam. Veruntamen ſapientia vicit malitiam, cùm occaſionem veniæ quam à te Deus interrogando elicere tentauit, ſed non potuit, in theſauro indeficientis ſuæ pietatis inuênit. Redditur enim fœmina pro fœmina, prudens pro fatua, humilis pro ſuperba: quæ pro ligno mortis, guſtum tibi porrigat vitæ, & pro venenoſo cibo illo amaritudinis, dulcedinem pariat fructus æterni. Muta ergo iniquæ excuſationis verbum in vocem gratiarum actionis, & dic: Domine, mulier quam dediſti mihi, dedit mihi de ligno vitæ, & comêdi, ac dulce factum eſt ſuper mel ori meo, quia in ipſo viuificaſti me. Ecce enim ad hoc miſſus eſt Angelus ad Virginem. O admirandam, & omni honore digniſſimam Virginem, ô fœminam ſingulariter venerandam, ſuper omnes fœminas admirabilem, parentum reparatricem, poſterorum viuificatricem. *Et prope finem.* Maria eſt nobilis illa ſtella ex Iacob orta, cuius radius vniuerſum orbem illuminat, cuius ſplendor & præfulget in ſupernis, & inferos penetrat, terras etiam perluſtrans, & calefaciens magis mētes quàm corpora, fouet virtutes, excoquit vitia. Ipſa, inquam, eſt præclara & eximia Stella ſuper hoc mare magnum & ſpatioſum neceſſariò ſubleuata, micans meritis, illuſtrans exemplis. O quiſquis te intelligis in huius ſeculi profluuio magis inter procellas & tempeſtates fluctuare, quàm per terram ambulare: ne auertas oculos à fulgore huius ſideris, ſi non vis obrui procellis! Si inſurgant venti tentationum, ſi incurras ſcopulos tribulationum, reſpice

Maria reparatrix primorum parentum.

Gen. 3.

Num. 24. Maria Stella micās meritis.

Maria inuocanda in tentationibus & periculis.

reſpice Stellam, voca Mariam. Si iactaris ſuperbiæ vndis, ſi ambitionis, ſi detractionis, ſi æmulationis: reſpice Stellam, voca Mariam. Si iracundia, aut auaritia, aut carnis illecebra nauiculã concuſſerit mentis, reſpice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, conſcientiæ fœditate confuſns, iudicij horrore perterritus, baratro incipias abſorberi triſtitiæ, deſperationis abyſſo: cogita Mariam. In periculis, in anguſtijs, in rebus dubijs, Mariam cogita, Mariam inuoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde, & vt impetres eius orationis ſuffragium, nõ deſeras cõuerſationis exemplũ. Ipſam ſequẽs, non deuias: Ipſam rogans, nõ deſperas: Ipſam cogitans, non erras. Ipſa tenente, non corruis: ipſa protegente, non metuis: ipſa duce, non defatigaris: ipſa propitia, pèruenis. Et ſic in temetipſo experiris quàm meritò dictum ſit, Et nomen Virginis, Maria.

B. Mariæ laudes.

12 IDEM Epiſt. 174. ad Canonicos Lugdunenſes. Prædica Mariam venerendam Angelis, deſyderatã gentibus, Patriarchis, Prophetisq; pręcognitam, electam ex omnibus, prælata omnibus. Magnifica gratiæ inuentricem, mediatricem ſalutis, reſtauratricem ſeculorũ. *Et paulò pòſt.* Quod itaque vel paucis mortalium conſtat fuiſſe collatum, fas certè non eſt ſuſpicari tantæ Virgini eſſe negatum, per quam omnis mortalitas emerſit ad vitam. Fuit proculdubio & Mater Domini antè ſancta quàm nata, nec fallitur omnino ſancta Eccleſia, ſanctũ reputãs ipſum natiuitatis eius diem, & omni anno cum exultatione vniuerſæ terræ votiua celebritate ſuſcipiẽs. Ego puto, quòd & copioſior ſanctificationis benedictio in eam deſcenderit, quæ ipſius non ſolùm ſanctificaret ortum, ſed & vitam ab omni deinceps peccato cuſtodiret immunẽ: quod nemini alteri in natis quidem mulierum, creditur eſſe donatum. Decuit nimirùm Reginam Virginum ſingularis priuilegio ſanctitatis, abſq; omni peccato ducere vitam, quę dum peccati mortisq; pareret peremptorẽ, munus vitæ & iuſtitiæ omnibus obtineret.

Natiuitas B. Mariæ meritò celebratur.

Maria abſque peccato.

B. Maria inuocatur.

13 CHRYSOS. tom. 5. in Liturgia, ſiue Miſſa ſua. Precibus Domine eius quæ genuit, Deiparæ & ſemper Virginis Mariæ, ſanctarum omnium poteſtatum ſpiritualiũ, pretioſi Prophetæ Præcurſoris ac Baptiſtæ Ioannis, ſanctorum glorioſiorum Apoſtolorum, & ſancti Nicolai, cuius & memoriam celebramus: miſerere, & ſerua nos. *Et ibidem ſæpius.* Sãctiſsimę, incõtaminatæ, ſuper omnes benedictæ, glorioſæ Dominæ noſtræ Deiparæ & ſemper Virginis Mariæ, cum omnibus ſanctis memoriã agẽtes, nos ipſos inuicem, omnem vitam noſtrã Chriſto Deo noſtro commendemus. *Et iterum.* Precibus ſanctiſsimæ Deiparæ Seruator ſerua nos. *Et poſt pauca.* Dominus dabit verbũ Euangelizantibus virtute multa, per preces Dñę noſtrę Deiparę & ſemper Virginis Mariæ, ſancti & glorioſi Apoſtoli & Euangeliſtæ huius. *Et rurſum.* Vt verè dignum & iuſtum eſt glorificare te Deiparã, & ſemper beatiſsimam, & penitus incontaminatam Matrem Dei noſtri; honorationem Cherubim, & glorioſiorem incomparabiliter Seraphim, quæ citra corruptionem Deum peperiſti. Verè Deiparam te magnificamus, Aue gratia plena Maria, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui: Quoniam Saluatorem animarum noſtrarum peperiſti. *Et iterum.* Interceſsione immaculatę Dominę noſtræ Deiparæ & ſemper Virginis Mariæ, dignum me fac vt ſine condemnatione accipiam immaculatum tuum donum in remiſsionem peccatorum. Er *rurſus.* Dirige noſtrã viam, & confirma nos in timore tuo omnes, cuſtodi vitam noſtrã, ſtabili noſtros greſſus, precibus & ſupplicationibus ſanctę Deiparæ & ſemper Virginis Mariæ, & omnium ſanctorum.

14 BASIL. In Liturgia, ſiue miſſa ſua, *Poſt initium.* Vt ſup. Lect. præced. liter. G. authorit. 2.

15 IACOBVS Apoſtolus frater Domini, in Liturgia ſiue Miſſa ſua. Cõmemorantes ſanctiſsimam, immaculatam, glorioſiſsimam Dominam noſtram Matrem Dei & ſemper Virginẽ Mariam cum omnibus ſanctis & iuſtis, nos ipſos, & inter nos, & omnem vitã noſtram, Chriſto Deo cõmendemus. *Et mox.* Commemorationẽ agamus ſanctiſsimæ, immaculatæ, glorioſiſsimæ, benedictæ Dñæ noſtrę Matris Dei & ſemper Virginis Mariæ, ac omnium ſanctorum & iuſtorum, vt precibus atq; interceſsionibus eorum, omnes miſericordiam cõſequamur. *Et poſt pauca.* Dignum eſt vt te verè beatam dicamus Deiparam, ſemper beatam & omnibus modis irreprehenſam, & Matrẽ Dei noſtri, honorabiliorẽ quàm Cherubim, & glorioſiorem quàm Seraphim, quæ ſine corruptione Deum Verbum peperiſti, te re vera Deiparam magnificamus.

B. Maria inuocatur.

16 NICEPHORVS Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ

Hiſtoriæ,Lib.1.Cap.7.Poſteà quàm perfici atque exhiberi debui tingens illud, natu ramq; omnem longè ſuperans, myſterium, opus fuit prorſus inſtruere & præparare vas,quod eum qui incomprehenſibilis eſt, comprehenderet. Inuenta itaque eſt Beata Virgo Maria,dignum, Deumq; decens Verbi domicilium, etiam antè Natiuitatē Deo conſecrata,atque ex membris ſenilibus,& longè à naturæ feruore alienis, tanquàm quidam diuinitus datus fructus, producta.

Beata Mariæ dignitas.

17 ET Cap.8.Interim ei venter tumeſcere,& Ioſeph de ea, quod minus deceret, ſuſpicari,myſterium ignorans: quin etiam occultam ab ea diſceſsionē meditari, quòd vir iuſtus eſſet,& rem actam eliminare atq; vulgare nollet.Sed confeſtim talia cogitanti cum læto nuncio aſsiſtens Angelus,dubitationem eam ſeni ſoluit. Oportebat enim clariſsimo gratiæ receptaculo,& vaſi,nihil reprehenſionis,indignitatis, & iniuriæ inferri:quod nimirùm vel ipſius Solis radijs ſit ſplendidius & illuſtrius.

Ioſeph dubitanti, Deus ſuccurrit.

18 IDEM Lib.14.Cap.2.Et quia ardēti animo diuinū numē coluit (*Pulcheria ſcilicet,*)non facilè quiſpiam enumerare poſſet, quę illa ſacra templa magnificè excitarit, quæ'ue Dei amantiū virorū domicilia,atq; monachorū cœnobia conſtruxerit ,perpetuas in ea impenſas,& res omnes, eorū qui in eis pietati vacarent, neceſſarias conſtitueus.Ex multis verò pauca quædam quæ vim temporum ſuperarunt, id indicabunt. Opus enim eius eſt ſacrum Dei genitricis templum,quod Blachernæ dicitur,dignum ipſa illa Verbi Matre,quod inhabitaret ut dicatum domicilium: ſicuti Filio eius,quod Sapientiæ vocatur.Cuius diuinum tumulum,& ſepulcrales faſcias inuectas, cum veneratione maxima ibi repoſuit. Templum item,quod Viæ ducum cognomine clarum eſt,in quo diuinam illius Imaginem quam Lucas Apoſtolus in tabula depictam reliquit,ſacrumq; penſum,& Seruatoris ipſius faſcias,perinde atque theſaurum quem ad eum Eudoxia Auguſta, cùm Hieroſolymā profecta eſt,miſit,ſeruandas curauit.

Pulcheria Imperatrix multa conſtruit cœnobia & templa.

Maria templum erigitur.

19 ET Cap.46. Huius quoque opus eſt templum Dei genitrici dicatum, quod Cyri dicitur:In quo fama eſt,& Romanum illum cantorem eximium, propter carmina decantata,honorem & pręmium virtutis à Dei genitrice recepiſſe. Tēplum autē id,huiuſmodi occaſione eſt iſthic erectū. Cupreſſus in eo loco ingens & procera fuit in qua ſuperioribus temporibus neſcio quo modo Imaginem Dei genitricis quidam occultauit. Cùm autem multum præteriſſet temporis,& Imago latêret,ipſa ſeipſam incauit.Cupreſſus enim immenſo coruſcans lumine,perinde atque ſax vna ardere viſa eſt,& ingens etiam miraculorum vis ab obſcura & latenti efficacia manauit.Vbi autē quidam,curioſitate laudata arborem conſcēdit,Imago ea,vnde miraculorum vis profluxit,apparuit.Quapropter Cyrus loco ei honorem habens,pulcherrimum& maximum Dei genitrici conſtruxit delubrum.

Inſigne B. Mariæ templum dicatum.

DE SACRAMENTIS.

CAPVT IIII.

LECTIO PRIMA.

DOCTOR.

QVID vocas Sacramentum?

ADOLESCENS.

Eſt ſacra & viſibilis Ceremonia, [a] qua inuiſibilis gratia exhibetur, reꝗ; ipſa inſtillatur animis ad eam rectè comparatis, vel ſaltem non obluctantibus, ad eos effectus in eis producendos, qui ſignorum exteriori natura adumbrantur ex inſtituto, ac pro miſsione Ieſu Chriſti.

a Cypr. de Cen. Dom. Aug. de doct. Chriſt. lib. 2. c. 3. & lib. 3. c. 9. & de cate. rud. c. 26. & in Ioan. tra ctа. 30. & de vera relig. c. 17. & q. in Leuit. lib. 3. c. 84. & Epiſtola. 19. 23. & 119. Tertul. de reſurrect carn.

DOCTOR.

Eum ergò cenſes ſolum Sacramentorum eſſe Authorem.

ADOLESCENS.

Planè, eſt enim ſolius [b] eius, munus gratiæ, ac iuſtitiæ, pactò ac lege qua voluerit, hominibus communicandæ.

b Pſal. 83 Iſai. 43. Aug. in Ioan. tract. 15. & 120. & de Ciuit. Dei. lib. 15. c. 26. Et epiſt. 118. Ambr. de Sacra. lib. 4. c. 4. Cyril. in Ioã. lib. 12. c. 39.

DOCTOR.

Nulla'ne nobis alia ille ratione, quam hoc Sacramentorum vſu, bona ſua ac diuitias poteſt impartiri?

ADOLESCENS.

Poteſt: neque enim propterea ſuam his ſignis potentiam circũſcribit: ſed hoc ille voluit noſtrę [c] infirmitati dare, vt cùm ea vix carere poſsit ijs quæ cadunt ſub ſenſum, ab eo iſta ſint inſtituta, tùm vt oculis externis obſignetur ea gratia quæ animis inuiſibili

c Chryſoſ. homi. 13. in Matt. Aug. de vera relig. c. 17. & contr. Dona lib. 5. cap. 13. Cypr. de Bapt. Chriſti.

inuiſibili modo diffunditur,tùm etiam vt his tanquàm [d] vinculis,eſſemus inuicem colligati.

d *Eph 4. 1.Corin.10. Actor.1. Aug.epiſt.118.& cont. Fauſt. lib.19.c.11.& in Ioan.tractat. 80.Tertull.vbi ſupr. & lib. de bapt.*

DOCTOR.

Tu ergò negas Sacramenta nudas eſſe rerum figuras, & ſigna, ſed ita [e] aſſeris vera eſſe inſtrumenta gratiæ,corum vi ac vſu collatæ,vt hoc niſi certò credamus, nihil habeamus,quo Sacramenta Chriſtiana à Moſaicis diſtinguantur,cùm tamen longè ſint diuerſa.

e *Act.1. Eph.5. 1.Pet.1: Tit.3. Cyp.de Cœn.Dom. & ſermon. de Paſ.Dom. Aug. lib. 4. de Bapt. c.14.&.24.& de pec.me.& re. lib.1.cap.19.& epiſt.19.& in Ioan.tract.80.& Chryſoſt. ibid. hom.24.&.35. Leo ſer. 14.de paſsio.Amb.de pœn.lib.2.*

ADOLESCENS.

Sanè; Vt enim Lex illa Moſis Chriſtum donis omnibus ornatum non niſi à longè vmbris ac promiſsionibus ſuis commonſtrabat, [f] ſic eiuſdem omnino Legis Sacramenta. Sed quemadmodùm expectatam diu Salutis ac ipſarum promiſsionum veritatem cum Euangelio & gratia Redemptoris iam accepimus,ita nunc hæc ab eo relicta ſunt Sacramenta, tanquàm vaſa quædam, & inſtrumenta conſerendæ gratiæ, ijs qui ritè illa ſuſcipiunt.

f *1.Cor.10. Hebr.8. 9.&.10. Ioan.1. Ambr.in pſal.43.Aug. in pſal.73.& de Ciuit. lib. 18. cap.11.& lib.7.c.32.& cont. Fauſt.lib.19.c.13.& epiſt.19.*

AVTHORIT. SCRIP.

PSALM. 83. Quia miſericordiam & veritatem diligit Deus, gratiam & gloriam dabit Dominus.

ISA. Cap.43.Ego ſum, ego ſum ipſe qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor.

D AD EPHE. Cap.4. Vt ſup. Cap.1. Lect.3.lit.M.

PRIOR. ad Corin. Cap.10. Vt ſup. Cap.1.Lect.14.lit.A.

ACTO. Cap.2.Vt ſup. Cap.1.Lect. 14.lit.A.

E ACT. Cap. 2. Pœnitentiam agite & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſsionem peccatorũ veſtrorum, & accipietis donum Spiritus ſancti.

AD EPHES. Cap.5.Vt ſup. Cap.1. Lect.5.lit.K.

PRI. Petri, Cap.3. Vt ſuprà, Cap.1. Lect.13.lit.B.

AD TITVM, Cap.3. Vt ſup. Cap. 1.Lect.5. lit.L.

F PRI. Ad Corinth.Cap.10.Hæc autem omnia in figura contingebant illis: ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos, fines ſeculorum deuenerunt.

AD HEBR. Cap. 8. Omnis enim Pontifex,ad offerendum munera & hoſtias conſtituitur. Vnde neceſſe eſt, & hunc habere aliquid quod offerat: ſi ergò eſſet ſuper terrã, nec eſſet Sacerdos:cùm eſſent qui offerrent ſecundùm Legem munera, qui exemplari & vmbræ deſeruiunt cœleſtium.

ET Cap.9. Neceſſe eſt ergò exemplaria quidem cœleſtium his mundari: ipſa autem cœleſtia, melioribus hoſtijs quàm iſtis. *Et ſuperius*. Quæ parabola eſt temporis inſtantis:iuxta quam munera & hoſtiæ offeruntur,quæ non poſſunt iuxta conſciẽtiam perfectum facere ſeruientem, ſolummodo in cibis,& in potibus,& varijs baptiſmatibus,& iuſtitijs carnis vſque ad tempus correctionis impoſitis.

ET Cap.10. Vmbrã habens Lex futurorum bonorum, nõ ipſam imaginẽ rerum.

IOAN. Cap. 1. Lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.

AV-

AVTHORIT. PATR.

A s CYPRIA. Serm. de Cœna Domini. Sacramenta quidem quãtùm in ſe eſt, ſine propia eſſe virtute non poſſunt, nec vllo modo diuina ſe abſentat maieſtas myſterijs: ſed quanuis ab indignis ſe ſumi vel contingi Sacramenta permittãt, nõ poſſunt tamen ſpiritus eſſe participes, quorum ſnfidelitas vel indignitas tãtæ ſanctitudini contradicir.

Sacramenta ſine virtute eſſe non poſſunt.

2 A V G V S T. tom. 3. Lib. 2. De Doctrina Chriſtiana, Cap. 1. Quoniam de rebus cùm ſcriberem, præmiſi commonens ne quis in eis attenderet niſi quod ſunt, non etiam ſi quid aliud præter ſe ſignificant: viciſsim de ſignis diſſerens, hoc dico, ne quis in eis attendat quod ſunc, ſed potius quòd ſigna ſunt, id eſt, quod ſignificant.

Attendẽdũ quid ſigna ſignificent.

3 E T Lib. 3. Cap. 9. Qui verò aut operatur, aur veneratur vtile ſignum diuinitus inſtitutum, cuius vim ſignificationemq; intelligit, non hoc veneratur quod videtur, & tranſit, ſed illud potius quò talia cuncta referenda ſunr. *Et mox.* Hoc verò tempore poſteà quàm Reſurrectione Domini noſtri Ieſu Chriſti manifeſtiſsimum indicium noſtræ libertatis illuxit, nec eorum quidem ſignorum quæ iam intelligimus, operatione graui onerari ſumus: ſed quædam pauca pro multis, eademque factu facillima, & intellectu auguſtiſsima, & obſeruatione caſtiſsima, ipſe Dominus, & Apoſtolica rradidir diſciplina: ſicut eſt Baptiſmi Sacramentum, & Celebratio corporis & ſanguinis Domini.

In ſacramẽtis id venerandũ quod ſignificatur.

Sacramenta noua Legis vnde profecta, & quanta virtutis.

4 I D E M tom. 4. Lib. de Catechizãdis rudibus, Cap. 26. De Sacramẽto ſanè quod accepit, cùm ei bene commẽdatum fuerit, ſignacula quidẽ rerũ Diuinarũ eſſe viſibilia, ſed res ipſas inuiſibiles in eis honorari.

Sacramenta ſunt ſigna diuinarũ rerum.

5 I D E M tom. 9. In Ioan. tracta. 30. Si octauus dies illius, qui natus eſt, occurrerit ad diem ſeptimum, quid facietis? vacabitis vt ſeruetis Sabbathum, an circuncidetis, vt impleatur Sacramentum diei octaui? Sed noui (inquir) quid facitis, circunciditis hominem. Quare? Quia circunciſio pertinet ad aliquod ſignaculum ſalutis.

Circunciſio pertinet ad aliquod ſignũ ſalutis.

6 I D E M tom. 1. Lib. de Vera Religione, Cap. 17. Neque ſi eſſent in ſcripturis Sacramẽta, & in Sacramẽtis non eſſent ſignacula veritatis, ſatis cũ cognitione actio conueniret. *Et mox.* Vbi venit gratia Dei, ab ipſa Dei Sapiẽtia homine aſſumpto, à quo in libertatem vocati ſumus, pauca Sacramenta ſaluberrimè conſtituta ſunt, quæ ſocietatem Chriſtiani populi, hoc eſt, ſub vno Deo liberæ multitudinis continerẽt,

In Sacramẽtis eſt ſignũ veritatis. Vinculum fidelium.

7 I D E M rom. 4. lib. 3. Quæſtionum ſuper Leuiticum, quæſt. 84. Quomodò ergò & Moyſes ſanctificat, & Dominus? Nõ enim Moyſes pro Domino, ſed Moyſes viſibilibus Sacramentis per miniſteriũ ſuũ: Dominus autem inuiſibili graria per Spiritum ſanctum, vbi eſt totus fructus etiam viſibilium Sacramentorum. Nam ſine iſta ſanctificatione inuiſibilis gratiæ, viſibilia Sacramenta quid proſunt? *Et mox.* Proinde colligitur inuiſibilem ſanctificationem quibuſdam affuiſſe, atque profuiſſe ſine viſibilibus Sacramentis, quæ pro temporum diuerſitate mutata ſunt, vt alia tunc fuerint, & alia modò ſint. Viſibilem verò ſanctificationem, quæ fieret per viſibilia Sacramenta, ſine iſta inuiſibili poſſe adeſſe, non poſſe prodeſſe. Nec tamen ideò Sacramentum viſibile contemnendum eſt: nam contemptor eius inuiſibiliter ſanctificari non poteſt. Hinc eſt quòd Cornelius, & qui cum eo erant, cùm iam inuiſibiliter infuſo Sancto ſpiritu ſanctificati apparerẽt, baptizati ſunt tamen: nec ſuperflua iudicata eſt viſibilis ſanctificatio, quam inuiſibilis iam præceſſerat.

Sacramentorum effectus eſt, inuiſibilis gratia ſanctificatio.

Contemnere non licet viſibile Sacramentum. Act. 10.

8 I D E M, tom. 2. de Epiſt. 19. ad Hieronym. Cur autem non dicam præcepta illa veterum Sacramẽtorũ, nec bona eſſe, quia nõ eis homines iuſtificãtur: (vmbrę enim ſunt prænunciantes gratiam qua iuſtificamur) nec tamen mala, quia diuinitus præcepta ſunt, temporibus, perſoniſque congruentia?

Sacramenta veteris Legis gratiam prænunciabant.

9 E T Epiſt. 23. ad Bonifacium. Si Sacramenta quandam ſimilitudinem earum rerum quarum Sacramenta ſunt, non haberent, omnino Sacramenta non eſſent.

Signa ſunt earum rerũ quarũ ſunt Sacramẽta.

10 E T Epiſt. 119. Ad Ianuarium, Cap. 1. Sacramentum eſt autẽ in alia celebratione, cùm rei geſtæ ita rememoratio ſit, vt aliquid etiam ſignificari intelligatur, quod ſanctè accipiendum eſt.

Sacramentũ quid ſit.

11 T E R T V L L. lib. De Reſurrectione carnis, Cap. 8. Sed & caro abluitur, vt anima emaculetur. Caro vngitur, vt anima conſecretur. Caro ſignatur, vt anima muniatur. Caro manus impoſitione adumbratur, vt & anima Spiritu illuminetur. Caro corpore & ſanguine Chriſti veſcitur, vt & anima de Deo ſaginetur.

Virtus Sacramẽtorum

B 1 AVGVST. tom.9.in Ioannem,tracta.15.Sub hac rerum imagine Adam qui erat forma futuri, præbuit nobis magnum indicium Sacramenti, imò Deus in illo præbuit. Nam & dormiens meruit accipere vxorē, & de coſta eius,facta eſt ei vxor: quoniam de Chriſto in Cruce dormiēte, futura erat Eccleſia de latere eius, de latere ſcilicet dormientis:quia de latere in Cruce pendentis,lancea percuſſo, Sacramenta Eccleſiæ profluxerunt.

Gen.2. De latere Chriſti profluxerunt Sacramēta.

2 ET Tractatu. 120. Vigilanti verbo Euangeliſta vſus eſt,vt non diceret,Latus eius percuſſit, aut vulnerauit, aut quid aliud, ſed,Aperuit: vt illic quodammodo vitæ oſtium panderetur, vnde Sacramenta Eccleſiæ manauerunt, ſine quibus ad vitam, quæ vera vita eſt,non intratur.

Ioan.19. Sine Sacramētis ſalus nō conſtat.

3 IDEM tom.5.de Ciuit.Dei, Lib.15. Cap.26.Et quòd Arca Noë oſtium in latere accepit,profectò illud eſt vulnus,quando latus Crucifixi lancea perforatum eſt: Hāc quippe ad illum venientes ingrediuntur:quia inde Sacramēta manarūt,quibus credentes initiantur.

Ioan.19. Sacramenta ex Chriſti latere.

4 IDEM tom.2. Epiſtola. 118. ad Ianuariū, Vt ſup.Cap.2.Lect.13. litera.S. authorit.5.

5 AMBROS. tom.4. Lib.4.De Sacramentis,Cap.4. Author Sacramentorū quis eſt niſi Dominus Ieſus? De cœlo iſta Sacramenta venerunt.

Chriſtus author Sacramentorum.

6 CYRILL. Alexan. Lib.12. in Ioannem, Cap.39. Milites Ieſum inclinatione capitis expiraſſe putantes, crura eius non frangunt.Eorum tamen vnus, ſubdubitās fortaſsis an mortuus eſſet,lācea latus eius compungit:qui illico ſanguinem ſimul atque aquam emiſit, Benedictionis myſticæ ac ſancti Baptiſmatis originem quandam atque primitias. Chriſti enim & à Chriſto Baptiſmus,& Benedictionis quoq; myſticæ virtus, à ſancta eius profluit carne.

Ioan.19. Baptiſmus ex Chriſti latere.

C 1 CHRYSOST. tom.2.in Matth. Homil.13. Si enim ſola illa crediturus es,quæ videntur, & de cœlo,& Angelis,& de anima ac mente dubitabis: ſic tibi omnia prorſus veritatis dogmata deperibunt. Et certè ſi manifeſta vis credere, inuiſibilibus magis te oportet fidem,quàm viſibilibus commodare.

Inuiſibilib. magis quā viſibilibus, fides accommodanda.

2 AVGVST. tom.1.Lib. De Vera Religione,Cap.57. Vt ſup.lit.A.auth.6

3 IDEM tom.7.De Baptiſmo contra Donatiſtas,Lib.5.Cap.19. Si autem Deus adeſt Sacramentis, & verbis ſuis,per qualeslibet adminiſtrētur, & Sacramēta Dei vbique recta ſunt: & mali homines, quibus nihil proſunt,vbique peruerſi ſunt.

Sacramētis nō nocet miniſtrorū improbitas.

4 CYPRIAN. Serm. de Baptiſmo Chriſti & manifeſtatione Trinitatis. Veniebat Chriſtus ad Baptiſmum non egens lauacro,in quo peccatum non erat, ſed vt Sacramento perennis daretur authoritas, & tanti virtutem operis nulla perſonarū acceptio commendaret. Quoniam remiſſio peccatorum ſiue per Baptiſmum, ſiue per alia Sacramenta donetur,propriè Spiritus ſancti eſt,& ipſi ſoli huius efficientiæ priuilegium manet. Verborum ſolēnitas, & ſacri inuocatio nominis, & ſigna, inſtitutionibus Apoſtolicis ſacerdotum miniſterijs attributa,viſibile celebrant Sacramentum:rem verò ipſam Spiritus ſanctus format & efficit,& conſecrationibus viſibilibus inuiſibiliter manum totius bonitatis author apponit, & plenitudinem gratiæ vnctionis Diuinę pinguedo, ſanctificationibus officialibus infundit, & rē Sacramētis conſummat & perficit.

Chriſtus cur baptizatus.

In Sacramētis propriè operatur Spiritus ſanctus.

D 1 AVGVST. tom.2.Epiſtola.118. ad Ianuarium. Vide ſup.lit.B.auth.4.

2 IDEM tomo. 6.Contra Fauſtum, Lib.19.Cap.11.In nullum nomen religionis ſeu verum,ſeu falſum coagulari homines poſſunt, niſi aliquo ſignaculorum vel Sacramentorū viſibiliū conſortio colligentur:quorum ſacramentorum vis inenarrabiliter valet plurimùm: & ideò contēpta ſacrilegos facit.Impiè quippe contēnitur, ſine quo non poteſt perfici pietas.

Vis magna Sacramentorum: & eorum contēptores ſacrilegi ſunt.

3 IDEM tomo. 9. in Ioan.tractat.80. Quare non ait Chriſtus,Mundi eſtis propter Baptiſmū quo loti eſtis:ſed ait, Propter verbum quod locutus ſum vobis,niſi quia & in aqua verbum mundat? Detrahe verbum, & quid aqua, niſi aqua? Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentū, etiam ipſum tanquàm viſibile verbum: nā & hoc vtique dixerat quando pedes diſcipulis lauit:Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet,ſed eſt mundus totus. Vnde iſta tanta virtus aquæ, vt eos tangat,& cor abluat,niſi faciente verbo?Non quia dicitur, ſed quia creditur:nā & in ipſo verbo, aliud eſt ſonus tranſiens, aliud virtus manens.

Ex verbo et elemento cōſtat Sacramentum.

Ioan.13.

4 TERTVLLIAN. Lib. de Reſurrectione carnis. Vide ſuprà, lite. A. authorit.11.

Virtus Baptiſmi.

5 IDEM Lib. de Baptiſmo, *in initio.* Felix Sacramentum aquæ noſtræ, quia abluti delictis priſtinæ cæcitatis, in vitam æternam liberamur.

6 ET Cap.2. Nihil adeò eſt quod obduret mētes hominū, quā ſimplicitas Diuinorū operū, quæ in actu videntur: & magnificentia, quæ in effectu repromittitur: vt hîc quoq; quoniā tanta ſimplicitate, ſine pompa, ſine appatatu nouo aliquo, denique ſine ſumptu homo in aqua demiſſus, & inter pauca verba tinctus non multò vel nihilo mundior reſurgit, eò incredibilis exiſtimetur conſecutio æternitatis.

Sacramentorum efficacia.

7 ET Cap.8. Et nobis carnaliter currit vnctio, ſed ſpiritualiter proficit: quomodò & ipſius Baptiſmi carnalis actus, quòd in aqua mergimur, ſpiritualis effectus, quòd delictis liberamur. Dehinc manus imponitur, per Benedictionem aduocans & inuitans Spiritum ſanctum. Sanè humano ingenio licebit Spiritum in aquā arceſſere, & concorporationem eorum accommodatis deſuper manibus alio Spiritu tantæ claritatis animare: Deo autē in ſuo organo nō licebit per manus ſanctas ſublimitatem modulari ſpiritualem?

Sacramentis ineſt vitæ æternæ effectus.

E 1 CYPRIA. Sermo. de Cœna Domini. Panis iſte communis in carnem & ſanguinem mutatus, procurat vitam & incrementum corporibus, ideòq; ex conſueto rerum effectu, fidei noſtræ adiuta infirmitas, ſenſibili argumento edocta eſt, viſibilibus Sacramentis ineſſe vitæ æternæ effectum, & non tam corporali, quàm ſpirituali tranſitione, Chriſto nos vniri.

Sanguinis Chriſti vis & efficacia.

2 IDEM Sermo. de Paſsione Domini. Iam videt Hebræus & quicunq; de ſeruitute Ægyptiorum ad repromiſſæ patriæ libertatem anhelant, quód ſanguis Chriſti efficacius quàm ſanguis Agni illius quē in Ægypto Iſraël immolauit, contrarias abigat poteſtates: cuius hodie tanta eſt authoritas & poteſtas, vt non ſolùm Iſraëlitica limina muniat, ſed etiam ab ijs qui Iſraëliticè non viuunt, ſolum Sacramenti ſignum repellat dæmonia: & vbicunq; conſpecta fuerit, terribilis ſit eis ſacri nominis virtus, & ſanguinis nota. Denique quicunque ſint Sacramētorum miniſtri, qualeſcunq; ſint manus, quæ vel mergunt accedentes ad Baptiſmum vel vngunt, qualecunq; pectus de quo ſacra exeunt verba, operationis authoritas in figura Crucis omnibus Sacramentis largitur effectū, & cuncta peragit nomē quod omnibus nominibus eminet, à Sacramentorum vicarijs inuocatum.

Sacramenta per quoſcunque miniſtrentur, effectum ſuum ſortiuntur.

3 AVGVSTIN. tom. 7. lib. 4. de Baptiſmo contra Donatiſtas, Cap. 14 Neque nos dicimus, quòd vbicunq; & quomodocunq; baptizati gratiam Baptiſmi conſequūtur, (ſi gratia Baptiſmi in ipſa ſalute intelligitur, quæ per celebrationem Sacramenti confertur,) ſed hanc ſalutem multi nec intus conſequntur, quanuis Sacramentum, quod per ſe ſanctum eſt, eos habere manifeſtum ſit.

Sacramenta gratiam conferunt, ſed non omnes eam percipiunt.

4 ET Cap. 24. Quāquàm quod vniuerſa tenet Eccleſia, nec Concilijs inſtitutū, ſed ſemper retentum eſt, non niſi authoritate Apoſtolica traditum rectiſsimè creditur: tamen veraciter conijcere poſſumus, quòd valeat in paruulis Baptiſmi Sacramētum, ex circunciſione carnis quam prior populus accepit, quā priusquàm acciperet iuſtificatus eſt Abraham. Sicut Cornelius etiam dono Spiritus ſancti priusquàm baptizaretur, ditatus eſt.

Traditiones ſunt ex Apoſtolica authoritate.

Gen. 15. Act. 10.

5 IDEM tom. 7. De Peccatorum meritis & remiſsione, Lib. 1. Cap. 19. Totum hoc in ſpe fit vi Sacramēti & Diuinę gratiæ, quam Dominus donauit Eccleſiæ.

Chriſtus gratiā Sacramētorum donauit Eccleſię.

6 IDEM tom. 2. Epiſt. 19. Vide ſuprà, litera. A. auth. 8.

7 IDEM tom. 9. in Ioan. tract. 80. Vide ſup. lit. D. auth. 3.

8 CHRYSOST. tom. 3. in Ioann. Homil. 24. Quemadmodum terra inanimata, immobilis, Diuina voluntate ad tanta miracula producenda vires accepit: ita Spiritu & ſenſibili aqua, omnia hæc admirabilia & humanam excedētia cogitationē, facilè exoriuntur.

Baptiſmi virtus.

9 ET Homil. 35. *Loquens de probatica piſcina.* Quis hic (inquit) curationis modus? Quid per hoc nobis myſterium ſignificatur? Non temerè, nec ab re hæc, ſed futura nobis tanquàm imagine, & figura quadam deſcribuntur, ne res nimium incredibilis, & inexpectata, accedente fidei virtute, multitudinis animos offenderet. Quænam igitur hæc deſcriptio? Futurum erat Baptiſma plenū maximę poteſtatis & gratiæ, purgaturū peccata, pro mortuo viuum effecturum.

Vis Baptiſmi in probatica piſcina demōſtrata.

10 LEO Magnus, Serm. 14. de Paſsione Domini. Omnia enim quæ ſecundùm Legem, ſiue in circunciſione carnis, ſiue in diuerſitatibus hoſtiarum, ſiue in Sabbathi obſeruātia prçceſſerūt, Chriſtū teſtificata,

Omnia legalia Chriſti gratiam annunciabāt.

Chriſti

Chriſti ſuot gratiam prælocuta. Et ipſe eſt finis Legis, non euacuādo ſignificationes ipſius, ſed implendo. Qui licet idem ſit author veterum, qui nouorum, figuratarū tamen promiſsionum Sacramenta mutauit, quia promiſſa perſecit: & denuntiationibus ceſſationem impoſuit, quoniā denuntiatus aduênit. In præceptis autem moralibus nulla prioris teſtamēti decreta reprobata, ſed Euangelico miniſterio multa ſunt aucta, vt perſectiora & lucidiora eſſent dātia ſalutem, quàm promittentia Saluatorē. Omnia igitur quę Dei Filius ad reconciliationē mūdi & fecit & docuit, ooo in hiſtoria tātùm pręteritarū actionū nouim[a], ſed etiā in pręſentiū operū virtute ſentimus.

Moralia præcepta nō deleta, ſed aucta.

11 AMBR. tom.1. lib.2. De Pœnitētia, Cap.2. Aquila cū fuerit mortua, ex ſuis reliquijs reoaſcitur, ſicut per Baptiſmatis Sacramētum cùm fuerimus peccato mortui, renaſcimur Deo ac reformamur.

Per Baptiſmum Deo renaſcimur.

F 1 AMBR. tom.4. in Pſal. 43. *longè poſt initium.* Ad Chriſtum ergo omnia iure referenda ſunt: ipſi Moyſes, ipſi Aaron, ipſi etiā Patres ſacrabāt vniuerſa quæ geſſerāt.

Vniuerſa Lex vetus Chriſto ſeruiebat.

2 AVGVST. tom.8. in Pſal. 73. Si diſcernimus duo Teſtameota, vetu & nouum, non ſunt eadem Sacramenta, nec eadem promiſſa, eadem tamen pleraq; præcepta. Videamus quare præcepta eadem: quia ſecundùm hæc Deo ſeruire debemus. Sacramenta non eadem: quia alia ſunt Sacramenta dantia ſalutem, alia promittētia Saluatorem. Sacramenta noui teſtamenti dant ſalutē, Sacramenta veteris teſtamēti promiſerunt Saluatorem. Mutata ſunt Sacramenta: facta ſuut faciliora, pauciora, ſalubriora, feliciora.

Sacramenta noua Legis dāt ſalutē, & præſtantiora ſunt Sacramentis veteris teſtamenti.

3 IDEM tom.5. De Ciuit. Dei, Lib. 18. Cap. 11. Educto populo, in mōte Sina diuinitus acceptam Moyſes tradidit Legem, quod vetus dicitur Teſtamētum, quia promiſsiones terrenas habet: & per Ieſum Chriſtum futurū fuerat Teſtamētū nouū, quo regnum cœlorum promitteretur.

Vetus Teſtamentū fuit figura noui Teſtamenti.

4 ET Lib.7. Cap.32. Omnes. n. non ſolùm Prophetiæ, quæ in verbis ſunt: nec tantùm præcepta vitę, quę mores pietatemq; conformant, atque illis literis continentur ſacra, ſacerdotia, tabernaculū, ſiue tēplū, altaria, ſacrificia, ceremoniæ, dies feſti, & quidquid aliud ad eam ſeruitutē pertinet, quæ Deo debet, & Græcè propriè Latria dicitur, ea ſignificata & prænūciata ſuot, quæ propter æternam vitā fideliū in Chriſto, & impleta credimus, & impleri cernimus, & implenda confidimus.

Omnia veteris Legis, in Chriſto impleta ſunt, vel implenda.

5 IDEM tom.6. Lib.19. cōtra Fauſtū, Cap.13. Prima Sacramenta, quæ obſeruabantur & celebrabantur ex Lege, prænunciatiua erant Chriſti venturi: quæ cùm ſuo aduentu Chriſtus impleuiſſet, ablata ſunt: & ideò ablata, quia impleta: non. o. venit ſoluere Legē ſed adimplere: & alia ſunt inſtituta virtute maiora, vtilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora.

Sacramenta veteris Legis erāt prænunciatiua Chriſti. Matth. 5.

6 IDEM tom.2. Epiſt.19. ad Hieron. *longè poſt initium.* Dico ergo circūciſionem præputij, & cætera huiuſmodi, priori populo per Teſtamētum, quod vetus dicitur, diuinitus data, ad ſignificationem futurorū, quæ per Chriſtum oportebat impleri; quibus adueoientibus, remanſiſſe illa Chriſtianis legenda tantùm ad intelligentiam præmiſſæ prophetiæ, nō autem neceſſariò facienda, quaſi adhuc expectandū eſſet, vt veniret fidei reuelatio, quæ his ſignificabatur eſſe ventura.

Sacramenta olim data ſunt in ſignificationem futurorum.

LECTIO II.

DOCTOR.

QVibus iam rebus opus eſt ad aliquod Sacramētum conſtituendum?

ADOLESCENS.

In primis vt eius author ſit Chriſtus[a] ipſe, veluti iā dictū eſt. Deinde neceſſe eſt adeſſe elemētū aliquod, vel ſignū[b] ſenſibile, cui Dei verbū à legitimo eius rei Miniſtro ritè prolatum, accedat, vt fiat Sacramentum. Tertiò

a *Tertul. de Reſur. car. Aug. lib. 3. qq. in Leuit. c. 84. & tracta. 80. in Ioan.*

b *Matt. 28. Mar. 16. 1. Cor. 1. Aug. lib. 3. cont. lit. Petil. c. 54. Ambr. de iis qui myſt. in. c. 1. & lib. 1. de Spirit. ſancto.*

demũ in eo [c] effectũ ſpectam⁹,& gratiã ex Diuina voce, ac promiſsione pendentẽ, prout de ſingulis ſuo loco copioſius diſſeretur.

c *Ioan.3.16.& 10. Act.1. Tertul.de Reſurrect. car. & de Bap. Cypr.de Cœn.Dom.& de Paſsio. Dom Theoph.in c.4. Luc. Aug. tract.110.in Ioã.& epiſt.118.*

DOCTOR.

Age,quot ſunt Sacramenta Eccleſiæ Catholicæ?

ADOLESCENS.

Septẽ.Nimirùm, [d] Baptiſmus, [e] Cõfirmatio, [f] Pœnitentia, [g] Euchariſtia, [h] Extrema vnctio, [i] Matrimonium, [k] Ordo.

d *Ioan.3. Act.2.*
e *Matth.19. Act.8.*
f *Matth.16. & 18. Ioan.10.*
g *Ioan.6.*
h *Marc.6. Iacob.5.*
i *Matth.19. Epheſ.5.*
k *1.Tim.4. Matth.18. Iacob.5.*

DOCTOR.

Eſt'ne eadem omnibus vis ac gratia, quę animis eorũ ex æquo diffundatur, qui diſtinctè ijs communicant?

ADOLESCENS.

Minimè verò. Nã & ſi vnum & eundẽ Dñm Sacramẽtorũ Authorẽ habeamus,& omnis gratiæ [l] fontẽ vberrimum, Spiritum eundem ſanctum fateamur, eorũ tamẽ effectus varios diſtinguimus, tùm propter varios fines [m] ad quos ſunt inſtituta, tùm propter diuerſam ac non vnam eorum, qui ad hæc accedunt, animi conſtitutionem, quiq; eam gratiæ partem accipiunt, [n] ad quam eorum mentes magis vel minus ſunt idoneæ.

l *Rom.3.& 8. 1.Cor.12.Ephe.4. 1.Petr.4. Iacob.1.*

m *Aug.epiſt.118.& de ver.relig. c.17.Tertul de Reſur.car.*

n *Aug.lib.3.qq.in Leuit.c.84. et cont.lit Petil.lib.3.c.40.& cõt. Don.lib.1.c.12.& li.5.c.14. Cyp de Cœn.Dom.Orig.hom.2.in Nume.Iuſtin.apolo.2.*

AVTHORIT. SCRIT.

B MATT. Cap.28.Euntes ergo docete omnes gentes: Baptizantes eos, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

MAR. Cap.16. Qui crediderit & Baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.

PRI. ad Cor.Cap.1. Nũquid Paulus crucifixus eſt pro vobis? Aut in nomine Pauli Baptizati eſtis? Gratias ago Deo q́ neminẽ veſtrũ Baptizaui, niſi Criſpum & Caium: ne quis dicat, quòd in nomine meo Baptizati eſtis. Baptizaui autẽ & Stephanę domũ. Cæterũ neſcio ſi quem aliũ Baptizauerim. Non enim miſit me Chriſtus Baptizare, ſed euangelizare.

C IOAN. Cap.3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non poteſt introire in regnum Dei.

ET Cap.16. Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed nõ poteſtis portare modò. Cũ autẽ venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnẽ veritatem. Nõ enim loquetur à ſemetipſo, ſed quęcũq; audiet, loquetur: & quæ ventura ſunt, annunciabit vobis.

ET Cap.20. Accipite Spiritũ ſanctũ, Quorũ remiſeritis peccata, remittũtur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.

ACT. Cap.2. Pœnitẽtiã agite, & Baptizetur vnuſquiſq; veſtrũ in nomine Ieſu Chriſti, in remiſsionẽ peccatorũ veſtrorũ, & accipietis donum Spiritus ſancti.

D IOAN. Cap.3. Vide ſup.lit.C. ET. Venit Ieſus & diſcipuli eius in Iudæã terrã: & illic demorabatur, & Baptizabat.

ACT. Cap.2. Vide ſup.lit.C.

E MATT. Cap.19. Tunc oblati ſunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret. Diſcipuli autẽ increpabant eos. Ieſus verò ait eis, Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: taliũ eſt.n. regnũ cœlorũ. Et cũ impoſuiſſet eis manus, abijt inde.

ACT. Cap.8. Tũc imponebãt manus ſuper illos, & accipiebãt Spiritum ſanctũ.

E MATT. Cap.16. Tibi dabo Claues regni cœlorũ. Et quodcũq; ligaueris ſuper terrã, erit ligatũ & in cœlis: & quodcũq;

ſol-

ſolueris ſuper terrã, erit ſolutũ & in cœlis.
E T Cap.18.Amen dico vobis Quęcunq; alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcũq; ſolueritis ſuper terrã, erunt ſoluta & in cœlo.

I O A N. Cap.20. Vide ſup. lit.C.

G I O A N. Cap.6. Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi, ſi quis mãducauerit ex hoc pane, viuet in æternũ: & panis quẽ ego dabo, caro mea eſt pro mũdi vita. E T. Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus: qui manducat meam carnẽ, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo.

H M A R C. Cap.6. Vngebant oleo multos ęgros, & ſanabant.

I A C O B. Cap.5. Vt ſup. Cap. 2. Lectio.15.lit.F.

I M A T T. Cap.19. Nõ legiſtis, quia qui fecit ab initio, maſculũ & fœminam fecit eos? Et dixit, Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhęrebit vxori ſuę: & erunt duo in carne vna. Itaque iam nõ ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo Deus cõiunxit, homo non ſeparet.

A D E P H E. Cap.5. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam: & adhærebit vxori ſuæ: & erũt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum eſt. Ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia.

K P R I O. Ad Timoth. Cap.4. Noli negligere gratiam quæ in te eſt: quæ data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manuum presbyterij.

M A T T. Cap.18. Vt ſup. lit.F.

I A C O B. Cap.1. Vide ſup. lit.H.

L A D Rom. Cap.3. Iuſtificati gratis per gratiã ipſius, per redẽptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quẽ propoſuit Deus propitiationẽ, per fidẽ in ſanguine ipſius, ad oſtẽſionẽ iuſtitiæ ſuæ, propter remiſſionẽ præcedentiũ delictorũ, in ſuſtẽtationem Dei, ad oſtẽſionẽ iuſtitię eius in hoc tẽpore: vt ſit ipſe iuſtus & iuſtificans eũ qui eſt ex fide Ieſu Chriſti.

E T Cap.8. Ipſe enim Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quòd ſumus filij Dei: ſi autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti.

P R I O. Ad Cor. Cap. 12. Nemo poteſt dicere, Dñs Ieſus: niſi in Spiritu ſancto. Diuiſiones vero gratiarũ ſunt, idẽ autẽ Spiritus. Et diuiſiones miniſtrationũ ſunt, idem autem Dñs. Et diuiſiones operationũ ſunt, idẽ verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiq; autem datur manifeſtatio Spiritus ad vtilitatem.

A D E P H E. Cap.4. Vnus Dñs, vna fides, vnũ Baptiſma. Vnus Deus & Pater omniũ, qui eſt ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Vnicuiq; autẽ noſtrũ data eſt gratia, ſecundùm mẽſuram donationis Chriſti.

P R I O. Petri, Cap. 4. Vnuſquiſq; ſicut accepit gratiã, in alterutrũ illam adminiſtrantes.

I A C O B. Cap. 1. Siquis autẽ veſtrũ indiget Sapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: & dabitur ei. E T. Omne datum optimũ, & omne donũ perfectũ, deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminũ, apud quẽ nõ eſt trãſmutatio: nec viciſsitudinis obumbratio.

AVTHORIT. PATR.

A 1 T E R T V L L. Lib.de Reſurrect. carnis, Cap.14. Interim talis eſt noſter, meritò iudex, quia Dñs: merito Dñs, *Chriſtus author Sacramentorũ & gratiæ.* quia author: meritò author, quia Deus.

2 A V G. tom.4. Lib.3. Quæſtionũ ſuper Leuiticum, q.84. Vide ſup. Lect. præced. lit.A. auth.7.

3 I D E M. tom.9. in Ioan. tract.80. Vide ſup. Lect. præced. lit.D. auth.3.

B 1 A V G. tom.7. contra liter. Petiliani, Lib.3. Cap.54. Quomodò verũ eſt, Neque qui plãtat eſt aliquid, neq; qui rigat, ſed *1.Cor.3.* ſed qui incrementũ dat Deus, niſi quia ad *Deus mundat & iuſtificat in Sacramentis.* aliud aliquid eſt, ad aliud non eſt aliquid? Ad miniſtrandũ & diſpenſandũ verbũ, ac Sacramentũ, aliquid eſt: ad mũdandũ autẽ & iuſtificandũ, nõ eſt aliquid, quia hoc nõ operatur in interiore homine, niſi per quẽ creatus eſt totus homo, & qui Deus manẽs factus eſt homo, ille ſcilicet de quo dictum eſt, Fide mundàs corda eorũ: &, Credẽti in *Act.16.* eum qui iuſtificat impium. *Rom.4.*

2 A M B R O. tom.4. Lib. De ijs qui myſterijs initiãtur, Cap.1. Aperite aures, & bonũ odorẽ vitæ æternæ inhalatũ vobis munere Sacramẽtorũ carpite, quod vobis ſignificauimus, cũ operationis celebrãtes myſteriũ, diceremus: Effetà, quod eſt, adaperire: & vẽturus vnuſquiſq; ad gratiã, quid interrogaretur cognoſceret, quid reſpõderet, meminiſſe deberet. *Sacramẽta vitam æternam conferunt.* Hoc myſteriũ celebrauit Chriſtus in Euãgelio, ſicut legimus, *Mat. 7.* cùm mutum curaret & ſurdum.

3 I D E M tom.2. de Spiritu ſancto, Lib. 2. *In prologo.* De Spiritu dictũ eſt: Spiritus *Gen.1.* ſuperferebatur ſuper aquas. Et bene in *Sacramẽti virtus a Spiritu ſancto.*

exordio creaturæ Baptiſmi figura ſignatur, per quod habuit creatura mundari.

Spiritus ſanctus author eſt ſpiritalis generationis.

4 E T Cap.9. Claret igitur ſpiritalis generationis authorē eſſe Spiritum ſanctū, qua ſecundùm Deū creamur, vt filij Dei ſimus. Nec poteſt manere beneficiū, cùm author excluditur. Nec author ſine munere, nec ſine authore munus. Si vendicas gratiā, crede potentiā. Si refutas potētiā, gratiā ne requiras. Qui Chriſtum negauit, ſtatim amiſit & nomen. Nam ſi author vilis, quomodò dona pretioſa?

C 1 T E R T V L. Lib. de Reſurrectione carnis. Vide ſup. Lec. prçce. lit. A. auth. 11.

2 I D E M Lib. de Baptiſmo. Vide ſup. Lect. præced. lit. D. auth. 5.

3 C Y P R I. Ser. De Cœna Dñi. Vt ſup. Lect. præce. lit. A. auth. 1. & lit. E. auth. 1.

4 I D E M Serm. De Paſsione Domini. Vt ſup. Lect. præced. lit. E. auth. 2.

Cur Chriſtus baptizatus.

5 T H E O P H Y L A C T. in Cap. 4. Lucæ. Baptizatus eſt Dominus, vt ſanctificaret aquas, propter nos, qui gratiam conſecuturi eramus.

6 A V G V S. tom.9. in Ioan. tract. 120. Vide ſup. Lect. præced. lit. B. auth. 2.

7 I D E M tom.2. Epiſt. 118. Vide ſuprà Lect. præced. lit. B. auth. 4.

M 1 A V G V S T. tom.2. Epiſt. 118. Vide ſup. Lect. præced. lit. B. auth. 4.

2 I D E M tom.1. Lib. de Vera Religione, Cap. 17. Vide ſup. Lect. præced. lit. A. authorit. 6.

3 T E R T V L. Lib. de Reſurrect. carnis. Vide ſup. Lect. præced. lit. A. auth. 11.

N 1 A V G V S T. tom.4. Quæſtionum ſuper Leuiticum, Lib.3. quæſt. 84. Vide ſuprà, Lect. præced. lit. A. auth. 7.

Sacramenta non proſunt ſine charitate vnitatis Chriſti.

2 I D E M tom.7. contra literas Petiliani, Lib.3. Cap.40. Omnia Sacramēta Chriſti non ad ſalutem, ſed ad iudicium habentur ſine charitate vnitatis Chriſti.

3 I D E M de Baptiſmo contra Donatiſtas, Lib. 1. Cap. 12. Fateantur Baptiſmo Chriſti baptizari poſſe hominem, & tamē cor eius in malitia vel ſacrilegio perſeuerās, peccatorū abolitionē non ſinere fieri: atq; ita intelligant in cōmunionibus ab Eccleſia ſeparatis poſſe homines Baptizari, vbi Chriſti Baptiſmus eâdē Sacramēti celebratione datur & ſumitur, qui tamē tunc proſit ad remiſsionē peccatorū, cùm quis recōciliatus vnitati, ſacrilegio diſſenſionis exuitur quo eius peccata tenebantur, & dimitti non ſinebantur.

Baptiſmus quando ſuſcipienti prodeſt, quando non prodeſt.

4 E T Lib. 5. Cap. 24. Induūt homines Chriſtum aliquando vſque ad Sacramenti perceptionem, aliquando & vſq; ad vitæ ſanctificationem: atque illud primū & bonis & malis poteſt eſſe commune, hoc autem alterum proprium eſt bonorum & piorum.

5 C Y P R I A. Sermo. de Cœna Dñi. Vide ſup. Lect. præced. lit. A. authorit. 1. & lit. E. auth. 1.

Diuerſitas operationū.

6 O R I G E. tom.1. Homil.2. in Numeros. Quòd ſi etiam in his nominibus quæ exempli cauſa poſuimus, poteſt fieri vt cū vnū ſint per Spiritum Dei, ſit tamē aliqua diuerſitas in ipſarum proprietate virtutū, quantò magis reliqui omnes homines propria quædam ſigna in motibus animorū, & animæ virtutibus gerunt?

Rom. 9.

Non omnes qui Baptizātur, continuò mundantur.

7 E T Hom.3. Nō omnes qui ex Iſraēl, ij ſunt Iſraelitæ: neq; omnes qui loti ſunt aqua, continuò etiam ſancto Spiritu loti ſunt. Sicut è contrario non omnes qui in catechumenis numerantur, alieni ſunt, & expertes Spiritus ſancti. Inuenio enim in ſcripturis Diuinis nonnullos catechumenorum dignos habitos Spiritu ſancto, & alios accepto Baptiſmo indignos fuiſſe ſancti Spiritus gratia. Cornelius catechumenus erat, & antequàm ad aquam veniret, meruit accipere Spiritum ſanctum. Simō Baptiſmum acceperat, ſed quoniam cum hypocriſi acceſsit ad gratiā, repudiatur à dono Spiritus ſancti. Nolo dubites & nūc eſſe in populo catechumenorum aliquos Cornelios, ad quos dici poſſet, Quia miſericordiæ & orationes tuæ aſcēderunt in cœlum. Et rurſum in populo fidelium eſſe aliquos Simones, quibus confidenter dicendum ſit: O plene omni dolo & fallacia, fili diaboli, inimice omnis iuſtitiæ.

Act. 10.

Act. 13.

Quomodò renaſcamur.

8 I V S T I N V S Martyr, Apolog.2. Ab Apoſtolis didicimus, quòd primum ortū noſtrū ignorātes, neceſsitate generati ſumus ex humido ſemine parētū noſtrorū inter ſe copulatione, & in mala conſuetudine, conuerſationeque educati fuimus: vt non neceſsitatis ignorationisque filij maneamus, ſed voluntatis & ſcientiæ, remiſſionemque eorum quæ peccauimus, conſequamur: in aqua, in eo qui renaſci voluerit, & quem peccatorum pœnituerit, parentis omnium Dominique Dei nomen appellatur. *Et rurſus.* Nos autem poſteaquàm ita abluimur expiauimusq; eū qui credidit & aſſenſus eſt, eum ad eos qui

Ritus Baptiſmi.

fratres

fratres dicuntur, ducimus eum in locum quo conuenerunt comprecandi cauſa contentis animis & pro ſe, & pro eo qui illuſtratus eſt, omnibusque alijs qui vbique ſunt, vt & veritatis diſcipuli, & re ipſa bonæ ſanctęque vitæ cultores, & præceptorum cuſtodes, poſsimus inueniri, vt æternam ſalutem adipiſcamur. *Et mox*. Atque cibus hic apud nos Euchariſtia nominatur, quia nemini alij participare licet, niſi ei qui & vera eſſe credit quæ nos dicimus, & expiatus eſt lauacro quod in remiſsionem peccatorum regenerationemq; datur, & ita viuit, vt Chriſtus tradidit.

Euchariſtia quibus danda.

LECTIO III.

DOCTOR.

IAM vt de primo dicamus; Quid eſt Baptiſmus?

ADOLESCENS.

Sacramentum, quo ſicut ex certa Ieſu Chriſti [a] inſtitutione, corpus aqua exterius abluitur, ita Spiritus ſancti gratia, anima interius emundatur.

[a] *Matt. 28. Marc. 16. Ioann. 3. Act. 2. Ephe. 5. Tit. 3. Iuſt. apol. 2. Iren. lib. 3. c. 19. Tertul. lib. de Bap. Orig. in epiſt. ad Roma. lib. 5. cap. 5. & 6. Chryſoſt. hom. 35. & 3. Auguſt. contr. lite. Petil. lib. 2. cap. 2 & lib. 3. cap. 49.*

DOCTOR.

Sed quò ſpectat hæc aquæ, quam tu adhibes, ablutio?

ADOLESCENS.

Vt vim Baptiſmi ac eius naturam agnoſcamus: vt enim [b] aqua ſordes corporis abluuntur, ſic gratia mentis vitia repurgantur. Sicut autem dum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Baptizamur, in aquam immergimur, ita tùm etiam in Chriſto ſpiritualiter ſepelimur, vt peccatis mortui, gratiæ reſurgamus. [c]

[b] *Ezech. 36. Iſai. 12. Act. 10. Galat. 3. Tertul. de Bapt. Orig. in Ioan. hom. 8. Aug. cont. lite. Petil. lib. 2. c. 2. Didym. lib. 2. de Spiri. ſanct. Ambroſ. lib. 1. de Spir. ſanct. cap. 6. Chryſoſt. homi. 24. & 34. in Ioan.*

[c] *Rom. 6. Coloſ. 1. Baſil. de Spiri. ſancto. c. 15. Grego. Nazian. de Bap. Chryſoſt. hom. 9. ad Hebra. Cypr. lib. 4. epiſt. 7. Iren. lib. 3. c. 28. Aug. in Num. 33. & tracta. 28. in Ioan. & de nup. & concu. lib. 1 c. 20. & cont. Pelag. lib. 3. c. 3. Chryſ. hom. 39. in Gen. Cyril in c. 3. Ioan. Damaſc. lib. 2. cap. 9. & lib. 4. c. 10.*

DOCTOR.

Eſt ergo Baptiſmus quædam mors in peccatum, & quædam etiam ad gratiam reſurrectio: Atque per hanc ſpiritualis vitæ nouitatem, & ſecundam quandam natiuitatem, ius quoddam nobis præclarius in Patris noſtri Regnum cœleſte comparatur.

ADOLESCENS.

Sic ſentio.

DOCTOR.

Ita'ne omni ex parte in Baptiſmo iuſtificamur, vt nullum nobis peccatum amplius relinquatur?

ADOLESCENS.

Sanè: [d] fatemur tamen concupiſcentiam, & quandã cum carne dimicationem, ita nobis ſemper hærere, vt ad virtutes [e] magis exerceat, quàm vt aliquam in nobis habeat peccati rationem, veluti dictum eſt.

DOCTOR.

Cur igitur hoc Baptiſmo toties non abluimur, quoties aliqua peccati labe inquinamur?

ADOLESCENS.

Quòd hîc ſit quædã regeneratio ſpiritualis. Cùm autem nõ amplius quàm ſemel [f] ſecundùm carnem naſci poſsimus, hoc modo non niſi ſemel renaſcimur ſecundũ Spiritum. Deinde cùm publicæ illius [g] originis peccato, non niſi ſemel naſcẽdo inquinemur, nõ niſi ſemel quoq; Baptiſmo ad eam labem eluendam magis vtimur inſtituto, quàm Hebræi ſua olim Circunciſione.

DOCTOR.

Rectè ſentis: Adde quòd cùm in mortẽ Chriſti Baptizemur, æquum eſt vt id ſemel tantùm fiat, ſicuti nõ amplius quàm ſemel Chriſtus [h] olim mortuus eſt.

ADOLESCENS.

Planè omnino.

d *Matth. 18. Marc. 16. Ioan. 3. Ephes. 5. Act. 2. 1. Petr 3. Tertul. de reſurr. car. & de Bap. Iuſt. cont. Tryph. & apol. 2. & de expo. fidei. & 4. 56. Cle. Alex. li. 1. pædag c. 6. Clem. Pap. epiſt. 4. Orig. in cant. hom. 1. Cyp de Bap. Chriſti. Aug. de nup. & concu. lib. 1. c. 33. & contr. duas epiſt. Pelag. lib. 1. c. 13. lib. 3. c. 3. & contr. Iulia. lib. 6. c. 5. Baſil. exhor. ad bap. Concil Mileuit.*

e *Rom 6. & 7. Iacob. 1. Aug. de de nup. & concu lib. 2. c. 34. & lib. 1. c. 29. & 30. Chryſoſt. in Act. hom. 1. & ad Heb. hom. 9.*

f *Ioan. 3. Tit. 3. Aug. de Eccleſ. dog. cap. 52. Ambroſ. de Spirit. ſanct. lib. 1. cap. 6.*

g *Eph. 4. Heb. 6. Aug. in Ioan. 3. & cont. Petil. lib. 2. c. 71. & cõt. Dona. lib. 2. c. 9. & cont. Parme. lib. 2. c. 13. & epiſtol. 48. & de Verb. Do. ſer. 11. & epiſt. 100. Conc. Nic. c. 19. Conc. Cartha. 1. Tertul. de Bap. Chryſoſt. in c. 4. ad Epheſ. homil. 13. Leo ad Nicetam.*

h *Rom. 6. Gala. 3. Amb. de Sacra. lib. 2. cap. 7. Cypr. de ablu. pe. Chryſoſt. hom. 9. ad Hebr.*

AVHORIT. SCRIP.

A

MATTH. Cap. 28. Vt ſup. Lect. 2. litera. B.

MARC. Cap, 16. Vt ſuprà, Lect. 2. litera. B.

IOANN. Cap. 3. Vt ſuprà, lect. 2. litera. C.

ACTO. Cap. 2. Vt ſuprà, Lect. 2. litera. C.

AD EPHES. Cap. 5. Vide ſuprà, Lect. 1. litera. E.

AD TITVM, Cap. 3. Vide ſup. Lect. 1. litera. E.

B EZECH. Cap. 36. Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris, & ab vniuerſis idôlis veſtris mundabo vos.

ISA. Cap. 12. Hauriẽtis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris,

ACTO. Cap. 10. Nunquid aquam quis prohibere poteſt, vt non Baptizẽtur hi qui Spiritum ſanctum acceperunt, ſicut & nos? Et iuſsit eos Baptizari in nomine Domini Ieſu Chriſti.

AD GALAT. Cap. 3. Quicunque in Chriſto Baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.

C AD ROM. Cap. 6. Vt ſuprà, Cap. 2. Lect. 13. litera. B.

AD Coloſ. Cap. 1. Et vos cũ eſſetis aliquãdo alienati & inimici ſenſu, in operib⁹ malis: nũc autẽ recõciliauit in corpore carnis eius per mortẽ, exhibere vos Sãctos & immaculatos, & irreprehẽſibiles cotã ipſo

MATTH. Cap. 28.
MARC. Cap. 16.
IOAN. Cap. 3.
AD EPHE Cap. 5.
ACT. Cap. 2.
} Vt ſup. lit. A.

PRI.

PRI. Petri, Cap.3. Vide ſup. Lect.1. lirera.E.

E AD ROM. Cap.6.&.7. Vt ſuprà, Cap.2.Lect.13.lit.B.&.A.

IACOB. Cap.1. Vt ſup.Cap.2. Lectio.13.lit.A.

F IOAN. Cap.3. Quomodò poteſt homo naſci cùm ſit ſenex? Nunquid poteſt in ventrẽ matris ſuæ iterũ introire, & renaſci?

AD TIT. Cap.3. Vt ſup.lit.A.

G AD EPHES. Cap.4. Vide ſup.Lectio.2. lit.L.

AD HEB. Cap.6. Impoſsibile.n.eſt eos qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt etiã donũ cœleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti, guſtauerũt nihilominus bonum Dei verbũ, virtuteſq; ſeculi vẽturi, & prolapſi ſunt: rurſus renouari ad pœnitentiam, rurſum crucifigentes ſibi metipſis Filium Dei, & oſtentui habentes.

H AD ROM Cap.6. Si autem mortui ſumus cum Chriſto, credimus quia ſimul etiam viuemus cum Chriſto: ſcientes quòd Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltrà nõ dominabitur, Quòd enim mortuus eſt, peccato mortuus eſt ſemel: quòd autem viuit, viuit Deo. Ita & vos exiſtimate, vos quidem mortuos eſſe peccato: viuentes autem Deo in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

AD GALAT. Cap.3. Vt ſuprà, litera.B.

AVTHORIT. PATR.

A 1 IVSTINVS Martyr apologia 2. Vide ſup. Lect.2.lit.N. autho. 8. in initio.

2 IRENÆVS Aduerſùs hæreſes Lib.3.Cap.19. Sicut de arido tritico maſſa vna fieri non poteſt ſine humore, neque vnus panis: ita nec nos multi vnum fieri in Chriſto Ieſu poteramus, ſine aqua quæ de cœlo eſt. Et ſicut arida terra, ſi non percipiat humorem, non fructificat: ſic & nos, lignum aridum exiſtentes primùm, nunquam fructificaremus vitam, ſine ſuperna voluntaria pluuia. Corpora enim noſtra per lauacrum illud, quod eſt ad incorruptionem, vnitatem acceperunt: animæ autem per Spiritum. Vnde & vtraque neceſſaria, cùm vtraq; proficiunt in vitam Dei, miſerante Domino noſtro Ieſu Chriſto. *Baptiſmi virtus & effectus.*

3 TERTVLLIAN. Lib. De Baptiſmo. Vide ſuprà, Lectio. 12 lit. D. authorit.5.

4 ORIGE. tom.2.in Epiſt.ad Rom. Cap.5. Lib.5. Vis ſcire, quia non ſolùm natiuitatis, ſed & doctrinæ eſt, in quo mors regnauit ab Adam? diſce hoc ex contrarijs: etenim Dominns Ieſus Chriſtus cùm veniſſet quæ perperam geſta fuerãt emendare, pro eo quod in mortem generaret illa quæ ex Adam veniebat prima natiuitas, introduxit ſecundam natiuitatem, quã regenerationem appellauit, per quam ſine dubio vitiũ primæ natiuitatis abolêret: & ſicut generationi ſubſtituit regenerationẽ, ita & doctrinæ ſubſtituit aliam doctrinã. Mittẽs enim ad hoc opus diſcipulos ſuos, non dixit tãtùm: Ite baptizate omnes gentes: ſed ait, Ite docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Sciens ergò vtrunq; eſſe in culpa, vtrunque remedium dedit, vt generatio mortalis, regeneratione Baptiſmi mutaretur, & impietatem doctrina pietatis excluderet. *Per Baptiſmũ regeneramur.* *Matth. 28.*

5 ET in Cap.6. De hoc etiam paruulorum peccato Dauid dixiſſe credendus eſt illud, quod ſupra memorauimus, Quia in peccato concepit me mater mea. Secundùm hiſtoriã enim, nullum matris eius declaratur peccatum. Pro hoc & Eccleſia ab Apoſtolis traditionem accepit, etiam paruulis Baptiſmum dare. Sciebant enim illi quibus myſteriorum ſecreta cõmiſſa ſunt Diuinorũ, quia eſſent in omnibus genuinæ ſordes peccati, quæ per aquam & Spiritũ ablui deberent. *Pſal. 50.* *Traditio Apoſtolica Paruuli per Baptiſmum liberantur à peccato originali.*

6 CHRYSOST. tom.2.incert.autho.in Matthæ. 20. Homil.35. Non eſt Calix, & Baptiſmum, vnum. Calix enim paſſio eſt: Baptiſmum autem, ipſa mors. Dictũ eſt enim Baptiſmum ſecũdùm ſimilitudinem lanę intinctę. Sicut enim lana intingitur naturalem habens colorẽ, vt coloretur purpurea, aut alicuius coloris accipiat dignitatem: ſic & nos in mortẽ deſcendimus corporales, & reſurgimus ſpirituales, ſicut ait Apoſtolus: Seminamur in infirmitate, ſurgimus in virtute: ſeminamur in ignobilitate, reſurgimus in gloria: ſeminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale. *Baptizamur carnales, reſurgimus ſpirituales.* *1. Cor. 15.*

7 ET Homilia.3. Aqua proficit, quia peccata quidem quæ iam proceſſerunt in opus, abluit: & hoc ſi pœnituit. Animam autem non ſanctificat, nec concupiſcentias cordis, aut cogitationes malas pręcidit, *Baptiſmus quid auferat, & quid relinquat.*

nec repellit eas,ſed nec carnales concupiſcentias reprimit.

8 AVGVST. tom. 7. contra literas Petiliani, Lib.2. Cap.2. Nec aqua noſtra inquinamur, nec veſtra mundamur: ſed aqua Baptiſmi, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, cùm datur alicui, non noſtra, nec veſtra eſt, ſed illius de quo Ioanni dictum eſt: Super quem videris Spiritum ſicut columbam deſcendentem & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto.

Baptiſmus non cuiuſquã eſt, ſed Dei.
Ioan. 1.

9 ET Lib. 3. Cap. 49. Cùm dicimus: Christus Baptizat: non viſibili miniſterio dicimus, ſicut putat vel putari cupit nos dicere Petilianus: ſed occulta gratia, occultá potentia in Spiritu ſancto: ſicut dictũ eſt de illo à Ioanne Baptiſta, Hic eſt qui Baptizat in Spiritu ſancto. Nec, ſicut Petilianus dixit, Baptizare ceſſauit, ſed adhuc id agit, non miniſterio corporis, ſed inuiſibili opere maieſtatis. Quod enim dicimus, Ipſe Baptizat, nõ dicimus, ipſe tenet, & in aqua corpus credentis tingit: ſed, ipſe inuiſibiliter mundat, & hoc vniuerſam prorſus Eccleſiam. Neque enim Apoſtolo Paulo non eſt credendum, qui de illo dixit: Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, vt eã ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Ecce quia Chriſtus ſanctificat, ecce quia Chriſtus ipſo lauacro aquæ in verbo vbi miniſter videtur corporaliter operari, ipſe abluit, ipſe mundat.

Chriſtus eſt qui Baptizat: Quomodo intelligatur.
Ioan. 1.
Epheſ. 5.

B 1 TERTVLL. Lib. de Baptiſmo, Cap.4. Omnes aquæ de priſtina originis prærogatiua Sacramẽtum ſanctificationis conſequuntur, inuocato Deo. Superuenit enim ſtatim Spiritus de cœlis, & aquis ſupereſt ſanctificans eas de ſemetipſo, & ita ſanctificatæ vim ſanctificandi combibunt. Quanquàm ad ſimplicem actum competat ſimilitudo, vt quoniam vice ſordium delictis inquinamur, aquis abluamur. Sed delicta ſicut non in carne comparent, quia nemo ſuper cutem portat maculam idolatriæ, aut ſtupri, aut fraudis: ita eiuſmodi in ſpiritu ſordent qui eſt author delicti. Spiritus enim dominatur, caro famulatur: tamen vtrunq; inter ſe cõmunicant reatũ, ſpiritus ob imperium, caro ob miniſteriũ. Igitur medicatis quodãmodò aquis per Angeli interuẽtũ, & Spiritus in aquis corporaliter diluit, & caro in eiſdẽ ſpiritualiter mundatur. *Et vide ſup. lect. 1. lit. D. auth. 5.*

Spiritus ſanctus aquas ſanctificat, & ideò vim habent ſanctificandi.

2 ORIGEN. tom.2. in Ioan. tom.8. Sciendum eſt inſuper, quemadmodũ prodigioſæ virtutes in curationibus à Seruatore factis, notæ exiſtentes eorum qui ſemper ἐν λόγῳ, id eſt, Filio Dei liberantur tum ab omni ægritudine, tum à mollitie, profuerunt (etiam corporaliter factæ:) inuitantes ad fidem eos qui beneficio afficiebantur: ita lauacrum aquæ, Symbolum, & nota exiſtens purificationis animæ ablutæ ab omni ſorde malitiæ, nihilominus (etiam ex ſe) eſſe principium, ac fontem munerũ diuinorum propter potentiam Inuocationum adorandæ Triadis, ei qui ſe exhibuerit Deitati.

Sicut aqua lauat corpus, ita baptiſmus animam.

3 AVGVST. tom.7. Contra literas Petiliani, lib.2. Cap.2. Vide ſuprà, liter. A. authorit. 8.

4 DIDYMVS Alexandrinus, De Spiritu ſancto, Lib.2. poſt initium. (*Habetur in Biblior. SS. PP. tom.6.* Quis non ex ipſa cogetur veritate ſuſcipere indifferentiã ſanctæ Trinitatis, dum vna ſit fides in Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, & lauacrũ detur atq; firmetur in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti? Non arbitror quenquam tam vęcordem atque inſanum futurum, vt perfectum Baptiſma putet id quod datur in nomine Patris & Filij, ſine aſſumptione Spirit⁹ ſancti: aut rurſus in nomine Patris & Spiritus ſancti, Filij vocabulo prętermiſſo: aut certè in nomine Filij & Spiritus ſancti, non præpoſito vocabulo Patris. Licet enim quis poſſet exiſtere ſaxei (vt ita dicam) cordis, & penitus mentis alienę, qui ita Baptizare conetur, vt vnũ de præceptis nominibus prætermittat, videlicet contrarius legislator Chriſti, tamẽ ſine perfectione Baptizabit: imò penitus à peccatis liberare non poterit, quos à ſe Baptizatos exiſtimauerit.

Forma mutilata eſſe non debet.
Singularũ perſonarum ſanctæ Trinitatis nomina exprimenda ſunt in Baptiſmo.

A

5 AMBROS. tom.2. De Spiritu ſancto, lib.1. Cap.6. Sunt pleriq;, qui eò quòd in aqua Baptizamur, & Spiritu, non putẽt aquæ, & Spiritus diſtare munera, & ideò nõ putent diſtare naturam. Nec aduertũt quia in illo aquarum ſepelimur elemento, vt renouati per Spiritum reſurgamus. In aqua enim imago mortis, in Spiritu pignus eſt vitæ, vt per aquã moriatur corpus peccati, quæ quaſi quodam tumulo corpus includit, vt per virtutẽ Spiritus renouemur à morte peccati.

Baptizamur vt per Spiritum renouati reſurgamus.

6 CHRYSOST. tomo.3. in Ioann. Cap.3. Hom.24. In aqua enim tanquàm in

ſepulcro

ſepulcro caput immergentibus vetus homo ſepelitur, emergentibus nouus reſurgit inde. Vt facilè nobis eſt immergi, & emerſos reſpirare, ita Deo veterem ſepelire hominem, & nouum induere.

7 ET Hom. 34. Futurum erat Baptiſma plenum maximæ poteſtatis & gratiæ, purgaturum peccata, pro mortuo viuum effecturum. Quemadmodum hæc in figura, & piſcinæ huic & alijs pluribus adſcribuntur: Et primùm quidem datur aqua, quæ corporũ maculas, & nõ veras ſed apparentes pollutiones, hoc eſt, à morbo alios, alios à lepra, & alijs huiuſmodi morbis liberaret. Et hac gratia multa in veteri Teſtamẽto per aquã mundata ſunt. Verùtamen ad propoſitum nobis ſermonem in præſentia redeamus. Primùm igitur pollutiones corporum, inde varia morborum genera per aquam ſanantur: ſiquidẽ cùm vellet Deus appropinquantis Baptiſmatis fidẽ nos erudire: non ſolùm peccata, ſed morbos per aquam expulit.

Ioan. 5. Varij effectꝰ Baptiſmi.

C 1 BASIL. Lib. de Spiritu ſancto, Cap. 15. Quomodò aſſequimur deſcenſum ad inferos? Christi ſepulturam imitantes per Baptiſmum. Eorum enim qui baptizantur corpora, quodammodò aquis inſepeliuntur. Proinde depoſitionem operum carnis figuratè ſignificat Baptiſmus, iuxta Apoſtolum dicentem, Circuncisi eſtis circuncisione non facta manu, per expoliationem corporis carnis in circunciſione Christi, ſepulti cum illo in Baptiſmo, qui quodammodò repurgat animam à carnalis affectus immunditia ipſi adnata, iuxta id quod ſcriptum eſt, Lauabis me & ſuper nix uem dealbabor. Eoq; non Iudæorum more in quibuslibet inquinamẽtis abluimur, ſed vnum nouimus ſalutiferum Baptiſma: quandoquidem vna eſt pro mundo mors, & vna ex mortuis Reſurrectio, quarum figura eſt Baptiſma. Quapropter qui nobis vitam diſpenſat Dominus, Baptiſmatis pactum nobis ſtatuit, mortis ac vitæ typum habens: mortis quidem imaginem implente aqua, Spiritu verò vitæ arram præbente.

Qui Baptizantur, ſepeliuntur.

Coloſ. 2.

Pſalm. 50.

Vnicũ Baptiſma.

2 GREGOR. Nazianzenus, Oratio ne in ſanctum Baptiſma: *circa initium*. Baptiſmus ſplendor eſt animarum, vitæ in melius mutatio, conſcientiæ ad Deum interrogatio. Baptiſmus infirmitatis noſtræ adiumentum. Baptiſmus carnis eſt abiectio, ſpiritus aſſectatio, Verbi participatio, figmenti inſtauratio, peccati diluuium, lucis communicatio, tenebrarum depulſio. Baptiſmus vehiculum ad Deum, peregrinatio cum Christo, fidei adminiculũ, mentis perfectio, cœleſtis regni clauis, vitæ cõmutatio, ſeruitutis abrogatio, vinculorum ſolutio, compoſitionis & coagmentationis noſtræ in meliorem ſtatũ conuerſio. Quid plura commemorare attinet? Baptiſmus omnium Dei beneficiorum præclariſsimũ eſt & præſtantiſsimum. Vt enim quædã, Sancta ſanctorũ vocantur, & Cantica canticorum, quòd ſcilicet latius pateant, ac plura complectantur, præcipuamq; dignitatem habeant: eodem modo Baptiſmus quoque Illuminatio dicitur, quòd omnes alias illuminationes ſanctitate præcedat. Porrò quemadmodum Christus huius muneris author multis ac diuerſis nominibus appellatur, ita ipſum quoque munus varia nomina ſortitur: ſiue id nobis ob mirã quãdam rei lætitiam accidat, (fit enim ferè vt qui erga rem aliquam ardenti amore feruntur, nomina quoque ipſa libenter commemorent:) ſiue quod multa huius beneficij vtilitas, multas quoque appellationes nobis pepererit. Donum vocamus, Gratiã, Baptiſmum, Vnctionem, Illuminationem, immortalitatis Indumentum, regenerationis Lauacrum, Sigillum, ac demum excellentiſsimo quoq; nomine appellamus. Donum dicitur, quia ijs qui nihil prius contulerunt, datur. Gratia, quia etiam pœnæ obnoxijs. Baptiſmus, quia peccatum aqua obrutum ſepelitur. Vnctio, quia ſacroſanctus & regius: huiuſmodi enim ea erant, quæ vngebantur. Illuminatio, quia ſplendor & claritas. Indumẽtum, quia ignominiæ noſtræ velamen eſt. Lauacrũ, quia abluit. Sigillũ, quia conſeruatio eſt ac dominij ſignificatio. Huic gratulantur cœli: hunc Angeli propter ſplendoris cognationem celebrãt. Hic futuræ beatitudinis imaginem gerit. Hunc prædicare quidem & laudibus ornare geſtimus, verùm pro rei dignitate non poſſumus. *Et paulò poſt.* Baptiſmi gratia & facultas hæc eſt, non orbem terrarum, vt olim, aquis obruens, ſed vniuſcuiuſq; hominis peccatum purgans, eaſq; obſtructiones vel maculas, quæ vitio contrahuntur, prorſus abſtergens. Quoniam porrò duabus partibus, hoc eſt, animo & corpore conſtamus, quarum altera in aſpectum cadit, altera oculorum ſenſum fugit: duabus quoque rebus conſtat Baptiſmus, aqua ſcilicet,

Vis Baptiſmi admirabilis.

Baptiſmi varia nomina.

Baptiſmi gratia et facultas.

ſcilicet, ac Spiritu, illa viſibiliter ac corporaliter accepta, hoc verò incorporeo, & inuiſibili modo concurrēte: illa figurali, hoc verò & penitiſsimos animi ſinus purgāte. Qui primæ natiuitati opem & adiumentū ferens, ex veteribus nouos, ex humanis diuinos efficit, abſque igne nos rurſus conflans, & abſque confractione rurſus effingens. Nam, vt compendio dicā, nihil aliud eſſe vim & facultatem Baptiſmi exiſtimare debemus, quàm ſecūdæ vitæ puriorisq; & præſtantioris inſtituti pactum cū Deo initum. *Et poſt pauca.* Proinde cū Chriſto per Baptiſmum ſepeliamur, vt & cum eo reſurgamus: cum eo deſcendamus, vt ſimul etiam extollamur: cum eo aſcendamus, vt ſimul quoque gloria afficiamur.

Rom. 6.

3 CHRYSOST. tom. 4. in Cap. 6. ad Hebr. Hom. 9. *Circa medium.* Sicut mortuus eſt Chriſtus in Cruce, ſic & nos in Baptiſmate, non carni, ſed peccato. Intuēre nunc mortem, & mortem. Ille mortuus eſt in carne noſtra, vetus homo ſepultus eſt, & reſurrexit nouus, conformis factus ſimilitudini mortis eius. Si ergo neceſſe eſt Baptizari iterum, neceſſe eſt rurſum eundē ipſum mori. Baptiſma enim nihil aliud eſt, quàm interitus eius qui Baptizatur, & reſurrectio illius.

Baptiſmus quid ſit.

4 CYPRIAN. Lib. 4. Epiſt. 7. ad Magnum. Non ſic in Sacramento ſalutari delictorum contagia, vt in lauacro carnali & ſeculari ſordes cutis & corporis abluuntur: vt & ſapone, & nitris, & cæteris quoq; adiumentis, & dolio, & piſcina opus ſit, quibus ablui & mundari corpuſculum poſsit. Aliter pectus credētis abluitur, aliter mēs hominis per fidei merita mundatur. *Et rurſus.* Quòd ſi aliquis in illo mouetur, quòd quidam de ijs qui ægri Baptizantur, ſpiritibus adhuc immundis tentantur: ſciat diaboli nequitiam pertinacem vſque ad aquā ſalutarem valere: In Baptiſmo verò, omnes nequitiæ ſuæ vires amittere. Quod exemplum cernimus in Rege Pharaōne, qui diu reluctatus, & in ſua perfidia commoratus, tandiu reſiſtere potuit & preualere, donec ad aquam veniret, quò cùm veniſſet, & victus eſt, & extinctus. Mare autem illud, Sacramentum Baptiſmi fuiſſe, declarat Beatus Apoſtolus Paulus, dicens: Nolo vos ignorare fratres, quia Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari. Et addidit dicens; Hęc autem omnia figuræ noſtræ fuerunt. *Et mox.* Nam ſicut ſcorpij, & ſerpentes, qui in ſicco præualent, in aquam præcipitati præualere non poſſunt, aut ſua venena retinere: ſic & ſpiritus nequam, qui ſcorpij & ſerpentes appellantur, & tamen per nos data à Domino poteſtate calcantur, permanere vltra non poſſunt in hominis corpore, in quo Baptizato & ſanctificato incipit Spiritus ſanctus habitare.

Aliter corpus abluitur, aliter anima.

In Baptiſmo omnes vires amittit diabolus.

1. Cor. 10.

Luc. 10.

5 IRENÆVS Aduerſus Hæreſes. Lib. 3. Cap. 18. Quoniam autem, vnum eum, & qui natus eſt, & qui paſſus eſt, Chriſtum Ieſum nouit Apoſtolus, dicit: An ignoratis, quia quotquot Baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte eius Baptizati ſumus? Vt quemadmodum reſurrexit Chriſtus à mortuis, ſic & nos in nouitate vitæ ambulemus. *Et vide ſuprà, litera. A. authoritate. 2*

Rom. 6.

6 AVGVST. tom. 4. Quæſtionum ſuper Numer. Lib. 4. Quæſt. 33. Veruntamen nec viſibile Sacramentum contemni potuit, vt ablutus etiam extrinſecus lauaret quodammodo veſtimenta ſua. Et erit, inquit, filijs Iſrael, & proſelytis qui apponuntur, legitimum æternum. Quid aliud oſtenditur niſi Baptiſmum Chriſti, quem ſignificat aqua aſperſionis, & Iudæis & gentibus profuturum, id eſt, filijs Iſrael & proſelytis, tanquàm naturalibus ramis, & inſerto pinguedini, radicis oleaſtro? *Et poſt pauca.* Proinde qui Sacramento Baptiſmi rectè abluitur, quod illa aſperſionis aqua figurabatur, mundatur ſpiritualiter, id eſt, inuiſibiliter in carne, & in anima, vt ſit mundus & corpore & ſpiritu.

Num. 19.

Baptiſmus mundat.

7 IDEM tom. 9. in Cap. 7. Ioan. tract. 28. Educti ſumus de Ægypto, vbi diabolo tanquàm Pharaoni ſeruiebamus, vbi lutea opera in terrenis deſyderijs agebamus, & in eis multùm laborabamus: etenim nobis Chriſtus quaſi lateres facientibus, clamauit: Venite ad me oēs qui laboratis. Hinc educti per Baptiſmum tanquàm mare rubrum, ideò rubrum quia Chriſti ſanguine conſecratum, mortuis omnibus inimicis noſtris qui nos inſectabātur, id eſt, deletis omnibus peccatis noſtris, in deſertum traiecti ſumus.

Baptiſmi effectus.

Matt. 11.

8 IDEM tom. 7. De nuptijs & concupiſcentia Lib. 1. Cap. 20. Non enim fides dubitat Chriſtiana, quam noui hæretici oppugnare cœperunt, & eos qui lauacro regenerationis abluuntur, redimi de

Per Baptiſmū eruuntur à poteſtate dæmonis.

poteſtate

poteſtate diaboli, & eos qui nõdum tali re generatione redempti ſunt, etiam paruulos filios redemptorum, ſub eiuſdem diaboli eſſe poteſtate captiuos, niſi & ipſi eâdem Chriſti gratia redimantur. Ad omnes nãque pertinere non dubitamus ætates illud, de quo Apoſtolus loquitur, bene ficium Dei: Qui eruit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnũ Filij claritatis ſuæ. Ab hac igitur poteſtate tenebrarum, quarum eſt diabolus princeps, id eſt, à poteſtate diaboli & angelorum eius, quiſquis erui, cũ Baptizantur, negauerit paruulos, ipſorum Eccleſiæ Sacramentorũ veritate conuincitur, quæ nulla hæretica nouitas in Eccleſia Chriſti auferre vel mutare permittitur, regente atque adiuuante capite totum corpus ſuum, puſillos cũ magnis. In veritate itaque, non in falſitate, poteſtas diabolica exorcizatur in paruulis, eique renunciant, quia per ſua nõ poſſunt, per corda & ora geſtantium, vt eruti à poteſtate tenebrarum, in regnum ſui Domini transferantur.

Coloſ. 1.

Paruuli ab renunciant per ora geſtantium.

Baptiſma non verè nouos homines facere, hæreſis eſt Pelagianorum.

9 IDEM tom. 7. Contra duas Epiſtolas Pelagianorum, Lib. 3. Cap. 3. Baptiſma quoque, inquiunt Pelagiani, non verè homines nouos facere, id eſt, non plenam da re remiſſionem peccatorum, ſed ex parte filios Dei fieri, ex parte autem filios ſeculi, id eſt, diaboli, remanere contendunt. Mentiuntur, inſidiantur, tergiuerſantur. *Et paulò poſt.* Baptiſmus abluit quidem peccata omnia, prorſus omnia, factorum, dictorum, cogitatorum, ſiue originalia, ſiue addita, ſiue quæ ignoranter, ſiue quæ ſcienter admiſſa ſunt: ſed non aufert infirmitatem, cui regeneratus reſiſtit, quando bonum agõnem luctatur.

Baptiſmus abluit omnia peccata.

10 CHRYSOST. tom. 1. In Gene. Hom. 39. *in fine.* Credamus B. Paulo, & non manu factam circũciſionem ſuſcipiamus. Dicit enim, In quo circuncidamini circunciſione non manufacta, in deſpoliatione peccatorũ carnis, in circunciſione Chriſti. Deinde docẽs nos diligẽtius, quid ſit circũ ciſio, ſubdit; Cõſepulti ei in Baptiſmo. Sicut enim illos circunciſionis ſignũ ab alijs ſegregauit, & demonſtrabat quod peculiariter ad Deum pertinerent: ſimili modo etiam apud nos, circunciſio per Baptiſmũ, euidentiorem facit ſeparationẽ & diſcretionem fidelium & infideliũ. Dicit enim, In quo circuncidamini circunciſione non manu facta, in deſpoliatione peccatorum

Colo. 2.

Baptiſmi & circunciſionis collatio.

carnis. Nam id quod illic operatur circũci ſio in depoſitionem carnis, hoc hîc agit Baptiſmus in depoſitionem peccatorum.

11 CYRILL. Alexãdrinus, in Cap. 3. Ioan. Lib. 2. Cap. 42. Quoniam non intellexit Nicodemus quid renaſci deſuper ſignificet, apertius totum myſterium, & breuiter ſibi exponit. Regenerationem enim quæ per Spiritũ ſanctum fit, naſci deſuper Dominus appellauit: vt etiam ex hoc diſceremus, id circo Dei nos fieri participes, quoniam Spiritum, qui ſubſtantialiter ex Deo procedit, per Baptiſmũ acquirimus, quo in priſtinam pulchritudinem reformati, & ad nouam vitam renati, à Deo in filios adoptamur. Hoc autem quod dixit, De ſuper, cùm non potuerit aſſequi Nicodemus, iterum ab vtero renaſci ſuſpicatus eſt, ac ideò impoſſibilem rem putans, reluctatur. Quapropter reiectis velaminibus, vt imbecilliori Saluator loquitur: Niſi enim quis, inquit, ex aqua & Spiritu natus fuerit, non poteſt in Dei regnum introire. Nã cùm non ſimplex, ſed compoſitus ex corpore ſenſibili, & intellectuali anima, homo ſit, duplici quodam ad generationem indiget modo, qui duplicitate ſua ad vtrunque poſſit accommodari: Spiritu enim ſanctõ, ſpiritus hominis, aqua verò corpus ſanctificatur. Quemadmodum enim viribus ignis intenſius aqua calefacta, non aliter quàm ignis vrit: ſic Spiritus ſancti operatione, ad diuinam aquæ reformantur virtute, qua baptizati corpus abſtergunt.

Ioan. 3.

Baptiſmi effectus et neceſſitas.

Ioan. 3.

12 IOAN. Damaſcenus Lib. 2. Orthodoxæ fidei, Cap. 9. In principio igitur præcepit Deus aquæ, vt educeret animam viuentem, quia debebat per aquam & Spiritum ſanctum (qui à principio ferebatur ſuper aquas) renouare hominem. Hoc profectò diuinus aſſeruit Baſilius.

Baptiſmi figura. Gene. 1.

13 ET Lib. 4 Cap. 10. Confitemur vnũ Baptiſma in remiſſionem peccatorum, & vitam ęternam. Baptiſma ſiquidem, Domini mortẽ inſinuat: conſepulti enim ſumus Domino per Baptiſma, vt inquit diuinus Apoſtolus. *Et poſt pauca.* Peccatorum remiſsio omnibus æquè per Baptiſmum donata eſt, gratia vero Spiritus ſancti ſecundùm proportionem fidei & puritatis. Nũc igitur per Baptiſma primitias Spiritus ſancti accipimus, & initiũ alterius vitæ fit in nobis, id eſt, primitiæ regenerationis, & ſignaculum, & tutela, & illuminatio, & ſanctificatio.

Rom. 6. Varij effectus Baptiſmi.

1 TER-

D 1 TERTVLL. Lib. de Reſurrect. carnis, Cap. 8. Vide ſuprà, Lect. 1. litera. A. authorit. 11.

2 ET Cap. 47. Ita per totam hanc ſenſuum ſeriem ab iniuſtitia, & delinquentia membra noſtra diuellens, & iuſtitiæ, & ſanctimoniæ adiungens, & transferens eadē à ſtipendio mortis ad donatiuum vitæ æternæ, carni vtique compenſationem ſaluis repromittit, cui nullam omnino competiſſet imperari propriā ſanctimoniæ & iuſtitiæ diſciplinam, ſi non ipſius eſſet & præmium diſciplinæ, ſed nec ipſum Baptiſma committi, ſi per regenerationem nō etiam *Baptiſmi effectus.* reſtitutioni inaugurraretur, hoc quoq; Apo *Rom. 6.* ſtulo ingerente, An ignoratis quòd quicunque in Chriſtū Ieſum tincti ſumus, in mortem eius tincti ſumus? Conſepulti ergo illi ſumus per Baptiſma in mortem, vti quemadmodum ſurrexit Chriſtus à mortuis, ita & nos in nouitate vitæ incedamus. Ac ne de iſta tantùm vita putes dictum, quæ ex fide per Baptiſma in nouitate incedēda eſt, *Ibidem.* prouidentiſsimè adſtruit: Si enim conſati ſumus ſimulacro mortis Chriſti, ſimul & reſurrectionis erimus. Per ſimulacrū enim morimur in Baptiſmate, ſed per veritatem reſurgimus in carne, ſicut & Chriſtus: vt *Rom. 5.* ſicut regnauit in morte delictū, ita & gratia regnet per iuſtitiam in vitam ſempiternam, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

Gene. 8. 3 IDEM Lib. de Baptiſmo, Cap. 8. Quemadmodū poſt aquas Diluuij, quibus iniquitas antiqua purgata eſt, poſt Baptiſmum (vt ita dixerim) mundi, pacem cœleſtis iræ præco columba terris adnunciauit dimiſſa ex Arca, & cum olea reuerſa: quod *Baptiſmi figura.* ſignum etiam apud nationes paci prætenditur: eâdem diſpoſitione ſpiritalis effectus terræ, id eſt, carni noſtræ emergenti de lauacro, poſt vetera delicta, columba Sancti ſpiritus aduolat, pacem Dei adferens, miſſa de cœlis, vbi Eccleſia eſt arca figurata.

4 ET Cap. 9. Quot igitur patrocinia naturæ, quot priuilegia gratiæ, quot ſolēnia diſciplinæ, figuræ, pręſtructiones, precationes, religionem aquæ ordinauerunt? Primò quidem cum populus de Ægypto liberè expeditus vim Regis Ægypti per *Exo. 14.* aquam tranſgreſſus euadit, ipſum Regem cum totis copijs aqua extinxit. Quę figura manifeſtior in Baptiſmi Sacramento? Liberātur de ſeculo nationes per aquā ſcilicet, & diabolum dominatorem priſtinum, in aqua oppreſſum derelinquunt. *Et vide ſuprà, Lect. 1. lit. D. authorit. 5. & Lectio. 2. lit. B. authorit. 1.*

5 IVSTIN. Martyr in Dialogo cū Tryphone. Lauacri igitur pœnitentiæ, diuinęq; cognitionis, quod pro populi Dei ſceleribus extitit, quemadmodum Iſaias clamat, vi & nomine nos credidimus: & ad *Baptiſmus vnus eſt & vitalis.* monemus illum ipſum Baptiſmum quem prædicauit, quiq; vnus eos quos malè actæ vitæ pœnituerit expiare poteſt, aquā eſſe vitalem.

6 IDEM in Apologia. 2. pro Chriſtianis. Quo autem modo nos per Chriſtum noui effecti Deo conſectauerimus, narrabimus, ne hoc prætermiſſo, aliqua in parte expoſitionis improbè facere videamur. Qui ſibi perſuadent, & credunt vera eſſe hæc quæ à nobis dicētur, & dicuntur: ſeq; ita viuere poſſe promittunt: ij primùm & *Baptiſmi ritus & effectus.* precari & petere à Deo præteritorum ſuperiorumq; peccatorum remiſsionem ieiunantes docentur, nobis vnà cum eis & precātibus, & ieiunantibus. Deinde ducūtur à nobis vbi eſt aqua, eoq; (vt ita dicā) regenerationis, renouationisq; genere quo etiam nos ipſi renouati ſumus, renaſcūtur. Patris n. omniū. Dñiq; Dei & Conſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti, ac Spiritus ſancti nomine, aqua abluuntur & expiantur. Chri- *Ioan. 3.* ſtus enim ait, Niſi renati fueritis, in regnū cœlorū minime vobis aditus patebit. Perſpicuum eſt autem omnibus, fieri non poſſe vt ij qui ſemel nati ſunt, in matrum vterū ingrediantur. Ab Iſaia etiā Propheta, iam (vt ſcripſimus) dictū eſt, qua ratione peccata, declinaturi ſunt ij quos peccatorum pœniteret. Scriptū eſt autem, his verbis: La- *Iſai. 1.* uamini, mundi eſtote, auferte mala ex cordibus veſtris. *Et vide ſup. lect. 2. litera. N. authorit. 8. in prin.*

7 IDEM, In expoſitione fidei. Dominus noſter Ieſus Chriſtus cùm ab inferis mortuiſque excitatus, in cœlum rediturus *Baptiſmum Chriſt. præcepit.* eſſet, tum & Gentium docendarum rationem, & Baptiſmi diſciplinam Apoſtolis tradidit, his verbis, Euntes ergò docete omnes Gentes, Baptizantes eos in nomine Pa- *Matt. 28.* tris, & Filij, & Spiritus ſancti.

8 IDEM, in Quæſtionibus à Gentibus propoſitis, quæſt. 56. Si pueri qui moriuntur, laudem aut reprehenſionem ex factis non habent, quæ differentia eſt in reſurrectione eorum qui baptizati ſunt ab alijs,

Puerorũ qui cum Baptiſmo, & ſine Baptiſmo moriuntur, diſcrimen.

aliis, & nihil egerunt: & eorum qui baptizati non ſunt, nec quicquàm egerunt eodem modo? *Reſponſio*. Eorum qui Baptizati ſunt, & eorum qui non ſunt, hæc diſsimilitudo eſt: quòd ij qui Baptizati ſunt, bona ea quæ Baptiſinus affert, conſequuntur: qui autẽ minus Baptizati ſunt, non conſequuntur. Digni autem habẽtur ijs bonis quæ Baptiſmus affert, eorum fide qui illos Baptiſmo offerunt.

9 CLEMENS Alexandrinus, Lib. 1. pædagog. Cap. 6. Si Chriſtus erat perſectus, cur qui erat perſectus tingebatur? Oportebat, inquiunt, implere humanã profeſsionem. Pulcherrimè. Ita enim dico. Simulac ergò a Ioanne tingitur, fit perfectus, ſcilicet. Nihil ergo ab eo didicit. Nequaquam. Solo autem lauacro perficitur, & Spiritus aduẽtu ſanctificatur. Ita habet. Hoc ipſum nobis quoque èuenit, quorum fuit exemplar Dominus. Tincti, illuminamur: Illuminati, in filios adoptamur: adoptati, perficimur: perfecti, immortales reddimur: Ego, inquit, dixi, Dij eſtis, & filij excelſi omnes. Multis autem modis vocatur hoc opus: Gratia, Illuminatio, Perfectum, & Lauacrum. Lauacrum quidem, per quod peccata abſtergimus. Gratia autem, qua remittuntur pœnitentiæ, quæ peccatis debentur. Illuminatio autem, per quam ſanctam illam & ſalutarem lucem intuemur, hoc eſt, per quam id quod eſt Diuinum perſpicimus. Perfectum autẽ dicimus cui nihil deeſt. Quid enim ei deſit qui Deum nouit? Eſt enim re vera abſurdum, Dei vocari gratiam quę non ſit perfecta, & vndequaque plena. Qui eſt autem perfectus, perfecta vtique largietur. *Et poſt pauca*. Quemadmodùm qui oculorum ſuffuſionem conantur amouere, non extrinſecus eis lucem ſuppeditant quam non habent, ſed quod oculis impedimentum afferebat, depellentes, liberam relinquunt pupillam: Ita etiam qui tingimur, abſterſis peccatis, quæ Diuino Spiritui inſtar caliginis tenebras offundebant, liberum, ab omnique impedimento vacuum, & lucidum habemus ſpiritus oculum: quo quidem ſolo quod diuinum eſt intuemur, cœlitus influente nobis Sancto Spiritu. *Et paulò poſt*. Quemadmodùm imperitia, peritia ſoluitur: & inuenta certa via, dubitatio: Ita illuminatione tenebras deleri neceſſe eſt. Tenebrę autem ſunt ignoratio, per quam in peccata incidimus, circa veritatem hallucinantes. Cognitio ergò eſt illuminatio, quæ delet ignorationem, & perſpicacem videndi facultatem inſerit. Quin etiam eorum quæ ſunt deteriora, reiectio, eſt meliorum reuelatio. Quæ enim malè colligauit ignoratio, ea pulchrè reſoluit agnitio. Hæc autem vincula quàm celerrimè remittuntur, humana quidem fide, Diuina verò gratia, cùm remittuntur peccata vno medicamento Pœonio, nẽpe verbali Baptiſmo. Omnia ergò peccata eluimus, & è veſtigio mali non ſumus amplius. Vna eſt hæc gratiã illuminationis, quòd non ſint ijdem mores qui erant antequàm lauaremur.

Pſal. 81.

Baptiſmi varia nomina, & effectus.

10 CLEMENS Martyr Epiſtola. 4. Ad Iulium & Iulianum. Nec putetis, quòd etiamſi omnem pietatem colatis, omnemque iuſtitiam, Baptiſmum verò non recipiatis, ſpem poſsitis habere apud Deum: Imò maiori pœna digni eritis, qui bona opera non bene operati eſtis. Confertur enim meritum homini ex bonis, ſed ſi ita gerantur, ſicut Deus iubet: Deus autem iuſsit omnem colentem ſe, Baptiſmo conſignari. Quod ſi vos renueritis, vt veſtræ voluntati magis quàm Dei obtemperetis, contrarij ſine dubio & inimici eſtis voluntati eius. Sed dicitis fortaſſe; Quid confert aquæ Baptiſmus ad Dei cultum? Primò quidem, quia quod Deo placuit, impletur. Secundò, quia regenerato ex aquis, & Deo renato, fragilitas prioris natiuitatis, quæ vobis per hominem facta eſt, amputatur, & ita demum peruenire poteritis ad ſalutem. Aliter impoſsibile eſt. Sic enim nobis cum ſacramento verus Propheta teſtatus eſt, dicens, Amen, amen dico vobis, niſi quis denuò renatus fuerit ex aqua viua, non introibit in regnum cœlorum. Et ideò accelerate. Eſt enim in aquis iſtis miſericordiæ vis quædam, quæ ex initio ferebatur ſuper eas: & agnoſcit eos, qui Baptizantur ſub appellatione triplicis Sacramenti, & eripit nos de ſupplicijs futuris, quaſi donũ quoddam offerens Deo animas per Baptiſmum conſecratas. Confugite ergo ad aquas iſtas: ſolæ ſunt.n. quæ poſsint vim futuri ignis extinguere. Ad quas qui moratur accedere, conſtat, in eo adhuc infidelitatis Idôlum permanere, & ab ipſo prohiberi ad aquas properare,

Baptiſmi neceſsitas & vtilitas.

Meritum bonorum operum.

Matt. 28.

Ioan. 3.

Geneſ. 1.

quæ ſalutem cõferunt. Siue enim iuſtus, ſiue ſit iniuſtus, Baptiſmus ei per omnia neceſſarius eſt: iuſto quidem, vt adimpleatur in eo perfectio, & regeneretur Deo: iniuſto verò, vt peccatorum, quæ geſsit, remiſsio concedatur.

In Baptiſmo datur remiſſio peccatorum.

11 ORIGEN. tom. 1. In Cantica, Homil. 1. Putationis tẽpus, per fidẽ meæ paſſionis & reſurrectionis, aduênit. Amputantur. n. & exſecãtur ab omnibus peccata, cũ in Baptiſmo donatur remiſsio peccatorũ.

12 CYPRIAN. ſermo. de Baptiſmo Chriſti & manifeſtatione Trinitatis. Remiſsio peccatorũ, ſiue per Baptiſmũ, ſiue per alia Sacramẽta donetur, propriè Spiritus ſancti eſt, & ipſi ſoli huius efficientiæ priuilegium manet. *Et poſt pauca.* Præparabat viam Domino Ioannes lauando exterius corpora, vt præcederet lauacrũ ſecuturum Baptiſma, in quo cõferretur animarũ ablutio, & peccatorum remiſsio. Præceſsit quod erat ex parte, vt cõſũmatio ſequeretur.

Baptiſmus Ioãnis, Baptiſmũ Chriſti cur præceſſit.

13 AVG. tom. 7. de Nuptijs & cõcupiſcentia, Lib. 1. Cap. 33. Non erit autem omnino aliquid vel in carnali ſemine vitioſum, cùm eâdẽ regeneratione, quę nũc fit per ſacrum lauacrũ, vſque in finem cuncta mala hominis purgante atque ſanante, eadem caro per quam facta eſt anima carnalis, fiat etiam ipſa ſpiritualis, nullam legi mentis reſiſtentem concupiſcentiam carnis habitura, nihil carnalis ſeminis emiſſura. Sic enim accipiendũ eſt quod ait Apoſtolus: Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, vt eam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo, vt exhiberet ſibi ipſe glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugã, aut aliquid eiuſmodi. Sic, inquam, accipiẽdũ eſt, vt eodem lauacro regenerationis, & verbo ſanctificationis, omnia prorſus mala hominum regeneratorum mundentur, atque ſanentur, non ſolùm peccata, quæ omnia nunc remittuntur in Baptiſmo, ſed etiam quæ poſterius humana ignorantia vel infirmitate contrahuntur, non vt Baptiſma quoties peccatur, toties repetatur, ſed quia ipſo quod ſemel datur, fit vt non ſolùm antea, verùm etiam poſteà quorũlibet peccatorum venia fidelibus impetretur. Quid enim prodeſt vel ante Baptiſmum pœnitentia, niſi Baptiſmus ſequeretur: vel poſteà, niſi præcederet?

Epheſ. 5.

Omnia peccata in Baptiſmo delentur.

Baptiſma non iterandum.

14 IDEM, Contra duas Epiſtolas Pelagianorum, Lib. 1. Cap. 13. Dicimus Baptiſma dare omnium indulgentiam peccatorum, & auferre crimina, non radere, nec vt omnium peccatorum radices in mala carne teneantur, quaſi raſorũ in capite capillorum vnde creſcant, iterum reſecãda peccata. Nam & iſtam ſimilitudinem cõperi ſuæ illos adhibere calumniæ, tanquàm hoc nos ſentiamus, atque dicamus. Sed de iſta concupiſcentia carnis falli illos credo vel fallere, cum qua neceſſe eſt, vt etiam baptizatus, & hoc ſi diligentiſsimè proficit, & Spiritu Dei agitur, pia mente cõfligat. Sed hæc etiam ſi vocatur peccatum, nõ vtique quia peccatum eſt, ſed quia peccato facta eſt, ſic vocat: ſicut ſcriptura manus cuiuſq; dicitur, quòd manus eam fecerit. Peccata autem ſunt quæ ſecũdùm carnis concupiſcentiam, vel ignorantiã illicitè fiunt, dicũtur, cogitantur. Quæ tranſacta etiam reos tenent, ſi nõ remittãtur. Et iſta ipſa carnis concupiſcentia in Baptiſmo ſic dimittitur, vt quanquàm tracta ſit à naſcentibus, nihil noceat renaſcentibus.

Baptiſmus peccata delet, manente tamen concupiſcentia.

Concupiſcentia cur voce tur peccatũ.

15 ET Lib. 3. C. 3. Vide ſup. lit. C. auth. 9.

16 IDEM contra Iulianũ Pelagianũ, Lib. 6. Cap. 5. Attẽde quod dico: Gratia perfectè hominem nouũ facit, quãdoquidẽ & ad corporis immortalitatẽ plenãq; felicitatem ipſa perducit. Nunc etiam perfectè innouat hominem, quantùm attinet ad liberationẽ ab omnibus omnino peccatis, non quantũ ad liberationẽ attinet ab omnibus malis, & ab omni corruptione mortalitatis qua nũc corpus aggrauat animã. *Et poſt pauca.* Quãuis itaq; ſacro Baptiſmate ſanctificetur & corpus, ad hoc tamẽ ſanctificatur, vt per remiſsionẽ peccatorũ non ſolũ pręteritis peccatis omnibus, verùm etiã ipſi, quæ ineſt, carnis cõcupiſcẽtiæ nõ ſit obnoxiũ, cui neceſſe eſt obnoxius omnis homo naſcatur, etiã moriturus obnoxius, ſi nõ renaſcatur. Vbi ergo me audiſti, ſiue legiſti dicẽtẽ, nõ innouari homines per Baptiſmũ, ſed quaſi innouari? Nõ ſaluari, ſed quaſi ſaluari? Abſit vt ego inanẽ dicerẽ gratiã lauacri illius, in quo renatus ſum ex aqua & Spiritu, qua liberatus ſum à reatu omniũ peccatorum, vel quę naſcendo traxerã, vel quæ malè viuendo contraxeram.

Gratia liberat ab omnibus peccatis, & ab omnibus malis.

Baptiſmus originale delet peccatũ & alia omnia.

17 BASILIVS, in Exhortatione ad Baptiſmũ. (*Quæ eſt Hom. 13. inter hom. variorũ argumentorũ.*) Baptiſmus eſt captiuorũ & æris alieni remiſsio, peccati mors, animæ

Baptiſmi elogia, & effectus.

animæ regeneratio, amictus ſplendēs, caracter indeprehenſibilis, cœli iter, regni cœleſtis conciliatio, adoptionis gratia.

18 CONCILIVM Mileuitanum, Cano. 2. tom. 1. Item placuit, vt quicunque paruulos recentes ab vteris matrum, Baptizandos negat, aut dicit in remiſsionem quidem peccatorum Baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quòd regenerationis lauacro expietur, vnde fit conſequens, vt in eis forma Baptiſmatis in remiſsionem peccatorum, nō verè, ſed falſè intelligatur, anathema ſit. Quoniam non aliter intelligendum eſt, quod ait Apoſtolus, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſijt, in quo omnes peccauerunt: niſi quemadmodùm Eccleſia Catholica vbiq; diffuſa, ſemper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei etiam paruuli qui nihil peccatorum in ſemetipſis adbuc committere potuerunt, ideò in peccatorum remiſsionem veraciter Baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.

Paruulis et adultis Baptiſmus eſt neceſſarius.

Rom. 5.

E

1 AVGVSTIN. tomo. 7. De Nuptijs & concupiſcentia, Libro. 2. Cap. 34. Quanuis in omnibus natura generatis, gratia regeneratis, ſit iſta carnalis concupiſcentia repugnans legi mentis: tamen quia remiſſa eſt in remiſsionem peccatorum, non iam illis in peccatum reputatur, nec nocet aliquid, niſi eius motibus ad illicita conſentiatur.

In regeneratis manet cō cupiſcentia, ſed non ad peccatum.

2 E T Lib. 1. Cap. 29. Deinde adiungit Apoſtolus, Scio quia non habitat in me, hoc eſt, in carne mea, bonum: velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum, non inuenio. Hoc ideò dictum eſt, quia tunc perficitur bonum, quando deſyderia mala nulla ſunt: ſicut tunc perficitur malum, quando malis deſyderijs obeditur. Quando autem ſunt deſyderia, ſed non eis obeditur: nec malum perficitur, quia non eis obeditur: nec bonum, quia ſunt: ſed fit ex aliqua parte bonum, quia concupiſcentiæ malæ non conſentîtur: & ex aliqua parte remanet malum, quia vel concupiſcitur. Ideò ergo Apoſtolus non ait, facere bonum ſibi non adiacere, ſed perficere. Multum enim boni facit, qui facit quod ſcriptum eſt, Poſt concupiſcentias tuas non eas. Sed non perficit, quia non implet quod ſcriptum eſt, Non concupiſcas.

Rom. 7.

Concupiſcē tia cui non conſentitur, peccatū non eſt.

Eccli. 18.

Exod. 20.

3 E T CAP. 30. *Exponens illa verba Apoſtoli, Condelector Lege Dei, &c. ait.* Iſta condelectatio Legi Dei, ſecundùm interiorem hominem, de magna nobis venit gratia Dei. In ea quippe interior homo noſter renouatur de die in diem, cùm in ea proficit perſeueranter. Non enim timor eſt torquens, ſed amor libens. Ibi ſumus veraciter liberi, vbi non delectamur inuiti. Verùm illud quod ait; Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ: ipſa iſta eſt, de qua loquimur, concupiſcentia, lex peccati in carne peccati. Quod autem dixit, Et captiuantem me ſub lege peccati: hoc eſt, ſub ſe ipſa quæ eſt in membris meis. Aut, captiuantem dixit, captiuare conantem, id eſt, ad conſentiendum implendumque cogentem: Aut potius (quod non habet controuerſiam) captiuantem ſecundùm carnem, quam niſi teneret carnalis concupiſcentia, quam legē peccati vocat, non vtique in ea vllum illicitum deſyderium, cui mens obedire non debeat, commoueret.

Rom. 7.

Ibi ſumus verè liberi, vbi non delectamur inuiti.

4 CHRYSOSTOMVS tom. 3. in Acta Apoſtolorum, Homil. 1. Habuit aliquis commiſſa grauia, vel homicidio, vel adulterio, vel alio quopiam facinore patrato: hæc per lauacrum remiſſa ſunt. Non enim eſt, non eſt, inquā, vllum iam peccatum, vlla've impietas, quod non cedat, locumque det dono Dei. Nam diuina res eſt gratia.

Per Baptiſmum omnino peccata dimittuntur.

Diuina res eſt gratia.

5 I D E M tomo. 4. in Cap. 6. Ad Hebræos, Homilia. 9. Qui ad virtutem iturus eſt, primùm malitiam debet culpare, & tunc aggredi: non enim valuerit pœnitentia mundos eos oſtendere: propter hoc confeſtim Baptizabantur, vt quod impoſsibile illis erat operari per ſe, hoc per Chriſti gratiam fieret. Neque ergò pœnitentia ſufficit ad emēdationem, ſed opus eſt ſuſcipere Baptiſma. Igitur ad Baptiſma venire oportet eum, qui iam peccata ſua iudicauerat ac damnauerat.

Baptiſmi neceſſitas.

Et non longè poſt. Non pœnitentia excluſa eſt, abſit: ſed renouatio per lauacrū regenerationis. E T. Baptiſma Crux eſt, & ſimul crucifixus vetus homo noſter. Conformes enim facti ſumus ſimilitudini mortis eius. Et iterū: Cōſepulti eſtis ei per Baptiſmū in

Baptiſmus nequit iterari.

Rom. 6.

Heb. 6.

mortem. Sic enim impoſsibile eſt ſecūdò erucifigi Chriſtum: hoc enim eſt oſtentui eum habere. Si enim mors ei iam non dominabitur, ſi reſurrexit, reſurrectione victor factus eſt mortis: ſi morte mortem expugnauit, deinde iterum crucifigeretur, fabulæ eſſent cuncta illa, & ludibrium. Proinde qui ſecundò ſeipſum Baptizat, ſecūdò eũ crucifigit. *Et vide ſup. lit. C. authorit. 3.*

F 1 AVGVSTIN. tomo. 3. Lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus, Cap. 52. Baptiſma vnum eſt, ſed in Eccleſia vbi vna fides eſt, vbi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti datur. Et ideò ſi qui apud illos hæreticos Baptizati ſunt, qui in ſanctæ Trinitatis confeſsione Baptizant, & veniunt ad nos, recipiantur quidem vt Baptizati, ne ſanctæ Trinitatis inuocatio vel confeſsio annulletur: ſed doceantur integrè, & inſtruantur, quo ſenſu ſanctæ Trinitatis myſterium in Eccleſia teneatur: & ſi conſentiunt, & credere vel acquieſcunt confiteri, purgati iam fidei integritate, confirmentur manus impoſitione. Si verò paruuli ſunt, vel hebetes, qui doctrinam non capiant, reſpondeant pro illis qui eos offerunt iuxta nomen Baptizandi: & ſic manus impoſitione & Chriſmate communiti, Euchariſtiæ myſterijs admittantur. Illos autem qui non ſanctæ Trinitatis inuocatione apud hæreticos Baptizati ſunt, & veniũt ad nos, Baptizari debere pronunciamus, non rebaptizari.

Baptiſma vnum eſt.

Baptizati Chriſmate muniũtur, & Euchariſtiã ſumunt.

2 AMBRO. tom. 2. De Spiritu ſancto, Lib. 1. Cap. 6. Vide ſup. litera. B. authoritate. 5.

G 3 AVGVST. tom. 9. In Cap. 3. Ioã. tract. 11. Rectè intellexit Nicodemus natiuitatem carnis. Sic & tu intellige natiuitatem Spiritus. Quicunque tibi dixerit, vt ſpiritualiter iterum naſcaris, reſpõde quod dixit Nicodemus: Nũquid poteſt homo iterum in vẽtrem matris ſuæ intrare, & naſci? Iam natus ſum de Adam, nõ me poteſt iterum generare Adam: Iam natus ſum de Chriſto, non me poteſt iterum generare Chriſtus. Quomodò vterus non poteſt repeti, ſic nec Baptiſmus. *Et iterum.* Plus vos perſequuntur (*Donatiſtæ*) qui vos illudendo ſeducũt. veni, veni, Baptizare hîc, hic habes Baptiſmũ. Noli ludere, vnꝰ eſt verꝰ, ille luſus eſt, ſeduceris, & iſta perſecutio grauis tibi erit. Iſti etiam audent dicere, quia perſecutionem ſolent pati à Catholicis Regibus, aut à Catholicis Principibus. Quam perſecutionẽ tolerant? Afflictionẽ corporis. Quomodò paſsi ſunt perſecutionem quam faciunt grauiorem? Caue quando vult ludere Iſmael cum Iſaac, quando tibi blanditur, quando offert alterum Baptiſmum: reſponde, habeo iam Baptiſmum. Si enim verus eſt iſte Baptiſmus, quiſquis vult alterum dare, illudere vult. Caue animæ perſecutorem.

Baptiſmus repeti nõ poteſt, vt nec carnalis natiuitas. Ioan. 3.

Geneſ. 21.

2 IDEM tom. 7. Contra literas Petiliani, Lib. 2. Cap. 72. Certè antiquus populus Dei, circuncisionem pro Baptiſmo habebat. Quæro ergò, ſi quem feciſſent iſti in quos tanta dicuntur, Phariſæi proſelytum, qui ſi eos imitaretur, ſicut dictum eſt, filius gehennæ fuiſſet duplò quam illi: vtrum ſi corrigeretur, & vellet imitari Simeonem, Zachariam, Nathanaẽlem, iterum ab eis circuncidendus iudicaretur? Quod ſi ridiculum eſt dicere, quanuis more atque ore vaniloquo talibus nos comparetis, quare poſt nos Baptizatis? Quòd ſi vos tales eſtis, quantò nos verius & melius poſt vos nõ Baptizamus: ſicut nec illi quos nominaui, poſt peſsimos Phariſæos circuncidi debebant.

Matt. 23. Sicut Circũciſio nõ iterabatur, ita nec Baptiſmus.

3 IDEM, De Baptiſmo Contra Donatiſtas, Lib. 2. Cap. 9. Nondum autem factum erat (*ſcilicet Concilij decretum aduerſus rebaptizantes*) quia conſuetudinis robore tenebatur orbis terrarum, & hæc ſola opponebatur inducere volentibus nouitatem, quia non poterant apprehendere veritatem. Poſteà tamen dum inter multos ex vtraque parte tractatur & quæritur, non ſolùm inuenta eſt, ſed etiam ad plenarij Concilij authoritatem, roburq; perducta eſt, poſt Cypriani quidem paſsionem, ſed antequàm nos nati eſſemus.

Valet Baptiſmus datꝰ ab hæreticis.

4 IDEM, Contra epiſtolam Parmeniani, Lib. 2. Cap. 13. Si laicus aliqua pereuntis dederit (*Baptiſmum*) neceſsitate compulſus, quod cùm ipſe acciperet, dandum eſſe addidicit, neſcio an piè quiſquã dixerit eſſe repetendum. Nulla enim cogẽte neceſsitate ſi fiat, alieni muneris vſurpatio eſt: ſi autem neceſsitas vrgeat, aut nullum, aut veniale delictum eſt. *Et non longè pòſt.* Et hæc quidem alia quæſtio eſt, vtrũ & ab ijs qui nunquã fuerunt Chriſtiani, poſsit Baptiſmus dari: nec aliquid

temerè

Schiſmatici & heretici Baptiſmum dare poſſũt, etſi malè faciunt.

temerè inde affirmandum eſt ſine authoritate tanti Concilij, quantùm tantæ rei ſufficit. De ijs verò qui ab Eccleſiæ vnitate ſeparati ſunt, nulla iam quęſtio eſt, quin & habeant & dare poſsint, & quin perniciosè habeant, pernicioſeq; tradant extra vinculum pacis. Hoc enim iam in ipſa totius orbis vnitate diſcuſſum, conſideratum, perfectum, atque firmatum eſt.

5 IDEM tom. 2. Epiſt. 48 Ad Vincentium. In ea ipſa Epiſtola ad Iubaianũ, quę in Concilio (cuius authoritatem ad rebaptizandum ſequi vos dicitis) primitus recitata eſt, cùm fateatur (*Cyprianus*) in præteritum ſic admiſſos in Eccleſiam qui fuerant alibi baptizati, vt denuò non baptizarentur, vnde illos ſine Baptiſmo fuiſſe arbitratur: tantum tamen ponit vtilitatis & ſalubritatis in pace Eccleſiæ, vt propter illam non eos credat ab Eccleſiæ muneribus ſeparari. Qua in re ſicut ingenium tuum noui, faciliimè perſpicis totam cauſam veſtram penitus euerſam & extinctam. *Et longè poſt.* Si Baptiſmus qui nũc datur, ideò pariter valet in eis quibus datur, quamuis ſint imparis meriti per quos datur, quia Chriſti & non eorum eſt à quibus miniſtratur, puto quòd iam intelligas ideò Paulum dediſſe quibuſdam Baptiſmum Chriſti, quia Ioannis Baptiſmo fuerant Baptizati, non Chriſti. Ioannis quippe Baptiſmus ille dictus eſt, ſicut multis locis diuina Scriptura teſtatur.

Baptiſma non reiterãdum.

Matt. 21.

6 IDEM, tomo. 10. De Verbis Domini, Sermo. 11. Quicunque in ſchiſmaticis vel hæreticis congregationibus, vel potius ſegregationibus, Baptizantur, quamuis non ſint renati Spiritu, tanquàm Iſmaeli ſimiles, qui ſecundùm carnem natus eſt Abrahæ, non Iſaac, qui ſecundùm Spiritum, quia per repromiſsionem: tamẽ dum ad Catholicam fidem veniunt, & ſocietati Spiritus aggregantur, quem foris proculdubio non habebant, non eis repetitur lauacrum carnis.

Baptiſmus ab hæreticis dat⁹, nõ eſt iterandus.

7 IDEM, tom. 2. Epiſtola. 200. Ad Maximinum. Rebaptizare hæreticum hominem, qui hæc ſanctitatis ſigna perceperit, quę Chriſtiana tradidit diſciplina, omnino peccatum eſt. Rebaptizare autem Catholicum, immaniſsimum ſcelus eſt.

Rebaptizare quenquã, peccatũ eſt.

8 CONCILIVM Nicænum primum, Cano. 19. Si qui confugerint ad Eccleſiã Catholicam de Paulianiſtis & Cataphrygis, ſtatutum eſt rebaptizari eos debere. Si qui verò clerici erant apud eos, ſi quidem inculpati fuerint & irreprehenſibiles, Baptizati, etiam ordinentur ab Epiſcopo Eccleſiæ Catholicæ.

Iterãdi ſunt Baptiſm⁹ et ordines dati à Paulianiſtis & Cataphrygis.

9 CONCILIVM Carthaginenſe primum, Cano. 1. Illicitas eſſe ſancimus rebaptizationes, & ſatis eſſe alienum à ſyncera fide & Catholica diſciplina.

Rebaptizatio illicita eſt.

10. TERTVLLIA. Lib. de Baptiſmo, Cap. 15. Vnus omnino Baptiſmus eſt nobis, tam ex Domini Euangelio, quàm ex Apoſtoli literis. Quoniam vnus Dominus, & vnum Baptiſmum, & vna Eccleſia in cœlis. *Et mox.* Semel lauacrum inimus, ſemel delicta diluuntur, quia ea iterari non oportet.

Baptiſmus ſemel dandus, neque iterandus. Epheſ. 4.

11 CHRYSOST. tom. 4. in Cap. 4. ad Epheſ. Hom. 13. Nouus homo non ex aqua, nec ex terra creatus eſt amplius, in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Quid hoc eſt? Filiũ ipſum mox creauit: Iſtud enim per Baptiſmum fit, Ipſa noui hominis eſſentia in iuſtitia eſt, & ſanctitate veritatis.

Sicut homo ſemel tantũ creatus eſt, ita Baptiſmus ſemel datur.

12 LEO Magnus Epiſtola. 79. Ad Nicetam Epiſcopum Aquileienſem, Cap. 7. Hanc regulam (vt ſcitis) ſeruandam in omnibus Eccleſijs prædicamus, vt lauacrum ſemel initum, nulla iteratione violetur, dicente Apoſtolo. Vnus Dominus, vna fides, vnum Baptiſma. Cuius ablutio nulla iteratione temeranda eſt.

Baptiſmus non iterandus. Ephe. 4.

H

1 AMBROS. tom. 4. De Sacramentis, Lib. 2. Cap. 7. Clamat Apoſtolus, ſicut audiſtis in lectione præſenti: Quoniam quicunque Baptizatur, in morte Ieſu Baptizatur. Quid eſt, in morte? Vt quomodò Chriſtus mortuus eſt, ſic & tu mortem deguſtes. Quomodò Chriſtus mortuus eſt peccato, & Deo viuit: ita & tu ſuperioribus peccatorum illecebris mortuus ſis per Baptiſmatis Sacramentum, & ſurrexeris per gratiam Chriſti. Mors ergò eſt, ſed nõ in mortis corporalis veritate, ſed in ſimilitudine. Cùm enim mergis, mortis ſuſcipis & ſepulturæ ſimilitudinem.

Rom. 6.

Cur in Chriſti morte Baptizemur.

2 CYPRIA. Serm. De ablutione pedum. Baptiſmum repeti Eccleſiaſticæ prohibent regulæ.

Non iteratur Baptiſmus.

3 CHRYSOST. tom. 4. In Cap. 6. Ad Heb. Homil. 9. Vide ſup. lit. C. auth. 3. & lit. E. auth. 5.

LECTIO IIII.

DOCTOR.

Ex his quæ à te dicta ſunt vis opinor efficere, vt ijs omnibus ſit hoc Baptiſmo ſemel, ſecũdùm Spiritum naſcendi neceſſaria Lex impoſita, qui ſemel etiam aliquando ſecundùm carnem nati ſunt.

ADOLESCENS.

Volo: & quidem id perneceſſarium, præſertim ſi ex Chriſti paſsione fructus [a] aliquos ſint percepturi. Vt enim Adæ illius primi filius eſſe poteſt nemo, qui ex hominibus homo non ſit editus: ſic eſſe non poteſt ſecundi Adæ, id ẽſt, Chriſti filius, qui non ſit hac ratione denuò filius quodammodò generatus.

a *Ioan. 3. Matt. 18. Act. 1. & 10. 1. Cor. 15. Clem. mar. Recogn. lib. 6. Clem. Alex lib. 1. pædag. c. 6. Tert. de Bapt. Aug. cõt. Fauſt. lib. 19. c. 16. Cypr. de Bapt. Irena. lib. 3. c. 19. Bapt. in exhorta. ad Bapt. hom. 13. Orig. lib. 5. in c. 5. ad Rom. Chryſoſt. in Ioann. cap. 3.*

DOCTOR.

Vis ergò id omnino affirmare, [b] Pueris infantibus, originali peccato ſordidatis, nullum ſine Baptiſmo ad cœleſtem gloriam aditum patẽre poſſe.

b *Ioan. 3. Roman. 5. Orig. lib. 5. cap. 6. ad Rom. Heſych. in Leuit. Orig. hom. 14. in Luc. Cyp. li. 3. epiſt. 8. Iren. lib. 1. c. 39. Ambr. de voca. gen. lib. 2. c. 8. Aug. de pecca. mer. lib. 3. c. 12. 16. 20. 23. 25. & 33. & contr. Dona. lib. 4. c. 24. & lib. 2. de nupt. & cõcu. c. 11. & de Ciui. li. 16. c. 17. & de pecca. mer. lib. 3. c. 1. 4. & 11. & Ambr. lib. 2. de pænit.*

ADOLESCENS.

Ita planẽ credo.

DOCTOR.

At cur ad Baptiſmum tamen eos admittimus, cùm neque fidem habeant, neque vllum rationis vſum?

ADOLESCENS.

Hæc ſumma Dei in nos fuit miſericordia, vt ad præclarum hoc animæ lauacrum adſciſcerentur, ac ne Hebræis quidem hac in parte inferiores eſſent, ad Circunciſionem ab infantia obligatis.

DOCTOR.

In quam autem fidem Baptizantur?

ADO-

ADOLESCENS.

Eccleſiæ ac parentum: [c] æquum enim fuit, vt quos peccatum aliena voluntate commiſſum, iudicio ac condemnatione inuoluerat, eoſdem quoq; Baptiſmus aliena fide ac teſtificatione collatus, à tam acerba ſententia vindicaret.

[c] *Rom. 5. Aug. lib. 6. cõtra Iul. & in pſal. 50. & epiſt. 23. 89. & 105. & de gene. ad lit. lib. 10. c. 14. & 23. & in Ioan. tractat. 67. & lib. de ſpiritu & anima. c. 42. & de pœnit. medi. c. 2. & de Eccleſ. dog. c. 34. & ſerm. 45. de tep. & de ver. Apoſt. ſer. 8. 10. et 14. Bernar. in Cant. ſerm. 66. & Epiſt. 67.*

DOCTOR.

Cur verò hæc aliorum fides communis, ac tam præclara teſtificatio pietatis, non iis etiam infantibus ad ſalutem prodeſt, qui Chriſtianis parentibus orti, ſine Baptiſmo tamen moriuntur?

ADOLESCENS.

Propterea quòd vbi voluntas ſeipſam actu non exerit, nihil illa quenquam iuuare poſſunt quæ ab alio proficiſcuntur, ſi Sacramentorum vſus non accedat. Quantacunq; enim eſſet olim veterum Hebræorum fides, eorum tamen infantes pueri [d] non cooptabãtur in Abrahæ familiam, qui non eſſent circuncisi.

[d] *Tertul. lib. de Bapt. Orig. hom. 14. in Luc. Cyp. lib. 3. epiſtol. 8. Aug. de pecc. mer. lib. 1. c. 27. & cont. Donat lib. 4. c. 24. & epiſt. 107. 90. 92. 106. & de gen. ad lit. lib. 10. c. 14. & 23. & de Eccle. dog. c. 34. & de Ciuit. lib. 11. c. 16. & de bono perſeue. lib. 2. c. 12. Amb. de voca gen. li. 2. c. 8. Leo epiſt. 46.*

DOCTOR.

Duas ergò has tu Dei voces æquè grauiter accipis; Anima cuius caro præputij circuncisa [e] non fuerit, delebitur de populo meo: &, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cœlorum.

[e] *Gen 17. Exo. 4. Ioſu. 5. Ro. 4. Aug. de Ciuit. lib. 16. c. 27. & epiſt. 28.*

ADOLESCENS.

Omnino. Nihilominus tamen ſi quis [f] rationis iam adultæ, fidei cauſa, vel inſigni aliqua neceſsitate diſtrictus, Baptiſmum quem re ipſa habere non poſſet, voto ſaltem affectaret, nemini dubium eſſe poteſt, quin eiuſmodi voluntas, facti ipſius inſtar, à Deo Optimo haberetur.

[f] *Cyp. epiſt. ad Iubaia. Ambr. orat. pro Valent. Aug. contr. Donat. lib 4. c. 22. & 25. & de origi. anima. lib 3. c. 9. & de Ciuit. li. 13. c. 7 & retract. lib. 2. c. 18. & quæſt. in Deut. 54.*

AVHORIT. SCRIP.

A IOAN. Cap. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnũ Dei. Quod natũ eſt ex carne, caro eſt: & quod natum eſt ex Spiritu, ſpiritus eſt.

MATT. Cap. 28. Docete omnes Gentes, Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

ACT. Cap.2. Vide ſuprà, Lectio.2. litera.C.

ET Cap. 10. Vide ſuprà, Lectione.3. litera.B.

PRIO. Ad Corinth. Cap.15. Primus homo de terra, terrenus: ſecundus homo de cœlo, cœleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes. Igitur ſicut portauimus imaginem terreni: portemus & imaginem cœleſtis.

B IOAN. Cap.3. Vt ſup.lit.A.

AD ROM. Cap.5. Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertrãſijt, in quo omnes peccauerunt.

C AD ROM. Cap.5. Vt ſup. Cap. 2. Lect.15.lit.B.

E GENES. Cap. 17. Maſculus cuius præputij caro circunciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo, quia pactum meum irritum fecit.

EXOD. Cap.4. Cùmque eſſet (*Moyſes*) in itinere, in diuerſorio occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum. Tulit illico Sephora acutiſsimam petram, & circuncidit præputium filij ſui, tetigitque pedes eius, & ait, Sponſus ſanguinum tu mihi es.

IOSVE Cap.5. Ait Dominus ad Ioſue, Fac tibi cultros lapideos, & circũcide ſecundò filios Iſrael. Fecitque quod iuſſerat Dominus, & circuncidit filios Iſraël in colle præputiorum. Hæc autem cauſa eſt ſecundæ circunciſionis. Omnis populus qui egreſſus eſt de Ægypto generis maſculini, vniuerſi bellatores viri, mortui ſunt in deſerto per longiſsimos viæ circuitus, qui omnes circunciſi erant. Populus autẽ qui natus eſt in deſerto, per quadraginta annos itineris latiſsimæ ſolitudinis, incircuncíſus fuit: donec conſumerentur qui non audierant vocem Domini, & quibus antè iurauerat, vt non oſtenderet eis terrã lacte & melle manantem. Horum filij in locum ſucceſſerunt patrum, & circunciſi ſunt à Ioſue: quia ſicut nati fuerant, in præputio erant, nec eos in via aliquis circunciderat. Poſtquàm autem omnes circunciſi ſunt, manſerunt in eodem caſtrorum loco donec ſanarentur. Dixitque Dominus ad Ioſue, Hodie abſtuli opprobriũ Ægypti à vobis.

AD ROMAN. Cap.4. Et ſignum accepit (*Abraham*) circunciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei, quæ eſt in præputio, vt ſit pater omnium credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iuſtitiam: & ſit pater circunciſionis, non ijs tantùm qui ſunt ex circunciſione, ſed & ijs qui ſectantur veſtigia fidei, quæ eſt in præputio patris noſtri Abrahæ.

AVTHORIT. PATR.

A 1 CLEMENS Romanus Papa martyr, Lib.6. Recognitionũ. Videtis quòd omnia gignũtur ex aquis, aqua verò per Vnigenitũ ex initio facta eſt, Vnigeniti verò Omnipotens Deus caput eſt, per quem tali ordine, quo ſuprà diximus, peruenitur ad Patrem: cùm autem perueris ad Patrem, agnoſces hanc eſſe voluntatem eius, vt per aquas, quæ primæ creatæ ſunt, denuò renaſcaris. Qui enim regeneratus fuerit per aquam bonis operibus adimpletis, hæres efficitur eius à quo in incorruptione regeneratus eſt. Propter quod paratis animis accedite quaſi filij ad Patrẽ, vt peccata veſtra diluantur, & cauſa eorũ ſola ignorãtia fuiſſe probetur apud Deum. Nam ſi poſt agnitionem horum, permanetis in incredulitate, vobis iam perditionis veſtræ cauſa, & non ignorantiæ, reputabitur. *Reliqua, vt ſuprà, Lectio.3. litera.D. authoritate.*10. *Baptiſmus omnibus neceſſarius.*

2 CLEMENS Alexand. Lib.1. Pædag. Cap.6. Vide ſup. Lect. præced. lit.D. authorit.9.

3 TERTVLLIA. Lib. De Baptiſmo, Cap. 13: Hîc ſceleſtiſsimi prouocant quæſtiones: Adeò, dicunt, Baptiſmus non eſt neceſſarius, quibus fides ſatis eſt: nam Abrahã nullius aquæ, niſi fidei Sacramento, Deo placuit. Sed in omnibus poſteriora concludunt, & ſequẽtia antecedentibus præualent. Fuerit retrò ſalus per fidem nudam ante Domini Paſsionem & Reſurrectionem. At vbi fides aucta eſt credendi in Natiuitatem, Paſsionem, Reſurrectionemq; eius, addita eſt ampliatio Sacramento, obſignatio Baptiſmi, veſtimentum quodammodò fidei, quæ retrò erat nuda, nec potẽtiam habuit ſine ſua Lege. Lex enim tingẽdi impoſita eſt, & forma præſcripta: Ite (inquit) docete nationes, tingentes eas in nomen Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Huic legi collata definitio illa: Niſi *Omnib⁹ omnino Baptiſmus eſt neceſſarius. Gen.15. Matth. 28. Ioan.3.*

quis

quis renatus fuetit ex aqua & Spiritu, non intrabit in regnum cœlorum: obſtrinxit fidem ad Baptiſmi neceſsitatem. Itaque omnes exinde credentes tingebantur. Tunc *Act. 9.* & Paulus, vbi credidit, tiuctus eſt. Et hoc eſt quod Dominus in illa plaga orbationis præceperat, Exurge, dicens, & introi Damaſcum, illic tibi demonſtrabitur quid debeas agere, ſcilicet tingi, quod ſolum ei deerat. Alioquin ſatis didicerat atque crediderat Nazarenum eſſe Dñm Dei Filiũ. *Et vide ſup. Lect. 3. litera. B. autho. 1. & lit. D. authorit. 2.*

4 AVGVST. tomo. 6. Coutra Fauſtum. Lib. 19. Cap. 16. Quid euim ſunt aliud quæque corporalia Sacramenta, niſi quædam quaſi verba viſibilia, ſacroſancta quidem, veruntamen mutabilia & temporalia? *In Sacramẽto verba trãſeũt, virtus autem ſemper manet.* Deus enim æternus eſt, nec tamẽ aqua & omnis illa actio corporalis quæ agitur cùm Baptizamus, & fit, & tranſit, æterna eſt: vbi rurſus etiam illæ ſyllabæ celeriter ſonantes & tranſeuntes, cùm dicitur Deus, niſi dicantur, non conſecratur. Hæc omnia fiunt & tranſeunt, ſonant & tranſeũt: virtus tamen quæ per iſta operatur, iugiter manet: & donum ſpirituale, quod per iſta inſinuatur, æternum eſt.

5 CYPRIAN. Sermo. de Baptiſmo Chriſti, & manifeſtatione Trinitatis. Vide ſup. Lect. præced. lit. D. autho. 12.

6 IRENÆVS, Aduerſùs hæreſes, Lib. 3. Cap. 19. Vide ſup. Lect. præceden. lit. A. autho. 2.

7 BASILIVS in exortatione ad Baptiſmum, *Quæ eſt homilia. 13.* Ad circuncisionem minis Iudæus compellitur, quo- *Gen. 17.* niam omnis anima, quæ die octaua non circuncidetur, è populo pelletur. Tu verò circuncisionem non manu factam, quæ per Baptiſmum in depoſitione carnis perficitur, differre quæris? Ipſum audiſti Domi- *Ioan. 3.* num, Amen dico vobis, niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non ingredietur in Regnum Dei. Et illic dolor & vlcus, hîc verò ros animæ eſt, & cordis vulnus curatur. Adoras pro te mortuum, patere & tu cum eo per Baptiſmum contumulari. Si *Sine Baptiſmo nemo ſaluatur.* non fueris complantatus ſimilitudini mortis eius, quomodò reſurrectionis ſoci⁹ eris? *Rom. 6.* Iſraël olim in Moyſen, in nube, in mari *1. Cor. 10.* Baptizatus eſt: Tibi nimirùm figuras, & quandam inſequentium temporum monſtratæ veritatis formam oſtendeus: Tu autem Baptiſmum fugis, non in mari figuratum, ſed in veritate & Spiritu perfectũ: non iu nube, ſed in ſpiritu: non in Moyſen conſeruum, ſed in Chriſtum Creatorem, inſtitutum. Niſi euim Iſraël mare tranſijſſet, nunquàm à Pharaône diſceſsiſſet: ſic tu niſi per aquã trauſieris, nequaquàm à diaboli ſæua tyrannide liberaberis.

8 ORIGEN. tom. 2. Lib. 5. in Cap. 5. Ad Roman. Vide ſup. Lect. præced. lit. A. authorit. 4.

9 CHYSOST. tomo. 3. in Cap. 3. Ioan. Homil. 24. Niſi quis renatus fuerit, &c. Tu impoſsibile dicis, ego tam neceſſarium, vt aliter quis ſaluus eſſe non poſsit. *Impoſsibile eſt quẽquã ſaluari abſque Baptiſmo.*

B 1 ORIGEN. tom. 2. Lib. 5. in Cap. 6. ad Roman. Vt ſuprà, Lect. præced. lit. A. authorit. 5.

2 HESYCH. in Leuit. Lib. 2. Cap. 6. Similiter vel ſi multùm paruus quiſpiam Baptizatus fuerit, qui necdum fortè peccauit, mundatur. *Paruuli indigens Baptiſmo.* Et quid ei eſt opus mundatio? Ad hoc ei opus eſt, quia nemo eſt mundus à ſorde.

3 ET Lib. 5. Cap. 15. Quia autem ſordidus factus per inobedientiam Adam, ſordidum eſſe etiam ſemen ſuum fecit, neceſſarièq; corpus ſordidum eſt, eò quòd ex ſemine procedit, in quo immundum eſt vſq; ad veſperam, id eſt, ſeculi finem: quia in fine ſeculorum Chriſtus veniens, oſtendit aquam qua genus uoſtrum muudaretur: & quia permanſimus vſque tunc immuudi, probatur ex eo quòd & hi qui necdum peccauerunt, id eſt, in ætate infirma conſtituti, ſignaculum Baptiſmi neceſſarium habeut, ne fortè morte ſuperueuiente ſordidi tranſeant: ſortem, quæ ex Adam deſcendit, in ſemetipſis habentes, & propter eà non valentes iu reguum intrare cœlorum.

4 ORIGEN. tom. 2. Hom. 14. in Lucam. Paruuli Baptizantur in remiſsionem peccatorum. *Infantibus neceſſarius eſt Baptiſmus.* Quorum peccatorum? Vel quo tempore peccauerunt? Aut quomodò poteſt vlla lauacri in paruulis ratio ſubſiſtere, niſi iuxta illum ſenſum de quo paulò antè diximus, Nullus muudus à ſorde, nec *Iob. 15.* ſi vnius diei quidem fuerit vita eius ſuper terram? Et quia per Baptiſmi Sacramentum natiuitatis ſordes deponuntur, propter eà Baptizantur & paruuli. Niſi enim quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, nõ *Ioan. 3.* poterit

poterit intrare in regnum cœlorum.

5 CYPRIAN. Lib.3.Epiſt. 8. ad Fidum. Quantùm ad cauſam infantium pertinet, quos dixiſti intra ſecundum vel tertium diem quo nati ſunt, conſtitutos Baptizari non oportere, & conſiderandam Legem eſſe circuncisionis antiquæ, vt intra octauum diē, eum qui natus eſt, Baptizandum & ſanctificandum non putares, longè aliud in cōcilio noſtro omnibus viſum eſt. In hoc enim quod tu putabas eſſe faciendum, nemo conſenſit, ſed vniuerſi potius iudicauimus, nulli hominum nato miſericordiam Dei, & gratiam denegādam. Nam cùm Dominus in Euangelio ſuo dicat: Filius hominis, non venit animas hominum perdere, ſed ſaluare: quantùm in nobis eſt, ſi fieri poteſt, nulla anima perdenda eſt. *Et poſt pauca.* Nam quòd in Iudaica circuncisione carnali octauus dies obſeruabatur, ſacramentum eſt in vmbra atque imagine antè premiſſum, ſed veniēte Chriſto, in veritate completum. Nam quia octauus dies idem poſt Sabbathum primus dies futurus etat, quo Dominns reſurgeret, & nos viuificaret, & circuncisionem nobis ſpiritualem daret, hic dies octauus, id eſt, poſt Sabbathū primus & Dominicus præceſsit in imagine. Quæ imago ceſſauit poſtmodùm ſuperueniente veritate, & data nobis ſpirituali circuncisione. Propter quod neminem putamus à gratia conſequenda impediendum eſſe ea lege, quæ iam ſtatuta eſt, nec ſpiritualem circuncisionem impediri carnali circuncisione debere. Sed omnem omnino hominem admittendum eſſe ad gratiam Chriſti, cum & Petrus in Actibus Apoſtolorum loquatur, & dicat: Dominus mihi dixit, neminem hominem communem dicendum & immundum. Cæterum ſi homines impedire aliquid ad conſecutionē gratiæ poſſet, magis adultos, prouectos & maiores natu, poſſent impedire peccata grauiora. Porrò autem ſi etiā grauiſsimis delictoribus, & in Deum multùm antè peccantibus, cùm poſteà crediderint, remiſſa peccatorum datur, & à Baptiſmo, atque à gratia nemo prohibetur: quantò magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccauit, niſi quòd ſecundùm Adam carnaliter natus, contagiū mortis antiquæ prima natiuitate cōtraxit? Qui ad remiſſam peccatorum accipiendam hoc ipſo faciliùs accedit, quòd illi remittuntur, non propria, ſed aliena peccata. Et idcircò frater chariſsime, hæc fuit in Concilio noſtra ſententia, à Baptiſmo atque à gratia Dei, qui omnibus miſericors, & benignus, & pius eſt, neminem per nos debere prohiberi, quod cùm circa vniuerſos obſeruandum ſit atque retinēdum, tùm magis circa infantes ipſos, & recens natos obſeruādum putamus, qui hoc ipſo de ope noſtra, ac de Diuina miſericordia plus merentur, quòd in primò ſtatim natiuitatis ſuæ ortu plorantes, ac flentes, nihil aliud faciunt, quàm deprecantur.

Gen 17.

Paruulos primùm natos, baptizari poſſe.

Luc. 9.

Act. 10.

Originale peccatum in infantibus.

Concilij Carthaginenſis ſententia de non prohibē dis paruulis quin baptizentur.

6 IRENÆVS Lib. 2. aduerſùs hæreſes, Cap.39. Omnes venit (Chriſtus) per ſemetipſum ſaluare: omnes, inquā, qui per eum renaſcūtur in Deum, infantes, & paruulos, & pueros, & iuuenes, & ſeniores.

Infantes & pueri Baptizādi ſunt.

7 AMBROS. tom.2. De Vocatione Gentium, Lib.2. Cap.8. Cùm omnes homines velit Deus ſaluos fieri, quid eſt quòd alienatur à ſalute perpetua tanta infantiū multitudo, totque in his ætatibus hominū millia extra vitam relinquuntur æternā: quaſi ad hoc tantùm cōditi ſint ab eo, qui neminem odiens creauit: vt quia in hunc mundum cum peccati carne venerunt, inſolubilis culpæ vincula ſine reatu propriæ actionis inciderent? Quid hoc profundius, quid mirabilius eſſe poteſt? Neque credi fas eſt, eos qui regenerationis non adepti ſunt Sacramentum, ad vllum beatorū pertinere conſortium. *Et mox.* Cùm conſideramus inter paganos, inter Iudæos, inter hæreticos, inter ipſos Catholicos Chriſtianos quàm multiplex pereat numerus paruulorum, quos quantùm ad proprias pertinet voluntates, neque bonum aliquid neque malum conſtat egiſſe, diſcimus ſuper eos illam manere ſententiam, quam humanum genus præuaricatione primi parentis excepit: cuius ſententiæ rigor dū etiā circa tales non reſoluitur, quàm magnum illud peccatum fuerit demonſtratur. Nemo autem putaretur non innocēs naſci, niſi etiā talibus eſſet noxium non renaſci.

Infantes ſine Baptiſmo ſaluari nequeunt.

Originale peccatum in paruulis.

8 AVGVST. tom.7. De Peccatorū meritis & remiſsione, Lib.1. Cap. 12. Nos intelligamus Apoſtolum, & videamus ideò dictum: Iudicium ex vno delicto in condēnationem: etiam ſi non eſſet in hominibus niſi originale peccatū. Quamuis enim condemnatio grauior ſit eorum, qui originali delicto etiā propria coniunxerunt, & tātò

Rom. 5.

ſingulis

ſingulis grauior, quantò grauius quiſq; pec cauit: tamē etiā illud ſolum quod originali ter tractum eſt, non tantùm à regno Dei ſeparat, quò paruulos ſine accepta Chriſti gratia defunctos intrare non poſſe illi ipſi (*Pelagiani*) etiam confitentur: verùm & à ſalute ac vita æterna facit alienos, quę nulla eſſe alia poteſt præter regnum Dei, quò ſola Chriſti ſocietas introducit.

Originale peccatū excludit a regno Dei infantes non Baptizatos.

9 ET Cap.16. Poteſt rectè dici, paruulos ſine Baptiſmo de corpore exeūtes, in dānatione omniū mitiſsima futuros. Multùm aut fallit & fallitur, qui eos in damnatione prędicat non futuros, dicente Apoſtolo, Iudiciū ex vno delicto in condemnationem. *Et mox.* Sic itaque impletum eſt quod dixerat Deus, Qua die ederitis, morte moriemini. Ex hac igitur inobedientia carnis, ex hac lege peccati & mortis, quiſquis carnaliter generaī, regenerari ſpiritualiter opus habet, vt non ſolùm ad regnum Dei perducatur, verùm etiam à peccati damnatione liberetur. Simul itaque peccato & morti primi hominis obnoxij naſcuntur in carne, & ſimul iuſtitiæ vitæq; æternæ ſecūdi hominis ſocietati renaſcūtur in Baptiſmo.

Paruuli ſine Baptiſmo damnantur. *Rom.5.* *Originale peccatū habentes, indigent baptiſmo.* *Gen.2.*

10 ET Cap.20. *Exponens illa verba: Qui credit in Filium, habet vitam æternam, &c. ſic ait:* In quo igitur horum genere ponemus infantes? In eorum qui credunt in Filium, an in eorum, qui ſunt increduli Filio? In neutro, ait aliquis: quia cùm adhuc credere nō poſſunt, nec increduli deputandi ſunt. Nō hoc indicat Eccleſiaſtica regula, quæ Baptizatos infantes, fidelium numero adiungit. Porrò ſi iſti qui Baptizantur, propter virtutē celebrationemq; tanti Sacramenti, quamuis ſuo corde atq; ore nō agant quod ad credendum confitendumq; pertineat, tamen in numero credentiū computātur: profectò illi quibus Sacramētū defuerit, in eis habēdi ſunt qui nō credūt Filio, atq; ideò ſi huius inanes gratię de corpore exierint, ſequetur eos quod dictū eſt: Nō habebunt vitam, ſed ira Dei manet ſuper eos.

Ioan.3. *Infantes nō Baptizati, vitam æternam non habebunt.*

11 ET Cap.23. Nulla ex noſtro arbitrio præter Baptiſmū Chriſti, ſalus æterna promittatur infantibus, quam non promittit ſcriptura Diuina, humanis omnibus ingenijs præferenda.

12 ET Cap.25. Proinde paruuli ſi per Sacramentum, quod ad hoc diuinitus inſtitutum eſt, in credentium numerū non tranſeant, profectò in tenebris remanebunt.

13 ET Cap.33. *Exponens illud: Sic Deus dilexit mundum, &c.* Periturus (*inquit*) erat paruulus, nec habiturus vitam æternā ſi per Sacramentū Baptiſmi non crederet vnigenitū Filiū Dei: dū interim ſic venit, vt nō iudicet mundū, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum, præſertim quia ſequitur, & dicit; Qui credit in eū, nō iudicatur, qui autem nō credit, iam iudicatus eſt, quia non credidit in nomine vnigeniti Filij Dei. Vbi ergò paruulos ponim' Baptizatos, niſi inter fideles, ſicut vniuerſæ vbiq; Eccleſiæ clamat authoritas? Ergò inter eos qui crediderunt: hoc enim eis acquiritur per virtutem Sacramēti & offerentiū reſponſionem. Ac per hoc eos qui Baptizati non ſunt, inter eos qui non crediderunt. Porrò ſi illi qui Baptizati ſunt, nō iudicantur: iſti quia carent Baptiſmo, iudicantur.

Ioan.3.

14 IDEM tom.7. De Baptiſmo cōtra Donatiſtas, Lib.4. Cap.24. Sicut in Iſaac, qui octauo ſuæ natiuitatis die circunciſus eſt, præceſsit ſignaculum iuſtitiæ fidei, & quoniā patris fidē imitatus eſt, ſecuta eſt in creſcente ipſa iuſtitia, cuius ſignaculum in infante præceſſerat: ita & in Baptizatis infantibus præcedit regenerationis Sacramentū, & ſi Chriſtianā tenuerint pietatē, ſequitur etiā in corde conuerſio, cuius myſterium præceſsit in corpore.

Rom.4. *Infantes Baptizātur.*

15 IDEM, de Nuptijs & concupiſcentia, Lib.2. Cap.11. Ex quo circunciſio eſt inſtituta in populo Dei, quod erat tūc ſignaculum iuſtitiæ fidei, ad ſignificationē purgationis valebat & paruulis originalis veteriſq; peccati: ſicut & Baptiſmus ex illo valere cœpit ad innouationem hominis, ex quo eſt inſtitutus.

Sicut circūciſio paruulis proderat, ita & Baptiſmus.

16 IDEM tomo.5. De Ciuitate Dei, Lib.16. Cap.27. Si paruuli (quod vera fides habet) naſcuntur nō propriè, ſed originaliter peccatores, vnde illis gratiā remiſſionis peccatorum neceſſariā confitemur, profectò eo modo quò ſunt peccatores, etiam præuaricatores legis illius, quæ in paradiſo data eſt, agnoſcuntur: vt verum ſit vtrunq; quod ſcriptum eſt, Præuaricātes æſtimaui omnes peccatores terræ. ET. Vbi lex non eſt, nec præuaricatio. Ac per hoc quia circunciſio ſignum regenerationis fuit, non immeritò paruulū propter originale peccatum, quo primum Dei diſſipatum eſt teſtamentum, generatio diſperdet, niſi regeneratio liberet.

Paruuli propter originale peccatum, dānantur niſi Baptizentur. *Pſal. 118.* *Rom.4.*

17 IDEM, De peccatorum meritis & remiſsione, Libro.3. Cap.2. Igitur ſi non

Infantes ſi non baptizentur, peribunt.

ſi non Baptizentur paruuli, inter eos qui non credunt, erunt, ac per hoc nec vitã habebunt, ſed ira Dei manet ſuper eos: Quoniam qui non credit Filio, non habebit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum. Et iudicati ſuut: Quoniam qui non credit, iam iudicatus eſt. Et condemnabuntur: Quoniã, Qui crediderit & Baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.

Ioan.3. *Marc.16.*

Paruuli per Baptiſmum incorporantur Eccleſiæ, & niſi Baptizentur, damnabuntur.

18 ET Cap. 4. Quoniam nihil agitur aliud cùm paruuli Baptizantur, niſi vt incorporentur Eccleſiæ, id eſt, Chriſti corpori membriſq; ſocientur, manifeſtum ſit, eos ad damnationem, niſi hoc eis collatum fuerit, pertinere: non autem damnari poſſent, ſi peccatum vtiq; non haberent. Hoc quia illa ætas nullum in vita propria contrahere potuit, reſtat intelligere, vel ſi hoc nondum poſſumus, ſaltem credere, trahere patuulos originale peccatum.

Propter originale peccatum paruuli damnãtur, niſi Baptizentur.

19 ET Cap. 12. Nec paruuli de quibuſlibet ſanctis iuſtiſq; procreati, originalis peccati reatu abſoluuntur, niſi in Chriſto fuerint Baptizati: pro quibus tantò impenſius loqui debemus, quantò pro ſe ipſi minus poſſunt.

Abſq; Baptiſmo non abolentur peccatum.

20 AMBROS. tom.1. De Pœnitentia, Lib.2. Cap.2. Illud quoq, euidens quòd in eo qui Baptizatur, crucifigitur Filius Dei: quia non potuit caro noſtra abolere peccatum, niſi crucifixa eſſet in Chriſto Ieſu. Denique ſcriptum eſt, quia quicunque Baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius Baptizati ſumus.

Rom.6.

C

Credunt paruuli per fidem geſtantium.

1 AVGVST. tom.7. Contra Iulianum Pelagianum, Lib.6. Cap.1. Velitis, nolitis, paruulos credere confitemini in Chriſtum per corda & ora geſtantium.

Paruuli alieno ore & corde credunt.

2 ET Cap.12. Ideò ergò credunt atque confitentur, & maiores per cor & os proprium, & paruuli per alienum, vt reconcilientur Deo per mortem Filij eius, ne ira Dei maneat ſuper eos, quos etiam origo vitiata efficit reos.

3 IDEM tom 8. in Pſal. 50. Suſcepit perſonam generis humani Dauid, & attendit omnium vincula: propaginem mortis conſiderauit, originem iniquitatis aduertit, & ait. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum. Nunquid Dauid de adulterio natus erat, an de Ieſſe viro iuſto, & cõiuge ipſius? Quid eſt quòd ſe dicit in iniquitate conceptum, niſi quia trahitur iniquitas ex Adam? Etiam ipſum vinculum mortis, cum ipſa iniquitate concretum eſt. Nemo naſcitur, niſi trahens pœnam, trahens meritũ pœnæ.

Pſalm. 50.

Nemo naſcitur, abſq; peccato originali.

Paruulis prodeſt volũtas offerentium eos ad Baptiſmum.

4 IDEM tom.2. Epiſtola.23. ad Bonifacium. Vt poſsit homo regenerari per officium voluntatis alienæ cùm offertur conſecrãdus, facit hoc vnus Spiritus, ex quo regeneratur oblatus. Non enim ſcriptũ eſt: Niſi quis renatus fuerit, ex parentum voluntate, aut ex offerentium vel miniſtrantium fide, ſed, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu. Aqua igitur exhibens forinſecus Sacramentum gratiæ, & Spiritus operans intrinſecus beneficium gratiæ, ſoluens vinculum culpæ, reconcilians bonum naturæ, regenerat hominẽ in vno Chriſto, ex vno Adamo generatum. Regenerans ergo Spiritus in maioribus offerentibus, & paruulo oblato renatoq; cõmunis eſt. Ideò per hanc ſocietatem vnius eiuſdemq; Spiritus prodeſt offerẽtium voluntas paruulo oblato. *Et mox*. Offeruntur quippe paruuli ad percipiẽdam ſpiritualem gratiam, non tam ab eis quorum geſtãtur manibus, (quanuis & ab ipſis, ſi & ipſi boni fideles ſunt) quàm ab vniuerſa ſocietate ſanctorũ atque fidelium. Ab omnibus nanq; offerri rectè intelliguntur, quibus placet quòd offeruntur, & quorũ ſancta atque indiuidua charitate ad cõmunicationem Sancti Spiritus adiuuantur. Tota hoc ergo mater Eccleſia, quæ in ſanctis eſt, facit, quia tota omnes, tota ſingulos parit.

Ioan.3.

5 ET Epiſt. 89. Ad Hilarium, Quæſt.3. Nullæ itaque argumentationes cõtra Apoſtolica verba prolatæ, impediant paruulos ad ſalutem, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Tantò enim magis pro eis loqui debemus, quantò ipſi pro ſe loqui non poſſunt. Per vnum hominem intrauit peccatum in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſijt, in quo omnes peccauerunt. Sicut ab illo vno homine, ſic ab eodem peccato infantes immunes eſſe non poſſunt, niſi ab eius reatu per Chriſti Baptiſmum reſoluantur.

Rom.5. *Paruulis neceſſarius eſt Baptiſmus.*

6 ET Epiſtola.105. Ad Sixtum. *Propè finem*. Sed Deo gratias, quòd ſaltem cùm argumentantur (*Pelagiani*) contra remiſſionem peccatorum, ne fieri credatur in paruulis: iam tamen, quanuis per corda & ora malorum, credere paruulos confitentur. Sicut ergô audiunt Dominum dicentem: Qui non renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non intrabit in regnum cœlorum:

Ioan.3.

propter

Marc. 16.

propter quod eos Baptizãdos eſſe cõcedũt: Sic audiant eundẽ Dñm dicentem: Qui nõ crediderit, condemnabitur: quia ſicut eos renaſci per miniſterium Baptizantiũ, ita etiã credere per corda & ora confitentium, confitemur.

Infantes dicuntur credere per fidem parentum.

7 IDEM tom.3. de Gene. ad literã, Lib. 10. Cap.14. Antequàm per ætatem, poſsit (*Paruulus*) ſecundùm Spiritum viuere, neceſſarium habet Mediatoris Sacramẽtum: vt quod per eius fidem nondum poteſt, per eorum qui eum diligunt, fiat. Eius enim Sacramento ſoluitur etiam in ætate inſantili originalis pœna peccati.

Paruuli per fidem parentum & geſtantiũ Baptizati, ſaluantur.

8 ET Cap.23. Conſuetudo matris Eccleſiæ in Baptizãdis paruulis nequaquàm ſpernenda eſt, neq; vllo modo ſuperflua deputanda, nec omnino credẽda niſi Apoſtolica eſſet traditio. Habet enim & illa parua ætas magnum teſtimonij pondus, quæ prima pro Chriſto meruit ſanguinem fundere.

Apoſtolica traditio eſt, vt paruuli Baptizentur.

9 IDEM tom.9. tract.67. in Ioã. Reſpuẽdi ſunt à corde Chriſtiano, qui putant ideò dictũ multas eſſe manſiones, quia extra regnum cœlorum erit aliquid, vbi maneãt beati infantes, qui ſine Baptiſmo ex hac vita emigrarunt, quia ſine illo in regnum cœlorum intrare non potuerunt. Hæc fides, non eſt fides, quia nõ eſt vera & Catholica fides.

Ioan.14.

Contra fidẽ Catholicã eſt, credere infantes ſine Baptiſmo ſaluari.

10 IDEM Lib. de Pœnitentiæ medicina, Cap.2. Vna actio pœnitentiæ eſt, quæ nouum hominem per Baptiſmum parturit, donec ſalutaris omnium præteritorum peccatorum fiat ablutio, vt tãquàm nato puero dolores tranſeant, quibus viſcera vrgebantur ad partũ, & triſtitiam lætitia conſequatur. Omnis enim qui iam voluntatis ſuę factus eſt arbiter, cùm accedit ad Sacramenta fidelium, niſi eum pœniteat vitæ veteris, nouã non poteſt inchoare. Ab hac pœnitentia cùm Baptizantur, ſoli pueri immunes ſunt. Nondum enim vti poſſunt liberò arbitrio. Quibus tamen ad conſecrationẽ remiſſionemq; originalis peccati, prodeſt eorum fides à quibus offeruntur: vt quaſcunq; maculas delictorum per alios, ex quibus nati ſunt, contraxerunt, aliorum etiam interrogatione ac reſponſione purgantur.

Paruulis prodeſt offerentium fides.

11 IDEM tom.3. Lib. de Spiritu & anima, Cap.41. Exinde fit anima originali culpæ obnoxia, quam caro contrahit, & animę refundit: cum qua vnita eſt in perſona, licet diuiſa ſit in natura. Ea propter neceſſe eſt paruulum dum viuit, Chriſti Sacramento renouari, ne obſit eius animę ſocietas carnis peccati, qua grauatur etiã corpore exuta, niſi dum in corpore viuit, ſalutari fuerit remedio expiata. Currant igitur adulti, currant pro ſe ipſis, impendant etiam paruulis Sacramentũ fidei, ſuſcipiant Chriſti fidem cum Sacramentis, vt paruulos in Chriſto renouatos fides Eccleſiæ tueatur, & adultos cum Sacramẽtis opera fidei comitentur.

Neceſſe eſt paruulos Baptiſmi Sacramento renouari.

Paruulos iuuat fides Eccleſiæ.

12 IDEM Lib. De Eccleſiaſticis dogmatibus, Cap.34. Quicunq; paruulos recẽtes ab vteris matrum Baptizandos negat, aut dicit in remiſsionem quidem peccatorũ eos Baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lauacro regenerationis expietur, vnde ſit conſequens, vt in eis forma Baptiſmatis in remiſsionem peccatorum, non vera, ſed ſalſa intelligatur: anathema ſit. Quoniam non aliter intelligendum eſt, quod ait Apoſtolus: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſijt, in quo omnes peccauerunt: niſi quemadmodum Eccleſia Catholica vbique diffuſa, ſemper intellexit.

Qui dixerit paruulos nec habere peccatũ originale, neq; Baptiſmo indigere, anathema ſit.

Rom.5.

13 IDEM tom. 10. Serm. 45. De tempore. Cum aliquibus cupiditatibus nati ſumus, aliquas conſuetudine fecimus. Nam propter illas cum quibus nati ſumus, Baptizantur inſantes, vt ſoluantur à reatu propaginis malę, quam habuerunt.

Baptizantur infantes propter originale peccatum.

14 ET Serm.8. de Verbis Apoſtoli. Nũquid ad illum populum non pertinent paruuli, quos ſaluos faciet Ieſus à peccatis eorum? Pertinent planè, pertinent fratres mei: ſic habete in corde, ſic credite, cum iſta fide paruulos ad gratiam Chriſti portate, ne ſi hanc fidem in corde non habueritis, pro quibus reſpondetis, lingua veſtra occidatis.

Fides offerẽtium, paruulis vtilis.

15 ET Sermo. 10. Nullus hominum in iſta quæ ex Adam defluit maſſa mortaliũ, nullus omnino hominum non ægrotus, nullus ſine gratia Chriſti ſanatus. Quid de paruulis pueris, ſi ex Adam ægroti? Nam & ipſi portantur ad Eccleſiam: etſi pedibus illuc currere non poſſunt, alienis pedibus currunt, vt ſanentur: accommmodat illis mater Eccleſia aliorũ pedes, vt veniãt, aliorũ cor, vt credãt, aliorũ linguã, vt fateantur, vt quoniam quòd ægri ſunt, alio peccante prægrauantur, ſic cùm hi ſani ſunt, alio pro eis confirmante, ſoluentur. Nemo

Aliorum fides infantibus prodeſt.

ergo vobis ſuſurret doctrinas alienas: hoc Eccleſia ſemper habuit, ſemper tenuit, hoc à Maiorum fide percepit, hoc vſque in finē perſeueranter cuſtodit.

16 ET Sermo. 14. *Exponens illud, Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem, &c.* Proſers (*inquit*) paruulum mihi, & iubes vt attendat exaltatum, quem negas habere ſerpentis venenum. Imo ſi faues ei, ſi mouet te innocentia in vita propria, noli negare tractum aliquē reatū de vita prima, non ſua, ſed parētis ſui primi. Aut quid ei dicis, vt credat? hoc em̄ reſpondetur à portante paruulum. Ad verba aliena ſanatur, quia ad factū alienū vulneratur. *Et paulò pòſt.* Vtique prodeſt Chriſtus paruulis Baptizatis. Prodeſt ergo non credentibus? Sed abſit, vt ego dicā non credentes infantes. Iam ſuperius diſputaui: credit in altero, qui peccauit in altero. Dicitur, Credit: & valet, & inter fideles Baptizatos cōputatur. Hoc habet authoritas matris Eccleſiæ, hoc fundatus veritatis obtinet Canon, cōtra hoc rubor, cōtra hūc inexpugnabilem murum quiſquis arietat, ipſe confringitur. Ergò prodeſt Chriſtus aliquid infantibus Baptizatis, & ſicut ego doceo, & ſicut mecum tota Eccleſia dicit, credentibus prodeſt, fidelibus prodeſt.

Ioan. 3.

Ad factum alienū vulnerantur infātes, & ad verba aliena ſanātur.

Infans credit in altero, qui peccauit in altero.

17 BERNAR. ſuper Cātica. ſerm. 66. Videte detractores, videte canes. Irrident nos quia Baptizamus infantes. *Et mox.* Quid enim ſi infans pro ſe loqui non poteſt, pro quo vox ſanguinis fratris ſui, & talis fratris, clamat ad Deum de terra? Aſtat & clamat nihilominus mater Eccleſia. Quid tamen infans? non'ne & ipſe videtur tibi inhiare quodammodò de fontibus Saluatoris, vociferari ad Deum, ſuiſq; vagitibus clamitare, Dn̄e vim patior, reſpōde pro me? flagitat auxilium gratiæ, quia vim patitur ab origine. Clamat innocētia miſeri, clamat ignorātia paruuli, clamat addicti infirmitas. Ita ergò clamāt hæc omnia, ſanguis fratris, fides matris, deſtitutio miſeri, & miſeria deſtituti. Et clamatur ad Patrē: porrò Pater ſeipſum negare nō poteſt: Pater eſt. Nemo mihi dicat, quia nō habet fidē, cui mater impertit ſuā, inuoluēs illi in Sacramēto quouſq; idoneus fiat proprio nō tātū ſenſu, ſed aſſenſu euōluā puráq; percipere. Nūquid breue palliū, vt nō poſſit ambos cooperire? Magna eſt Eccleſię fides. Nūquid minor fide Chananeæ mulieris, quā cōſtat & filiæ potuiſſe ſufficere, & ſibi? Ideò audiuit: O mulier, magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut petiſti. Nunquid minor fide illorū qui paralyticū per tegulas demittētes, animæ illi ſimul & corporis obtinuere ſalutē? Deniq; habes, Quorū fidē vt vidit, ait paralytico: Cōfide fili, remittūtur tibi peccata tua. Et paulò pòſt, Tolle grabatū tuū, & ambula. Qui hæc credit, facilè huic perſuadebitur meritò Eccleſiā præſumere nō ſolū paruulis Baptizatis in ſua fide ſalutē, ſed etiā interſectis pro Chriſto infantibus coronā martyrij. Quę cū ita ſint, nullū præiudicium ſuſtinebunt regenerati de eo quod dictū eſt: Sine fide, impoſſibile eſt placere Deo: Cùm ſine fide nō ſint qui in teſtimoniū fidei Baptiſmi gratiā perceperunt. Sed neq; de eo quod item dictum eſt: Qui verò non crediderit, condemnabitur. Quid enim credere eſt, niſi fidem habere?

Irridentur catholici ab hæreticis quia infantes Baptizant.

Iſai. 38.

Mater Eccleſia fidem ſuā paruulis communicat.

Iſai. 28.

Matth. 15.

Matt. 9.

Hebra. 11.

Paruuli Baptizati non ſunt ſine fide.

Marc. 16.

18 IDEM Epiſt. 67. ad Hugonem de ſancto Victore. Sanè infantes quia hāc, prohibēte ętate, nō poſsūt habere fidē, hoc eſt, cordis ad Deū cōuerſionē, cōſequēter nec ſalutē, ſi abſq; Baptiſmi perceptione moriūtur. Non quòd vel ipſi quando Baptizātur, fide omnino careāt, ſine qua impoſſibile eſt vel ipſos placere Deo: ſed ſaluantur & ipſi per fidē, non tamē ſuā, ſed alienā. Dignum nēpe eſt, & ad Dei ſpectat benignitatē, vt quibus fidem ætas denegat propriam, gratia prodeſſe cōcedat alienam. Neque enim Omnipotentis iuſtitia propriam putat ab ijs exigendam fidem, quos nouit propriam nullam habere culpam. Porrò aliena opus eſt fide, cùm ſine ſorde non naſcantur aliena, quatenus nec à paruulis alienū ſit quod de omnibus generaliter dicitur: Fide mundans corda eorum. Nec dubium quòd macula contracta ab alijs, aliorum quoq; fide valeat vel debeat emundari.

Infantibus neceſſarius eſt Baptiſmus, & ſaluantur per alienam fidem.

Hebra. 11.

Act. 15.

D 1 TERTVL. Lib. De Baptiſmo. Vide ſup. lit. A. auth. 3.

2 ORIGENES tomo. 2. homilia. 14. in Lucam. Vide ſuprà, litera. B. authoritate. 4.

3 CYPRIAN. Lib. 3. Epiſtola. 8. ad Fidum. Vide ſuprà, litera. B. authoritate. 5.

4 AVGV. tom. 7. De peccatorū meritis & remiſſione, Lib. 2. Cap. 27. Quiſquis verò adhuc mouet, quare baptizētur qui iā de Baptizatis naſcuntur: hoc breuiter accipiat. Sicut generatio carnis peccati per vnū Adā in condemnationem trahit omnes qui eo modo generantur: ſic generatio Spiritus gratiæ per vnum Ieſum Chriſtum ad iuſtitiā vitæ æternæ ducit omnes qui eo modo

Cur filij Chriſtianorum Baptizentur.

prę-

prædeſtinati regenerautur: Sacramentum autē Baptiſmi, profectò Sacramentū regenerationis eſt. Quocirca, ſicut homo qui nō vixerit, mori nō poteſt: & qui mortuus nō fuerit, reſurgere nō poteſt: Ita qui natus nō fuerit, renaſci nō poteſt. Ex quo cōficitur, neminē in ſuo parente renaſci potuiſſe non natum. Oportet autē vt ſi natus fuerit, renaſcatur, quia niſi quis natus fuerit denuò, non poteſt videre regnum Dei. Oportet igitur vt Sacramento regenerationis, ne ſine illo malè de hac vita exeat, etiam paruulus imbuatur. Quod non fit niſi in remiſsionem peccatorum. Quod etiā ipſo loco Chriſtus oſtēdit, cùm interrogatus quomodô poſſent iſta fieri, cōmemorauit, quid Moyſes fecerit in exaltatione ſerpentis. Cùm itaq; per Baptiſmi Sacramentū morti Chriſti conformātur infantes, eos à ſerpentis morſu fatendū eſt liberari, ſi à Chriſtianæ fidei regula nolumus aberrare. Quem tamen morſum non in ſua vita propria, ſed in illo cui primitus inflictus eſt, acceperunt.

Ioan. 3.

5 IDEM, De Baptiſmo contra Donatiſtas, Lib. 4. Cap. 24. Et ſi quiſquā in hac re authoritatē Diuinā quærat: quanquā quod vniuerſa tenet Eccleſia, nec Concilijs inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, non niſi authoritate Apoſtolica traditū rectiſsimè creditur: tamen veraciter conijcere poſſumus, quôd valeat in paruulis Baptiſmi Sacramētum, ex circunciſione carnis quam prior populus accepit, quam priuſquàm acciperet iuſtificatus eſt Abraham. Sicut Cornelius etiam dono Spiritus ſancti priuſquàm Baptizaretur, ditatus eſt. Dicit tamen Apoſtolus de ipſo Abraham: Signū accepit circuncisionis, ſignaculum fidei iuſtitiæ, quia iam corde crediderat, & deputatum illi erat ad iuſtitiam. Cur ergo ei præceptum eſt vt omnem deinceps infantem maſculum octauo die circuncideret, qui nondum poterat corde credere, vt ei deputaretur ad iuſtitiam, niſi quia & ipſum per ſe ipſum Sacramentum multum valebat? Quod in filio Moyſi per Angelum manifeſtatum eſt, qui cùm adhuc incircunciſus à matre ferretur, præſenti & euidenti periculo, vt circuncideretur, exactum eſt: & cùm factum eſſet, depulſa eſt pernities. Sicut ergo in Abraham præceſsit fidei iuſtitia, & acceſsit circunciſio ſignaculum iuſtitiæ fidei: ita in Cornelio præceſsit ſanctificatio ſpiritualis in dono Spiritus ſancti, & acceſsit Sacramentū regenerationis in lauacro Baptiſmi.

Quod vniuerſa tenet Eccleſia, ex Apoſtolica traditione eſt.

Gene. 15.
Act. 10.
Rom. 4.
Sicut circūciſione opus erat, ita & Baptiſmo.
Gen. 17.
Exod. 4.

Et mox. Sicut in illo Latrone, quod ex Baptiſmi Sacramento defuerat, compleuit Omnipotentis benignitas, quia non ſuperbia vel cōtemptu, ſed neceſsitate defuerat: ſic in infantibus, qui Baptizati moriuntur, eadē gratia Omnipotentis implere credēda eſt, quod non ex impia volūtate, ſed ex ætatis indigentia, nec corde credere ad iuſtitiā poſſunt, nec ore confiteri ad ſalutem. Ideò cum alij pro eis reſpondent, vt impleatur erga eos celebratio Sacramenti, valet vtique ad eorum conſecrationem, quia ipſi reſpondere non poſſunt.

Latro cur ſine Baptiſmo ſaluus.

Paruulis prodeſt aliena fides.

6 IDEM tom. 2. Epiſtola. 107. ad Vitalem. Scimus paruulos, ſecundùm ea quæ per corpus geſſerunt, recepturos vel bonū vel malū. Geſſerūt autē nō per ſe ipſos, ſed per eos quibus pro illis reſpondentibus & renunciare diabolo dicuntur, & credere in Deum: vnde & in numero fidelium computantur, pertinentes ad ſententiam Domini dicentis: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Propter quod & illis qui hoc Sacramentum nō accipiunt, cōtingit quod ſequitur: Qui vero non crediderit, condemnabitur.

Paruuli & operantur, & credunt, non per ſe, ſed per alios.

Marc. 16.

7 ET Epiſt. 90. ad Innocentium Papā. Quicunq; negat paruulos per Baptiſmum Chriſti, à perditione liberari, & ſalutē percipere ſempiternam, anathema ſit.

Error eſt negare paruulos ſaluari per Baptiſmum.

8 ET Epiſtola. 92. ad eundem. Pueros quoque paruulos, ſi nullis innouētur Chriſtianæ gratiæ Sacramentis, habituros vitam æternam nequam præſumptione (*Hæretici*) contendunt, euacuantes quod dicit Apoſtolus; Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſijt, in quo omnes peccauerunt. Et alio loco: Sicut in Adam omnes moriuntur, ſic & in Chriſto omnes viuificabūtur. *Et mox.* Hęc inſinuantes Apoſtolico pectori tuo, non opus habemus multa dicere, & tantam impietatem verbis exaggerare, cùm proculdubio te ita permoueant, vt ab eis corrigendis, ne latius ſerpant, multosq; contaminent, vel potius interimant, dum ſub nomine Chriſti à gratia Chriſti penitus alienant, omnino diſsimulare non poſsis.

Paruuli ſine Baptiſmo non ſaluantur.

Rom. 5.

1. Cor. 15.

9 ET Epiſt. 106. Ad Boniſacium. Si autē cedunt (*Hæretici*) Sedi Apoſtolicæ, vel potius ipſi Magiſtro & Domino Apoſtolorū, qui dicit non habituros vitam in ſemetipſis, niſi manducauerint carnem Filij hominis, & biberint ſanguinem: quod niſi

Ioan. 6.

Baptizati,nō vtiq; poſsūt: nēpe aliquando fatebuntur paruulos nō Baptizatos vitā habere nō poſſe ac per hoc,quālibet tolerabilius omnib⁹ qui propria peccata cōmittūt, tñ æterna morte mulctari. Quæ cū ita ſint, audeāt diſputare,&quibus poſsūt perſuadere cōtendāt,Deū iuſtū,apud quē nō eſt iniquitas paruulos à peccatis proprijs innocētes,ſi nec illo ex Adā obligati & obſtricti ſunt,morte perpetua dānaturū. Quod ſi abſurdiſsimū eſt,& a iuſtitia Dei penitus alienū, & tamē nullus qui ſe meminit Catholicæ fidei Chriſtianum,negat aut dubitat paruulos non accepta gratia regenerationis in Chriſto,ſine cibo carnis eius&ſanguinis potu,nō habere in ſe vitam, ac per hoc pœnæ ſempiternæ obnoxios: profectò reſtat, vt quia ipſi non egerāt aliquid boni aut mali, ideò mortis eorū iuſta ſit pœna,quia in illo moriuntur, in quo oēs peccauerūt:vnde in iſto ſolo iuſtificātur à quo peccatū nec originale trahi potuit,nec propriū perpetrari.

Paruuli ſine Baptiſmo non ſaluantur,& quare.

10 IDEM tom.3.De Geneſi ad literā, Lib.10.Cap.14.&.23. Vide ſuprà, lit.C.autho.7.&.8.

11 ITEM Lib.de Eccleſiaſticis dogmatibus,Cap.34. Vide ſup.lit.C.auth.12.

12 IDEM tom.5.De Ciuit.Dei,Lib.21. Cap.16.Tanta eſt Dei miſericordia in vaſa miſericordiæ quæ præparauit in gloriā, vt etiā prima hominis ętas,id eſt,infantia,quę ſine vllo renixu ſubiacet carni: & ſecunda, quæ pueritia nūcupatur,vbi nondum ratio ſuſcepit hanc pugnam, & ferè ſub omnibus vitioſis delectationibus iacet,quia licet iam fari valeat,& ideò infantiam tranſiſſe videatur,nondū in ea eſt præcepti capax infirmitas mentis,ſi Sacramenta Mediatoris acceperit,etiā ſi hanc in eis annis vitam finiat, translata ſcilicet à poteſtate tenebrarū in regnū Chriſti,non ſolùm pœnis non præparetur æternis,ſed ne vlla quidē poſt mortē purgatoria tormēta patiatur. Sufficit enim ſola ſpiritalis regeneratio,ne poſt mortē obſit quod carnalis generatio cum morte contraxit.

Pueris ante vſum rationis ſufficit Baptiſmus ad ſalutem.

13 IDEM tom. 7. De bono perſeuerantiæ,Lib.2.Cap.12.Abſit vt cauſam paruulorum ſic relinquamus,vt eſſe nobis dicamus incertum,vtrū in Chriſto regenerati, ſi moriantur paruuli,tranſeant ad æternam ſalutem:non regenerati autē, tranſeant ad mortem ſecundam:Quoniam quod ſcriptū eſt: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum,& per peccatum mors, & ita in omnes homines trāſijt:aliter rectè intelligi non poteſt.Nec à morte perpetua, quæ iuſtiſsimè eſt retributa peccato,liberat quenquam puſillorum atq; magnorum, niſi ille qui propter remittēda originalia & propria noſtra peccata,mortuus eſt ſine ſuo vllo originali proprioue peccato.

Paruuli ſine Baptiſmo dānātur, cum illo ſaluantur.

Rom. 5.

Nullus à morte æterna liberatur, niſi per Chriſtum.

14 AMBROS. tom.2.De Vocatione gentium, Lib.2. Cap. 8. Omnium exordia parulorum, totaq; illa principia necdū rationalis infantiæ, ſub arbitrio iacent voluntatis alienæ, nec vllo modo eis niſi per alios conſuli poteſt, & conſequens eſt illos ad eorum pertinere conſortium, quorū vel recto vel prauo aguntur affectu.Sicut enim ex aliena confeſsione creduur,ita ex aliena infidelitate aut diſsimulatione non credūt. Et cùm ipſi nec præſentis vitæ deſyderium habuerunt, nec futuræ: quàm ipſorum factum eſt naſci, tàm ipſorum efficitur non renaſci. Sicut autem circa maiores, præter illam generalem gratiam parciùs atque occultiùs omnium hominum corda pulſantem,excellentiore opere,largiore munere, potentiore virtute vocatio ſpecialis exeritur: ita etiam circa innumeros paruulos eadem manifeſtatur electio,quæ quidem nec illis qui renati non ſunt,in parentibus defecit,ſed ijs qui renati ſunt,prę parentibus affuit: ita vt multis ſæpe quos ſuorum impietas deſeruit,alienorum cura ſeruierit,& ad regenerationem venerint per extraneos, quæ eis nō erat prouidenda per proximos. *Et vide ſup.lit.B.auth.7.*

Paruulis ſuccurri nō poteſt niſi per alios.

15 LEO Magnus epiſt.86(*aliàs*. 84.) ad Nicetam. A paruulo enim recens nato, vſque ad decrepitum ſenem, quamlibet corporis ætatem gerant, ſicut nullus prohibendus eſt à Baptiſmo,ita nullus eſt,qui non peccato moriatur in Baptiſmo. Sed paruuli, originalj:maiores autem, etiā his omnibus moriuntur peccatis, quæcunque malè viuendo addidere ad illud, quod naſcendo traxere.

Baptiſmus omnia peccata delet.

E 1 AVGVST. tom.5.de Ciuita. Dei, Lib.16.Cap.27. Vide ſup. litera, B. authoritate.16.

2 IDEM tom 2.Epiſtola.28. Ad Hieronymum. Certus ſum animam, quæcunque ſine gratia Mediatoris & Sacramento eius in qualibet corporis ætate de corpore exierit,& in pœnā futurā & vltimo iudicio recepturam corpus ad pœnam. Si autem poſt generationem humanam quæ facta eſt eſt in Adam, regeneretur in Chriſto, ad

Paruuli per Baptiſmum ſaluantur,ſine illo, damnantur.

eius

eius pertinens ſocietatem : & requiem
poſt mortem corporis habiturã , & corpus
ad gloriam recepturam. Hæc ſunt quæ de
anima firmiſsimè teneo. *Et longè pòſt.* Quiſ
quis dixerit, quòd in Chriſto viuificabun-
tur etiá paruuli qui ſine Sacramẽti ei⁹ par
ticipatione de vita exeunt: hic profectò &
contra Apoſtolicam prædicationem venit,
& totam cõdemnat Eccleſiam, vbi propte-
reà cum Baptizãdis paruulis feſtinatur &
curritur, quia ſine dubio creditur aliter
eos in Chriſto viuificari omnino nõ poſſe.
Qui autem non viuificatur in Chriſto, re-
ſtat vt in eadem damnatione maneat, de
Rom. 5. qua dicit Apoſtolus: Per vnius delictum in
omnes homines ad condemnationem.

F 1 CYPRIA. tom. 2. Epiſtola ad Iuba
ianum, de hæreticis Baptizandis. *Exponẽs*
Ioan. 3. *illud: Niſi quis renatus fuerit ex aqua, &c. nit.*
Quo in loco quidã, quaſi euacuare poſsint
humana argumẽtatione prędicationis Euã
gelicæ veritatem, catechumenos nobis op-
ponũt, ſi quis ex eis antequàm Baptizetur
in confeſsione nominis apprehẽſus fuerit,
& occiſus, an ſpem ſalutis & præmium con
feſsionis amittat, eò quòd ex aqua prius
non ſit renatus. Sciant igitur huiuſmodi ho
Sine Baptiſmo aqua ſaluatur quis Baptiſmo ſanguinis. mines ſuffragatores & fautores hęreticorũ,
catechumenos illos primò integram fidem
& Eccleſiæ veritatem tenere, & ad debel
landum diabolum de Diuinis caſtris cum
plena & ſyncera Dei Patris & Chriſti &
Spiritusſancti cognitione procedere. Dein
de nec priuari Baptiſmatis Sacramento,
vtpotè qui Baptizentur glorioſiſsimo &
maximo ſanguinis Baptiſmo, de quo Domi
nus dicebat, habere ſe aliud Baptiſma Bap
Luc. 12. tizari, & paſsione ſanctificatum conſum-
mari, & Diuinæ pollicitationis gratiã con-
Luc. 23. ſequi. Declarat hoc in Euangelio idem Do
minus, quando ad Latronem in ipſa paſ-
ſione credentem & confitentem locutus,
ꝙ ſecũ futurus ſit in paradiſo, pollicetur.

2 AMBROS. tom. 3. Oratione de
obitu Valentiniani, *poſt medium.* Sed audi-
ui vos dolere quòd non acceperit Sacra-
menta Baptiſmatis. Dicite mihi quid aliud
Si Baptiſmo aqua deeſt adulto, ſufficit illius voluntas. in nobis eſt niſi volũtas, niſi petitio? Atqui
etiam dudũ hoc votũ habuit, vt antequàm
in Italiam veniſſet, initiaretur, & proximè
Baptizari ſe à me velle, ſignificauit. Et
ideò prę cęteris cauſis me accipiendum pu
tauit. Non habet gratiam quam deſydera-
uit? Non habet quam popoſcit? Et quia
Sapien. 4. popoſcit, accepit. Et vbi illud eſt: Iuſtus
quacunq; morte præuentus fuerit anima
eius, in refrigerio erit? Solue igitur Pa-
ter Sancte munus ſeruo tuo, quod Moyſes
dum in Spiritu vidit, accepit: quod Dauid
quia ex reuelatione cognouit, emeruit. Sol
ue, inquam, ſeruo tuo Valẽtiniano munus
quod concupiuit, munus quod popoſcit ſa-
nus, robuſtus, incolumis. Si affectus ægritu
dine diſtuliſſet, tamen non penitus à tua
miſericordia eſſet alienus, qui celeritate
temporis eſſet, non voluntate fraudatus.
Solue ergo ſeruo tuo munus tuæ gratiæ,
quam ille nunquàm negauit, qui ante diẽ
mortis, tẽplorum priuilegia negauit, inſur-
gentibus quos reuereri poſſet. Aſtabat vi-
rorum caterua gentilium, ſupplicabat Se-
natus. Non metuebat hominibus diſplicere
in Chriſto. Qui habuit Spiritum tuum,
quomodò non accepit gratiam tuam? Aut *Sicut ſaluat Baptiſmus ſanguinis, ita & bona voluntatis.*
ſi quia ſolẽniter non ſunt celebrata myſte
ria, hoc mouet: ergò nec martyres, ſi cate-
chumeni fuerint, coronẽtur: nõ. n. coronã
tur, ſi nõ initiãtur. Quòd ſi ſuo abluunt ſan
guine, & hũc ſua pietas abluit, & volũtas.

3 AVGVST. tomo. 7. de Baptiſmo
cõtra Donatiſtas, Lib. 4. Cap. 22. Baptiſmi *Luc. 23.*
ſanè vicem aliquando implere Paſsionem,
de Latrone illo, cui non Baptizato dictum *In neceſsitate ſicut ſaluat ſanguinis Baptiſmus, ita & cordis ad Deũ conuerſio.*
eſt: Hodie mecum eris in paradiſo: non le
ue documentum Beatus Cyprianus aſſu-
mit. Quod etiam atq; etiam conſiderans,
inuenio nõ tãtùm Paſsionem pro nomine
Chriſti, id quod ex Baptiſmo deerat, poſſe
ſupplere, ſed etiã fidẽ, conuerſionemq; cor
dis, ſi fortè ad celebrandũ myſteriũ Bap-
tiſmi in anguſtijs tẽporũ ſuccurri non po-
teſt. Neq; cm̃ Latro ille pro nomine Chri-
ſti crucifixus eſt, ſed pro meritis facinorũ
ſuorum: nec quia credidit, paſſus eſt, ſed dũ
patitur, credidit. Quãtũ itaq; valeat, etiã ſi
ne viſibili Sacramento Baptiſmi, quod ait
Apoſtolus: Corde creditur ad iuſtitiã, ore *Rom. 10.*
autẽ confeſsio fit ad ſalutẽ: in illo Latrone
declaratũ eſt: ſed tũc impletur inuiſibiliter
cùm myſterium Baptiſmi nõ contẽptus re
ligionis, ſed articulus neceſsitatis excludit.

4 ET Cap. 25. Quibus rebus omnibus
oſtẽditur, aliud eſſe Sacramentũ Baptiſmi, *Quod deeſt Baptiſmo, in neceſsitate ſupplet voluntas.*
aliud cõuerſionẽ cordis, ſed ſalutẽ hominis
ex vtroq; cõpleri, nec ſi vnũ horũ defuerit,
ideò putare debemus conſequens eſſe, vt &
alterum deſit: quia & illud ſine iſto poteſt
eſſe in infante, & hoc ſine illo potuit eſſe
in Latrone, cõplente Deo, ſiue in iſto, ſiue
in illo, quod non ex voluntate defuiſſet.

Paruuli ſine Baptiſmo non ſaluantur.

5 IDEM tom. 7. de Anima & eius origine, Lib. 3. Cap. 9. Noli credere, noli dicere, noli docere, infantes antequàm Baptizentur, morte pręuętos, peruenire poſſe ad originaliũ indulgẽtiã peccatorũ, ſi vis eſſe Catholicus. Exempla enim quę te fallunt, vel de Latrone qui Dominum eſt cõfeſſus in cruce, vel de fratre ſanctæ Perpetuæ Dinocrate, nihil tibi ad huius erroris ſentẽtiam ſuffragãtur. Latro quippe ille, quanuis potuerit iudicio Diuino inter eos deputari, qui martyrij confeſsione purgantur, tamẽ etiam vtrũ non fuerit Baptizatus, ignoras.

Latro an fuerit Baptizatus, incertum eſt.

6 IDEM tom. 5. de Ciuit. Dei, Lib. 13. Cap. 7. Quicunque etiam nõ percepto regenerationis lauacro, pro Chriſti confeſſione moriuntur, tantum eis valet ad dimittenda peccata, quantum ſi abluerentur ſacro fonte Baptiſmatis. Qui enim dixit: Nĩſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cœlorum: alia ſententia iſtos fecit exceptos, vbi non minus generaliter dixit: Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt. Et alio loco: Qui perdiderit animam ſuã propter me, inueniet eam. Hinc eſt quod ſcriptum eſt: Pretioſa in conſpectu Dñi, mors Sanctorũ eius. Quid enim pretioſius quã mors, per quam fit vt etiam delicta omnia dimittantur, & merita cumularius augeantur? Neq; enim tanti ſunt meriti, qui cùm mortẽ differre nõ poſſent, Baptizati ſunt, deletiſq; omnibus peccatis ex hac vita emigrarunt: Quanti ſunt hi, qui mortem differre cùm poſſent, ideò noluerunt, quia maluerunt, Chriſtum confitendo, finire hanc vitam, quàm eum negando, ad eius Baptiſmum peruenire.

Baptiſmus ſanguinis, tantum valet, quãtum aqua. *Ioan. 3.* *Matth. 10.* *Matt. 16.* *Pſal. 115.*

7 IDEM tom. 1. Retractationum, Lib. 2. Cap. 18. In quarto libro contra Donatiſtas, Cùm dicerem, vicem Baptiſmi poſſe habere paſsionem: Non ſatis idoneum poſui illius Latronis exemplum, qui vtrũ fuerit Baptizatus, incertum eſt.

Latro an Baptizatus fuerit, non eſt certum.

8 IDEM tom. 4. Quæſtionũ ſuper Deuterono. Lib. 5. Cap. 54. Si forinſecus ea quę Deus iubet, manibus fiãt, & in corde non fiant, nemo eſt tam inſulſus, qui præcepta arbitretur impleri. Porrò ſi charitas quæ eſt plenitudo Legis Dei, habiret in corde, etiamſi manibus corporis quiſquam non poſsit operari, pax illi vtique cum hominibus bonæ voluntatis.

Sufficit voluntas, vbi externus opus perfici nequit.

LECTIO V.

DOCTOR.

AGE verò, cùm hic tam neceſſarius Baptiſmus, aqua & Spiritu ſancto cõſtet, ac perficiatur, quid ei neceſſe fuit adnectere Abrenunciationem, Exorciſmum, Chriſma, Salem, Saliuam, Veſtem candidam, cæteraq́ eiuſmodi omnia?

ADOLESCENS.

Solennes quædam illæ ſunt & perantiquę Ceremoniæ, quæ neque pro cuiuſuis arbitrio ſunt immutandæ, neque ſine ſumma neceſsitate vnquàm prætermittendæ.

DOCTOR.

Quis'nam verò eſt harum vſus ac ſignificatio?

ADOLESCENS.

In primis quidem ſolenni illa Abrenũtiatione, mũdo, carni, Satanæ,

ac

ac peccato nuncium [a] remittimus: & Deo ac Chriſto, nos,noſtraq́ omnia ex animo dedicamus.

[a] *Tertul.de Coro.mili.& de Idolo. Orige. hom. 12.in Numer. Chryſoſt. hom.6.ad Coloſ. Hieron. in Amos. 6. Aug.de pecca. mer.li. 1.c.34.& epiſ.105.& de ſymbo.ad Cate. Grego.hom.19. Ambr.de Sacra.lib.1.c.1.& in Hexa.lib.1.cap.4.*

DOCTOR.

Etquid Exorciſmo conſequimur?

ADOLESCENS.

Teſtamur [b] nos ſponte ac natura iræ filios eſſe, Satanæq́; obligatos, proinde ab Eccleſia pro libertate noſtra orari,ac ſolennes illas adiurationes adhiberi.

[b] *Tertul.de ſpect. Dionyſ. Eccleſ. Hiera.c.2. Baſil.de Spiritu ſancto.c.27.Chryſ.homi. de Adam, & Eua. Aug.de nupt. & concu.lib.1.c.20.lib.2.c.18.& de pecca.orig. lib.2.c.40.& cont. Iuli.lib.1.& de ſymb.lib.1.c.2. Ambr.lib.de iis qui myſt. initi. cap.1.*

DOCTOR.

Chriſma verò quid nobis adfert commodi?

ADOLESCENS.

Hoc maximè, quòd intelligamus [c] hoc vſu Baptiſmi in Reges nos, ac ſpirituales Sacerdotes à Deo conſecrari,idq́ vel ex ipſa Chriſtiani nominis ratione,à cœleſti Chriſti vnctione profecta.

[c] *Tertul.de reſurre.car.& de Baptiſ. Clem.mart.lib 3.recog. Cypri. lib.1.epiſt.12. Cyril. Hiero.cate. 2.& 3.Orig.lib.5.ad Ro Chryſoſt.ad Coloſ.homil. 6. & in.2. Cor.hom.11. Ambro.de Sacram. Baſil. de Spiritu ſancto cap.27. Aug.de Trinit.lib.15.c.26. & in Ioan.tract.33. Hieron. contr. Lucifer.*

DOCTOR.

Sal verò,& Saliua, & Veſtis candida,quid nobis ſignificant?

ADOLESCENS.

Sale admonemur eam hîc nobis gratiam conferri, quæ non minus animum à peccati corruptione tueatur,quàm à putredine [d] corpora ſale vindicantur. At Saliuæ ſignificatio in eo eſt, vt ſummam grauitatem ac modeſtiam ſermoni noſtro adhibeamus. Porrò [e] Veſtē candidam idcirco induimus, vt intelligamus eā nobis vitæ puritatem ac innocentiam,quam per Baptiſmum accepimus,eſſe retinendam.

[d] *Origen in Ezech. Conc. Cartha. 3.c.5.Amb. de iis qui myſt.ini. ca.1.& de Sacra.lib.1.cap.1.*

[e] *Dionyſ.Eccleſ.Hier.c.2.Amb.de iis qui myſt in.c.7. Auguſt. ſer. 157. Theodori. Eccleſ. hiſt li.3. Cap 3 & Socra.lib.7.c.17. Nicepho.lib.3. cap.vlt. & lib.11. cap.12.*

DOCTOR.

Ita res habet. Sed cuius eſt tandem hoc Sacramentum adminiſtrare?

ADOLESCENS.

Sacerdotū maximè. Si qua [f] tñ neceſsitas vehemēter vrgeret,

[f] *Hila. in pſalm.67. Cyp. de Bapt. Chriſti Tertu de Bap. Aug cont. Parme.li.2.c.13. Cōcil. Carth.5.*

vrgeret, nemo non illud, ſeruato ordine ac Eccleſiæ voluntate, conferre poſſet.

DOCTOR.

Etiam'ne hæreticus?

ADOLESCENS.

g *Aug.cont.Creſco.lib.1.c.21.& 29 & lib.2.c.22.& 28.& de vni. Bapt. c. 9. contr. Dona. li.4.c. 19.& 7.c.25.Leo epiſt. 77.& 90.Conc. Cartha. 1 cap. 2.Cartha. 3.Siricius Papa.*

Et hæreticus quoque: modò ne à forma [g] Eccleſiæ, eiuſq; verbis conceptis recederet.

DOCTOR.

Nihil ergo neceſſe erit pueros denuò tingere, qui ab hæretico ita tincti fuerint?

ADOLESCENS.

h *Aug.cont.Dona.lib.5.c.23.& de Eccleſ.dogma. c.5.& paſsim. Concil.Cartha.1. can. 1.Euſeb. Papa.*

Nihil planè. Sed parẽtibus id ſatis eſſe debet, ſi [h] Paſtoribus quàmprimùm ſiſtantur, vt ab eis tùm manus impoſitionem, tùm etiam reliquas, ſi ſit opus, Eccleſiæ Catholicæ Ceremonias recipiant.

AVTHORIT. PAT.

A *In Baptiſmo abrenunciamus diabolo & pompis eius.*

1 TERTVLL. Lib. de Corona militis, Cap.3. Denique vt à Baptiſmate ingrediar, Aquam adituri, ibidem, ſed & aliquantò prius in Eccleſia ſub Antiſtitis manu conteſtamur nos renunciare diabolo, & pompæ, & Angelis eius.

2 ET Lib. de Idololatria, cap.6. Si nulla Lex Dei prohibuiſſet idôla fieri à nobis, nulla vox Spiritus ſancti fabricatoribus idolorũ nõ minus quã cultoribus cõminaretur: de ipſo Sacramẽto noſtro interpretaremur nobis aduerſas eſſe fidei eiuſmodi artes. Quomodò enim renunciauimus diabolo & angelis eius, ſi eos facimus?

3 ORIGEN. tom.1. in Numer. hom. 12. Recordetur vnuſquiſque fidelium, cùm primùm venit ad aquas Baptiſmi, cùm ſignacula fidei prima ſuſcepit, & ad fontem ſalutaris acceſsit, quibus ibi tunc vſus ſit verbis, & quid denunciauerit diabolo: non ſe vſurum põpis eius, neque operibus eius, neque vllis omnino ſeruitijs eius ac voluptatibus pariturum.

4 CHRYSOST. tom.4. Ad Coloſen. Cap.3. Homil. 6. *in fine.* Tingitur in aqua quidem nouus homo, accipit verò aliter animantem Spiritum. Poſteàquam autem iam formatus eſt, non ducit ad illum beſtias, ſed dæmones & ducem ipſorum, & dicit: Calcate ſupra ſerpentes & ſcorpiones. *Luc.10.* Nõ dicit, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: ſed quid? *Geneſ.1.* Dat illis poteſtatem filios Dei fieri. Qui ex Deo, inquit, nati ſunt. *Ioan. 1.* Deinde ne ſerpentẽ audias, mox docet vt dicas, Renuncio tibi, vt idem ſit ac ſi dicas, Non audiam te. Ad hæc, ne per alios quoque te capiat, inquis: & pompæ tuæ, & ſeruituti tuæ, & angelis tuis.

5 HIERON. tom.5. in Amos, Cap.6. Vnde & in myſterijs, primûm renunciamus ei qui in Occidente eſt, nobiſq; moritur cum peccatis: & ſic verſi ad Orientem, pactum inimus cum Sole Iuſtitiæ, & ei ſeruituros nos eſſe promittimus.

Exorciſmus & abrenunciatio in Baptiſmo.

6 AVGVST. tom.7, De peccatorũ meritis & remiſsione, Lib.2. Cap.34. Quid de ipſa forma Sacramenti loquar? Vellem aliquis iſtorum qui contraria ſapiunt, mihi Baptizandum paruulum afferret. Quid in illo agit exorciſmus meus, ſi in familia

diaboli

diaboli non tenetur? Ipſe certè mihi fuerat reſponſurus pro eodem paruulo quem geſtaret, quia ille pro ſe reſpondere non poſſet: Quomodò ergò dicturus erat eum renũciare diabolo, cuius in eo nihil eſſet?

7 IDEM tom.2. Epiſtola. 105. Ad Sixtum. Circunſtipantur enim (*hæretici*) diuinarum authoritate lectionũ, & antiquitus tradito & retento firmo Eccleſiæ ritu in Baptiſmate paruulorũ, vbi apertiſsimè demonſtrantur infantes, & cùm exorcizantur, & cùm eis per eos à quibus geſtantur renunciare reſpõdent, à diaboli dominatione liberari: & non inuenientes quà exeant, pergũt in præcipitem ſtultitiam dum nolunt mutare ſententiam.

Paruuli in Baptiſmo exorcizantur: & renũciant diabolo.

8 IDEM tom.9. de Symbolo ad catechume. Lib.2. Cap.1. Renunciemus diabolo, pompis & angelis eius. Hoc audiſtis, hoc & vos profeſſi eſtis renũciare vos diabolo, pompis & angelis eius. Videte dilectiſsimi, quia hãc profeſsionem veſtram in curiã profertis Angelicam, nomina profitentium in libro excipiuntur vitæ, non à quolibet homine, ſed à ſuperiore cælitus poteſtate.

Abrenũciatio & profeſſio in Baptiſmo.

B

9 GREGOR Homil.29. in Euangel. In die Baptiſmatis omnibus nos antiqui hoſtis operibus, atque omnibus pompis abrenunciare promiſimus. Itaque vnuſquiſq; veſtrûm ad conſiderationem ſuã mentis oculos reducat, & ſi ſeruat poſt Baptiſmum quod ante Baptiſmum ſpopõdit, certus iam quia fidelis eſt, gaudeat.

10 AMBRO. tom.4. De Sacram. Lib. 1. Cap. 2. Quando te presbyter interrogauit, Abrenuncias diabolo, & operibus eius? Quid reſpondiſti? Abrenuncio. Abrenuncias ſeculo & voluptatibus eius? Quid reſpondiſti? Abrenuncio. Memor eſto ſermonis tui, & nunquàm tibi excidat tuæ ſeries cautionis. Si chirographũ homini dederis, tenêris obnoxius, vt pecuniam eius accipias, tenêris aſtrictus, & reluctantem te fœnerator adſtringit, atque illic tua cautione conuinceris. Vbi promiſeris, conſidera, vel quibus promiſeris. Leuitam vidiſti, ſed miniſter eſt Chriſti, vidiſti illum ante altaria miniſtrare. Ergò chirographum tuum tenetur, non in terra, ſed in cœlo. *Et mox.* Ergò abrenunciaſti mundo, abrenunciaſti ſeculo, eſto ſolicitus. Qui pecuniã debet, ſemper cautionem ſuam conſiderat. Et tu qui fidem debes Chriſto, fidem ſerua, quæ multò precioſior quàm pecunia eſt. Fides enim æternum patrimonium eſt, pecunia temporale. Et tu ergò ſemper recordare quid promiſeris. Cautior ſi teneas promiſsionem tuam, tenebis & cautionem.

Abrenunciatio in Baptiſmo.

11 IDEM tom.4. Lib.1. Hexaëmeron, Cap.4. Regeneratis itaque dicitur: Menſis hic vobis initium mẽſiũ, primus eſt vobis in menſibus anni. Derelinquit enim & deſerit qui abluitur, intelligibilem illum Pharaonem principem iſtius mundi, dicens: Abrenuncio tibi diabole, & angelis tuis, & operibus tuis, & imperijs tuis. Nec iam ſeruiet ei, vel terrenis huius corporis paſsionibus, vel deprauatæ mentis erroribus, qui demerſa omni malitia vice plumbi, bonis operibus dextra læuaq; munitus, inoffenſo ſeculi huius freta ſtudet tranſire veſtigio.

Exod. 12.

Baptizatus, renũciat diabolo, & operibus eius.

1 TERTVLL. Lib. de Spectaculis, Cap. 4. Cùm aquam ingreſsi Chriſtianam fidem in Legis ſuæ verba profitemur, renũciaſſe nos diabolo, & põpæ, & angelis eius, ore noſtro conteſtamur.

2 ET Cap.24. Si omnia propter diabolum inſtituta, & ex diaboli rebus inſtructa monſtrauimus: (nihil enim non diaboli eſt, quidquid Dei non eſt, vel Deo diſplicet) hoc erit pompa diaboli, aduersùs quam in ſignaculo fidei eierauimus. Quod autem eierauimus, neque facto, neque dicto, neque viſu, neque proſpectu, participare debemus. Cæterum, non'ne eieramus & reſcindimus ſignaculum, reſcindendo teſtationẽ eius?

Qui abrenũciat diabolo, nulla re cũ eo participare debet.

3 DIONYSIVS Areopagita, Lib. de Eccleſiaſtic. hierarch. Cap. 2. Porrò qui tam ſublimium, ac tam cœleſtium munerũ ſacro fuerit deſyderio & amore captus, accedit ad aliquem ex fidelium numero, oratq; vt ſe ad Pontificem ducat: ſecuturũ omnia quæcunq; ſibi tradentur, penitus atque ex toto animo reſpondens: precaturq; tùm vt ſe adducat, tùm vt reliquę deinceps regendæ vitæ ſuæ ſuſcipiat curam. Illum, etſi ſalutis eius ſacro amore ſuccenditur, celſitudinem tamen ei, humanamque infirmitatem mentientem, continuò horror & anguſtia difficultatis inuadit. Poſtremò tamen facturũ quod ille poſtulat, benigniſsimè pollicetur: aſſumensq; hominem, ad Pontificẽ ducit. Ille magna cũ lętitia (non ſecus quàm ouem perditã) in humeris virum ſuſcipiẽs, primùm quidem ſecretiùs ex corde gratias agit, tùm in orantis quoq; habitum ſternitur, adoratq; ſupplex atque veneratur ſummum illud beneficumq; principium, à quo & vocanda vocantur, & ſaluanda ſaluãtur.

Baptizãdus ſuſceptorem eligit.

Luc. 15.

Deinde

Deinde ſacros omnes gradus,vt ſibi cooperentur,ac pro ſalute viri ſimul congaudeāt, agantq; Diuinæ clementiæ gratias,in ſanctam Eccleſiam cogit.Atque initiò quidem hymnum aliquem ſacris libris inſertum, ſimul cum omnibus Eccleſiæ ordinibus canit.

Interrogatur Baptizādus.

Poſt hæc deoſculatis ſanctis altaribus ad virum adſtantem proficiſcitur, percontaturq; ab eo,quidnam volens eò venerit.Illo autem(iuxta quòd à ſuſceptore ſuo fuerat edoctus)impietatem & veri boni ignorantiam accuſante,ac Diuinæ vitæ opere tandiu ſe fuiſſe deſtitutum ingemiſcente, atq; orante,vt eius ſacratiſsimo munere ac prece Deo diuiniſq; myſterijs frui mereatur: conteſtatur ei,oportere ex integro totoque corde accedere ad Deum.per cuncta perfectum & immaculatum. Tum Diuinæ quoq; conuerſationis ac vitæ illi explicans rationem ,an ita velit deinceps viuere , ſciſcitatur.

Manus impoſitio. Conſignatio. Nominum deſcriptio.

Quod vbi ille pollicitus fuerit, imponit eius capiti manū,cōſignanſq; illū,ſacerdotibꝰ mādat,vt virū ſuſceptoreq; deſcribāt. Poſteà verò quàm illi deſcripſere , ſacram effundit precem, quam cùm omnis ſecum Eccleſia terminauerit,diſcingit quidem ipſum.ac miniſtrorum manibus exuit: deinde Occidentem verſùs illum ſtatuens, intendentem,manuſq; impingentem ad eandem regionem conuerſas, inſufflare illū ter Satanam iubet,ac prætereà abrenunciationem profiteri.

Exorciſmꝰ, & abrenunciatio. Fidei profeſſio.

Et cùm poſt trinā abrenunciationis conteſtationem,tertiò ſe ille abrenunciare profeſſus fuerit, ad Orientem illum traducit,aſpicientemq; in cœlum,atq; intendentem manus,Chriſto,ſacriſq; omnibus diuinitus traditis,conſentire iubet.Poſt quàm verò & hoc ille fecerit,rurſus ter illū profiteri monet.

Aqua ſanctificatio. Inunctio. Trina merſio. Abrenūciatio.

4 B A S I L. Lib. de Spiritu ſancto,Ad Amphilochiū,Cap.27. Conſecramus aquā Baptiſmatis, & oleum vnctionis , prætereà ipſum qui Baptiſmum accepit: ex quibus ſcriptis?Non'ne à tacita ſecretaq; traditione?Ipſam porrò olei inunctionem , quis ſermo ſcripto proditus docuit?Iam ter immergi hominem,vnde eſt traditum? Reliqua itē quæ fiunt in Baptiſmo , veluti renunciare Satanæ & angelis eius, ex qua ſcriptura habemus?Non'ne ex priuata & arcana hac traditione? Non'ne ex doctrina quam parentes noſtri ſilentio,quod curioſos & otioſos ſubmonet,ſeruarunt?

5 C H R Y S O S T. tom.1.Homil. De Adam & Eua.Illud etiam quod circa Baptizandos in vniuerſo mūdo ſancta Eccleſia, ſiue ſint paruuli, ſiue iuuenes , vniformiter agit,non otioſo contēplemur intuitu.Quòd cùm ad regenerationis veniunt Sacramentum,non prius fontem vitæ ingrediuntur, quàm exorciſmis , & exſufflationibus clericorum , ſpiritus ab eis immundus abigatur,& deinceps vaſa eius eripiantur, in poſſeſsionem translata illius victoris, qui captiuam duxit captiuitatem,dedit dona hominibus. *Auguſt.to.3. de Eccleſ. dogma.c.31.eadem habet ad verbum.*

Exorciſmus. Pſal.67. Epheſ.4.

6 A V G V S T. tom.7: de Nuptijs & concupiſcentia,Lib.1.Cap.20. Vide ſuprà, Lect.3.lit.C.anth.8.

7 E T Lib.2.Cap.18.Sic accuſat(*Hereticus*)Eccleſiam toto orbe diffuſam , in qua vbiq; omnes Baptizandi non ob aliud exuſflantur,niſi vt ab eis princeps mundi mittatur foras,à quo neceſſe eſt vaſa iræ poſsideantur,cū ex Adam naſcuntur ſi in Chriſto non renaſcantur,& in eius regnum per gratiam facta vaſa miſericordiæ , transferantur.

Baptizandi exufflātur. Ioan.12.

8 I D E M tom.7. De Peccato originali,lib.2. Cap.40. Ipſa ſanctæ Eccleſiæ Sacramenta ſatis indicant paruulos à partu etiam recentiſsimos , per gratiam Chriſti, de diaboli ſeruitio liberari. Excepto enim quòd in remiſsionem peccatorum non fallaci,ſed fideli myſterio Baptizantur , etiam prius exorcizatur in eis & exufflatur poteſtas contraria,cui etiam verbis eorum , à quibus portantur , ſeſe renunciare reſpondent. Quibus omnibus rerum occultarum ſacratis & euidentibus ſignis,à captiuatore peſsimo ad optimum redemptorem tranſire monſtrātur, qui pro nobis infirmitate ſuſcepta,alligauit fortē, vt vaſa eius eriperet.

Paruūli in Baptiſmo exorcizantur. Matth.12.

9 I D E M tom.7. Contra Iulianum Pelagianum,Lib.1.Cap.2. Si verum eſt quod audiuimus, te infantulum Baptizatum,etiā tu,quamuis à tuis proprijs peccatis innocēs, tamen quia ex Adam carnaliter natus,contagiū mortis antiquæ prima natiuitate traxiſti,& in iniquitate cōceptus es , profectò exorcizatus & exufflatus es,vt à poteſtate erutus tenebrarum,transferreris in regnum Chriſti.

Baptizatus etiam exorcizatus & exufflatus eſt.

10 I D E M tom.9.De Symbolo fidei,ad Catechumenos, Lib.1.Cap. 1. Facti ſumus humiles mortales,impleti ſumus tumoribꝰ, erroribꝰ,cum quo merito & reatu naſcitur omnis homo.Ideo ſicut vidiſtis hodie, ſicut noſtis, & paruuli exufflātur,& exorcizantē,

Infantes in Baptiſmo exorcizantur,& exufflantur, vt pellatur ab eis diaboli poteſtas.

vt

vt pellatur ab eis diaboli poteſtas inimica, quæ decepit hominem, vt poſsideret homines. Non ergo creatura Dei in infantibus exorcizatur, aut exufflatur, ſed ille ſub quo ſunt omnes qui cum peccato naſcuntur: eſt enim princeps peccatorum.

In Baptiſmo renũciatur diabolo & mundo.

11 AMBROS. tom. 4. Lib. De ijs qui myſterijs initiantur, Cap. 2. Poſt hæc, reſerata tibi ſunt Sancta ſanctorum, ingreſſus es regenerationis Sacramẽtũ. Repete quid interrogatus ſis. Recognoſce quid reſponderis. Renunciaſti Diabolo & operibus eius, mũdo, & luxuriæ eius ac voluptatibus. Tenetur vox tua, non in tumulo mortuorum, ſed in libro viuentium.

C

Nullus ſine fide ſaluatur.

Baptiſmus & vnctio.

1 TERTVL. Lib. de Reſurrect. carnis, Cap. 8. Videamus nunc de propria etiã Chriſtiani nominis forma, quanta huic ſubſtantiæ friuolæ ac ſordidæ, apud Deum prę rogatiua ſit: & ſi ſufficeret illi quòd nulla omnino anima ſalutem poſsit adipiſci, niſi dum eſt in carne, crediderit: adeò caro ſalutis eſt cardo, de qua cũ anima Deo allegitur, ipſa eſt quę efficit vt anima allegi poſsit. Sed & caro abluitur, vt anima emaculetur. Caro vngitur, vt anima conſecretur. Caro ſignatur, vt & anima muniatur. Caro manus impoſitione adumbratur, vt & anima Spiritu illuminetur. Caro corpore & ſanguine Chriſti veſcitur, vt & anima de Deo ſaginetur.

Chriſmatis Vnctio in Baptiſmo. Leuit. 18. 1. Reg. 15.

Act. 4.

2 IDEM Lib. de Baptiſmo, Cap. 7. Exinde egreſsi de lauacro perungimur benedicta vnctione de priſtina diſciplina, qua vngi oleo de cornu, in ſacerdotio ſolebant. Ex quo Aaron à Moyſe vnctus eſt: vnde Chriſtus dicitur à Chriſmate, quod eſt vnctio, quæ Domino nomen accommodauit, facta ſpiritualis, quia Spiritu vnctus eſt à Deo Patre, ſicut in Actis: Collecti ſunt enim verè in iſta ciuitate aduerſùs ſanctum Filium tuum, quem vnxiſti. Sic & in nobis carnaliter currit Vnctio, ſed ſpiritaliter proficit: quomodò & ipſius Baptiſmi carnalis actus, quòd in aqua mergimur, ſpiritalis effectus, quòd delictis liberamur.

Baptizatus vngitur oleo ſacro.

3 CLMENS Romanus Papa Martyr, Lib. 3. Recognitionum. Baptizabitur vnuſquiſque veſtrum in aquis perennibus, nomine Trinæ Beatitudinis inuocato ſuper ſe, perunctus primò oleo per orationẽ ſanctificato, vt ita demum per hæc conſecratus, poſſit percipere de Sanctis.

4 CYPRIAN. Lib. 1. Epiſt. 12. ad Ianuatium. Oportet mundari & ſanctificari aquam prius à ſacerdote, vt poſsit baptiſmo ſuo peccata hominis qui Baptizatur, abluere. *Et paulò pòſt*. Sed & ipſa interrogatio quæ fit in Baptiſmo, teſtis eſt veritatis. Nã cùm dicimus, Credis in vitam æternam, & remiſsionem peccatorum per ſanctam Eccleſiam? Intelligimus remiſsionem peccatorum non niſi in Eccleſia dari. Vngi quoque neceſſe eſt eum, qui Baptizatus ſit.

Aqua ſanctificatio.

Fides profeſſio.

Inunctio poſt Baptiſmum.

Inunctio.

5 CYRYLL. Hieroſolymitanus, Catecheſi. 2. Myſtagogica. Statim igitur vt ingreſsi eſtis, veſtem exuiſtis: Deinde verò iã exuti, exorcizato oleo à ſummis capillis, ad infimos vſque peruncti eſtis, & participes effecti fructiferæ illius oleæ Ieſu Chriſti. Illud ergò exorcizatum oleum, ſymbolum eſt pinguedinis Chriſti nobiſcum communicatæ, & quòd omne veſtigium diabolicæ operationis in nobis deletum ſit. Nam vt inſufflationes Sanctorũ, & nominis Dei inuocatio, tanquàm vehementiſsima quædam flamma vrit dæmones, & in fugam conuertit: ſic exorcizatum hoc oleum per orationem Deiq; inuocationem, tantam virtutem conſequitur, vt non modò ardẽtia peccatorum veſtigia expurget, verùm etiã omnes inuiſibiles dæmones repellat.

Vis exorciſmi & exſufflationis.

Virtus olei exorcizati.

6 ET Cathecheſi. 3. Nobis poſtquàm ex aquis ſacri lauacri aſcendimus, datũ eſt Chriſma, quod imaginem gerit illius, quo vnctus eſt Chriſtus. De quo & beatus Iſaias in ſua prophetia, ex perſona Domini locutus eſt: Spiritus Dñi ſuper me, quapropter vnxit me: euangelizare pauperibus miſit me. Cæterum vide, ne illud eſſe putes vnguentum tantùm. Quemadmodũ enim panis Euchariſtiæ, poſt Sãcti Spiritus inuocationem, non amplius eſt panis communis, ſed eſt corpus Chriſti: ſic & ſanctũ hoc vnguentum, non amplius eſt vnguentum nudum, neq; (ſi quis ita appellare malit) commune, poſtquàm iam conſecratum eſt: ſed eſt chariſma Chriſti, quod aduẽtu Spiritus ſancti, per ipſius Diuinitatem, energiam habet. Quo frons & alij ſenſus corporis tui Symbolicè inunguntur, & corpus quidem iſto viſibili vnguento perungitur, omnia verò ſancto viuificoq; Spiritu ſanctificantur. Ac primùm quidem fronti illinitur, vt eum abſtergat à vobis pudorem quem primus homo tranſgreſſor perpetuò circunferebat: ſimulq; efficiat, vt poſsitis vultu non velato gloriam Domini intueri. Deinde verò aures vnguntur vt ad audiẽdum Diuina myſteria aures accipiatis: de quibus dicebat Iſaias:

Chriſmatis Vnctio poſt Baptiſmum.

Iſai. 61. Luc. 4.

Chriſmatis dignitas & virtus.

Variarum partium corporis vnnctio.

Iſai. 50.

Iſaias: Et addidit mihi Dominus aures ad audiendum. Et Dominus in Euangelio:
Matth. 13.
Qui habet aures ad audiendum, audiat. Poſteà nares, vt diuinum recipientes vnguentum, dicatis: Chriſti gratus odor eſt Deo, in
2. Cor. 5.
ijs qui ſaluantur. Tum verò & pectus inungitur, vt induti thorace iuſtitiæ fortiter aduerſùs inſultus diaboli conſiſtatis. Vt enim Saluator poſt Baptiſmum, & illum Sancti Spiritus aduētum, egreſſus in prœlium, deuicit aduerſarium:
Matth. 4.
Sic & vos poſt ſacrum Baptiſma & Chriſma myſticum, induti armis Sancti Spiritus, aduerſùs oppoſitam vobis poteſtatem conſiſtitis, & præliamini, dicentes, Omnia poſſum in eo qui me cōfortat, Chriſto, &c.
Philip. 4.

7 ORIGEN. tom.2. in Epiſt. ad Roman. Lib.5. Quamuis ſecundùm typum Eccleſiæ traditum omnes Baptizati ſumus in aquis iſtis viſibilibus, & in chariſmate viſibili, tamen qui mortuus eſt peccato, & verè Baptizatur in morte Chriſti, & conſepelitur ei per Baptiſmum in morte, iſte verè in Spiritu ſancto Baptizatur de ſuperioribus & aqua.
Baptiſmus in aqua & chariſmate viſibili.

8 CHRYSOST. tom.4. in Epiſt. ad Coloſſ. Homil. 6. *in fine.* Exuerat tunc ille gloriam quam habuerat, nunc exuit veterē hominem. & antequàm aſcēdat è lauacro, adeò facilè exuit atque veſtimenta. Inungitur more athletarum, qui ſtadium iam ingreſſuri ſunt. Simul enim naſcitur, & non quemadmodū primus ille qui paulatim formabatur. Sed ſubitò naſcitur, nō quomodò ſacerdotes olim caput duntaxat, ſed multò amplius. Nam ille quidem caput, dexteram auriculam, & manum, vt & ad obediētiam, & opera bona ipſum excitaret: hic verò totum. Non enim inſtruendi gratia duntaxat accedit, ſed & certandi, & exercendi. In alteram creaturam euadit. *Et poſt pauca.* Si qui ab hominibus vncti ſunt, nihil patiuntur à ſerpentibus: neque tu patièris quidquam dum vnctus fueris, vt ſerpētē tenere queas & ſuffocare, & calcare ſupra ſerpentes & ſcorpiones.
Inungitur Baptizatus, & quare.

9 IDEM in 1. ad Corinth. Homil. 12. *in fine.* Deus te vnguento honorauit ſpirituali, & tu luto coinquinas ſilium. Deus te honorauit, tu te ipſum dehoneſtas. Oporteret vt fronti crucem inſcriberes, quæ tibi certiſsimam præberet cautionē. Tu autem ijs omiſsis in Satanæ amentiam procidis. *Et mox.* Qui caput luto illinit, quomodò nō abominabilem facit filium? Quomodò eum ſacerdotum manibus abducit? Quomodò cenſes presbyteri manu frontem ſignandā, vbi luto inunxiſti?
Baptizati Inunctio.

10 AMBROS. tom.4. De Sacramentis, Lib.2. Cap.7. Ergò merſiſti, veniſti ad ſacerdotem, quid tibi dixit? Deus, inquit, Pater Omnipotens qui te regenerauit ex aqua & Spiritu ſancto, conceſsitq; tibi peccata tua, ipſe te vngat in vitam æternam. Vide vbi vnctus es: in vitam, inquit, ęternā. Noli hanc vitam, illi vitæ ante ferre. V. g. ſi exurgat inimicus aliquis, ſi velit tibi fidē tuam auferre, ſi minatur mortem, vt præuaricetur quiſquam, vide quid eligas: noli eligere illud in quo non es vnctus, ſed elige in quo vnctus es, vt vitam æternam vitæ præferas temporali.
Vngitur in vitam æternam Baptizatus.

11 ET Lib.3. Cap.1. Accipis autem myſterium, hoc eſt, vnguentum ſupra caput. Quare ſupra caput? Quia ſenſus ſapientis in capite eius, Salomon ait. Friget enim ſapientia ſine gratia: ſed vbi gratia acceperit ſapientiam, tunc opus eius incipit eſſe perfectum.
Vnctio in capite.
Eccles. 2.

12 ET Lib.4. Cap.1. Erat in ſecundo tabernaculo manna, erat etiam virga Aaron quæ aruit, & poſteà refloruit. Quò ſpectat hoc? Vt intelligatis quid ſit ſecūdùm tabernaculum in quod vos introduxit ſacerdos, in quod ſemel in anno ſummus ſacerdos intrare cōſuenit, hoc eſt, ad Baptiſterium, vbi virga Aaron floruit. Anteà arida erat, poſtea refloruit. Et tu aridus eras, & cœpiſti in fonte irriguo refloreſcere. Arueras peccatis, arueras erroribus atque delictis, ſed fructum iam afferre cœpiſti, plantatus ſecus decurſus aquarum. Sed fortè dicas: quid hoc ad populum, ſi virga ſacerdotis aruerat, & refloruit? Populus ipſe, qui eſt niſi ſacerdotalis? Quibus dictum eſt: Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, vt ait Apoſtolus Petrus. Vnus quiſq; vngitur in ſacerdotium, vngitur in regnum. Sed ſpiritale regnum eſt, & ſacerdotium ſpiritale.
Hebr. 9.
Virtus Baptiſmi.
Pſal. 1.
1. Petr. 2.
Cur vngantur Baptizati.

13 BASIL. Lib. de Spiritu ſancto, Cap.27. Vide ſup. lit. B. auth. 4.

14 AVGVST. tom.3. De Trinita. Lib.15. Cap.26. Propter quod & Dominus ipſe Ieſus Spiritum ſanctum non ſolùm dedit vt Deus, ſed etiā accepit vt homo, propterea dictus eſt plenus gratia. Et manifeſtius de illo ſcriptum eſt in Actibus Apoſtolorū: Quoniam vnxit eum Deus Spiritu ſancto: non vtique oleo viſibili, ſed dono gratiæ,
Act. 10.

quod

Baptizatos vngit Eccleſia.

quod viſibili ſignificatur vnguento, quo Baptizatos vngit Eccleſia.

Vngimur quia luctatores ſumꝰ.

15 IDEM tom.9.In Cap.8.Ioan. tract. 33. Chriſti nomen à Chriſmate dictum eſt. Chriſma autem Græcè, Latinè vnctio nuncupatur. Ideò autem nos vnxit, quia luctatores contra diabolum fecit.

Sine Chriſmate Baptizare non licet.

16 HIERONYM. tom. 2. Dialogo contra Luciferianos. Eccleſiæ ſalus in ſummi ſacerdotis dignitate pendet: cui ſi non exors quædam, & ab hominibus eminens detur poteſtas, tot in Eccleſijs efficientur ſchiſmata quot ſacerdotes. Indevenit vt ſine Chriſmate, & Epiſcopi iuſsione, neq; preſbyter, neque diaconus ius habeant Baptizandi. Quod frequenter, ſi tamen neceſsitas cogit, ſcimus etiam licere laicis.

D

Sal datur Baptizatis. *1.Pet. 2.* *Ezech. 16.*

1 ORIGENES tom.1.in Ezech. Homil.6. Oportet eum qui renaſcitur, vtique in Chriſto renaſcentem, rationabile & ſyncerum lac deſiderare: & priuſquàm rationabile & ſine dolo lac deſideret, debet ſale ſaliri, & pannorum inuolucris colligari, ne dicatur ad eũ, Sale nõ es ſalitus, & pannis non es inuolutus.

Sal datur Catechumenis.

2 CONCILIVM Carthaginenſe.3. Cap.1. *tom. 1.conciliorum.* Item placuit, vt etiam per ſolenniſsimos Paſchales dies, Sacramentum catechumenis non detur, niſi ſolum ſal.

3 AMBRO. tom.4.Lib. De ijs qui myſterijs initiantur, Cap.1. Vide ſup. Lect.2. lit. B. auth. 2.

Baptizãdorum aures, nares, & os tangit ſacerdos. *Matt. 7.*

4 IDEM, De Sacramẽtis, Lib.1.Cap. 1. Ergò quid egimus Sabbatho? Nẽpe apertionẽ. Quæ myſteria celebrata ſunt apertionis, quando tibi aures tetigit ſacerdos & nares: quod ſignificabat in Euangelio Dñs noſter Ieſus Chriſtus, cùm ei oblatus eſſet ſurdus & mutus, & tetigit aures eius, & os eius. Aures quia ſurdus erat: os, quia mutus: & ait, Effetà: quod Hebraicum verbum eſt, & Latinè dicitur, Adaperire. Ideò ergo tibi ſacerdos aures tetigit, vt aperirentur aures tuæ ad ſermonem, & ad eloquium ſacerdotis. Sed dicis mihi, quare nares? Quia mutus erat, os tetigit, vt quia loqui non poterat Sacramenta cœleſtia, vocem acciperet à Chriſto. Et ibi, quia viri, hîc quia mulieres Baptizantur, & non eadem puritas ſerui, quanta & Domini: Cùm ille peccata concedat, huic peccata donentur, quæ poteſt eſſe cõparatio? Ideò propter gratiã operis & muneris, nõ os tãgit Epiſcopus, ſed nares. Quare nares? Vt bonũ odorem accipias pietatis æternę, vt dicas: Chriſti enim bonus odor ſumus Deo: Quemadmodũ dixit Apoſtolus ſanctus. Et ſit in te fidei deuotioniſq; plena fragrantia. *2.Corin. 2.*

Candida veſtis, & vnctio poſt Baptiſmũ, et Cõmunio.

E 1 DIONYS. Areopagita, Lib. de Eccleſiaſtica hierarchia, Cap.2. Aſſumẽtes autem illũ (*ſcilicet Baptizatum*) Sacerdotes, ſuſceptori, ſuiq; acceſſus duci cõſignãt, & vnà cum ipſo illum veſtem Baptizati munditiæ congruam induũt: ſicq; indutum, rurſum ad Pontificẽ ducũt. Ille diuino ac Deifico prorſus vnguẽto virũ ſignans, ſacratiſsimę cõmunionis participẽ facit. Iſta quidẽ veluti inſignis, ſanctæ ac diuinæ regenerationis conſummatio eſt.

Baptizati candida veſtis, quid ſignificet. *Pſalm. 50.* *Matth. 17.*

2 AMBROS. Lib. De ijs qui myſterijs initiãtur, Cap.7. Accepiſti poſt hęc veſtimẽta cãdida, vt eſſet indiciũ ꝙ exueris inuolucrum peccatorum, indueris innocẽtiæ caſta velamina, de quibus dixit Propheta, Aſperges me hyſſopo & mũdabor, lauabis me, & ſuper niuẽ dealbabor. Qui.n. Baptizatur, & ſecũdùm Legẽ, & ſecũdum Euãgeliũ, videtẽ eſſe mũdatus. Secũdũ Legẽ, quia hyſſopi faſciculo Moyſes aſpergebat ſanguinẽ Agni: ſecundũ Euãgeliũ, quia Chriſti erãt cãdida veſtimenta ſicut nix, cũ Reſurrectionis ſuæ gloriam in Euangelio demonſtraret.

Baptizati candida veſte vtebantur.

3 AVG. tom. 10. Serm.157. De tẽpore. Paſchalis ſolẽnitas hodierna feſtiuitate concluditur, & ideò hodie neophytorũ habitus cõmutatur: ita tamẽ vt cãdor qui de habitu deponitur, ſemper in corde teneatur.

Myſterijs initiati, ſtolam albã induebant.

4 THEODORITVS Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, Lib.3.Cap.3. Cõſtãtius in bello contra Magnentiũ ſuſcepto, toto ſuo exercitu coacto in vnũ, omnes cohortatus eſt, vt diuina percipiant myſteria: quippe exitũ vitę tùm aliâs ſemper, tũ in bello potiſsimũ incertũ eſſe, præſertim cũ in eo infinita tela, iacula, haſtę, vtrinq; mittãtur: Quinetiã intẽtẽtur gladij, ſicæ, & alia inſtrumẽta bellica, quibus violenta infertur mors. Proinde oportere ſingulos ſtolam illam pretioſam induere, quæ in illa altera vita, nobis omnibus cùmprimis neceſſaria eſt. Quòd ſi quiſquam eam veſtem accipere recuſet, eũ inde iam domum abire iubet. Nam ſe nolle cum hominibꝰ myſterijs minimè initiatis, bellũ gerere.

Iudæus doloſè Baptizatur ſæpius.

5 SOCRATES hiſtoriæ Eccleſiaſt. Lib.7.Cap. 17. Iudæus quidam impoſtor, Chriſtianiſmum ſimulando, ſæpius Baptizatus fuerat, & hoc artificio pecunias collegerat. Poſtquàm autẽ arte hac multis

hæreſibus impoſuiſſet (nã & Arianorum & F Macedonianorum Baptiſmata ſuſceperat) nec ampliùs haberet quos falleret, tãdẽ etiã ad Paulum Nouatianorum epiſcopum venit, & Baptiſmum petẽs vt per ipſius illum manus acciperet, obſecrauit. Laudauit quidem ille Iudæi propoſitum, verùm Baptiſma illi ſe non daturum, niſi primùm in doctrina fidei inſtructus eſſet, ac complures dies ieiunijs vacaſſet. Iudæus itaque præter animi ſui ſententiam ieiunare coactus, diligentius vrgebat, obſecrans vt Baptizaret. Quoniam verò vrgentem Paulus prolixiore dilatione cõtriſtari nolebat, quæ ad Baptiſmũ pertinent, parat. Veſtemq; illi ſplendidam coẽmit, ac colymbethrã Baptiſterij impleri iubet, & Iudæum tanquàm illũ iam Baptizaturus, adducit. Inuiſibilis verò potentia Dei, aquam Baptiſterij exinaniuit. Cùm autem epiſcopus, & qui aderãt, nihil eius quod factũ erat ſuſpicati, aquã per ſubiectum meatũ, vnde & aliâs emitti ſolebat, effluxiſſe putarẽt, colymbethram denuò diligenter replent, & effluxus illius vndique ſtudioſè cohibent. Verùm rurſus Iudæo ad Baptiſteriũ adducto, aqua illius euaneſcit. Tum Paulus, Aut impoſturam cõmittis, inquit, ô homo, aut imprudenter iã anteà Baptiſmum es conſecutus. Facto itaque miraculi gratia cõcurſu, Iudæũ quiſquàm cognouit, quòd anteà illum ab Attico Epiſcopo Baptizari vidiſſet. Hoc itaque portentum per manus Pauli Nouatianorum epiſcopi factum eſt.

Veſte alba induebãtur Baptizati.

6 NICEPHORVS Calliſtus, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, lib. 3. Cap. vlt. Chriſtianorum pueris Hebræus puer familiaris erat: & cùm eis ad mare currentibus natandi inceſsiſſet cupiditas, cõſecutus eſt eos Iudęus. Hunc per ludum pueri nudũ ad mare ſtantem Baptizarunt, principiò ſtatim non inuitum: Poſteà quàm verò & tertiam diuini numinis appellationem nominarũt, & ſimul tertiam merſionem peregerunt, extrema lineæ veſtis textura diſciſſa, & qui circa hæc frequentatur, imaginario amictu facto, in capite eius arcanã myſticãque galeã adumbrarunt.

Baptizatus ter immergitur, & veſte induitur.

7 ET Lib. 12. Cap. 12. Poſtquàm verò qui conuenerant, omnes Imperatoris calculum confirmarunt, extẽplô Nectarius Baptiſmo initiatus, atque etiamnum myſtica veſte Indutus, communibus ſynodi ſuffragijs Epiſcopus Conſtantinopolitanus declaratus eſt.

Baptizatus myſtica induitur veſte.

1 HILARIVS Pictauorum Epiſcopus, in Pſal. 67. Ecce aqua, (*Inquit eunuchus Candàces Regina*) quis prohibet me Baptizari? Sacramentum ipſum Baptiſmi adeò impatientis deſyderij cupiditate præueniens, vt à Diacono myſterium Apoſtolici officij, ſalutis ſuæ cupidus exigeret.

Act. 8.

Diaconus in neceſsitate Baptizat.

2 CYPRIA. ſerm. De Baptiſmo Chriſti, & manifeſtatione Trinitatis, *In initio*. Verborum ſolennitas, & ſacri inuocatio nominis, & ſigna inſtitutionibus Apoſtolicis ſacerdotum miniſterijs attributa, viſibile celebrant Sacramentum: rem verò ipſam Spiritus ſanctus format & efficit, & conſecrationibus viſibilibus inuiſibiliter manum totius bonitatis author apponit, & plenitudinem gratiæ vnctionis diuinæ pinguedo ſanctificationibus officialibus infundit, & rem Sacramenti conſummat & perficit.

Sacerdotes Baptiſmi Sacramentum, adminiſtrãt.

3 TERTVLLIANVS Lib. de Baptiſmo, Cap. 17. Dandi quidem Baptiſmũ habet ius ſummus ſacerdos, qui eſt Epiſcopus. De hinc Presbyteri, & Diaconi, non tamen ſine Epiſcopi authoritate, propter Eccleſiæ honorem. Quo ſaluo, ſalua pax eſt. Alioquin, etiam laicis ius eſt. Quod enim ex ęquo accipitur, ex ęquo dari poteſt, niſi Epiſcopi iam, aut Presbyteri, aut Diaconi vocantur, dicentes, Domini ſermo non debet abſcõdi ab vllo. Proinde & Baptiſmus ęquè Dei cenſus ab omnibus exerceri poteſt: ſed quantò magis laicis diſciplina verecundiæ & modeſtiæ incumbit, cùm ea maioribus competat, ne ſibi adſumant dicatum Epiſcopi officium. Epiſcopatus æmulatio, ſchiſmatum mater eſt. Omnia licere dixit Sanctiſsimus Apoſtolus, ſed non omnia expedire. Sufficiat ſcilicet in neceſsitatibus vt vtaris, ſicubi aut loci, aut temporis, aut perſonæ conditio compellit. Tunc enim conſtantia ſuccurrentis excipitur, cùm vrget circunſtantia periclitantis. Quoniam reus erit perditi hominis, ſi ſuperſederit præſtare, quod liberè potuit.

Baptizare ſolus Epiſcopus poteſt et ſacerdos, in neceſsitate etiam laicus.

1. Cor. 6. & 10.

4 AVGVSTINVS tom. 7. Contra Epiſtolam Parmeniani, Lib. 2. Cap. 13. Si laicus aliqua percuntis dederit neceſſitate compulſus, quod cùm ipſe acciperet, dandum eſſe addidicit, neſcio an piè quiſquam dixerit eſſe repetendum. Nulla enim cogente neceſsitate ſi fiat, alieni muneris vſurpatio eſt: ſi autem neceſsitas vrgeat, aut nullum, aut veniale delictum eſt. *Et mox*. Et hæc quidem alia quæſtio eſt, vtrum & ab ijs qui nunquàm

Laicus in neceſsitate Baptizare poteſt.

fuerunt

fuerunt Chriſtiani, poſſit Baptiſmus dari: nec aliquid temerè inde affirmandum eſt ſine authoritate tanti Concilij, quantùm tantæ rei ſufficit. De ijs verò qui ab Eccleſiæ vnitate ſeparati ſunt, nulla iam quæſtio eſt, quin & habeant, & dare poſſint, & quin pernicioſè habeant, pernicioſéque tradant extra vinculū pacis. Hoc enim iam in ipſa totius orbis vnitate diſcuſſum, conſideratum, perfectum, atque firmatum eſt.

Infantes Baptizentur, ſi nō cōſtat fuiſſe Baptizatos.

5 CONCILIVM Carthaginēſe. 5. Cap. 6. *tom.* 1. Placuit de infantibus, quoties non inueniuntur certiſsimi teſtes, qui eos Baptizatos eſſe ſine dubitatione teſtentur, neque ipſi ſunt per ætatem idonei, de traditis ſibi Sacramentis reſpondere: abſque vllo ſcrupulo eos eſſe Baptizandos: ne iſta trepidatio eos faciat Sacramentorum purgatione priuari.

Hæretici Baptiſmum dare poſsūt.

G 1 AVGVST. tom. 7. contra Creſconium Grammaticum, Lib. 1. Cap. 22. Cùm ego concedo bonum eſſe Baptiſmum, concedo etiam Donatiſtas quoque habere Baptiſmum: ſed non debet ex his duobus conceſsis, quaſi ſequatur, concludere, eū qui habere Baptiſmū velit, in ſocietate Donatiſtarum eſſe debere.

Act. 17.

2 ET Cap. 29. Habes in hoc ipſo Beati Pauli ſermone, quem ſupra ex Actibus Apoſtolorum cōmemoraui, cùm de Deo loqueretur, quia inſcriptū in ara inuenerat, Ignoto Deo: Quem vos, inquit, ignorantes colitis, hunc ego annuncio vobis. Quid eis prædicare cupiebat, niſi eundem Deum quem præter Eccleſiam ignoranter atque inutiliter colebant, in Eccleſia ſapienter & ſaluбriter colerent? Ita vobis & nos dicimus, quem Baptiſmū vos ignorantes obſeruatis, eius poteſtatem vobis nos annunciamus, nō vt cùm ad nos veneritis, alterum recipiatis, ſed vt eum qui iam apud vos erat, vtiliter habeatis.

Baptiſmus ab hæreticis datus non iterandus.

3 ET Lib. 2. Cap. 21. Si autē quęras, quomodò Baptizant quos damnauit Eccleſia? Reſpondeo: Sic eos Baptizare, quomodò Baptizant quos damnauit Deus antequàm de illis quidquam iudicaret Eccleſia. Qui enim mente peruerſa videretur intus eſſe, cùm foris ſit, ab ipſo Chriſto iam iudicatus eſt. Ipſe quippe ait, Qui non credit, iam iudicatus eſt. Paulus etiam Apoſtolus dixit; Eccleſia ſubdita eſt Chriſto. Non igitur debet Eccleſia ſe Chriſto præponere, vt putet Baptizare poſſe ab illo iudicatos, à ſe autem iudicatos Baptizare non poſſe: cùm ille ſemper veraciter iudicet, Eccleſiaſtici autem iudices, ſicut homines, plerunq; fallantur. Baptizant ergò quantùm attinet ad viſibile miniſterium, & boni & mali, inuiſibiliter autem per eos Baptizat, cuius eſt & viſibile Baptiſma, & inuiſibilis gratia. *Et mox.* Ita & cùm ab hæreticis veniunt, cū ipſo Baptiſmate quod & foris habuerunt, ſed non & cum ipſa mundatione quam intus accipiūt, vt quod defuit præſtetur, quod autem non mutatum eſt, approbetur.

Ioan. 3. Ephe. 5. Ab hæreticis & malis hominibus Baptiſmus dari poteſt.

Baptiſmus valet, etiam à perfido datus.

4 ET Cap. 28. Ille verò qui accipit (*Baptiſmum*) ſi homo bonus ab homine malo, ſi fidelis à perfido, ſi pius ab impio, pernicioſum erit danti, non accipienti.

Verus Baptiſmus etiā extra Eccleſiam confertur.

5 IDEM tomo. 7. Lib. de Vnico Baptiſmo, Cap. 9. Quiſquis extra Eccleſiam fuerit ab hæreticis vel ſchiſmaticis, tamen Chriſti Baptiſmate conſecratus, cùm ad Eccleſiam venerit, non eſt negandum Sacramentum veritatis quo imbutus eſt, ſed adijcienda eſt puritas vnitatis à qua ſeparatus eſt, & ſine qua illud ineſſe illi poſſit, prodeſſe non poſsit. Hoc facimus, hoc à Maioribus traditum accepimus, hoc in Catholica Eccleſia, quæ toto orbe diffunditur, cōtra omnes falſitatis nebulas cuſtodimus.

Conferunt Baptiſmum hæretici.

6 IDEM tom. 7. De Baptiſmo contra Donatiſtas, Lib. 4. Cap. 15. Nec tā ideò non accepiſſe Baptiſmū exiſtimātur, aut talem Baptiſmum accepiſſe dicūtur, qualis fuit error ipſorū: ſed in eis & Sacramenti integritas honoratur, & mentis vanitas emēdatur: etiā ſi confirmata, & fortaſſe multis contentionibus defenſa coaluerat. Quapropter & hæreticus qui perſpicuè foris eſt, ſi Baptiſmū illic Euāgelicū accepit, & nō talē vtiq; Baptiſmum accepit quali errore cæcatur, & propterea ſi reſpiciens viderit relinquendum eſſe quod malè tenuerat, non ſimul ei relinquendum eſt bonum quod acceperat, nec quia error illius improbandus eſt, propterea Baptiſmus Chriſti in illo exſufflandus eſt. Iam enim ex ijs quos intus corrigit de Deo falſa opinantes Baptizari, ſatis elucet diſcernendam eſſe Sacramenti veritatē à malè credentis errore, quanuis vtrunque in homine vno valeat inueniri: & ideò cùm etiam foris in errore aliquo conſtitutus, vero tamen Sacramento foris Baptizatus Eccleſiæ redditur vnitati, ſicut falſę ſidei vera ſuccedit, nō ſic poteſt etiā vero Baptiſmo, verus Baptiſmus ſuccedere, quia idē

ipſe ſibi ſuccedere non poteſt.quia nec decedere poteſt.

Probat hæreticorum Baptiſmum Eccleſia.

7 E T Lib.7.Cap.25.Nos quidem dicimus quia ſic non prodit hæreticis Eccleſiæ Baptiſmum, qui Baptiſmum Chriſti & in hæreticis probat:ſicut nō prodit homicidis Eccleſiæ Baptiſmum,qui Baptiſmū Chriſti & in homicidis probat.

In Baptizatis ab hæreticis ſuppleri debet quod omiſſum eſt.

8 L E O Magnus,Epiſtola.77.ad Niceam,Cap. 7. (*Habetur tom. 1. Conciliorum.*) Hi qui Baptiſmum ab hæreticis acceperūt, cùm Baptizati anteà non fuiſſent, ſola inuocatione Spiritus ſancti per impoſitionē manuum confirmandi ſunt, quia formam tantùm Baptiſmi ſine ſanctificationis virtute ſumpſère. Et hanc regulam (vt ſcitis) ſeruandam in omnibus Eccleſijs prædicamus,vt lauacrum ſemel initum nulla iteratione violetur,dicente Apoſtolo: Vnus Dominus,vna fides,vnū Baptiſma. *Ephe. 4.* Cuius ablutio nulla iteratione temeranda eſt,ſed(vt diximus)ſola ſanctificatio Sancti Spiritus inuocanda eſt,vt quod ab hæreticis nemo accipit,à Catholicis ſacerdotibus conſequatur.

Valet Baptiſmus à quocunque datus iuxta formam Eccleſiæ.

9 I D E M Epiſt.90.ad Ruſticum, Cap. 17. Hi autē de quibus ſcripſiſti, qui ſe Baptizatos ſciunt, ſed cuius fidei fuerint qui eos Baptizauêre,ſe neſcire profitētur, quolibet modo formā Baptiſmatis acceperint, Baptizandi non ſunt:ſed per manus impoſitionem , inuocata virtute Spiritus ſancti, quam ab hæretis accipere nō potuerunt,Catholicis copulandi ſunt.

Baptiſmus nequaquàm iterandus.

10 C O N C I L I V M Carthagineſe. 1. Cap.1. *tom.*1.Ergò ſi vobis placet, conſideremus primùm titulū rebaptizationis. Vnde ſanctitatem veſtram poſtulo, vt mentis veſtræ placita producatis ad deſcendētem in aquam,& interrogatum in Trinitate ſecundùm Euangelij fidem & Apoſtolorum doctrinam,& confeſſum bonam conſcientiam in Deum,de Reſurrectione Ieſu Chriſti:ſi liceat iterū interrogare in eadem fide, & in aqua iterum intingi.Vniuerſi Epiſcopi dixerunt,Abſit,abſit.

De infantibus Baptizatis ab hæreticis.

11 C O N C I L I V M Carthagineſe.3. Cap.48. *tom.*1. De Donatiſtis, placuit vt conſulamus fratres, & ſacerdotes noſtros Siricium & Simplicianum, de ſolis infantibus qui Baptizātur penes eoſdem, ne quod ſuo non fecerunt iudicio, cùm ad Eccleſiā Dei ſalubri propoſito fuerint conuerſi, parentum illos error impediat, ne prouehantur ſacri altaris miniſtri.

12 S I R I C I V S Papa,Epiſtola. 1. ad Himerium Tarraconenſem,Cap.1. *tomo. 1. Conciliorum.* Prima igitur paginæ tuæ frōte ſignaſti,Baptizatos ab impijs Arianis , plurimos ad fidem Catholicam feſtinare, & quoſdam de fratribus noſtris, eoſdem denuò Baptizare velle: quod non licet, cùm hoc fieri & Apoſtolus vetet, & Canones contradicant:& poſt caſſatum Ariminenſe Concilium,miſſa ad prouincias à venerandæ memoriæ prædeceſſore meo Liberio generalia decreta prohibeant, quos nos cum Nouatianis,alijsq; hæreticis,ſicut eſt in ſynodo conſtitutum,per inuocationem ſeptiformis Spiritus,Epiſcopalis manûs impoſitione, Catholicorum conuentui ſociamus. Quod etiam totus Oriens, Occidensq; cuſtodit: à quo tramite vos quoque poſthàc minimè conuenit deuiare,ſi nō vultis à noſtro collegio ſynodali ſeparari ſententia.

In toto Oriente & Occidente non licet rebaptizare baptizatos ab hæreticis. Ephes.4.

H 1 A V G V S T I N V S tomo. 7. De Baptiſmo contra Donatiſtas,Lib.5.Cap.23. Stephanus Papa non propterea communicauit hæreticis,quia Baptiſma Chriſti,quod in eorum peruerſitate integrum manſiſſe cognouit,improbare non auſus eſt. *Et rurſus.* Sicut poteſt Baptiſma eſſe, & vnde aufert Spiritus ſanctus,ita poteſt eſſe Baptiſma vbi non eſt Eccleſia. Manus autem impoſitio,ſi non adhiberetur ab hæreſi venienti, tanquàm extra omnem culpam eſſe iudicaretur : propter charitatis autem culpationem, quod eſt maximum donum Spiritus ſancti , ſine quo non valent ad ſalutem quæcunque alia ſancta in homine fuerint, manus hæreticis correctis imponitur.

Suppletur quod deeſt Baptizato ab hæreticis.

2 I D E M tom. 3. Lib. De Eccleſiaſticis Dogmatibus, Cap. 51. Baptiſma vnum eſt, ſed in Eccleſia, vbi vna fides eſt,vbi in nomine Patris,& Filij, & Spiritus ſancti datur. Et ideò ſi qui apud illos hæreticos Baptizati ſunt , qui in ſanctæ Trinitatis confeſsione Baptizant, & veniunt ad nos, recipiantur quidem vt Baptizati, ne Sanctæ Trinitatis inuocatio, vel confeſsio annulletur: ſed doceantur integrè & inſtruātur,quo ſenſu ſanctę Trinitatis myſteriū in Eccleſia teneatur:et ſi cōſentiūt,& credere vel acquieſcunt cōfiteri, purgati iā fidei integritate,cōfirmētur manus impoſitione. Si verò paruuli ſunt,vel hebetes qui doctrinā nō capiāt,reſpōdeant pro illis qui eos offerūt,iuxta morem Baptizandi: & ſic manus impoſitione, & Chriſmate communiti, Euchariſtiæ myſterijs admittantur.

Hoc

Hoc ipſum in multis alijs locis paſsim docet Auguſtinus.

3 CONCILIVM Carthaginenſe.1. Cap.1. *tom*.1. Vide ſuprà litera. G. authoritate.10.

4 EVSEBIVS Papa, Epiſtol.1. Ad Vniuerſos Epiſcopos Galliæ, in princip. *tom*.1. *Conciliorum*. Quod ſignificaſtis, quid de conuerſis hæreticis fieri debuiſſet, ſcitote nos eos qui in ſanctæ Trinitatis fide Baptizati ſunt, per impoſitionẽ manus ſuſcipere.

Imponantur manus ijs qui ab hæreticis Baptizati ſunt.

LECTIO VI.

DOCTOR.

AGendum eſt ſecundo loco de Confirmatione: Quid ea eſt?

ADOLESCENS.

Sacramentum, [a] quo ij qui iam Baptiſmo renati ſunt, gratiam idcirco accipiunt, vt cum hoſtibus maximè ſpiritualibus poſsint inuicti dimicare.

DOCTOR.

Aſſeris igitur eſſe Sacramentum.

ADOLESCENS.

Sanè. Nam & in eo ſacrũ Chriſma, ac ipſam manuũ impoſitionem pro ſigno exteriore agnoſcimus: & formã ſacris verbis conceptam habemus, & denique effectum ac vim, id eſt, gratiam ex Chriſti inſtituto pendentem, luculenter intuemur.

[a] *Act.8.& 19. Tertul. de Reſurrect. Clem. mar. epiſ.4. Dionyſ. Eccle. hierar. c.4. Euſeb. Papa epiſto.3. Fabia. mar. Hiero. cont. Lucifer. Cyp. lib.1. epiſt.12. & ſer. de ablu. pedum. & de vnct. Chriſ. Euſeb. lib.6. Eccle. hiſtor. c.33. Amb. lib.3. de Sacr. c.2. Baſil de Spirit. ſanct. ad Amphi. c.27. Iuſti. q.137. Orige. in leuit. ho.8. & 9. Nazian. ora.40. Damaſc. lib.4. c.10. Euſe. Emiſ. Pruden. Beda in Luc. Aug. cont. lit. Pet. lib.2. c.104. & de Trinit. lib.15. c.26. Leo. epiſt.88. Conſtan. Magnus. Conci. Laodi. c.48. Melchia. ad Epiſco. Hiſpa. Bernard. in vita Malachia.*

DOCTOR.

Eſt ergò huius ille author Sacramenti.

ADOLESCENS.

Eſt: Nam & primus ille omniũ (in huius rei vmbrã) circunciſis Hebræorum infantibus manus [b] impoſuit, & non ſemel [c] Apoſtolis noua gratiæ incrementa in ipſo Spiritus ſancti aduentu promiſit, Et illi demum hãc manus tinctis imponendi Ceremoniam, diuini verbi [d] miniſterio occupati, ſæpe ſtudioſè vſurparunt.

[b] *Matth.19. Marc.10.*

[c] *Matth.18. Luc.14. Ioan.14. Act.1.*

[d] *Act.8.& 19.*

DOCTOR.

At hanc quam tu dicis Spiritus ſancti gratiã, non'ne in Baptiſmo ſumus conſecuti?

ADOLESCENS.

Planè. Sed hoc Confirmationis vſu magna nobis eius fit acceſsio, vt animoſius carni, mundo [e] ac Satanæ ob luctemur, eaq́; noſtris animis gratia, vi externæ illius vnctionis infunditur, quæ tam acriter pugnãtibus eſt perneceſſaria.

e Tertul. de Reſurrect.car. Baſil. ad Amphi. cap. 27. Conc. Floren. Conc. Trid. Seſſ. 7. c. 1. & 2.

DOCTOR.

Sed vnde tandem tu Chriſmatis vſum habes?

ADOLESCENS.

Ex [f] antiquiſsima, ac certiſsima Apoſtolorum inſtitutione, atque adeò ex perpetuo veteris Eccleſiæ vſu, ac Traditione.

f Clem. mart. epiſt. 4. Euſeb. lib. 6. cap. 33. Eccleſ. hiſt. Dionyſ. Eccleſ. hierar. cap. 2. & 4. Fabia. mart. epiſt. 2. Tertul. lib. 1. contr. Marci. & de Bapt. c. 7. & 8. Cypr. ſerm. de Chriſm. Melchia. epiſt. ad epiſc. ori. & Hiſp. Aug. contra Donatiſt. lib. 5.

DOCTOR.

Et quis eſt huius Sacramenti Miniſter legitimus?

ADOLESCENS.

Epiſcopus: & quidem ſolus [g] tametſi graui aliqua cauſa ac neceſsitate imminente, munus hoc ſacerdoti quoque committi poſsit.

g Act. 8. Euſeb. mar. epiſt. 3. Vrba. epiſt. 1. Damaſ. epiſt. 4. Greg. lib. 3. epiſt. 9. Euſeb. Eccleſ. hiſt. lib. 3. c. 17. Conci. Tolet. 1. Conc. Cartha. 3. & 4. Hierony. cont. Lucifer. Conc. Florent.

DOCTOR.

Hoc ergò, opinor, vis eſſe perſuaſum, Confirmationem noſtram non eam eſſe ſimplicem ac nudam Ceremoniam, qua vetus olim Eccleſia cum manuum impoſitione, pœnitentes denuò in communem conſuetudinem reuocabat (id enim potius ad pœnitentiam referri debet) ſed eſſe veriſsimum, ac ſuis omnibus conſtans numeris Sacramentum, Chriſti Ieſu authoritate inſtitutum.

ADOLESCENS.

Ita planè ſentio.

AVTHORIT. SCRIPT.

A ACTO. Cap. 8. Cùm audiſſent Apoſtoli, qui erant Hieroſolymis, quòd recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui cùm veniſſent orauerunt pro ipſis, vt acciperent Spiritum ſanctum: nondum enim in quenquã illorum venerat, ſed Baptizati tantùm erãt in nomine Domini Ieſu. Tunc imponebãt manus ſuper illos, & accipiebãt Spiritum ſanctum.

ET Cap. 19. His auditis Baptizati ſunt in nomine Domini Ieſu. Et cùm impoſuiſſet illis manus Paulus, venit Spiritus ſanctus ſuper eos, & loquebãtur linguis, & prophetabant.

B MATTH. Cap. 19. Tunc oblati ſunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret. Diſcipuli autem increpabant eos.

Ieſus

Ieſus verò ait eis : Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: taliũ eſt enim regnum cœlorum. Et cùm impoſuiſſet eis manus, abijt inde.

MAR. Cap.10. Et offerebant illi paruulos, vt tangeret illos. Diſcipuli autẽ comminabantur offerentibus. Quos cùm videret Ieſus, indignè tulit, & ait illis: Sinite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos: talium eſt enim regnum cœlorum. Amen dico vobis, quiſquis nõ receperit regnũ Dei velut paruulus, nõ intrabit in illud. Et complexans eos, & imponẽs manus ſuper illos, benedicebat eos.

C MATTH. Cap. 28. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.

LVC. Cap. 24. Et ego mitto promiſſum Patris mei in vos : vos autem ſedete in ciuitate, quoaduſque induamini virtute ex alto.

IOAN. Cap. 14. Paraclitus autem Spiritus ſanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis.

ACT. Cap.1. Et conueſcens præcepit eis ab Hieroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent promiſſionem Patris, quam audiſtis (inquit) per os meum: quia Ioannes quidem Baptizauit aqua, vos autem Baptizabimini Spiritu ſancto non poſt multos hos dies.

D ACT. Cap.8.&.19. Vt ſup.lit.A.

G ACT. Cap.8. Vt ſup.lit.A.

AVTHORIT. PATR.

A 1 TERTVLL. Lib. De Reſurrect. carnis, Cap.8. Vide ſup.Lect. præced. lit. C.auth.1.

2 CLEMENS Papa martyr, epiſt. 4 Ad Iulium & Iulianum. Omnibus feſtinandum eſt, ſine mora renaſci Deo, & demum conſignari ab Epiſcopo, id eſt, ſeptiformem gratiam Spiritus ſancti percipere, quia incertus eſt vniuſcuiuſq; exitus vitæ. Cùm autem regeneratus fuerit per aquam, & poſtmodùm ſeptiformi Spiritus gratia ab Epiſcopo (vt memoratum eſt) confirmatus, quia aliter perfectus eſſe Chriſtianus nequaquàm poterit, nec ſedem habere inter perfectos, ſi non neceſſitate, ſed incuria, aut voluntate remanſerit (vt à B.Petro accepimus, & cæteri ſancti Apoſtoli, præcipiente Domino, docuerunt) & demum ex

Confirmationis ſacramẽtum ab omnibus percipiendum.

opetibus bonis oſtendat in ſe ſimilitudinẽ eius, qui eum genuit, Patris. *Vide eundem Lib.3.conſt.Apoſt.cap.10.16.&.17.& lib.7. cap.44.*

3 DIONYS. Areopagita, Lib. De Eccleſiaſtica hierarchia, Cap.4. Sed enim alia eſt huius finirima veneranda confectio vnguenti : conſecrationem eam vocant præceptores noſtri. *Et paulò pòſt.* Iuxta eundẽ ſynaxis modum, eorum qui necdum initiati ſunt, abſoluuntur ordines, vbi ſcilicet prę ceſſit Pontificis circum omnem ſani ambitum redolẽs thure profectio, pſalmorumq; modulatio, & lectio ſcripturarum diuinarum. Sumptum deinde vnguentũ Pontifex ſacris imponit altaribus, duodecim ſacris alis circuntectum, reſonantibus omnibus voce ſanctiſſima melos ſacrum, quod diuinitus afflati prophetæ didicerunt. Cõpleta itaque oratione ſuper eo ſolenni in ſanctiſſimis eorum, quæ ſacrantur, conſummationibus, eo vtitur ad omnem fermè ſacerdotalis officij functionem. *Et poſt pauca.* Eſt igitur, vt dixi, quod nunc laudatur à nobis, ſacroſanctum myſterium eius ordinis atque virtutis, vt ſacerdotalia cuncta perficiat. Atq; ideò ſancti præceptores noſtri iſtud quaſi æquali ordine atque officio, ſacro ſynaxes coniunxere myſterio, eiſdem imaginibus vt plurimùm, & diſtinctionibus myſticis, & eloquijs ſubnixum ſacris. *Et rurſus.* Dicimus vnguẽti compoſitionem, collectionẽ quandam ſpirantium ſuauiter materiarum, habentem in ſe affatim odoratas qualitates, cuius qui participes ſunt, pro quantitate eius, quæ in illis fit fragrantis participationis, odoris ſuauitate replẽtur. *Et non longè à fine.* Sed & ipſi qui ſacratiſſimo regenerationis myſterio conſecratur, aduẽtum Sancti Spiritus conſummans inunctio largitur vnguenti, &c. Vnde, vt opinor iuxta ſacratiorem ſenſum, Traditione diuina, ſancti noſtræ ſacerdotalis vnctionis Duces, honeſtiſſimum iſtud vnguenti conſecrãdi munus, Teleten, ab effectu rei, quæ in eo perficitur, nominant.

Vnguenti confectio in Eccleſia primitiua.

Chriſmatis vſus in omni ferme functione epiſcopali.

Chriſmatis excellentia.

Chriſmatis inunctio poſt Baptiſmum quid conſeruat.

Chriſma vocatur ab Apoſtolis perfectio.

4 EVSEB. Papa martyr, Epiſt.3. ad Epiſco. Thuſciæ & Campaniæ. (*Habetur tom.1.Conciliorum*) Manus impoſitionis Sacramentum, magna veneratione tenẽdum eſt, quod ab alijs perfici non poteſt niſi à ſummis ſacerdotibus. Nec tempore Apoſtolorum ab alijs quàm ab ipſis Apoſtolis legitur aut ſcitur peractum eſſe : neque ab alijs quàm ab illis, qui eorũ locũ tenẽt, vnquàm

Soli ſucceſſores Apoſtolorũ ſũt miniſtri Sacramẽti Cõfirmationis.

perfici poteſt, aut fieri debet. Nam ſi aliter præſumptum fuerit, irritum habeatur & vacuum, nec inter eccleſiaſtica vnquàm reputabitur Sacramenta.

5 FABIANVS Papa martyr, Epiſt. 2. Ad omnes Orientales Epiſcopos, Cap. 1. (*Conciliorum tom. 1.*) Literis veſtris inter cętera inſertum inuenimus quoſdam regionis veſtræ Epiſcopos, à veſtro noſtroq; ordine diſcrepare, & nõ per ſingulos annos in Cœna Domini Chriſma cõficere, ſed duos aut tres annos confectionem ſancti Chriſmatis ſemel actam, conſeruare. Dicunt enim, vt in memoratis apicibus reperimus, nec balſamum per ſingulos annos poſſe reperiri, nec neceſſe fore per ſingulos annos Chriſma cõficere; ſed dùm vna confectio Chriſmatis abundat, aliã fieri neceſſe nõ habere. Errãt enim qui talia excogitant, & mente veſana potius quàm recta ſentientes, hæc dicunt.

Chriſmatis renouatio ſingulis annis.

In illa die Dominus Ieſus, poſtquàm cœnauit cum diſcipulis ſuis, & lauit eorum pedes (ſicut à ſanctis Apoſtolis prędeceſſores noſtri acceperunt, nobiſq; reliquerunt) Chriſma conficere docuit. Ipſa enim lauatio pedum, noſtrum ſignificat Baptiſmum, quãdo ſancti Chriſmatis vnctione perficitur atque confirmatur. Nam ſicut ipſius diei ſolennitas per ſingulos annos eſt celebranda, ita ipſius ſancti Chriſmatis confectio per ſingulos annos eſt agenda, & de anno in annũ renouanda, & fidelibus tradenda: quia nouum Sacramẽtum eſt per ſingulos annos, & iam dicto die innouandum, & vetus in ſanctis Eccleſijs cremandum. Iſta à ſanctis Apoſtolis & ſucceſſoribus eorum accepimus, vobiſque tenenda mãdamus. Hęc, Sancta Romana Eccleſia & Antiochena à tempore Apoſtolorum cuſtodit. Hæc, Hieroſolymorum & Epheſiauorum tenet. In quibus Apoſtoli præſidentes hæc docuerũt, & vetus Chriſma incẽdi, & nõ amplius quàm vno anno vti permiſerunt, atque deinceps nouo frui, & nõ veteri, iubentes docuerũt.

Chriſtus in vltima cœna Chriſma conficere docuit.

Vetus Chriſma cremandum.

Apoſtolica traditio.

6 HIERONY. tom. 2. Dialogo aduerſùs Luciferianos. An neſcis (*inquit Luciferianus*) etiam Eccleſiarum hunc eſſe morem, vt Baptizatis poſteà manus imponantur, & ita inuocetur Spiritus ſanctus? Exigis vbi ſcriptum ſit? In Actibus Apoſtolorum. Etiã ſi Scripturæ authoritas non ſubeſſet, totius orbis in hanc partem conſenſus inſtar præcepti obtineret. Nam & multa alia quæ per traditionem in Eccleſijs obſeruãtur, authoritatem ſibi ſcriptæ Legis vſurpauerunt: velut in lauacro ter caput mergitare, &c. *Orthodoxus.* Non quidem abnuo hanc eſſe Eccleſiarum conſuetudinem, vt ad eos qui longè in minoribus vrbibus per presbyteros & diaconos Baptizati ſunt, Epiſcopus ad inuocationem Sancti Spiritus manum impoſiturus excurrat. Sed quale eſt, vt leges Eccleſiæ ad hæreſim transferas, & virginis integritatem per meretricum lupanaria patiaris ſpurcari? Epiſcopus ſi imponit manũ, ijs imponit qui in recta fide Baptizati ſunt, qui in Patre, Filio, & Spiritu ſancto, tres perſonas, vnã ſubſtantiam crediderunt. *Et mox.* Quòd ſi hoc loco quæris, quare in Eccleſia Baptizatus, niſi per manus Epiſcopi non accipiat Spiritum ſanctum, quem nos aſſerimus in vero Baptiſmate tribui: diſce hanc obſeruationẽ ex ea authoritate deſcendere, quòd poſt Aſcenſum Dñi Spiritus ſanctus ad Apoſtolos deſcendit.

Act. 8. & 19.

Miniſter cõfirmationis, Epiſcopus.

Act. 2.

7 CYPRIA. Lib. 1. Epiſtola. 12. Ad Ianuarium. Vngi quoq; neceſſe eſt eum qui Baptizatus ſit, vt accepto Chriſmate, id eſt, vnctione, eſſe vnctus Dei & habere in ſe gratiam Chriſti poſſit. Porrò autem Eucha riſtia eſt, & vnde Baptizati vnguntur, oleũ in altari ſanctificatum.

Baptizati, Chriſmate inungendi.

Oleum in altari ſanctificatum.

8 IDEM, Sermone de Ablutione pedum. *in principio.* Baptiſmum repeti, Eccleſiaſticæ prohibent regulæ, & ſemel ſanctificatis nulla deinceps manus iterũ conſecrãs præſumit accedere. Nemo ſacros ordines ſemel datos, iterum renouat, nemo ſacro oleo lita, iterum linit aut conſecrat, nemo impoſitioni manuum vel miniſterijs derogat ſacerdotum, quia contumelia eſſet Spiritus ſancti, ſi euacuari poſſet quod ille ſanctificat, vel aliena ſanctificatio emẽdaret, quod ille ſemel ſtatuit & confirmat.

Baptiſmus, Cõfirmatio, & Ordo, nõ iterantur.

9 IDEM, Sermone, De vnctione Chriſmatis. Hodie in Eccleſia cũ cæteris vnctionibus ad populum acquiſitionis ſanctificandum in participationem dignitatis & nominis, ſacrum Chriſma conficitur, in quo mixtum oleo balſamum, regiæ & ſacerdotalis gloriæ exprimit vnitatem, quibus dignitatibus initiãdis diuinitus eſt vnctio inſtituta. *Et poſt pauca.* Hodie, vt diximus, vnguentũ ad ſanctificationem paratur, cuius fragantia adoleſcentulæ & nouellę animæ, accedentes ad fidem, illectæ delectantur, & exinanitionis eius ſuauitate delibutæ, diligunt & ſequuntur aromatum largitorem, & vſque ad Regis accubitum ſpiramine illo trahuntur, & poſt odorem illum vbiq; deſyderio ſancto

In die Cœnę Domini Chriſma cõficitur.

Chriſma vnde conficiatur.

ſancto perurgente ſitibundæ diſcurrunt. *Chriſma quã tũ ab alijs liquoribus diſtet.* Nihil hoc oleũ cõmune habet cum liquoribus, qui ex quorundam fructuum pinguedine exprimuntur, nec vis eius eſt ex craſsitudine penetratiua, quæ ſecundùm quaſdã naturales rationes emollit, & temperat ſpiſſamenta humorum, quos ſolet intrinſecus adſtringere ſiccitas aliqua, vel corruptio conglobare. Non hæc medendis corporibus eſt vnctio inſtituta, quia ſanctificatis elemẽtis iam non propria natura præbet effectũ, *Effectus Vnctionis.* ſed virtus Diuina potentiùs operatur, ſed adeſt veritas ſigno, & Spiritus Sacramento, vt & ipſis rerum efficientijs gratiæ dignitas pateat, & interiori homini quanta ex his detur authoritas, Deiformi conuerſatione & cœleſtibus moribus, innoteſcat. Hoc oleo antiquitus ſacerdotes ſacrabantur & Reges, & ipſi altariũ lapides delibuti, ſpiritalem intelligi volebant ſacris myſterijs ineſſe pinguedinem. Et ſicut oleum fluitat, & humidis quibuslibet ſuperfertur, ita excellentia Sacerdotalis & Regiæ dignitatis ſecũdùm formam Dei & Chriſti ſub ſe omnia continẽs, regimen & munimen tam actiuę quàm contemplatiuę vitę obtinet. Et ex hoc humore conſtat deſcẽdere omnes gratiarum diuiſiones, quas Spiritus ſanctus prout vult, *1. Cor. 12.* ſingulis diſtribuit & largitur. Ex huius vnctionis beneficio, & ſapientia nobis, & intel*Iſai. 11.*lectus diuinitus datur, conſilium & fortitudo cœlitus illabitur, ſciẽtia, & pietas, & timor inſpirationibus ſupernis infunditur.

Hoc oleo vncti, cum ſpiritalibus nequitijs colluctamur, nec fœtoribus ſpurijs imbui poſſumus, qui balſami ſpiritalis odore fragramus. Et *rurſus*. Nec tamen ceſſantibus his quæ ritu antiquo inoleuerãt, cùm iam in populo Chriſtiano circũciſio videretur dãnabilis, & ſacrificia idololatriæ imputarentur, vnctionis myſterium religio Chriſtiana contempſit: ſed cæteris generali Sanctorũ conſenſu damnatis, nõ ſolùm in Regibus & ſacerdotibus vnctionis honor permãſit, ſed in omnem populum Catholicum effuſa eſt huius gratiæ plenitudo: vt ſicut Chriſtus à Chriſmate dictus eſt, eò quòd ſingularis excellentiæ oleo vnxerit eum Deus, ita & participes eius quotquot ſunt, conſortes ſint tam vnctionis quàm nominis, & dicantur à Chriſto Chriſtiani, vt ſint ſui, Chriſto duce, rectores & duces, & offerant Deo quotidianum ſacrificium, ordinati à Deo ſanctimoniæ ſacerdotes.

10 EVSEB. Cæſarienſis, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, Lib. 6. Cap. 33. Addit etiã hoc Cornelius, quòd idem ipſe Nouatus in iuuẽtute Spiritu immũdo vexatus ſit: & cùm tempus aliquantũ conſumpſiſſet apud exorciſtas, ægritudinem incurrerit grauem, ita vt deſperaretur: & quòd iacens in lecto, pro neceſsitate perfuſus ſit, nec reliqua in eo quæ Baptiſmum ſubſequi ſolent, ſolẽniter adimpleta ſint, nec ſignaculo Chriſmatis cõſummatus ſit, vnde nec Spiritum ſanctum vnquàm potuerit promereri. *Nouatus hæreticus vexatus, quia neglexit Sacramentum Cõfirmationis.*

11 AMBROS. tom. 4. De Sacramentis, Lib. 3. Cap. 2. Sequitur ſpiritale ſignaculum quod audiſtis hodie legi, quia poſt fontem ſupereſt vt perfectio fiat, quando ad inuocationem ſacerdotis Spiritus ſanctus infunditur, Spiritus ſapientiæ & intellectus, &c. *Spiritus ſancti dona cõferuntur in Cõfirmatione.*

12 BASILIVS Magnus, Lib. de Spiritu ſancto ad Amphilochium, Cap. 27. Vt ſup. Lect. 5. lit. B. auth. 4.

13 IVSTINVS Martyr, quæſt. 137. Peractis myſterijs Baptiſmi, conſignantur fideles ſacro vnguento.

14 ORIGEN. tom. 1. Homil. 8. in Leuiticum. *propè finem*. Sic ergò cõuerſis à peccato purificatio quidem per illa omnia datur, quæ ſuperius diximus: donum autem gratiæ Spiritus per olei imaginem deſignatur, vt non ſolùm purgationem conſequi poſsit is, qui conuertitur à peccato, ſed & Spiritu ſancto repleri.

15 ET Homil. 9. *Vltra medium*. Omnes quicunque vnguento ſacri Chriſmatis delibuti ſunt, ſacerdotes effecti ſunt, ſicut & Petrus ad omnem Eccleſiam dicit: Vos autem *1. Petr. 2.* genus electum, regale ſacerdotium.

16 GREGORIVS Nazianzenus, Oratio. 40. in ſanctum Baptiſma. At ſi per Baptiſmum teipſum præmunieris, ac pulcherrimo & firmiſsimo auxilio tibi in futurum caueris, animum ſcilicet & corpus vnctione & ſpiritu conſignans, quemadmodũ olim Iſraël nocturno illo cruore, qui primi- *Exo. 12.* genos tuebatur, quid tibi accidet? Et quod tibi præſidium comparatum erit? Audi Sa- *Prou. 3.* lomonis Prouerbia: Si ſederis, ait, intrepidus eris: ſi dormieris, ſuauem ſomnum carpes. Audi etiam quid tibi læti nunciet Dauid: Non timebis, inquit, à timore nocturno, ab incurſu, & dæmonio meridiano. Hoc ti- *Pſal. 90.* bi, & viuo maximum ad ſecuritatẽ momentum afferet, (pecus enim ſignata non facilè inſidijs appetitur: quæ autẽ minimè ſignata eſt, à furibus facilè capi poteſt) & vita *Confirmationis Sacramenti vtilitas.*

perfuncto

perfuncto commodum quoddam tanquàm funebre munus futurum eſt, veſte ſplendidius, auro præſtantius, tumulo magnificentius, infructuoſis libaminibus religioſius, maturorum fructuum primitijs tempeſtiuius, ijſq; omnibus rebus quas mortui mortuis largiuntur, conſuetudinem pro lege obſeruantes.

17 DAMASCENVS, Lib 4. de Fide Orthodoxa, Cap. 10. Oleum in Baptiſmate aſſumitur, (ſiue vt verti poteſt ex Græco: Oleum Baptiſmati ſuccedit) vnctionem ſignificans, & Chriſtos nos efficiens, & miſericordiam Dei nobis annuncians per Spiritum ſanctum. *Et paulò pòſt.* Sicut columba attulit ramum oliuæ poſt diluuium: ita nobis poſt Baptiſmum, cuius figura fuit diluuium, aduenit Spiritus ſanctus per oleum, cuius figura fuit illa columba cum ramo oliuæ.

Gen. 8.
Columba cũ ramo oliuæ, figura eſt Confirmationis.

18 EVSEBIVS Emiſſenus, ſermo. de Pentecoſte. Quod nunc in Confirmãdis Neophytis manûs impoſitio tribuit ſingulis, hoc tunc Spiritus ſancti deſcẽſio in credentium populo donauit vniuerſis: *Et poſt pauca.* Ergo Spiritus ſanct⁹ qui ſuper aquas Baptiſmi ſalutifero deſcẽdit illapſu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in Confirmatione augmentum præſtat ad gratiam.

Deſcẽſio Spiritus ſancti, ſignum fuit Confirmationis.

19 PRVDENT. in Pſichomachia: *Cum pugnam luxuria & ſobrietatis deſcribit.* Poſt inſcripta oleo frontis ſignacula, per quæ vnguentum regale datum eſt, & Chriſma perenne.

20 IDEM in Hymno ante ſomnum.

Cultor Dei memento
Te fontis, & lauacri
Rorem ſubiſſe Sanctum,
Te Chriſmate innotatum.

21 BEDA, Lib. 6. in Lucam: *Exponens illa verba Luc. 22. Et egreſſus ibat, &c.* In montem Oliuarum diſcipulos educit, vt omnes in morte ſua Baptizatos altiſsimo Sancti Spiritus Chriſmate confirmandos eſſe deſignet.

Confirmationis Sacramẽtũ à Chriſto inſtitutum.

22 AVGVSTINVS tom. 7. Contra literas Petiliani, Lib. 2. Cap. 104. *Exponens illud Pſalmi, Sicut vnguentum in capite, &c.* Ipſe Chriſtus (*ait*) à Chriſmate appellatur, id eſt, ab vnctione. Hunc Hebræi dicũt Meſsiam, quod verbum Punicę linguæ conſonum eſt. ſicut alia Hebræa permulta, & penè omnia. Quid eſt ergò in illo ſacerdotio caput, quid barba, quid ora veſtimenti? Quantùm donat Dominus vt intelligamus, Caput eſt ipſe Saluator corporis. Per barbam non incongruè fortitudo intelligitur. Ergò ad eos qui ſunt fortes in Eccleſia eius, & adhærent orę eius, vt ſine timore prædicent veritatem, ab ipſo Chriſto tanquàm à capite Sanctum deſcendit vnguentum, id eſt, ſanctificatio ſpiritalis. Per orã veſtimenti, ſignificantur perfecti fideles in Eccleſia. *Et paucis interpoſitis.* In hoc vnguento Sacramentum Chriſmatis vult interpretari, quod quidem in genere viſibilium ſignaculorum ſacroſanctum eſt, ſicut ipſe Baptiſmus.

Pſal. 132.
Confirmatio eſt Sacramẽtũ ſicut Baptiſmus.

23 IDEM tom. 3 De Trinitate, Lib. 15. Cap. 26. Neque aliquis diſcipulorum Chriſti dedit Spiritum ſanctum. Orabãt quippe vt veniret in eos quibus manum imponebant, non ipſi eum dabant. Quem morem in ſuis Præpoſitis etiam nunc ſeruat Eccleſia. Denique & Simon magus offerẽs Apoſtolis pecuniam, non ait: Date & mihi hanc poteſtatem, vt dem Spiritum ſanctum: ſed, Cuicunq; inquit, impoſuero manus, vt accipiat Spiritum ſanctum. Quia neq; ſcriptura ſuperius dixerat, Videns autem Simon quòd Apoſtoli darent Spiritum ſanctum, ſed dixerat, Videns autem Simon quòd per impoſitionẽ manuũ Apoſtolorũ daretur Spiritus ſanctus. Propter hoc & Dominus ipſe Ieſus Spiritum ſanctum non ſolùm dedit vt Deus, ſed etiam accepit vt homo, proptereà dictus eſt plenus gratia. Et manifeſtius de illo ſcriptum eſt in Actibus Apoſtolorum: Quoniam vnxit eum Deus Spiritu ſancto. Nõ vtique oleo viſibili, ſed dono gratiæ, quod viſibili ſignificatur vnguento, quo Baptizatos vngit Eccleſia. Nec ſanè tunc vnctus eſt Chriſtus Spiritu ſancto, quando ſuper eum Baptizatum velut columba deſcendit: tũc enim corpus ſuum, id eſt, Eccleſiam ſuam præfigurare dignatus eſt, in qua præcipuè Baptizati accipiũt Spiritum ſanctum.

Epiſcoporũ munus eſt imponere manus Baptizatis.
Act. 8.
Act. 10.

24 LEO Magnus, Epiſt. 88. ad Vniuerſos Epiſcopos Germaniæ & Galliæ. Nec erigere altaria, nec eccleſias vel altaria cõſecrare licet, nec per impoſitiones manuũ fidelibus Baptizandis, vel conuerſis ex hæreſi Paraclitum Spiritum ſanctum tradere, nec Chriſma conficere, nec Chriſmate Baptizatorum frontes ſignare, nec publicè quidem in Miſſa quenquã pœnitentem reconciliare, nec formatas cuilibet Epiſtolas mittere. Hæc em̃ omnia illicita ſunt Chorepiſcopis, qui ad exẽplũ & formã ſeptuaginta

Confirmare ſoli poſſunt Epiſcopi.

diſci-

Luc. 10. diſcipulorum eſſe noſcuntur: vel presbyteris, qui eãdem geſtaut figuram: quoniã quanquàm conſecrationem habeant, Põrificatus tamen apicem non habent. Quæ omnia ſolis deberi ſummis Pontifiribus authoritate Canonum præcipitur, vt per hoc & diſcretio graduum, & dignitatis faſtigium ſummi Pontificis demonſtretur.

25 CONSTANTINVS Imperator Magnus, in quodam edicto. (*Habetur tomo. 1. Conciliorum.*) Benedictoq; fonte, illic me Trina merſione vnda ſalutis purificauit. Poſitoq; me in fontis gremio, manum de cœlo me contingentem proprijs oculis vidi. De qua mundus exurgens, ab omni me lepræ ſqualore mũdatum agnoui. Leuatoq; me de venerabili fonte, induto veſtibus candidis, ſeptiformis gratię Sancti Spiritus cõſignationem adhibuit beati Chriſmatis Vnctione, & vexillum ſanctæ Crucis in mea fronte liniuit, dicẽs: Signet te Deus ſigillo ſi dei ſuæ, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, in conſignatione fidei. Cunctusq; clerus reſpondit, Amen.

Baptizato datur alba veſtis, & ſacramentum Confirmationis.

26 CONCILIVM Laodicenũ, Canon. 48. *tomo*. 1. Oportet Baptizatos poſt Baptiſmum, ſacratiſsimum Chriſma percipere, & cœleſtis regni participes fieri.

Baptizati Confirmentur.

27 MELCHIADES Papa Martyr, Epiſtola ad Hiſpaniæ Epiſcopos, Cap. 2. (*tom. 1. Conciliorum.*) De his verò ſuper quibus rogaſtis vos informari, id eſt, vtrum maius eſſet Sacramentũ, manus impoſitio Epiſcoporum, aur Baptiſmus: ſcitote vtrunque magnum eſſe Sacramentum. Et ſicut vnũ à maioribus fit, id eſt, à ſummis Põtificibus, quod à minoribus perfici non poteſt: ita & maiori veneratione venerandum & tenendum eſt. Sed ita coniuncta ſunt hæc duo Sacramenta, vt ab inuicem, niſi morte præueniente, nullatenus poſsint ſegregari, & vnũ ſine altero ritè perfici non poteſt. Nam vnũ (præueniente morte) ſaluare ſine altero poteſt, aliud autem non poteſt. Vnde ſcriptũ eſt: In diebus illis, Dicit Dominus, effundã de Spiritu meo ſuper omnem carnem. Aduertamus ſummas diuitias bonitatis Dei. Quod in confirmandis neophytis manus impoſitio tribuit ſingulis, hoc tuuc Spiritus ſancti deſcenſio in credentium populos, donauit vniuerſis. Sed quia diximus, quòd manus impoſitio & Confirmatio, ad Baptiſmi perfectionẽ pertineat, & qui iam regeneratus in Chriſto eſt, cõfirmare aliquid poſsit: fortè cogitat ſibi aliquis: Quid mihi prodeſt

Magnũ eſt Baptiſmi & Cõfirmationis Sacramentum.

Confirmat ſolus Epiſcopus.

Ioel. 1.

poſt myſterium Baptiſmatis, myſteriũ Cõfirmationis? Aut quantùm video, nõ totum de fonte ſuſcepimus, ſi poſt fontẽ, adiectione noui generis indigemus. Non ita dilectiſſimi. Attendat charitas veſtra. Sicut exigit militaris ordo, vt cùm Imperator, quẽcunq; in militum receperit numerum, non ſolùm ſigner receptum, ſed etiam armis competentibus inſtruat pugnaturum: ita in Baptizato, benedictio illa munitio eſt. Dediſti militem, da ei adiumentum militiæ. Nunquid prodeſt ſi quiſquam parentum magnã pupillo conferat facultatem, niſi prouidere ſtudeat & tutorem? Itaque Paraclitus regeneratis in Chriſto, cuſtos, & conſolator, & tutor eſt. Ideò dicit ſermo Diuinus: Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Ergò Spiritus ſanctus qui ſuper aquas Baptiſmi ſalurifero deſcendit illapſu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in Confirmatione augmentum præſtat ad gratiam. Et quia in hoc mundo, tota ætate victuris, inter inuiſibiles hoſtes & pericula gradiendum eſt, in Baptiſmo regeneramur ad vitam, poſt Baptiſmum Confirmamur ad pugnã: in Baptiſmo abluimur, poſt Baptiſmum roboramur. At ſi cõtinuò tranſituris ſufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen neceſſaria ſunt Confirmationis auxilia. Regeneratio per ſe ſaluat, mox in pace beari ſeculi recipiendos: Confirmatio autem armat & inſtruit ad agones huius mundi, & prẹlia reſeruandos. Qui autem poſt Baptiſmum cũ acquiſita innocentia, immaculatus peruenit ad mortem, confirmatur morte, quia nõ poteſt peccare poſt mortem. Hic, ſi fortè etiam illud requirere velimus, poſt Paſsionem & Reſurrectionẽ Chriſti, quid Apoſtolis profuerit aduentus Spiritus ſancti, ipſe Dominus eis euidẽter exponit: Quæ dico, inquit, vobis, non poteſtis ea portare modò. Cùm autẽ venerit ille Spiritus Veritatis, ipſe docebit vos omnẽ veritatẽ. Vides quia cùm Spiritus ſanctus infunditur, cor fidele ad prudentiã & conſtantiam dilatatur? Itaque aute deſcenſionem Spiritus ſancti, vſque ad negationem Apoſtoli deterrentur: poſt viſitationem verò eius, vſque ad martyrium contemptu ſalutis armantur. Secundùm hoc, per Chriſtũ redimimur, per Spiritum verò ſanctum, donò ſapientiæ ſpiritualis illuminamur, ędificamur, erudimur, inſtruimur, conſummamur, vt illam Spiritus ſancti vocem audire poſsimus: Intellectũ tibi dabo, & inſtruã te in via

Quid conferat Confirmationis Sacramentum.

Pſal. 126.

Baptiſmi & Cõfirmationis effectus.

Ioan. 16.

Pſalm. 31.

in via hac, qua gradieris. De Spiritu ſancto accipimus, vt ſpirituales efficiamur, quia animalis homo nõ percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei. De Spiritu ſancto accipimus, vt ſapiamus inter bonum malumq; diſcernere, iuſta diligere, iniuſta reſpuere, vt malitiç ac ſuperbiæ repugnemus, vt luxuriæ ac diuerſis illecebris, & fœdis indignisq; cupiditatibus reſiſtamus. De Spiritu ſancto accipimus vitæ amorem, & gloriæ ardorem, vt ſucceſſi diuinitus, erigere à terrenis mẽtem ad ſuperna & diuina valeamus.

1. Corin. 2.

28 BERNARD. in vita Malachiæ Epiſcopi Hiberniæ. Malachias vſum ſaluberrimum Cõfeſsionis, Sacramentum Confirmationis, contractum coniugiorum, quæ omnia aut ignorabant, aut negligebant, de nouo conſtituit. Cùm autem eſſet illi ſtudiũ & zelus maximus, circa cultum Diuinorũ, & venerationem Sacramentorum: ne fortè de his aliquid cõſtitueret vel doceret, ſecus quàm ritus haberet vniuerſalis Eccleſiæ, ſubijt animum adire Epiſcopum Malchum, qui ſe plenius de omnibus informaret. Hic erat ſenex plenus dierum & virtutum, & ſapientia Dei erat in illo. Is puerum mente captum ex his quos lunaticos vocant, inter Confirmandum ſacra vnctione ſanauit.

Cõfirmationis Sacramentum.

Sanatur puer lunaticus per Sacramentum Cõfirmationis.

E 1 TERTVLL. Lib. de Reſurrectione carnis. Vt ſup. lit. A. auth. 1.

2 BASIL. Lib. de Spiritu ſancto ad Amphilochium, Cap. 27. Vt ſuprà litera. A. authorit. 12.

3 CONCILIVM Florentinum. Materia Confirmationis eſt Chriſma confectũ ex oleo, quod nitorem ſignificat conſcientiæ: & balſamo, quod odorem ſignificat bonæ famæ, per Epiſcopum benedictum. *Et rurſus.* Effectus autem huius Sacramẽti eſt, quia in eo datur Spiritus ſanctus ad robur, ſicut datus eſt Apoſtolis in die Pẽtecoſtes, vt Chriſtianus audacter Chriſti confiteatur nomen. Ideóq; in fronte, vbi verecundiæ ſedes eſt, Chriſtianus inungitur, ne Chriſti nomẽ confiteri erubeſcat, & præcipuè Crucem eius, quæ Iudæis eſt ſcandalum, gentibus autẽ ſtultitia, propter quod ſigno Crucis ſignatur.

Materia Cõfirmationis, & effectus.

4 CONCILIVM Triden. Seſſ. 7. Can. 1. De Confirmatione. Si quis dixerit, Confirmationem Baptizatorũ otioſam Ceremoniam eſſe, & non potius verum & proprium Sacramentum: aut olim nihil aliud fuiſſe, quàm catecheſim quandam, qua adoleſcentiæ proximi fidei ſuæ rationem coram Eccleſia exponebãt: Anathema ſit.

Cõfirmationis Sacramentum.

5 ET Cano. 2. Si quis dixerit, iniurios eſſe Spiritui ſancto eos, qui ſacro Confirmationis Chriſmati virtutem aliquam tribuunt: Anathema ſit.

F 1 CLEMENS Papa martyr, Epiſt. 4. Ad Iulium & Iulianum. Vide ſuprà, lit. A. authorit. 2.

2 EVSEBIVS Cæſarienſis, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, Lib. 6. Cap. 33. Vide ſuprà, lit. A. authorit. 10.

3 DIONYSIVS Areopagita, Lib. de Eccleſiaſtica hierarchia, Cap. 2. Vide ſuprà, Lectione præcedente, litera. E. auth. 1. *Et ſub finem capitis, ſic ait.* Enimuerò illa perficiens vnctio facit ita perfectum fragrãria ſuauiſsimi odoris inſignem, quippe Diuinæ generationis ſacroſancta perfectio, Diuino Spiritui, quæ fuerint perfecta, coniungit. Porrò aduentum illum ſecretiſsimum Spiritus, qui intelligibiliter odore ſuaui fratres facit, ac perficit, cùm ſit prorſus ineffabilis, ſpiritaliter intelligendum dimitto, qui Diuini Spiritus ſanctã ac Deificam ſocietatem in anima ſua percipere meruerũt. In fine autem omnium, Pontifex ita perfectum ad Sacratiſsimam Euchariſtiã vocat, atque conſummantiũ illi Sacramentorum communionem Deificam tradit.

Sacramenti Confirmationis efficacia.

4 ET Cap. 4. Vide ſuprà, litera. A. authorit. 3.

5 FABIANVS Papa martyr, Epiſt. 2. Vide ſup. lit. A. auth. 5.

6 TERTVLL. aduerſus Marcionẽ, Lib. 1. Cap. 28. *Loquens contra Deum Marcionis.* Cui rei Baptiſma quoque apud eum exigitur, ſi remiſsio delictorum eſt? Quomodò videbitur delicta dimittere, qui non videbitur retinere? Quia retineret, ſi iudicaret. Si abſolutio mortis eſt, quomodò abſolueret à morte, qui non deuinxit ad mortẽ? Deuinxiſſet enim, ſi à primordio damnaſſet. Si regeneratio eſt hominis, quomodò regenerat qui non generauit? Iteratio enim non competit ei, à quo quid nec ſemel factum eſt. Si cõſecutio eſt Spiritus ſancti, quomodò Spiritum attribuit, qui animam non prius contulit? Quia ſuffectura eſt quodammodò Spiritus anima. Signat igitur hominem nunquàm apud ſe reſignatum: lauat hominem, nunquàm apud ſe coinquinatum: & in hoc totum ſalutis Sacramentum carnem mergit exortem ſalutis.

Cõfirmationis Sacramentum.

7 IDEM Lib. de Baptiſmo, Cap. 7. Vide ſup. Lect. 5. lit. C. auth. 2.

8 ET

8 E T Cap. 8. Dehinc manus imponitur per benedictionem aduocans & inuitãs Spiritum ſanctum. Sanè humano ingenio licebit Spiritum in aquam arceſſere, & con corporationẽ eorũ accommodatis deſuper manibus alio Spiritu tantæ claritatis animare, Deo autem in ſuo organo non licebit per manus ſanctas ſublimitatẽ modulari ſpiritalẽ? Sed eſt hoc quoq, de veteri Teſtamẽto, quo nepotes ſuos ex Ioſeph, Efrẽ & Manaſſem, Iacob, capitibus impoſitis & intermutatis manibus benedixerit, & quidẽ ita tranſuerſim obliquatis in ſe, vt Chriſtũ deformantes iam tunc portenderent benedictionem in Chriſtum futuram.

Confirmatio per manus impoſitionẽ.

Gen. 49.

9 C Y P R I A. Ser. de Vnctione Chriſmatis. Vide ſup. lit. A. auth. 9.

10 M E L C H I A. Papa mart. Epiſt. ad Hiſpan. Epõs. Vide ſup. lit. A. auth. 27.

11 A V G V S T. tom. 7. de Baptiſmo cõtra Donatiſtas, Lib. 5. Cap. 19. Quomodò aquã mũdat & ſanctificat homicida? Quomodo benedicũt oleum tenebræ? Si autem Deus adeſt Sacramentis & verbis ſuis per qualeslibet adminiſtrentur, & Sacramenta Dei vbique recta ſunt, & mali homines, quibus nihil proſunt, vbique peruerſi ſunt.

olei benedictio.

Sacramentis Deus adeſt per qualeſcunq, adminiſtrentur.

12 E T Cap. 20. Cur autem ad verba quæ procedunt ex ore homicidæ, poſsit tamen Deus oleum ſanctificare, & in altari quod hæretici poſuerunt, non poſsit, neſcio: niſi fortè cor hominis quod fallaciter cõuerſum intus non impedit, lignum fallaciter poſitum impedit foris, quominus Sacramentis ſuis adeſſe dignetur, nullis hominũ falſitatibus impeditus. Si ergò ad hoc valet, quod dictũ eſt in Euangelio: Deus peccatorẽ non audit: vt per peccatorem Sacramenta non celebrentur, quomodò exaudit homicidam deprecantem, vel ſuper aquã Baptiſmi; vel ſuper oleũ, vel ſuper Euchariſtiã, vel ſuper capita eorũ quibus manus imponitur? Quæ omnia tamen & fiunt, & valent, etiam per homicidas, id eſt, per eos qui oderunt fratres etiam in ipſa intus Eccleſia. Cùm dare nemo poſsit quod non habet, quomodò dat homicida Spiritum ſanctum? Et tamẽ ipſe intus etiam Baptizat. Deus ergò dat etiam ipſo Baptizante, Spiritum ſanctum.

Sacramẽta per malos adminiſtrata, gratiã cõferunt.

Ioan. 9.

G 1 E V S E B I V S Papa mart. Epiſt. 3. Vide ſuprà, lit. A. auth. 4.

2 V R B A N V S primus Papa mart. Epiſtola ad omnes Chriſtianos, in fine. (*tomo, 1. Conciliorum*) Omnes fideles per manus impoſitionem Epiſcoporum Spiritum ſanctum poſt Baptiſmum accipere debent, vt plenè Chriſtiani inueniãtur. Quia cùm Spiritus ſanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & conſtantiam dilatatur.

Epiſcopi ſolo Cõfirmat.

3 D A M A S V S Papa primus, Epiſtola quarta, De Chorepiſcopis. Quòd verò eis non liceat Sacerdotes conſecrare, nec diaconos, aut ſubdiaconos, nec virgines, nec altare erigere, nec vngere aut ſacrare, nec Eccleſias dedicare, nec Chriſma conficere, nec Chriſmate Baptizatorum frontes ſignare, &c. Quæ omnia ſolis Pontificibus deberi tàm ex ſuperioribus quàm ex alijs Patrum conſtitutis, aut ſacris canonibus, edôcti eſtis.

Solis Epiſcopis licet Ordinis & Cõfirmationis Sacramenta miniſtrare.

4 G R E G O R I V S Papa, Lib. 3. Epiſtola. 9. Presbyteri Baptizatos infantes ſignare bis in fronte Chriſmate non præſumant. Sed presbyteri Baptizatos tangant in pectore, vt Epiſcopi poſtmodùm tangere debeant in fronte.

Presbyter non Confirmat, ſed Epiſcopus.

5 E V S E B I V S Cæſarienſis, Lib. 3. hiſtor. Eccleſ. Cap. 17. *Referens iuuenem à S. Ioanne Apoſtolo cuidam Epiſcopo commendatum, ait,* Qui (*Epiſcopus*) eum Baptiſmi Sacramento illuminauit, poſteà verò ſigillo Domini tanquàm perfecta; & tuta eius animi cuſtodia, obſignauit.

6 C O N C I L I V M Toletanum primum Cano. 20. (*tomo. 1. Conciliorum.*) Quanuis penè vbique cuſtodiatur, vt abſque Epiſcopo Chriſma nemo conficiat, tamen quia in aliquibus locis vel prouincijs, presbyteri dicuntur Chriſma conficere, placuit ex hac die nullum alium niſi Epiſcopum Chriſma conficere, & per diœceſin deſtinare, ita vt de ſingulis Eccleſijs ad Epiſcopum ante diem Paſchæ diaconi deſtinentur aut ſubdiaconi, qui confectum Chriſma ab Epiſcopo deſtinatum, ad diem Paſchæ, poſsint ad tempus deferre.

Solus Epiſcopus conficit Chriſma.

7 C O N C I L I V M Carthaginenſe tertium, Cano. 36. (*tomo. 1. Conciliorum*) Vt presbyter inconſulto Epiſcopo, virgines non conſecret. Chriſma verò nunquam conficiat.

Presbyter non conficit Chriſma.

8 E T. 4. Cano. 36. Presbyteri qui per diœceſes Eccleſias regunt, nõ à quibuslibet Epiſcopis, ſed à ſuis: nec per iuniorem clericum, ſed aut per ſe ipſos, aut per illum qui ſacrarium tenet, ante Paſchæ ſolennitatem Chriſma petant.

Epiſcopi Chriſma cõſecrant.

9 H I E R O N Y M. tomo. 2. Dialogo,

Aduerſùs Luciferianos. Vide ſup. liter. A. authorit. 6.

Solus Epiſcopus eſt miniſter Confirmationis.

10 CONCILIVM Florentinũ. Ordinarius miniſter (*Confirmationis*) eſt Epiſcopus. Et cùm cæteras vnctiones ſimplex ſacerdos valeat exhibere, hanc non niſi Epiſcopus debet conferre, quia de ſolis Apoſtolis legitur; (quorum vicem tenẽt Epiſcopi) Quia per manus impoſitionẽ Spiritũ ſanctũ dabant, quemadmodũ Actuũ Apoſtolorum lectio manifeſtat. *Act. 8.* Loco autem illius manus impoſitionis, datur in Eccleſia Confirmatio. Legitur tamen, aliquando per Apoſtolicæ ſedis diſpenſationem, ex rationabili & vrgenre admodùm cauſa, ſimplicem ſacerdotem Chriſmate per Epiſcopũ confecto, hoc adminiſtraſſe Confirmationis Sacramentum.

Aliquando diſpẽſatum eſt, vt ſacerdos confirmet.

LECTIO VII.

DOCTOR.

DIC age, quod eſt tertium Sacramentum?

ADOLESCENS.

Pœnitentia, ſeu, quod idem eſt, ſacerdotalis abſolutio.

DOCTOR.

Cedo eius definitionem.

ADOLESCENS.

Eſt Sacramentũ, quo remittuntur, vel retinentur, ſoluuntur, vel ligantur peccata, ea authoritate, [a] quam Chriſtus Ieſus ita contulit ſacerdotibus, vt prius & diligenter de pœnitentis ſtatu, & conſcientia, ſingulatim cognoſcerent.

a *Matth. 16. & 18. Ioan. 10. Cyril. in Ioan. lib. 12. c. 56. Origen. hom. 17. in Lucam. & in Leuit. hom. 2. & 8. & in pſal. 38. hom. 2. Chryſ. lib. 3. de Sacer. & hom. 20. in Gen. Aug. in Enchir. c. 65. & 70. & de Verbis Dom. ſer. 8. Baſil. in reg. breuio. q. 12. 119. & 188. & in pſal. 31. & epiſt. ad Amphilo. can. 73. Amb. lib. 1. de pœnit. c. 2. & lib. 2. c. 7. Hiero. in Eccles. c. 10.*

DOCTOR.

Quæ porrò ſunt in hac re diſpicienda?

ADOLESCENS.

In primis, eam eſſe infirmitatis noſtræ legem, vt quãuis iam in Baptiſmo gratiam hauſerimus ac iuſtitiam, peccato tamen aliquo [b] quotidiè ferè ſordidemur, quo perpurgari in Chriſti ſanguine toties poſſumus, quoties legitimè hoc Sacramento vtemur.

b *Ioan. 1. Tertul. de pœni. Cypria. de lapſis, ſermo. 5. & epiſt. ad Noua. Chryſoſt. in pſal. 106. Epiphan. hæreſ. 59. Athan. lib. de blaſph. Marcus Anachor. lib. de pœnit. Anaſt. olympio. in Eccles. Greg. Nyſſe.*

DOCTOR.

Quid præterea ſpectamus?

ADOLESCENS.

Signum ac Ceremoniam externã Sacramenti, actiones nimirùm ipſas pœnitentis. Ad hæc [c] etiam formam verbis conceptis à ſacerdote expreſsã, ad abſolutionẽ ex Chriſti lege reis impertiendam.

c *Concil. Conſtan. 3. can. 102. Florent. generale. Clem. martyr. epiſt. 1. & lib. 2. c. 37. Conſt. Apoſt. Euſeb. Epiſt. ad Martinum. Baſil. in regulis breuioribus. c. 288.*

DO-

DOCTOR.

Quantùm ex te intelligo, totã huius Sacramenti materiam refers ad pœnitentis officium, ad Miniſtri munus, & ad effectum ac vim ipſius Sacramenti. Quod eſt igitur pœnitentis officium?

ADOLESCENS.

In primis vt peccata ſua agnoſcat, [d] iiſq; vehementer indoleat ac gemat, ob eam maximè cauſam, quòd nihil æquè Deus oderit & deteſtetur, ac peccatum.

DOCTOR.

Quid tùm poſt hunc tam ingentem dolorem ac contritionem faciet?

ADOLESCENS.

Vbi ſe reum agnouerit, Deoq; ſupplex procubuerit, ad veniam ſcelerum in Chriſti nomine impetrandã, componat ſeſe ad eam remiſsionem obtinendã, quę expreſſa ſacerdotis abſolutione conferri debet.

DOCTOR.

Id porrò qua vi atque authoritate?

ADOLESCENS.

Verborum quibus ipſe Ieſus tam diſertè [e] Apoſtolos eorumq; ſucceſſores eſt allocutus: Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittũtur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Hæ porrò ſunt Miniſtri partes abſoluentis.

DOCTOR.

Sunt ergò iniquitates ſacerdotibus explicandæ, & eis conſcientiæ omnis noſtræ ratio aperienda?

ADOLESCENS.

Ita planè: alioqui enim quo pacto ritè ſuo [f] munere fungi poſſunt, & de cauſa ſtatuere, quam non accuratè diſpexerint? Atqui vt legitimè vel ſoluant aliena peccata, vel retineant, neceſſe eſt vt ex ipſo (quando ab alio non poſſunt) reo confitente, cõſcientiæ ſtatum doceantur.

d *Pſal. 50. Iſai. 38. 4 Reg. 22. Hierem. 26. 2. Regum. 22. Ezech. 33. & 43. Acto. 3. & 19. 2. Corinth. 7. Tertul. lib. 2. contr. Marcio. & de pœnitent. Iren. lib. 3. cap. 37. Cypr. ſerm. 5. de lapſis. Chryſoſt. hom. 27. in Gen. & hom. 4. & 15. in 2. ad Corinth. Clemen. Alexand. Strom. lib. 4. & 6. Origen hom. 2. in Leuit. & homil. 2. in Pſalm. 37. Auguſt. in pſal. 50. & de pœniten. c. 10.*

e *Ioan. 20. Chryſ. & Auguſt. vbi ſup. Amb. lib. 1. de pœn. Diado. de perfect. c. 100. Anaſt. var. quæſt. Heſych. in Leuit. Euſeb. 1. epiſt. ad Marcum. Athan. vbi ſup.*

f *Leuit. 4. 5. 6. & 14. Luc. 17. Ioan. 11. Matth. 3. Act. 19. Iacob. 5. Dionyſ. epiſt. ad Demop. Cle. mart. epiſt. 1. Fab. mar. epiſt. 2. Iren. lib. 1. c. 9. Orige. in Leuit. hom. 2. & 8. Tert. lib. de Bapt. & de pœnit. Hier. in Eccleſiaſt. c. 10.*

DOCTOR.

Debent'ne omnes omnia peccata à ſe commiſſa ſacerdotibus patefacere?

ADOLESCENS.

Planè omnino. Sed ea tamen quæ poſt iuſtam diſquiſitionem in mentem venire poſſunt, & quæ conſcientiā magis ſolent premere ac ſolicitare.

AVTHORIT. SCRIPT.

A MATTH. Cap.16.&.18. Vt ſup. Cap. 1. Lect.12. lit. D. & Lect.13. lit. M.

IOAN. Cap.20. Vt infrà, lit. E.

B IOAN. Cap. 1. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

D PSAL.50. Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo mūda me. Quoniā iniquitatē meā ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper, Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci.

ISAI. Cap.38. Et conuertit Ezechias faciem ſuā ad parietē, & orauit ad Dn̄m, & dixit, Obſecro Dn̄e, memento quæſo quomodò ambulauerim corā te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum eſt in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno. ET. Recogitabo tibi omnes annos meus in amaritudine animæ meæ.

LIB. 4. Regum, Cap.22. Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Pro eo quod audiſti verba voluminis, & perterritum eſt cor tuum, & humiliatus es coram Domino, auditis ſermonibus contra locum iſtum & habitatores eius, quòd videlicet fierent in ſtuporem & in maledictum: & ſcidiſti veſtimenta tua, & fleuiſti coram me, & ego audiui, ait Dominus. Idcirco colligam te ad patres tuos, & colligêris ad ſepulcrum tuum in pace, vt nō videant oculi tui omnia mala, quæ introducturus ſum ſuper locum iſtum.

HIERE. Cap.26. Hæc dicit Dn̄s: Sta in atrio domus Domini, & loquêris ad omnes ciuitates Iuda, de quibus veniunt, vt adorent in domo Domini, vniuerſos ſermones tuos, quos ego mandaui tibi vt loquaris ad eos. Noli ſubtrahere verbū, ſi fortè audiant & conuertantur, vnuſquiſq; à via ſua mala: & pœniteat me mali quod cogito facere eis propter malitiam ſtudiorum eorum.

LIB. 2. Regum, Cap.12. Et dixit Dauid ad Nathan, Peccaui Domino. Dixitque Nathan ad Dauid, Dominus quoq; tranſtulit peccatum tuum: non morieris.

EZECH. Cap.33. Viuo ego dicit Dn̄s Deus: Nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat. Conuertimini à vijs veſtris peſſimis. Et quare moriemini domus Iſraël?

ET Cap. 43. Nunc ergo repellant procul fornicationem ſuam, & minas regum ſuorum à me: & habitabo in medio eorum ſemper. Tu autem fili hominis oſtende domui Iſraël templum, & cōfundantur ab iniquitatibus ſuis: & metiantur fabricā, & erubeſcant ex omnibus quæ fecerunt.

ACT. Cap. 3. Vobis primùm Deus ſuſcitans Filium ſuum, miſit eum benedicentem vobis: vt conuertat ſe vnuſquiſque à nequitia ſua.

ET Cap. 19. Multique credentium veniebant confitentes & annunciantes actus ſuos.

POST. ad Corinth. Cap. 7. Quoniā etſi cōtriſtaui vos in epiſtola, non me pœnitet: & ſi pœniteret, vidēs quòd epiſtola illa (etſi ad horā) vos contriſtauit: nūc gaudeo, non quia contriſtati eſtis, ſed quia cōtriſtati eſtis ad pœnitentiam. Contriſtati enim eſtis ſecundùm Deum, vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim ſecundùm Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.

E IOAN. Cap.20. Vt in textu.

F LEVIT. Cap.4. Si peccauerit princeps, & fecerit vnum è pluribus per ignorantiam, quod Domini Lege prohibetur: & poſteà intellexerit peccatum ſuum, offeret hoſtiam Domino, hircum de capris immaculatum. Ponetq; manum ſuam ſuper caput eius: cumque immolauerit eum in loco vbi ſolet mactari holocauſtum coram Domino, quia pro peccato eſt, tinget ſacerdos digitum in ſanguine hoſtiæ pro peccato, tangens cornua altaris holocauſti,

& reli-

& reliquum fundẽs ad baſim. Adipẽ verò adolebit ſupra altare, ſicut in victimis pacificorum fieri ſolet: rogabitque pro eo ſacerdos, & pro peccato ei⁹, & dimittetur ei.

ET Cap.5. Anima quæ iurauerit, & protulerit labijs ſuis, vt vel malè quid faceret, vel benè: & id ipſum iuramento & ſermone firmauerit, oblitaq; poſteà intellexerit delictum ſuum, agat pœnitentiam pro peccato, & offerat de gregibus agnam, ſiue capram, orabitque pro ea ſacerdos & pro peccato eius. ET. Anima ſi peccauerit per ignorantiam, feceritque vnum ex his quæ Domini Lege prohibentur, & peccati rea intellexerit iniquitatem ſuam, offeret arietem immaculatum de gregibus ſacerdoti, iuxta menſuram æſtimationemq; peccati: qui orabit pro eo, quia neſciens fecerit: & dimittetur ei, quia per errorem deliquit in Domino.

ET Cap.6. Anima quæ peccauerit, & contempto Domino negauerit proximo ſuo depoſitum, quod fidei eius creditum fuerat: vel vi aliquid extorſerit, aut calumniam fecerit, ſiue rem perditam inuenerit, & inficians inſuper peierauerit, & quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus ſolent peccare homines, conuicta delicti, reddet omnia quæ per fraudem voluit obtinere, integra, & quintam inſuper partem Domino cui damnũ intulerat. Pro peccato autem ſuo offeret arietẽ immaculatum de grege, & dabit eum ſacerdoti, iuxta æſtimationem menſurãque delicti: qui rogabit pro eo coram Domino, & dimittetur illi, pro ſingulis quæ faciẽdo peccauit.

ET Cap.14. Hic eſt ritus leproſi quãdo mundandus eſt. Adducetur ad ſacerdotẽ, qui egreſſus de caſtris cùm viderit leprã eſſe mundatam, præcipiet ei qui purificatur, vt offerat duos paſſeres viuos pro ſe, quos veſci licitum eſt, & lignum cedrinum, vermiculumq; & hyſſopum. Et vnum ex paſſeribus immolari iubebit in vaſe fictili ſuper aquas viuentes: alium autem viuum cũ ligno cedrino, & crocco & hyſſopo tinget in ſanguine paſſeris immolati, quo aſperget illum qui mundandus eſt, ſepties, vt iure purgetur, & dimittet paſſerem viuũ, vt in agrum auolet, &c. Rogabitq; pro eo ſacerdos coram Domino, & faciet ſacrificium pro peccato. Tunc immolabit holocauſtũ & ponet illud in altari cũ libamẽtis ſuis, & homo ritè mundabitur.

LVCÆ. Cap.17. Cùm ingrederetur quoddam caſtellum, occurrerunt ei decem viri leproſi, qui ſterunt à longè, & leuauerunt vocem, dicentes, Ieſu præceptor miſerere noſtri: Quos vt vidit, dixit, Ite oſtendite vos ſacerdotibus. Et factum eſt, dum irent, mundati ſunt.

IOAN. Cap.11. Ieſus ergò rurſum fremens in ſemetipſo, venit ad monumẽtum: erat autem ſpelunca. & lapis ſuperpoſitus erat ei. Ait Ieſus, Tollite lapidem. Dicit ei Martha ſoror eius qui mortuus fuerat, Domine, iam fœtet, quatriduanus eſt enim. Dicit ei Ieſus, Non'ne dixi tibi, quoniam ſi credideris, videbis gloriam Dei? Tulerunt ergò lapidem. *Et mox.* Hæc cum dixiſſet, voce magna clamauit, Lazare veni foras. Et ſtatim prodijt qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus inſtitis, & facies illius ſudario erat ligata. Dixit eis Ieſus, Soluite eum, & ſinite abire.

MATT. Cap.3. Tunc exibat ad eum Hieroſolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & Baptizabãtur ab eo in Iordane, confitentes peccata ſua.

ACTOR. Cap.19. Vt ſup. lit. D.

IACOB. Cap. 5. Confitemini ergò alterutrum peccata veſtra: & orate pro inuicem vt ſaluemini.

AVTHORIT. PATR.

A 1 CYRILLVS Alexand. tomo. 1. in Ioan. Lib. 12. Cap. 56. Quomodò igitur (dicet quiſpiam) ſi tunc aberat Thomas, quando Chriſtus ſufflans dixit, Accipite Spiritum ſanctum: Spiritus ipſe particeps factus eſt? Dicamus igitur, virtutem Spiritus ex intentione dantis Chriſti, in omnes diſcipulos pertranſiſſe: non enim quibuſdam, ſed omnibus diſcipulis dedit. Quare liberalitate dantis non ſolùm præſentes, ſed etiã abſentes Apoſtoli Spiritum ſanctum acceperunt. Quòd autem non violenta, ſed tuta vtraque hæc ratio ſit, authoritate ſanctę Scripturæ mõſtrabimus. Iuſsit Deus quondam Moyſi ſeptuaginta ſeniores Iudæorum eligere. Dixit autem de Spiritu qui erat in Moyſe ablaturum ſe, atque impoſiturum in illis. Cùm verò duo Heldad & Meddad, &c. *Et pancis interpoſitis.* Qua igitur ratione Diuinæ naturæ dignitatẽ ac poteſtatem diſcipulis ſuis Saluator largitus eſt? Quia certè abſurdum non eſt peccata remitti poſſe ab illis, qui Spiritum ſanctum in ſeipſis habeant.

Ioann. 10. Abſens Thomas Apoſtolo, quomodò accepit Spiritum ſanctum.

Num. 11.

Per Sacramentũ pœnitentiæ remittuntur peccata.

Nam cùm ipſi temittunt, aut detinent, Spiritus qui habitat in eis, per eos remittit & detinet. Erit autem id per eos ducbus (vt arbitror) modis, primùm Baptiſmo, deinde Pœnitentia. Nam aut credentes,& vitę ſanctimonia probatos homines, ad Baptiſmũ inducunt,& indignos inde diligenter expellunt: aut Eccleſiæ filios peccantes quidem increpant, pœnitentibus autem indulgent. Sicut Paulus olim fornicantem apud Corinthios, in perniciem carnis tradebat, vt Spiritus eius ſaluaretur: recepitq; turſus, ne maiore ſubmergeretur dolore.

1. Cor. 5.

Cùm igitur Spiritus Chriſti habitãs in hominibus, veri Dei operationem efficiat, quomodò non erit natura Deus, qui naturaliter poteſtatem Diuinæ naturæ ac dignitatem poſsidet, cùm in Diuinam Legem eximiam habeat authoritatem?

2 ORIGENES tom. 2. Homil. 17. in Luc. Cap. 2. *Exponens illud, Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes*. Cogitationes erant malæ in hominibus, quæ propteteà reuelatæ ſunt, vt prolatæ in medium perderentur, & interfectę atque emortuæ, eſſe deſinerẽt, & occideret eas ille qui pro nobis mortuus eſt. Quandiu enim abſconditæ erant cogitationes, nec prolatę in medium, impoſsibile erat eas penitus interfici. Vnde & nos ſi peccauerimus, debemus dicere, Peccatum meum notum feci tibi, & iniquitatem meam non abſcondi. Dixi, annunciabo iniuſtitiam meam contra me, Domino. Si enim hoc fecerimus, & reuelauerimus peccara noſtra, nõ ſolùm Deo, ſed & ijs qui poſſunt mederi vulnerib⁹ noſtris atque peccatis, delebuntur peccata noſtra ab eo qui ait: Ecce delebo vt nubem iniquitates tuas, & ſicut caliginem peccata tua.

Luc. 2.

Confitenda ſunt peccata vt deleãtur.

Pſal. 31.

Iſai. 44.

3 IDEM tom. 1. In Leuiticum, Hom. 2. Sed fortaſſe dicant auditores Eccleſię; Melius ferè agebatur cum antiquis, quàm nobiſcum: vbi oblatis diuerſo ritu ſacrificijs, peccantibus venia præſtabatur. Apud nos vna tantummodò venia eſt peccatorũ, quę per lauacri gratiam in initijs datur, nulla poſt hæc peccanti miſericordia, nec venia vlla conceditur. Decet quidem diſtrictioris eſſe diſciplinæ Chriſtianum pro quo Chtiſtus oblatus eſt. Pro illis oues, hirci, boues iugulabantur, & aues, & ſimila cõſpergebatur: pro te Dei Filius iugulatus eſt, & iterum te peccare delectat? Et tamen, ne tibi hæc non tã erigãt animos pto virtute, quàm pro deſperatione deijciant, audiſti quanta ſint in lege ſacrificia pro peccatis, audi nunc quantæ ſint remiſsiones peccatorũ in Euangelijs. Eſt iſta prima qua Baptizamur in remiſsionem peccatorum. Secunda remiſsiu eſt in paſsione martyrij, &c. Eſt adhuc & ſeptima licet dura & laborioſa, per pœnitentiam remiſsio peccatorum, cùm lauat peccator in lacrymis ſtratum ſuum, & fiunt ei lacrymæ ſuæ panis die ac nocte: & cùm non erubeſcit ſacerdoti Domini indicare peccatũ ſuum, & quærere medicinam, ſecũdùm eum qui ait: Dixi, pronunciabo aduerſùm me iniuſtitiam meã Dño, & tu remiſiſti impietatem cordis mei.

Per Baptiſmũ & martyrium & pœnitẽtiam, dimittũtur peccata.

Pſal. 6.

Pſalm. 41.

Cõfeſsio peccatorũ facta ſacerdoti.

Pſal. 31.

4 ET Homil. 8. Veſtimẽta, inquit, eius diſſuta ſint, & caput eius reuelatum, & os eius adopertum. Per quæ deſignat eũ qui in anima leproſus eſt, id eſt, qui peccatis confixus eſt, non oportere aſſuere ſibi tegumenta, & turpitudines operire peccati. Sicut enim is cuius veſtimenta diſſuta ſunt, nudam atque intectam geſt turpitudinem corporis: ita oportet eum qui peccatis aliquibus obſeptus eſt, mala ſua & flagitia nullis verborum aſſumentis, nullis excuſationum velaminibus operire: vti ne fiat ſepulcrum dealbatum, quod deforis quidẽ apparet hominibus ſpecioſum, intus autẽ plenum eſt oſsibus mortuorũ, & omni immunditia. Vult ergo Lex Diuina peccatorem non ſolùm veſtimenta non aſſuere, ſed & caput non contegere: vt ſi quod eſt capitis delictum, id eſt, ſi in Deum aliquid cõmiſſum eſt, ſi in fide peccatum eſt, ne hęc quidem habeantur obtecta: ſed omnibus publicentur, vt interuetu & cotteptione omnium emendetur, & veniam mereatur.

Leuit. 13.

Matth. 23.

Peccata confitẽda ſunt.

5 IDEM Hom. 2. In Pſalm. 38. *Verſu; Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me*. Neceſſariò addidit, Ab omnibus, quo ſcilicet nulla nos teneat & conſtringat iniquitas. Sed quomodò Deus ab iniquitatibus eripiat, conſideremus. Si pœnitentes pro malè geſtis conuertamur ad Deum, ſuſcipiens à nobis Deus conuerſionem noſtram, abſolutionem iniquitatũ donat ſecundùm menſuram conuerſionis. Cui enim plus remittitur, plus diligit. Et proptereà dicitur, quia mulieri illi multa remiſſa ſunt, quia dilexit multum. Pro menſura ergo pœnitentiæ, remiſsionis quantitas moderatur: ne nos metipſos ſeducamus, putantes nullis hæc regugulis, nullis diſpenſari iudicijs. Puto enim

Pſalm. 38.

Per verã pœnitentiã omnia peccata remittũtur.

Luc. 7.

quod

quòd qui omnes iuſtitias impleuerit, ille omnes abluat iniquitates: qui verò paucas, vel partem aliquã iuſtitiæ operatus eſt, partem aliquam iniquitatum reſoluat: qui verò perfectam pro omnibus malis & integrã pœnitẽtiam geſſerit, ita vt purum cor iam offerat Deo, iſte ſimul omnẽ labem diluit peccatorum: ſi verò ex parte pœnituit, & ex parte iam meruit abſolutionem.

6 CHRYSOST. tom.5. De Sacerdotio, Lib.3. *Non longè poſt initium*. Etenim qui terram incolunt atque in ea verſantur, ijs commiſſum eſt, vt ea quæ in cœlis ſunt, diſpenſent: ijs datum eſt, vt poteſtatem habeant, quam Deus Opt. neque Angelis, neque Archangelis datam eſſe voluit. Neque enim ad illos dictum eſt, Quæcunque alligaueritis in terra, erũt alligata & in cœlo: & quæcunq; ſolueritis in terra, erunt ſoluta & in cœlo. Habent quidem & terreſtres principes vinculi poteſtatem, verùm corporum ſolùm. Id autem quod dico ſacerdotum vinculum, ipſam etiam animã contingit, atque ad cœlos vſque peruadit: vſq; adeò vt quæcunq; infernè ſacerdotes confecerint, illa eadem Deus supernè rata habeat, ac ſeruorum ſententiã Dominus confirmet. Etenim, quidnam hoc aliud eſſe dicas, niſi omnium rerum cœleſtium poteſtatem illis à Deo conceſſam? Quoruncunq; enim, ait, peccata retinueritis, retẽta ſunt. Quænam obſecro poteſtas hac vna maior eſſe queat? *Et paucis interiectis*. Corporis lepram purgare, ſeu verius dicam, haud purgare quidem, ſed purgatos probare, Iudæorum Sacerdotibus ſolis licebat: neque neſcis quanta cum ambitione, quanto cum ſtudio ac concertatione ſacerdotalis dignitas id temporis acquireretur. At verò noſtris ſacerdotibus non corporis lepram, verùm animæ ſordes, non dico purgatas probare, ſed purgare prorſus conceſſum eſt. Quare iudicio quidẽ meo, qui iſtos deſpiciunt contemnuntq;, multò ſceleratiores, ac maiori ſupplicio digni fuerint, quàm fuerit Dathã vnà cum ſuis omnibus.

Neque Angelis, neque Reges habent poteſtatem dimittẽdi peccata, ſicut ſacerdotes.

Matth. 16. & 18.

Ioan. 20.

Sacerdotes potius purgant animæ leprã, quàm purgatam probant.

Num. 16.

7 IDEM tom.1. In Cap.4. Geneſ. Homil.20. *Exponens illa verba, Audite vocem meam vxores Lamech, &c.* Non ſolùm non expectat vt ab alio arguatur, quòd in idem & grauius peccatũ lapſus ſit: ſed nullo vel accuſante, vel increpãte, ipſe ſemetipſum manifeſtum facit, & confitetur quæ facta ſint, mulieribusq; narrat delicti magnitudinem: quaſi illud, quod à propheta dictum eſt, implens: Iuſtus ſui ipſius accuſator eſt in principio ſermonis. Plurimùm enim ad emendanda peccata valet confeſsio. Itaque ſicut grauius eſt peccatis ipſis, poſt peccata commiſſa, peccata inficias ire: id quod fratricida ille agebat, & rogatus à miſericorde Deo, non ſolùm nõ cõfeſſus eſt quod auſus fuerat, ſed & vt prolongarentur vita ſua, fecit: Cęterum & hic in illa ſua ipſa peccata inciderat, ſed animo expendẽs, quòd negatio grauiorem ipſi pararet pœnam, vocatis mulieribus ſuis, nullo reprehendente vel arguente, ipſe ſua lingua & confeſsionẽ peccatorum facit, & conferens quæ à ſe facta erant cum ijs quæ à Cain, pœnam definit. *Et poſt pauca.* Iam qui hæc (*ſcelera*) fecit, ſi voluerit, vt decet, vti conſcientiæ adiumento, & ad confeſsionem facinorum feſtinare, & medico oſtendere vlcus, qui curet & non exprobret, atque ab illo remedia accipere, & ſolì ei loqui nullo alio conſcio, & omnia dicere cum diligentia, facilè peccata ſua emendabit. Cõfeſsio enim peccatorum, abolitio etiã eſt delictorum. *Et mox iterum.* Igitur qui vult ſtatim ad ſanitatem ſuam redire, animæq; curare vlcera, reſipiſcens medicum adeat, ab omnibus ſecularibus curis ſe abdicans, calidas lacrymas profundat, ſedulitatem plurimam præſeferat, fidem firmã afferat, & medicis confidat arti. Vidiſti medicis gloriam, ad quam ſi omnium patrum amor conferatur, non tam erit conſpicuus. Num graue aliquid & moleſtum à nobis requirit? Cõtritionem vult cordis, compunctionem mentis, confeſsionem ruinæ, ſedulitatem cõtinuam: & non ſolùm largitur vulnerum curam, & à peccatis mundos oſtendit: ſed & eum qui anteà innumeris peccatorum ſarcinis grauabatur, iuſtum efficit.

Gen.4.

Prouer. 18.

Cõfeſsio plurimum valet.

Cõfeſsio peccatorũ ſacerdoti facienda.

Vera pœnitentia contritionẽ & confeſsionẽ requirit.

8 AVGVST. tom.3. In Enchiridiõ ad Laurẽtium, Cap.65. Sed neque de ipſis criminibus quamlibet magnis remittendis in ſancta Eccleſia, Dei deſperanda eſt miſericordia agentibus pœnitentiam, ſecundùm modum ſui cuiuſq; peccati. In actione autem pœnitentiæ, vbi tale crimẽ commiſſum eſt, vt is qui commiſit, à Chriſti etiam corpore ſeparetur, non tam conſideranda eſt menſura temporis, quàm doloris. Cor enim contritum & humiliatum Deus non ſpernit. Verùm quia plerunq; dolor alterius cordis occultus eſt alteri, neq; in aliorum notitiam per verba vel quæcunq; alia ſigna procedit, cùm ſit corã illo cui dicitur:

In agenda pœnitentia, vis doloris exigitur.

Pſalm. 50.

Pſalm. 37. Gemitus meus à te nõ eſt abſconditus: rectè conſtituuntur ab ijs qui Eccleſię pręſunt, tempora pœnitentiæ, vt fiat etiam ſatis Eccleſiæ, in qua remittuntur ipſa peccata. Extra eam quippe non remittuntur. Ipſa nanque propriè Spiritum ſanctum pignus accepit, ſine quo non remittuntur vlla peccata, ita vt quibus dimittuntur, conſequantur vitam æternam.

Extra Eccleſiam non eſt remiſsio peccatorum.

9 ET Cap. 70. Cauendum eſt ne quiſquam exiſtimet infanda illa crimina, qualia qui agunt Regnũ Dei non poſsidebunt, quotidie perpetranda, & eleemoſynis quotidie redimenda. In melius quippe eſt vita mutanda, & per eleemoſynas de peccatis præteritis eſt propitiandus Deus, non ad hoc emendus quodammodò, vt ea ſemper liceat impunè committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi, quanuis miſerando deleat iam facta peccata, ſi non ſatiſfactio congrua negligatur.

Vera pœnitentia vitæ mutationem & ſatiſfactionẽ requirit.

50 IDEM tom. 10. de Verbis Domini, Sermone. 8. Quis mortuum ſuſcitabit, niſi qui remoto lapide clamauit, dicens, Lazare prodi foras? Quid eſt autem foras prodire, niſi quod occultum erat, foras prodere? Qui confitetur, foras prodit. Foras prodire non poſſet, niſi viueret. Viuere non poſſet, niſi reſuſcitatus eſſet. Ergò in confeſsione ſui accuſatio, Dei laudatio eſt. Dicet ergo aliquis, Quid prodeſt Eccleſiæ ſi iam confeſſor voce Dominica reſuſcitatus prodit? Quid prodeſt Eccleſia confitenti, cui Dominus ait, Quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt & in cœlo? Ipſum Lazarũ attende, cum vinculis prodit: iam viuebat confitendo, ſed nondum liber ambulabat vinculis irretitus. Quid ergò facit Eccleſia, cui dictum eſt, Quæ ſolueritis, ſoluta erunt: niſi quod ait Dñs continuò ad diſcipulos, Soluite illum, & ſinite abire?

Ioan. 11. *Pœnitentia comparatur Lazaro: & Eccleſia, Apoſtolis.* *Matth. 16.*

51 BASILIVS in regulis breuioribus, quæſt. 12. *Interrogatio.* Quomodò certô perſuaſus eſſe aliquis poteſt, Deum ſibi peccata remiſiſſe? *Reſponſio.* Nempe ſi affectionem animi in ſe eſſe animaduerterit ſimilem illius, qui dixit, Iniquitatẽ odio habui, & abominatus ſum. Deus enim pro remiſsione peccatorum noſtrorum demiſſo vnigenito Filio ſuo, quantùm ipſo eſt, ea ante iam omnibus condonauit. Quoniam autem miſericordiam & iudiciũ ſanctus vir canit, & teſtatur Deum miſericordem eſſe & iuſtum, neceſſe eſt, vt quæ & à prophetis, & ab Apoſtolis, ſuis locis, de pœnitentia dicta ſunt, ea à nobis præſtentur, vt appareant iudicia iuſtitiæ Dei, & miſericordia eius conſummetur, ad condonationem peccatorum.

Pſal. 118. *Pſal. 100.* *Ad peccatorũ remiſsionem oportet ea præſtare quæ à prophetis & Apoſtolis de pœnitẽtia dicta ſunt.*

52 ET quæſt. 229. *Interrogatio.* Nũquid flagitioſè facta, abiecta omni verecundia, enunciari apud omnes debeant, an apud aliquos tantummodò? E ſi hoc, apud quos, & cuiuſmodi? *Reſponſio.* Omnino in peccatorum confeſsione eadem ratio eſt, quæ etiam in apertione vitiorum corporis. Vt igitur vitia corporis nequaquàm quibuſnis temerè homines aperiũt, ſed ijs tãtummodò, qui rationem, qua ea curanda ſint, teneant: eodem modo etiam peccatorum cõfeſsio fieri debet, apud eos videlicet qui ea poſsint curare: conſentaneum in modũ illi, quod ſcriptum eſt: Vos qui firmiores eſtis, imbecillitates infirmorũ portate, hoc eſt, tollite, diligentia & cura veſtra.

Cõfeſsio peccatorum ſacerdoti ſoli facienda. *Rom. 15.*

53 ET Quæſt. 288. *Interrogatio.* Qui peccata ſua confiteri vult, nunquid omnibus paſsim, & quibuſuis ea confiteri debet, an certis quibuſdam? *Reſponſio.* Propoſitum benignitatis Dei in his qui peccant, perſpicuum eſt, ex eo quod ſcriptũ eſt, Nolo mortem peccatoris, ſed magis vt conuertatur, & viuat. Quoniam igitur etiam conuerſionis modus accommodatus eſſe debet ei qui peccat: Et præterea opus eſt fructibus dignis pœnitentiæ, conuenienter verbis illis, Facite fructus dignos pœnitẽtiæ: ne ſi fructus abfuerint, illa vſu eueniant, quæ confeſtim pòſt denunciantur: Omnis enim arbor (inquit) quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur: neceſſariò ijs peccata aperiri debent, quibus credita eſt diſpenſatio myſteriorum Dei. Siquidẽ rationem hanc in pœnitentia etiam veteres illos cernimus ſecutos fuiſſe, quando & in Euangelio ſcriptum eſt, quòd Ioanni confitebantur peccata ſua. Et in Actis, Apoſtolis ipſis: à quibus etiam Baptizabantur cuncti.

Ezech. 18. *Matt. 3.* *Confitenda ſunt peccata ſolis ſacerdotibus.* *Matt. 3.* *Act. 19.*

54 IDEM in Pſalm. 32. Inter ſe coniuncta ſunt, miſericordia cum iudicio: ne miſericordia ſola ſupinitatem & lentôrem animabus ingeneret: neu iudicium, ſi per ſe conſideretur, in eiſdem deſperationem operetur. Vult tui miſereri iudex, teq; miſerationibus ſuis complecti, ſi modò poſt admiſſa, humilem te factum & contritum, & malè facta plurimûm deplorantem, inueniet. Inſuper ſi quæ clàm cæteris, & in arcano deſignaſti, prodideris & vul-

Peccata dimittuntur per cõtritionem & confeſsionem.

euulgaueris fratri citra pudorem vllum.

15 IDEM Epiſtola Ad Amphilochiũ,
Cano.73. Siu autem vnuſquiſq; eorum qui
in prædictis peccatis fuere, cõfeſſus bonus
euaſerit, & is cui à Dei benignitate ligandi
& ſoluẽdi credita eſt poteſtas, ſi ſit clemen
tior, videns ſummam eius, qui peccauit, con
feſsionem ad diminuendum pœnarum tem
pus, non eſt dignus damnatione, cùm quæ
eſt in Scripturis, nobis hiſtoria ſignificet,
quòd qui cum maiori labore confitentur,
Dei miſericordiam celeriter apprehẽdant.

Cõfeſsio peccatorũ neceſſaria.

16 AMBROS. tom. 1. De Pœnitẽtia,
Lib.1.Cap.2. Cùm in Euãgelio ſuo dixerit
Dominus Ieſus: Accipite Spiritum ſanctũ,
quorum remiſeritis peccata, remittũtur eis,
& quorum retinueritis, retenta ſunt: Quis
eſt qui eum magis honorat, vtrum qui man
datis obtemperat, an qui reſiſtit? Eccleſia
in vtroque ſeruat obedientiam, vt peccatũ
& alliget, & relaxet. *Et mox.* Ius hoc ſolis
permiſſum ſacerdotibus eſt. Rectè igitur Ec
cleſia vẽdicat, quæ veros ſacerdotes habet.
Et iterum. Munus Spiritus ſancti eſt officiũ
ſacerdotis, ius autẽ Spiritus ſancti in ſoluen
dis ligandiſq; criminibus eſt.

Ioann. 20.

Ius ligandi atque ſoluẽdi, ſacerdotibus à Chriſto conceſſum.

17 ET Lib.2.Cap.7. Compatitur Ieſus
dilectæ ſuæ, & dicit defuncto, Veni foras,
hoc eſt, quid iaces in tenebris conſcientiæ,
& delictorum tuorum ſordibus, quodã reo-
rum carcere? Exi foras, delictum proprium
prode, vt iuſtificeris. Ore confeſsio fit ad ſa
lutem. Si cõfeſſus fueris à Chriſto vocatus,
clauſtra rumpentur, & omnia ſoluentur
vincula, etſi corruptelæ corporeæ fœtor
grauis ſit.

Ioan. 11.

Cõfeſsio peccatorum neceſſaria.

Roma. 10.

18 HIERONY. tomo.5.in Eccleſia-
ſteu.Cap.10. *Exponens illud, Si momorderit
ſerpens, &c.* Si quem ſerpens diabolus occul
tè momorderit, & nullo cõſcio, eum pecca
ti veneno infecerit: ſi tacuerit qui percuſ-
ſus eſt, & non egerit pœnitentiam, nec vul-
nus ſuum fratri & magiſtro voluerit confi-
teri, magiſter qui linguam habet ad curan-
dum, facilè ei prodeſſe non poterit. Si enim
erubeſcat ægrotus vulnus medico confiteri,
quod ignorat medicina non curat.

Abſque pœnitentia & confeſsione facta ſacerdoti, non dimittuntur peccata.

B

1 TERTVLLIANVS Lib. de
Pœniteutia, Cap.7. Nemo idcirco deterior
ſit, quia Deus melior eſt, toties delinquen-
do, quoties ignoſcitur. Cæterum finem vti-
que euadendi habebit, cùm offendendi non
habebit. Euaſimus ſemel, hactenus periculo
ſis noſmetipſos inferamus, etſi iterum eua-
ſuri videmur. Plerique naufragio liberati,
exinde repudium & naui & mari dicunt, &
Dei beneficium, ſalutem ſuam, ſcilicet, me-
moria periculi honorant. Laudo timorem,
diligo verecundiam, nolunt iterum Diui-
næ miſericordiæ oneri eſſe: formidant vi-
deri inculcare quod cõſecuti ſunt: bona cer
tè ſolicitudine iterum experiri vitãt, quod
ſemel didicerunt timore. Ita modus temeri-
tatis, teſtatio eſt timoris. Timor autem ho-
minis, Dei honor eſt. Sed enim peruicaciſsi
mus hoſtis ille, nunquàm malitiæ ſuæ otiũ
facit. Atqui tunc maximè ſæuit, cùm ho-
minem plenè ſentit liberatum: tunc pluri-
mùm accenditur, dum extinguitur. Doleat
& ingemiſcat neceſſe eſt, venia peccatorum
permiſſa, tot in homine mortis opera diru-
ta, tot titulos damnationis retrô ſuæ eraſos.
Dolet, quòd ipſum & angelos eius, Chriſti
ſeruus ille peccator iudicaturus eſt. Itaque
obſeruat, oppugnat, obſidet, ſi qua poſsit
aut oculos concupiſcentia carnali ferire,
aut animam illecebris ſecularibus irretire,
aut fidẽ terrenæ poteſtatis formidine euer-
tere, aut à via certa peruerſis traditionibus
detorquere: non ſcandalis, non tẽtationibus
deficit. Hæc igitur venena eius prouidens
Deus, clauſa licet ignoſcentiæ ianua, & in-
tinctionis ſera obſtructa, aliquid adhuc per
miſit patêre. Collocauit in veſtibulo pœni-
tentiam ſecũdã quæ pulſantibus patefaciat:
ſed iam ſemel, quia iam ſecũdò: ſed amplius
nunquàm, quia proximè fruſtrà. Non enim
& hoc ſemel ſatis eſt? Habes quod iam non
merebaris, amiſiſti enim quod acceperas. Si
tibi indulgẽtia Domini accommodat vnde
reſtituas quod amiſeras, iterato beneficio
gratus eſto, nedũ ampliato: maius eſt enim
reſtituere, quàm dare, quoniã miſerius eſt
perdidiſſe, quàm omnino non accepiſſe. Ve
rùm non ſtatim ſuccidendus ac ſubruendus
eſt animus deſperatione, ſi ſecundæ quis pœ
nitentiæ debitor fuerit: pigeat ſanè pecca-
re rurſus, ſed rurſus pœnitere non pigeat:
pigeat iterum periclitari, ſed non iterum li-
berari. Neminem pudeat. Iteratæ valetudi-
nis, iteranda medicina eſt: Gratus in Domi-
num extiteris, ſi quod tibi Dñs offert, non re
cuſaueris. Offendiſti, ſed reconciliari adhuc
potes.

Nõ ideò peccandũ quia Deus facilè pœnitẽtibus ignoſcit.

Poſt Baptiſmum ſupereſt pœnitentia remediũ, tanquàm tabula altera ad veniam.

2 CYPRIANVS ſermo.5. de Lap-
ſis. *Prope medium.* Ante expiata delicta, ante
Exomologeſin factam criminis, ante pur-
gatam conſcientiam ſacrificio & manu ſa-
cerdotis, ante offenſam placatam indignan-
tis Domini, & minantis, pacem putant eſſe,
quam

Sine confeſsione facta ſacerdoti, nõ remittũtur peccata.

quam quidam verbis fallacibus venditant: Non eſt pax illa, ſed bellum. *Et longè pòſt.* Videt Deus corda & pectora ſingulorum, & iudicaturus non tantùm de factis, ſed & de verbis & de cogitationibus noſtris: omnium mentes voluntatesq; cõceptas in ipſis adhuc clauſi pectoris latebris intuetur. Denique quando & fide maiore, & timore meliore ſunt, qui quãuis nullo ſacrificij aut libelli facinore conſtricti, quoniam tamen de hoc vel cogitauerunt, hoc ipſum apud ſacerdotes Dei dolenter, & ſimpliciter confitentur, animi ſui pondus exponunt, ſalutarem medelam paruis licèt & modicis vulneribus exquirunt, ſcientes ſcriptũ eſſe, Deus non deridetur.

Gal. 6.

Et mox. Nec ceſſet in agẽda pœnitentia, atque in Domini miſericordia deprecanda, ne quod minus eſſe in qualitate delicti videtur, in neglecta ſatisfactione cumuletur. Confiteantur ſinguli, quæſo vos fratres, delictum ſuum dum adhuc qui deliquit in ſeculo eſt, dũ admitti confeſsio eius poteſt, dum ſatisfactio, & remiſsio facta per ſacerdotes apud Dominum grata eſt.

Confeſsio quàm neceſſaria.

Conuertamur ad Dominum mente tota, & pœnitentiam criminis veris doloribus exprimentes, Dei miſericordiam deprecemur: Illi ſe anima proſternat, Illi mæſtitia ſatiſfaciat, Illi ſpes omnis incumbat, &c.

3 IDEM, Epiſt. ad Nouatianum hæreticum. Excitemus itaque nos quantùm poſſumus, fratres dilectiſsimi, & abrupto inertię & ſecuritatis ſomno, ad obſeruãda Dñi præcepta vigilemus. Quæramus tota mente quod perdidimus, vt inuenire poſsimus. Quia quærenti, ait Scriptura, dabitur, & pulſanti aperietur.

Luc. 11.

Vera ad Deum conuerſio.

Mundemus domum noſtram munditia ſpirituali, vt ſecreta quæq; abdita pectoris noſtri, vero Euãgelij lumine radiata, dicant, Tibi ſoli deliqui, & nequiſsimum in conſpectu tuo feci.

Pſalm. 50.

Et in fine. Dum patet, fratres, indulgẽtię aditus, Deũ plenis ſatisfactionibus deprecemur.

4 CHRYSOS. tom. 1. in Pſal. 106. Spiritus ſanctus medelam purgandi facinoris, & curam admiſsi delicti obtulit, dum qualiter itã Dei placaremus, oſtendit. Non vult peccatoribus inferre vindictam, qui dare quærit confitentibus veniã. Non enim vult iraſci, qui præſtruit: ſanitati conſulit, qui medicinam vulneribus ſuggerit. Miſereri cupit, qui reo ſalutis conſilia, & vtilitatis remedia tribuit.

Cõfeſsionis neceſsitas & vtilitas.

Cæterum punire non vult, qui ad hoc pręmonet ne cogatur vlciſci. Vult aboleri offenſam, ſi qui offendit, damnauerit culpam. Vult confeſsione iam viuere eum, qui præcepta contempſerat periturus: vt cui peccatum attulit mortem, & confeſsio afferat ſanitatem. Confeſsio enim pœnitentiam monſtrat, ſatisfactio veniam ſibi diuina pietate conciliat. Nec enim poterit indulgentia tribui, niſi ira Dei poſsit confeſsione placari. O veneranda pietas Dei. Peccamus, & parcit: delinquimus, & ignoſcit: offendimus, & adhuc placatus exiſtit. Vnde qualis erga iuſtos ſit monſtrat, dum talẽ ſe erga peccatores oſtentat. Nec peccator iam poterit excuſari, qui confeſſionem, per quam venia naſcitur, non properauit amplecti, quò poſsit reus gemino crimine detineri: dum primò legem contempſit vt delinqueret, & confeſsionis remedia amplecti noluit, vt periret. Rape tu, quiſquis es peccator, remedia, qui peccando Diuina contempſiſti præcepta. Confeſsio afferat ſalutem, cui contemptus attulerat mortem. Viue remedijs, qui moriturus fueras aliquando peccatis. Conſilia amplectere ad ſalutem data. Hortamẽta Diuina prouidè, ac libenter admitte, peccatorum indulgentiam confeſsione inſtãti mercare. Quid horres fateri quod libenter ac properè commiſiſti? Cur confunderis dicere, quod non confuſus es perpetrare? Cur verêris Domino indicare, quod veritus non es ipſo præſente committere? Aut nunquid eum putas admiſſa neſcire, niſi à nobis quæ commiſimus, noſcat? Aut ignorare quæ fecimus putas, niſi nobis confitentibus diſcat? Peius eſt confiteri nolle, quàm Legem contemnere. Peius eſt admiſsi pœnitentiam ſpernere, quàm monita Diuina deſpicere. Peius eſt Dei offenſam nõ ſatisfactione placare, quàm peccando Dei bonitatem offendere.

Peius eſt nolle cõfiteri, nec agere pœnitẽtiam, quàm, Dei Legem contemnere.

Et quanuis peccãdi cauſa grauior videatur, lenior tamen frequenter exiſtit, dum confeſsione abſoluitur, aut contumacia debito mortis expungitur. Denique Niniuitæ confitentur, & viuunt: Sodomitæ obdurãtur, & pereunt. Illos impendens ſuppliciũ prouocat confiteri, hos vicinus interitus non confitendo efficit aboleri.

Ion. 3.
Gene. 19.

Filij Iſraël quoties peccant, hoſtibus traduntur: quoties ſe peccaſſe fatentur, de eorum manibus liberantur. Ita enim nullus vnquàm peccato euaſit, vt nullus confitendo, indulgentiam Dei non mereatur. Doceant Diuina monita ſi exempla docere non poſſunt. Confitemini, inquit, Domino quoniam bonus eſt. Bonum Dominum hoc loco dicit, non iuſtum, quia

Pſal. 106.

qui

qui bonum oſtendit, confiteri perſuadet. Peccatorē enim bonus abſoluit, iuſtus condemnat. Bonus indulgentiam tribuit, iuſtus merita peccatorum expungit. Apud iudicē bonũ, confeſsio mater eſt indulgẽtiæ: apud iuſtum, pœnæ debitum. Bonus confitenti tribuit veniam, iuſtus competentem infert pœnam. Vnde ſic fit, vt qui confitendo, bonum ſentire noluerit, iuſtum ſentiat reticendo: & quem cõfeſsio poſſet abſoluere, eius contumaciam poſsit ſeueritas iuſti iudicis abolere. Quare conſule tibi, peccator, dum licet: dum qui offenſus eſt, ſuadet Dominus: ad miſerãdum Dominus ipſe paratus eſt. Nam ſi qui coutemptus eſt, miſereri noluiſſet, rogares vt vellet, cùm ipſe miſereri deſyderet; Qui offendit, rogando non deſinat. Liceat confiteri, cui peccare licuit. Liceat petere veniam, cui licuit contrahere culpam. Indulgentiam poſtulet, qui mandata contempſir. Veniam optet, qui Legis iuſſa deſpexit. Confeſsio reddat, quod peccatum detraxerat. Curet pœnireutia, quod delictorum macula ſordidarat. Serpẽtinum virus, ſatisfactionis antidoto recuretur. Peccatorum venena, precũ inſtantia depellantur: vt Dominum, quem uobis delicta feceraur iracuudũ, reddant obſequia digna placatũ: & qui à nobis fuerat peccatis offenſus, confeſsione nobis miſericors reddatur, & pius.

5 EPIPHANIVS Lib. 2. contra hæreſes, Hæreſi. 59. Suſcipit igiť ſaucta doctrina, & ſancta Dei Eccleſia pœnitentiam, nõ diluta fiens, neque ſegnes curſum ſacienres efficiens, ſed Dei gratiam & benignitatem quidem reflectens, modum verò vniuſcuiuſq; ſcopi ſciẽs. Quemadmodum qui à Virginitate lapſus eſt, ſecundũ honorem coutinentiam habet: ita & à lauacro in maiore delicto conſtitutus, ſecundam medelam habet, nõ eã virtuoſam velut primam, verùm non reiectã à vita habet ſecundam quam acquiſiuit. Non reptobat itaque Diuina ſcriptura mercedem eorum qui in pœnitentia laborant. *Et poſt pauca.* Poſt primam pœnitentiam per lauacrũ regenerationis, in qua pœnitentia renouatus eſt omnis homo, ſecunda quædam talis uon eſt. Non enim duo ſunt Baptiſmata, ſed vnum: nec bis Crucifixus eſt Chriſtus, ſed ſemel: nec bis mortuus eſt pro nobis, & reſurrexit. Et huius gratia muniri nos oportet, vt ue lapſi corouam renouationis perdamus. Sed ſi quis lapſus fuerit, & in quodam delicto præoccupatus,

Pœnitentia eſt ſecunda medela poſt Baptiſmum.

velut Apoſtolus dicit, vos ſpirituales perficite talem in ſpititu mauſuetudinis, conſiderans teipſum, ne & tu tentêris. Si quis igitur præoccupatus fuerit, in quocũq; ſanè delicto, pœnitentiam agat. Suſcipir enim Deus pœnitentiam, etiam poſt Baptiſma, ſi quis lapſus fuerit.

Galat. 6.

Pœnitentiã Deus ſuſcipit poſt Baptiſmum.

6 ATHANASIVS Alexandrinus Epiſcopus, lib. De eo, quod dictũ eſt in Euãgelio, Quicunque dixerit verbum aduerſùs Filium hominis, &c. Si ijs, qui poſt lauacrũ peccanr, venię gratiam ademit Chriſtus hoc dicto, eoſq; manet commiſſorum vltio, nec euitabilis, nec remiſsibilis, quomodò Apoſtolus ei quidem qui Corinthi pœnitentiam egerat, decernit eandem charitatem? Galatas autem qui relapſi fuerãnt, parturit donec formetur in eis Chriſtus? Nã in hoc quod dicit, Denuò, declarat eos autè in Spiritu fuiſſe conſuumatos. Cur autem Nouatum incuſamus quòd tollat pœnitentiam, docens, quòd nullam veniã aſſequantur qui poſt lauacrum peccauerint, ſi hoc dictum eſt ad eos qui poſt Baptiſmum peccant? Nam illud dictum quod poſitum eſt in epiſtola ad Hebræos, non excludit peccaniiũ reſipiſcentiam: verùm declarat vnum eſſe Baptiſma Catholicæ Eccleſiæ, nec iterari poſſe. Hebræis enim ſcribebar, ac ne putareut iuxta Legis conſuetudinem, occaſione pœnitentiæ, eſſe multas quotidie lotiones, ideò hortatur quidem ad pœuitentiam, ſed non eſſe niſi vnicam renouationẽ per Baptiſinum, nec repeti poſſe, declarat: quemadmodũ & in alia epiſtola, Vna fides, vnum Baptiſma. Non enim dixit: Impoſsibile eſt pœnitere, ſed, Impoſsibile per occaſionem pœuitentiæ renouari quẽquam è uobis. Plurimùm autem intereſt: nam cùm pœnitet homo, ceſſat quidem à peccando, ſed habet vulnerum cicatrices. Cæterùm, qui Baptizatur, veterem quidem hominem exuit, renouatur autem, vt denuò renatus per Spiritus gratiam.

Matth. 12.

Poſt Baptiſmum peccantibus nõ negatur pœnitentia.

2. Corin. 2.

Galat. 4.

Heb. 6.

Baptiſmus nõ iteratur, ſed poſt eum datur pœnitentia.

Epheſ. 4.

7 MARC. Anachoreta, ſiue heremita, Lib. de pœnitentia. (*Habetur tom. 3. Bibliotheca SS. PP.*) *Exponens illud Pauli, Non rurſum iacientes fundamẽtũ pœnitẽtia, &c.* Hoc quidem dixit, non quòd reſpuat pœnitentiam, vt inquiunt Nouatiani, abſir, ſed vt doceret in omni operatione pœnitẽtię vnũ eſſe fundamentum, Baptiſmum in Chriſto, ne qui crediderant ex circunciſione, quotidie Baptizarentur. Et ſubijcit: Impoſsibile enim eſt eos qui ſemel ſunt illuminati,

Hebr. 6.

Baptiſmus non reiterãdus: ſed pœnitẽtia datur peccantibus poſt Baptiſmum.

gusta-

guſtauerunt etiā donū cœleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti; guſtauerūt nihilominùs bonū Dei verbum, virtutesq; ſeculi vẽturi, & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœnitẽtiam: vt qui nouerit ſanctum Baptiſma eſſe renouationem, & fundamentum in omni pœnitentia poſitum, non peccet amplius. *Et longè poſt.* Perquite eos qui hunc vitæ curſum a ſeculo tranſegerunt, & reperies apud eos qui Deo placuerunt, impletum eſſe per pœnitentiam pietatis myſterium. Nemo damnatus eſt, niſi hanc contempſerit: nullusq; iuſtificatus eſt, qui ſtudioſus eius non fuerit. *Et paulò poſt.* Quẽadmodùm natura edimus, bibimus, loquimur, & audimus, ita procliues eſſe debemus ad agẽdam pœnitentiam. Planè qui dignus erat morte, ſecundùm legem morti tradebatur: qui autem viuit, pœnitentiæ cauſa relinquitur, non vt licenter agat. Cæterū ob trāſgreſsionis peccatum Baptizati, purgati ſumus: purgati accepimus mandata; qui primò ſimile quid iterat, inquinat primū, obliuionem accipiens purgationis veterum ſuorum delictorum. In quibus nemo reperitur, qui quotidiè nullatenùs deficiat, & qui mādatorū nihil vnquā prętermiſerit. Quãobrem omnibus eſt neceſſaria pœnitentia.

Nemo damnatur niſi qui pœnitentiā contemnit.

Ita procliues eſſe debemus ad agendā pœnitentiam, ſicut ad cibum & potum.

2.Pet.1.

8 ANASTAS. Epiſcopus Nicænus Lib.qq.in Scripturam, quęſt.6.(*Habetur tomo.6.Bibliothe. SS. Patrum.*) Eſt'ne bonum confiteri peccata viris ſpiritualibus? Eſt bonum, & valde vtile, ſed non ijs, qui earū rerum ſunt imperiti, & rudes, ne per rationis expertem commiſerationem ac diſpẽſationem, aut per importunam, & à ſcientia alienam pœnarum ſeu pœnitentiæ productionem, te reddat aut contemptorem, vt minimè dolentem, aut ſocordem & diſſolutum. Si ergo inueneris hominem ſpiritualem, qui poſsit tibi mederi citra pudorem & cum fide, confitêre ei tanquàm Domino, & non homini. Cùm de anima tua agatur, non te pudeat. Eſt enim pudor, qui inducit peccatum, & eſt pudor gloria & gratia. Ne aduersùs tuam animam lædas faciem, nec in tuam ruinam erubeſcas, nec te pudeat confiteri tua peccata. Dicit enim Ioannes: Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt, & iuſtus Deus, vt dimittat nobis peccata, & mūdet nos ab omni iniquitate. *Et poſt pauca.* Qui ſtultè, vel potiùs impiè, dicunt nihil prodeſſe eam, quæ fit hominibus confeſsionẽ, proptereà quòd ſint ſimiliter vitijs obnoxij, & animi perturbationibus; ſolū enim Deum poſſe tollere peccata: ſciant qui hæc dicunt, primùm quidem, quòd ſuæ nequitię & amentiæ prętextum obtendunt. Deinde dicta ipſius Domini circunſcribunt, qui dicit ſuis miniſtris; Quęcūq; ligaueritis ſuper terram, erunt ligata in cœlo. Et rurſus: Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt. ET. Vos eſtis lux mundi, & ſal terræ. Deinde ipſius quoque fratris Domini ſecūdùm carnem, qui dicit: Confitemini alterutrum peccata veſtra. *Et rurſum.* Qui aperit peccata ſua, ei condonabitur in conſeſſum & qui tegit ſuam impietatem, non rectè ei cedet: qui autẽ exponit & arguit, diligetur. Peccatorum confeſsio eandem habet rationem, quam oſtenſio morborū corporis. Quomodò ergo morbi corporis non aperiuntur omnibus hominibus, nec quibuſlibet, ſed ijs qui eorum curandorum ſunt periti: ita etiam peccatorum confeſsio debet fieri apud eos, qui poſſunt curare: ſicut ſcriptū eſt, Vos qui poteſtis, portate: hoc eſt, tollite per curationem. Neceſſe eſt ergo confiteri peccata ijs quibus credita fuit diſpoſitio. Scriptū eſt in Euangelio quidem, quòd qui Baptizabantur Baptiſmo Ioannis, confitebantur peccata ſua. In Actibus autem Apoſtolorum, quòd qui ab eis Baptizabantur, confitebātur actus ſuos. *Et mox.* Qua'nam de cauſa Cain & Lamech cùm cædem fecerint, non eodem modo ſunt puniti? Nam ille quidem pœnas dedit: hic verò veniam eſt conſecutus. Quoniam ille quidem cùm argueretur, negauit: hic verò etiā cùm non argueretur, eſt confeſſus. Nam, etſi peccata ſunt paria, non ſunt tamen paria, quæ ſunt peccatū cõſecuta. Dicit itaq; Dic tu prior peccata tua, vt iuſtificêris. Igitur maximè quidem demus operam, vt non peccemus: ſi autem peccauerimus, ne per negationem, & morbi occultationem, cauſam noſtrā reddamus grauiorẽ. Ne dedigneris tuum confiteri peccatum, ſciens quẽadmodum Baptizauit Ioannes. Imitemur nos quoque mulierem Samaritanam in noſtris peccatis. Nos hominum nõ pudeat. Is enim quem pudet propter ſalutem hominibus ſua aperire peccata, is in illo die nõ coram vno aut altero, ſed vniuerſo orbe terrarum vidente, traducitur.

Confeſsio facienda eſt Sacerdoti perito.

Eccleſ.4.

1.Ioan.1.

Qui confeſsionem nihil prodeſſe aiunt, Deo cõtradicūt.

Matt.18.

Ioan.20.

Mat.5.

Iacob.5.

Confeſsionis neceſsitas et vtilitas.

Matt.3.

Act.19.

Lamech veniam obtinuit, quia ſpontè confeſſus eſt.

Iſai.43.

Nemo dedignetur confiteri peccata ſua.

Ioan.4.

9 OLYMPIODORVS In Eccleſ.10. *In ea verba, Si mordeat ſerpens in ſilentio, &c.* (*habetur tom.6.Biblio.SS. Patrū,*) Ita intellige: Si peccati ſerpens mordeat in ſilentio, hoc eſt, ita vt peccator admiſſum

Niſi quis peccata ſua cõfiteatur, non impetrabit remiſsionẽ eorum.

ſcelus

ſcelus confiteri nolit, nullam poterit ſalutem præſtare qui ſancta excantatione curandum ſuſcipiat, ſua peccata nō confitentem.

10 GREGORIVS Nyſſenus, Epiſtola ad Latoium Mitylenes Epiſcopum, Cap.1. (*Habetur tom.1. Bibliothe. SS. Patrū.*) Vnum hoc quoque eſt eorum quæ ad ſanctum feſtum contulerunt, ſi nos intelligamus legitimam & canonicam in ijs qui peccarunt œconomiam, vt curetur omnis mor bus animæ qui per aliquod peccatum accidit. Quoniam enim hoc eſt vniuerſale feſtum creationis, quod in præſtituto annui circuli ambitu, ſingulis annis in vniuerſo mundo, propter eius qui ceciderat reſurrectionem, peragitur: (Caſus autem eſt peccatū, reſurrectio verò ex peccati caſu erectio) rectè habuerit, ſi hodierno die non ſolùm eos qui ex regeneratione per lauacri gratiam tranſmutati ſunt, adducamus: ſed eos etiam qui per pœnitentiam & confeſſionem à mortuis operibus ad viuentē viā aſcendunt, ad viuētem ſpem tanquàm manu deducamus, à qua per peccatū alienati ſunt.

Cōfeſsio ante feſtū Paſchæ.

C 5 CONCILIVM Conſtantinopolit.3. (quæ eſt.6. Synodus Conſtantinopolit.) Can.102. (*Habetur tom.2. Conciliorū, in fine.*) Oportet autem eos, qui ſoluendi & ligandi poteſtatem à Deo accepêre, peccati quantitatem conſiderare, & eius qui peccauit, ad eum conuerſationem, promptum ſtudium, & ſic morbo conuenientē afferre medicinam: ne ſi in vtroque immoderatione vtatur, ab eius qui laborat, ſalute excidat. Non enim ſimplex eſt morbus peccati, ſed varius & multiformis, & multas incommodi propagines germinās: ex quibus malum multum diffunditur, & vlterius progreditur, donec viribus medentis reſiſtat. Quare qui medicinæ ſcientiam in ſpiritu profitetur, oportet eum primùm eius qui peccauit affectionem conſiderare, & ſiue vergit ad ſanitatem, ſiue contrà, proprijs moribus prouocare, vt per ſe morbum adſpiciat, & quomodò eius quæ intercedit, vitæ rationis, conuerſioniſque curam gerat: & ſi artifici non reluctatur, & vlcus animæ auget per impoſitorum medicamentorum adiectionem, ſic quoque miſericordiam, prout dignus eſt, impertiri. Omnem enim rationem init Deus, iſque cui paſtoralis traditus eſt principatus, vt errantem ouem reducat, & ei quod eſt à ſerpente vulneratum, medeatur: & neque per deſperationis præcipitia impellat, nec ad vitæ diſſolutionem & cōtemptum fræna relaxet: ſed vna quidem omnino ratione ſiue per acriora & adſtringentia, ſiue per molliora & leniora medicamenta, affectioni reſiſtat, & ne vlcus cicatricem obducat, obnitatur, fructus pœnitentiæ examinans, & ſapienter diſpenſans & gubernans hominem, qui ad ſuperiorem illuminationem vocatur. Nos enim vtraque ſcire oportet, & quæ ſunt ſummi iuris, & quæ ſunt conſuetudinis: in ijs autē qui extrema non admittunt, ſequi locum traditum, quemadmodùm ſanctus nos docet Baſilius.

Sacerdos quomodo pænitenti mederi debeat.

2 CONCILIVM Florentinum. Quartum Sacramentū eſt pœnitentia, cuius quaſi materia ſunt actus pœnitētis, qui in tres diſtinguūtur partes: quarum prima eſt cordis contritio, ad quam pertinet vt doleat de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cætero. Secunda eſt oris confeſsio, ad quā pertinet vt peccator omnia peccata, quorū memoriā habet, ſuo ſacerdoti cōfiteatur integraliter. Tertia eſt ſatisfactio pro peccatis, ſecundū arbitrium ſacerdotis: quæ quidē præcipuè fit per orationē, ieiuniū, & eleemoſynā. Forma huius ſacramēti ſunt verba abſolutionis, quæ ſacerdos profert cū dicit, Ego te abſoluo, &c.

Sacramenti pænitentiæ materia & forma.

3 CLEMENS Papa martyr, Epiſt.1. ad Iacobum fratrem Domini. Quòd ſi fortè alicuius cor, vel liuor, vel infidelitas, vel aliquod malum ex ijs quæ ſuperius memorauimus, latenter irrepſerit, non erubeſcat qui animæ ſuæ curam gerit, confiteri hæc huic qui præeſt, vt ab ipſo per verbum Dei & conſilium ſalubre, curetur, quo poſsit integra fide & operibus bonis pœnas æterni ignis effugere, & ad perpetuæ vitæ præmia peruenire. *Et paulò poſt.* Inſtruebat B. Petrus, actus ſuæ vitæ omni hora cuſtodire, & in omni loco Deū reſpicere: firmiter ſcire cogitationes malas cordi ſuo aduenientes, mox ad Chriſtum allidere, & ſacerdotibus Domini manifeſtare.

Confeſsio ſacerdoti neceſſariò facienda.

Docebat B. Petrus confeſsionē cū contritione neceſſariam eſſe.

4 IDEM Conſtitutionū Apoſtolic. Lib.2. Cap.37. Si de parētibus ſecūdū carnē lex Diuina inquit, Honora parrē tuū & matrem tuā, vt bene tibi ſit: &, Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur: *Exod. 20.*

Oo quantò

quātò magis de ſpiritualibus parĕtib' vobis præceptū eſt vt eos honoreris, & diligaris tanquàm beneficos, legatosq; ad Deū, qui vos per aquam regenerauerūt, qui vos Spiritu ſancto implerunt, verbo quaſi lacte educauerunt, in doctrina nutriuerunt, in mandatis confirmauerunt, ſalutari corpore & pretioſo ſanguine dignos reddiderunt, à peccatis ſoluerunt, & ſacroſanctæ Euchariſtiæ participes effecerunt, diuinæ promiſſionis conſortes cohæredesque ſtatuerunt? Hos venerabiliter colite varijs honoribus: ij enim à Deo vitæ & mortis poteſtatem acceperunt in peccatoribus iudicandis, damnandisq; in mortem ignis æterni, nec non liberandis ijs, qui redeunt, & in vita illis præſtanda.

Sacerdotes à peccatis abſoluunt.

5 EVSEBIVS Papa primus, Epiſtola. 3. ad Epiſcopos Thuſciæ, & Campaniæ. *in fine*. Similiter & hæreticos omnes quicunque Dei gratia conuertuntur, & in ſanctæ Trinitatis nomine credente, Baptizati ſunt, Romanæ Eccleſiæ regulam tenentes, per manus impoſitionem reconciliari præcipimus.

Hæretici reuertentes, per manus impoſitionē reconciliantur.

6 BASIL. Vide ſup. litera. A. authoritate. 11. 12. &. 13.

D 1 TERTVLL. Aduerſùs Marcionem, Lib. 2. Cap. 25. Inclamat Deus, Adā vbi es? Scilicet ignorans vbi eſſet: & cauſato nuditatis pudore, an de arbore guſtaſſet, interrogat, ſcilicet incertus. Imò nec incertus admiſſi, nec ignorans loci. Enimuerò oportebat conſcientia peccati deliteſcentem, euocatum prodire in conſpectum Domini, non ſola nominis inclamatione, ſed cum aliqua iam tunc admiſſi ſugillatione. Nec enim ſimplici modo, id eſt, interrogatorio ſono legendum eſt, Vbi es Adam? Sed impreſſo, & incuſſo, & imputatiuo, Adam vbi es? Id eſt, in perditione es: id eſt, iam hîc non es: vt & increpandi & dolendi exitus vox ſit. Cæterum qui totum orbem manu comprehendit velut nidum, cuius cœlum thronus, & terra ſcabellum, nimirùm huius oculos aliqua paradiſi portio euaſerat, quominus illi vbicunque Adam ante euocationem viſeretur, tā latens, quàm de interdicta fruge ſumens? Speculatorem vineę vel horti tui, lupus aut furunculus non latet: Deum puto de ſublimioribus oculatiorem aliquid ſubiecti præterire non poſſe. Stulte, qui tantum argumentum Diuinæ maieſtatis & humanæ inſtructionis, nato agis. Interrogat Deus quaſi incertus, & vt hinc liberi arbitrij probās hominē in cauſa aut negationis, aut cōfeſſionis, vt daret ei locum ſpontè confitendi delictum, & hoc nomine releuādi: ſicut de Cain ſciſcitatur, vbi nā frater eius: quaſi non iam vociferatum à terra ſanguinem Abelis audiſſet: ſed vt & ille haberet poteſtatem ex eadem arbitrij poteſtate ſpontè negandi delicti, & hoc nomine grauandi, atque ita nobis conderentur exempla confitendorum potius delictorum, quàm negandorum: vt iam tunc initiaretur Euangelica doctrina: Ex ore tuo iuſtificaberis, & ex ore tuo damnaberis.

Gen. 3. Adam vbi es? quomodò intelligendum.

Iſai. 10. Iſa. 66.

Figura confeſſionis in Adam & Cain. Geneſ. 4.

Matt. 12.

2 IDEM Lib. de Pœnitentia, Cap. 8. 9. & 10. Tantùm releuat confeſſio delictū, quantùm diſſimulatio exaggerat. Confeſſio enim ſatisfactionis conſilium eſt, diſſimulatio contumaciæ. Huius igitur pœnitentiæ ſecundæ & vnius, quantò in arcto negotium eſt, tantò operoſior probatio eſt: vt non ſola conſcientia præferatur, ſed aliquo etiam actu adminiſtretur. Is actus, qui magis Græco vocabulo exprimitur, & frequentatur, exomologeſis eſt, qua delictum Domino noſtrum confitemur, non quidē vt ignaro, ſed quatenus ſatisfactio confeſſione diſponitur, confeſſione pœnitentia naſcitur, pœnitentia Deus mitigatur. Itaque exomologeſis proſternendi & humilificandi hominis diſciplina eſt, conuerſationem iniungens miſericordiæ illicem. De ipſo quoque habitu atque victu mandat, ſacco & cineri incubare, corpus ſordibus obſcurare, animum mœroribus deijcere, illa quæ peccauit, triſti tractatione mutare. Cæterum, paſtum & potum pura noſſe, non ventris, ſcilicet, ſed animæ cauſa. Plerunque verò ieiunijs preces alere, ingemiſcere, lacrymari, & mugire dies noctesq; ad Dominum Deum tuum, presbyteris aduolui, & aris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis ſuæ iniungere. Hæc omnia exomologeſis, vt pœnitentiam commendet, vt de periculi timore Dominum honoret, vt in peccatorem ipſa pronuncians pro Dei indignatione fungatur, & temporali afflictatione æterna ſupplicia non dicam fruſtretur, ſed expūgat. Cū igitur prouoluit hominem, magis releuat: cùm ſqualidum facit, magis mundatū reddit: cū accuſat, excuſat: cùm condĕnat, abſoluit. In quantùm non peper-

Cōfeſſionis vtilitas, neceſſitas & modus.

Pœnitentiæ partes.

pepercerìs tibi,in tãtũ tibi Deus,credè,par cet. Pleroſque tamen hoc opus,vt publica tionẽ ſui aut ſuffugere,aut de die in diem differre, præſumo, pudoris magis memores quàm ſalutis: velut illi qui in partibus verecundioribus corporis contracta vexatione, conſcientiam medentium vitant, & ita cum erubeſcentia ſua pereunt. Intolerandum ſcilicet pudori, Domino offenſo ſatisfacere, ſaluti prodactæ reformari. Næ tu verecundia bonus, ad delinquendum expandens frontem, ad deprecandum verò ſubducens. Ego rubòri locum non facio, cùm plus de detrimento eius acquiro, cùm ipſe hominem quodammodò exhortatur: Ne me reſpexeris, dicens, pro te mihi melius eſt perire. Certè periculum eius tunc ſi fortè oneroſum eſt, cùm penes inſultaturos in riſiloquio conſiſtit, vbi de alterius ruina alter attollitur, vbi proſtrato ſuperſcenditur. Cæterum inter fratres atque conſeruos vbi communis ſpecies, metus, gaudium, dolor, paſsio (quia communis Spiritus de communi Domino & Patre) quid tuos aliud, quàm te opinaris? Quid conſortes caſuum tuorum, vt plauſores fugis? Non poteſt corpus de vnius membri vexatione lætum agere: condoleat vniuerſum, & ad remedium conlaboret, neceſſe eſt. In vno & altero Eccleſia eſt, Eccleſia verò Chriſtus. Ergò cùm te ad fratrum genua protendis, Chriſtum contrectas, Chriſtum exoras: Æquè illi cùm ſuper te lacrymas agunt, Chriſtus patitur, Chriſtus Patrem deprecatur. Facilè impetratur ſemper, quod Filius poſtulat. Grande planè emolumentum verecundiæ, occultatio delicti pollicetur. Videlicet ſi quid humanæ notitiæ ſubduxerimus, proinde & Deum celabimus. Adeò'ne exiſtimatio hominum & Dei conſcientia comparantur? An melius eſt damnatum latêre, quàm palam abſolui? Miſerum eſt ſic ad exomologeſin peruenire.

Confeſſio nõ refugienda. 3 ET Cap. 12. Si de exomologeſi retractas, gehennam in corde conſidera, quam tibi exomologeſis extinguit: & pœnæ prius magnitudinem imaginare, vt de remedij adeptione non dubites. *Et mox:* *Poſt Baptiſmum ſecundum ſubſidium eſt cõfeſsio.* Igitur cùm ſcias aduerſùs gehennam poſt prima illa intinctionis Dominicæ monimenta, eſſe adhuc in exomologeſi ſecunda ſubſidia, cur ſalutem tuam deſeris? Cur ceſſas aggredi, quod ſcias mederi tibi? Mutæ quidem animæ & irrationales, medicinas ſibi diuinitus attributas in tempore agnoſcunt. Ceruus ſagitta tranſixus, vt ferrum & irreuocabiles moras eius de vulnere expellat, ſcit ſibi dictamno medendum. *Exẽplis bestiarum ad pœnitentiam.* Hirundo ſi excæcauerit pullos, nouit illos oculare rurſus de ſua Chelidonia. Peccator reſtituendo ſibi inſtitutam à Domino exomologeſin ſciens, præteribit illam, quæ Babylonium Regem in regna reſtituit? Diu enim pœnitentiam Domino immolarat, ſeptẽni ſqualore exomologeſin operatus, vnguium, aquilinum in morem efferatione, & capilli incuria horrorem leoninum præferente. *Dan. 4.* Proh malæ tractationis! Quem homines perhorrebant, Deus recipiebat. Contrà autem Ægyptius Imperator, qui populum Dei aliquandò afflictum, diu Domino ſuo denegatum perſecutus, in prælium irruit, poſt tot documenta plagarum, diſcidio maris, quod ſoli populo peruium licebat, reuolutis fluctibus petit. *Exo. 14.* Pœnitentiam enim & miniſterium eius exomologeſin, abiecerat. Quid ego vltrà de iſtis duabus humanæ ſalutis quaſi Pharis, ſtili potius negotium quàm officium conſcientiæ meæ curam? Peccator enim omnium notarum cùm ſim, nec vlli rei niſi pœnitentię natus, non facilè poſſum ſuper illa tacere, quam ipſe quoq; & ſtirpis humanæ & offenſæ in Dominum princeps Adam, exomologeſi reſtitutus in paradiſum ſuum, non tacet.

4 IRENÆVS, Aduerſùs hæreſes, Lib. 3. Cap. 37. Circa Adam autem nihil tale factum eſt, ſed omnia in contrarium. Ab altero enim ſeductus ſub occaſione immortalitatis, ſtatim timore corripitur, & abſconditur, non quaſi poſsit effugere Deum, ſed confuſus, quoniam trãſgreſſus præceptũ eius, indignus eſt venire in conſpectũ & colloquiũ Dei. Timor autem Domini initium intelligentiæ, intellectus verò tranſgreſsionis fecit pœnitentiam, pœnitentibus autem largitur benignitatem ſuam Deus. *Eccli. 5.* *Gen. 3.* *Pœnitentibus Deus veniã præbet.* Etenim per ſuccintorium in facto oſtendit ſuam pœnitentiam, folijs ficulneis ſemetipſum contegens, exiſtentibus & alijs folijs multis, quæ minus corpus eius vexare potuiſſent: condignum tamen inobedientiæ amictum

Deus quòd illorum vnuſquiſque ſeſe auertiſſet à via ſua mala, ac pœnitentiam egit ſuper malis quæ dixerat ſe facturum illis. *Exemplum pœnitentiæ Niniuitarũ, et Dauidis.* Non dixit, Vidit ieiunium, ſaccum, & cinerem. Non hæc loquor vt tollam ieiunium: abſit hoc: ſed hortor vt vnà cum ieiunio, quod melius eſt faciatis, hoc eſt, vt ab omni malitia abſtineamus. Peccauit & Dauid: videamus igitur & quomodo hic egerit pœnitentiam. *2.Reg.12.* Triduum deſedit in cinere. Quanquam hoc non fecit pro peccato, ſed pro puero, adhuc affectu in illum ebrius. Sed peccatum alia ratione abſterſit, videlicet ſubmiſsione, cordis contritione, animi compunctione, denique cauendo ne in eadẽ relaberetur. Prætereà quòd iugiter memor eſſet ſui peccati, quòd grato animo ferebat quidquid incurrebat afflictionis, quòd parceret ijs à quibus moleſtia afficiebatur, quòd non ſolùm non vlciſceretur inſidiantes, verùm etiam hoc facere volentes, vetuerit. *2.Reg.16.* Cùm illũ Semei innumeris probris aſpergeret, ac dux qui præſẽs aderat, indignaretur: Sine (inquit) illum demouere me, quoniam Dominus præcepit illi. Habebat enim cor contritum & humiliatum, quod maximè abſterſit illius peccata. Nam hæc eſt confeſsio, hæc eſt pœnitentia. At ſi ieiunantes elati ſimus, non ſolùm nihil capimus vtilitatis, verùm etiam damno afficimur. Submitte igitur & cor tuum, vt Deum tibi concilies. *Pſal.33.* Propè eſt enim Dominus his qui contrito ſunt corde. Non'ne vides, vt qui in ſplendidis domibus ab honore ſubmoti ſunt, nec inferioris notæ famulis conuiciantibus reſpondent, ſed tolerant ob ignominiam qua ſepſit illos peccatum? Itidem fac tu quoque: vbi quis te conuicijs inceſsit, ne exacerbêris, ſed ingemiſce non ob iniuriam, ſed ob peccatum quod te conijcit in ignominiam. Ingemiſce cùm peccas, non quòd es caſtigandus, nam id quidem nihil eſt, ſed quòd offenderis Dominum Deum tuũ vſque adeò manſuetum, qui ſic te amat, ſic inhiat ſaluti tuæ, vt & Filium tradiderit propter te. Propter hæc ſuſpira, idque facito iugiter. Hæc enim eſt confeſsio, non nunc quidem hilaris, poſtero die triſtis, deinde rurſus hilaris. Sed iugiter in luctu perſeuerato, & in affligendo temetipſum. *Matth.5.* Beati enim, inquit, qui lugent, hoc eſt, qui iugiter hoc faciunt. Perſiſte igitur in hoc luctu, & tibi inſtãs & conterens animam tuam, non aliter quàm ſi quis lugeat legitimum ac minimè degenerem filium amiſſum. Scindite, inquit, corda veſtra & non veſtimenta veſtra. *Ioel.2.*

8 E T Homilia. 15. Non ſemper triſtitia grauis res eſt, ſed quando ſecundùm mundum ſit. Quid autem eſt ſecundùm mundum? Quando contriſtaris propter diuitias, propter gloriam, propter mortuum: omnia hæc ſecundùm mundum, ideò & mortẽ facit. *Triſtitia bona et mala.* Nam qui propter gloriam contriſtatur, inuidet, & ſæpe perire cogitur: qualis erat triſtitia Cain, & Eſau: hanc triſtitiam vocat, ſecundùm mundum, quæ triſtibus pernicioſa. *2.Corin.7.* Etenim triſtitia illa ſolùm ad peccata vtilis eſt: quod hinc manifeſtatur. Qui pro amiſsis diuitijs contriſtatur, damnum non ſoluit: qui pro mortuo contriſtatur, iacentem non excitat: qui propter morbum contriſtatur, non ſolùm non curatur, ſed etiã auget morbũ. Qui verò in peccatis contriſtatur, hic ſolùm vtilitatis aliquid amplius à triſtitia accipit: abſumit enim & euaneſcere facit peccata. Nam quoniam ad hoc remedium confectum eſt, hoc loco ſolùm valet & vtilitatem declarat.

9 C L E M E N S Alexandrinus, Lib. 4. Stromatum. Qui ergò per pœnitentiæ rationem, peccatricem agnoſcit animam, perdet ipſam à peccato à quo eſt auulſa: perditam autem inueniet per obedientiam, vt quæ fidei quidem vixerit, mortua autem ſit peccato. *Pœnitentiæ fructus & vtilitas.* Hoc eſt ergo inuenire animam, noſſe ſe ipſum. *Et poſteà.* Duo autem ſunt modi eius qui dicitur pœnitentia, Vnus quidem communis timor propter ea quæ facta ſunt: alter autẽ magis proprius animę apud ſeipſam verecũdia ex conſcientia. *Et verſus finem.* Eſt autem ſufficiens, vt ego quidem opinor, homini purgatio, perfecta firmaque ac ſtabilis pœnitentia, ſi cùm de præcedentibus nos damnauerimus actionibus, anterius procedamus, poſt ea intelligentes, & mentem immerſam ſuſtollentes tam ab ijs quæ per ſenſum delectant, quàm prioribus delictis. *Et paucis interpoſitis.* Sciendum eſt autem eos qui poſt lauacrum in peccata incidunt, eos eſſe qui caſtigantur. Quæ enim prius facta ſunt, dimiſſa ſunt: quæ autem poſteà fiunt, expurgantur.

10 E T Lib.6. Eſt autem duplex pœnitentia, vna quidẽ eſt cõmunis propterea ꝙ peccauerit: altera verò cùm peccati naturã *Duplex pœnitentia.*

didicerit,perſuadet ab ipſo deſiſtere peccato per principalem rationem.Cui eſt conſequens vt non peccet.

11 ORIGEN. tomo. 1. In Leuiticum, Hom. 2. Vide ſup.lit.A.auth.3.

12 IDEM In Pſalm.37.hom. 2.Omnibus igitur flagellis emẽdari, verberariq; paratus ſum, & nihil horum recuſo, tantùm vt
Pſal.37. ſupplicia ęterni ignis effugiá.Ego in flagella paratus ſum,& dolor meus coram me eſt ſemper.Ante oculos meos habeo dolorem meum,vt futuros pœnarum dolores præſentibus poſsim doloribus compenſare. Quoniam iniquitatẽ meam pronuncio. *Confeſsionẽ neceſſariam eſſe docet.* Pronunciationem iniquitatis, id eſt, confeſsionem peccati, frequentius diximus. Vide ergo quid edocet nos Scriptura diuina,quia oportet peccatum non celare intrinſecus. Fortaſsis enim ſicut ij,qui habent intus incluſam eſcã indigeſtã,aut humoris vel phlegmatis ſtomacho grauiter & moleſtè imminentia, ſi vomuerint, releuantur: ita etiá ij qui peccauerunt, ſiquidem occultant & retinent intra ſe peccatum,intrinſecus vrgentur, & propemodùm ſuffocãtur à phlegmate vel humore peccati.Si autem ipſe ſui accuſator fiat,dum accuſat ſemetipſum & cõfitetur,ſimul euomit & delictum,atque omnem morbi digerit cauſam. Tantummodò
Cõfeſſarius approbatus deligendus. circunſpice diligentius cui debeas confiteri peccatum tuum:proba prius medicum cui debeas cauſam languoris exponere, qui ſciat infirmari cum infirmante, flere cum flente:qui condolendi & compatiendi nouerit diſciplinam:vt ita demum ſi quid ille dixerit, qui ſe prius & eruditum medicum oſtenderit & miſericordem:ſi quid conſilij dederit facias,& ſequaris:ſi intellexerit & præuiderit talem eſſe languorem tuum,qui in conuẽtu totius Eccleſiæ exponi debeat, & curari, ex quo fortaſsis & cęteri ędificari poterũt,& tu ipſe facilè ſanari,multa hoc deliberatione, & ſatis perito medici illius conſilio,procurandum eſt.

13 AVGVST. tom.8.in Pſal.50. *Verſu, Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco.* Miſertus eſt ergò eius (ſcilicet adulteræ)
Ioan 8. Deus ſecundùm magnam miſericordiam ſuam,ſicut hic rogat,ſicut hic petit,ſicut exclamat & dolet. *Nemo erubeſcat agere pœnitentiam.* Quod illi adulterá offerentes,facere noluerunt,vulnera ſua oſtendẽte medico cognouerunt, medicinam à medico non quæſierũt.Ita ſunt multi quos peccare non pudet, agere pœnitentiam pudet. O incredibilis inſania, de vulnere ipſo non erubeſcis, de ligatura vulneris erubeſcis? Non'ne putridum nudum, fœdius & putidius eſt?Confuge ergò ad medicum,age pœnitentiam,dic,Iniquitatem meá ego agnoſco,& peccatum meum ante me eſt ſemper.
Et verſu, Ecce enim veritatem dilexiſti, &c. *Pſal.50.*
Veritatem dilexiſti,id eſt,impunita peccata,eorũ etiam quibus ignoſcis,nõ reliquiſti. Veritatem dilexiſti,ſic miſericordiam prærogaſti,vt ſeruares & veritatem. Ignoſcis *Confitenti Deus ignoſcit.* confitenti,ignoſcis, ſed ſeipſum punienti: Ita ſeruatur miſericordia & veritas, miſericordia,quia homo liberatur: veritas, quia peccatum punitur.

14 IDEM tomo.4. Lib.de vera & falſa pœnitentia,Cap.10.Quem ergo pœnitet, omnino pœniteat,& dolorẽ lacrymis oſten- *Confeſsio peccatorum ſacerdoti quomodo facienda.* dat.Repræſenter vitam ſuam Deo per Sacerdotem,præueniat iudicium Dei per confeſsionem. Præcepit enim Dominus mundatis vt oſtenderent ora ſacerdotibus:docẽs *Luc.17.* corporali præſenria confitenda peccata,nõ per nuncium, nõ per ſcriptum manifeſtanda.Dixit enim;Ora monſtrate,&,Omnes, non vnus pro omnibus.Non alium ſtatuatis nunciũ qui pro vobis offerat munus à Moyſe ſtatutum: ſed qui per vos peccaſtis, per vos erubeſcatis: erubeſcentia enim ipſa,partẽ habet remiſsionis.Ex miſericordia enim hoc præcepit Dominus,vt neminem pœniteret in occulto. In hoc enim quod per ſeipſum dicit ſacerdoti, & erubeſcentiam vincit timore offenſi, fit venia criminis. Fit enim per confeſsionem veniale,quod criminale erat in operatione.

E 1 CHRYSOST. Vide ſup. lit. A. autho.6.& lit.B.auth.4.

2 AVGVST. Vide ſup. lit. A.auth. 8.&.10.

3 AMBROS. tom.1.de Pœnitentia, Lib.1. Cap.2. Vide ſuprà,litera. A. authoritate.16.

4 ET Cap.7.Vult Dominus plurimum poſſe diſcipulos ſuos,vult à ſeruis ſuis ea fieri in nomine ſuo,quæ faciebat ipſe poſitus in terris.Denique ait, Et maiora his facie- *Ioan. 14.* tis.Dedit vt mortuos ſuſcitarent.Et cùm ipſe Saulo reddere poſſet vſum videndi, eum *Act.9.* tamen ad Ananiam diſcipulum ſuum miſit, vt eius benedictione Saulo refunderentur oculi quos amiſerat.Petrum quoque ſecum *Matth.14.* in mari iuſsit ambulare, & quia titubauit, reprehendit illico, eò quòd dona gratiarũ, fidei pauxillitate minuiſſet. Dedit etiá diſ- *Matt.5.* cipulis, vt lux mundi eſſent per gratiam, *Ioan.8.* qui

qui erat ipſe lux mundi. Et quia deſcenſurus eſſet è cœlo,& in cœlum aſcẽſurus, Eliã ad cœlum leuauit, inde eum tertis placito *4. Reg. 2.* redditurus tempore. Baptizaturus quoque in Spiritu ſancto & igni, per Ioannem Bap *Matt. 3.* tiſmatis Sacramenta præmiſit. Omnia denique donauit diſcipulis ſuis, de quibus ait, *Matt. 16.* In nomine meo dæmonia eijcient,&c. Omnia ergò dedit:ſed nulla in his hominis poteſtas eſt, vbi diuini muneris gratia viget. Cur ergò manus imponitis,& benedictionis *Contra Nouatianos.* opus creditis, ſi quis fortè reualuerit ægrotus? Cur præſumitis aliquos à colluuione diaboli per vos mundari poſſe? Cur Baptizatis, ſi per hominem peccata dimitti non licet? In Baptiſmo vtique remiſsio peccatorũ omnium eſt. Quid intereſt, vtrum per pœnitentiam, an per lauacrum hoc ius ſibi datum ſacerdotes vindicent? Vnum in vtroq; *Sacerdotes ius habent remittendi peccata.* miniſterium eſt. Sed dices, quia in lauacro operatur myſteriorum gratia. Quid in pœnitentia? Non'ne Dei nomẽ operatur? Quid ergo? Vbi vultis vendicatis vobis Dei gratiam, vbi vultis repudiatis? Sed hoc inſolentis arrogantiæ, non ſancti timoris eſt, vt faſtidio vobis ſint qui volunt agere pœnitentiam. Perpeti videlicet flentium lacrymas non poteſtis. Non ferunt oculi veſtri vilia veſtimentorum, illuuiem ſordidatorum.

5 SANCTVS Diadochus Epiſcopus, Lib. de Perfectione ſpirituali, Cap. 10. (*Habetur tomo. 3. Bibliothec. SS. Patrũ.*) Quicunq; ſanctæ cognitionis participes facti ſumus, de omnibus etiam inuoluntarijs cogitationibus vanis rationẽ repoſcemur. Annotaſti (inquit Iob) ſi quid inuitus trãſgreſſus ſum. Ac meritò id quidem. Etiã ſi quis nunquàm memoriam Dei intermiſerit, neque ſtudiũ mandatorum eius neglexerit, in peccatum voluntarium aut non voluntarium non decidet. Oportet igitur offerre Domino ſtatim vehementem confeſsionem, etiam erratorum non voluntariorum, quæ ſcilicet ad exercitationem regulæ conſuetæ pertinẽt: non enim fieri poteſt quin homo humana committat. Confiteri, inquam, oportet do- *Confeßionis neceſsitas.* nec conſcientia confitẽtis in lacrymis charitatis, de remiſsione eorũ plenè perſuaſum habeat. Si enim (inquit) confiteamur pecca *1. Ioan. 1.* ta noſtra, fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. Oportet autem attendere ſemper ſenſum confeſsionis, ne fortè conſcientia noſtra ſibi mentiatur, dum ſatis ſe quis cõfeſſum eſſe Deo ſuſpicatur. Siquidẽ longè maius eſt iudicium Dei, conſcientia noſtra, tametſi exploratũ ei ſit plenіſsimè, nihil ſe ſibi conſcium eſſe, vt B. Apoſtolus nos docet, cùm ait, Sed nec meipſum iudi- *1. Corin. 4.* co, Nihil enim mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Qui autem iudicat me, Dominus eſt. Etenim niſi, vt decet, confeſsi fuerimus, metum quendam latentem tempore obitus noſtri in nobis reperiemus.

6 ANASTASIVS Epiſcopus Nicænus, &c. Vide ſup. lit. B. auth. 8.

7 HESYCHIVS In Leuiticũ, Lib. 1. Cap. 4. *prope finem.* Neque enim idonei ſumus peccata nobis metipſis dimittere, Chri *Sacerdotib. data poteſtas remittẽdi peccata.* ſtus autem nobis propitiationem perficit. Vnde & eius voce ſacerdotes in Eccleſiam, vtpote eius officiũ ſubeuntes, ordinati ſunt, quibus in perſona Apoſtolorum dicebat, Quorum dimiſeritis peccata, dimiſſa ſunt: *Ioann. 20.* & quorum retinueritis, retenta ſunt. Et rurſus, Quæcunque ſolueritis ſuper terram, ſo- *Matth. 16.* luta erunt & in cœlo: & quæcunq; ligaueritis ſuper terram, ligata erunt & in cœlo.

8 EVSEBIVS, &c. Vide ſuprà, lit. C. autho. 5.

9 ATHANASIVS Alexandrinus Epiſcopus, &c. Vide ſuprà, litera. B. authoritate. 6.

F 1 DIONYSIVS Areopagita, Epiſtola. 8. ad Demophilum. Tu verò procidentem ſacerdoti impium (vt ais) atque peccatorem, neſcio quo pacto contra diſciplinę *Peccator ad confeſsionẽ accedens, nõ repellẽdus.* ordinem adſtans, calce abiecisti ac repuliſti. Cùm ille quidem verecundè (quod oportuit) fateretur ſe ad peccatorũ remedia quęrenda veniſſe: neque exhorruiſti inſuper & ſacerdotem lacerare conuitijs, miſerabilem eum dicens, qui pœnitentem atque impium iuſtificaſſet.

2 CLEMENS Papa martyr Epiſt. 1. Vide ſup. lit. C. auth. 3.

3 FABIANVS Papa, mart. Epiſt. 1. (*Habetur tom. 1. Conciliorum.*) Inſuper & illud vos ſcire deſyderamus, quia noſtris temporibus, præpedientibus quidẽ noſtris peccatis, ſuadente antiquo hoſte, qui ſemper vt *1. Pet. 5.* leo rugiens circuit quærens quem deuoret, ſuperuẽnit Nouatus ex Africa, & ſepara- *Cauẽdum à Nouatianis* uit de Eccleſia Chriſti Nouatianũ, & quoſdam alios Chriſti confeſſores, & conuertit in prauam doctrinam. A quibus vos fratres auertite, & cauete ab omnibus qui alteram fidem & doctrinam tenent, quàm Apoſtoli & ſucceſſores eorũ tenuerunt & docuerũt, ne (quod abſit) poſt eum abeũtes, in laqueũ

Satanæ cadatis, & compedibus eius detineamini.

Eccli. 11. 4 ET Epiſt. 2. Fili (ait Salomon) priuſquàm intertoges, ne vitupetes quẽquam: & cùm interrogaueris, corripe iuſtè: priuſquã audias, ne reſpondeas verbum.

5 IRENÆVS Aduerſùs hæreſes, Lib. 1. Cap. 9. Adhuc etiam & amatoria & adlectantia efficit, vt & corporibus ipſarũ contumeliã inroget hic idem Marcus quibuſdam mulietibus, etſi non vniuerſis. Hæ ſæpiſimè conuetſæ ad Eccleſiam Dei, confeſſæ ſunt & ſecundùm corpus exterminatai ſe ab eo velut cupidine, & inflammatas valde illum ſe dilexiſſe, vt & diaconus quidem eorum quæ ſunt in Aſia ſuſcipiens eũ in domum ſuam, inciderit in huiuſmodi calamitatẽ. Nã cùm eſſet vxor eius ſpecioſa, & ſententia & corpore corrupta eſſet à mago iſto, & ſecuta eum eſſet multo tempore, poſt deinde cum magno labote eam fratres conuertiſſent, omne tẽpus in exomologeſi conſummauit, plangens & lamentans ob hãc, quã paſſa eſt ab hoc mago, corruptelã. *Confeſſionis vtilitas & exemplum.*

6 ORIGEN. tom. 1. In Leuit. Hom. 2. & 8. Vide ſup. lit. A. auth. 3. & 4.

7 TERTVLL. Lib. de Baptiſmo, Cap. 20. Ingteſſuros Baptiſmũ, orationibus crebris, ieiunijs, & geniculationibus, & peruigilijs orare oportet, & cum confeſsione omnium retrò delictorũ, vt exponãt etiam Baptiſmum Ioannis, Tingebantur (inquit) confitentes delicta ſua. Nobis gratulandum eſt ſi non publicè cõfitemur iniquitates aut turpitudines noſtras. Simul enim & de priſtinis ſatisfacimus conflictatione carnis & ſpiritus, & ſubſecuturis tẽtationibus munimenta præſtruimus. *Matt. 3.* *Confeſſio auricularis.*

8 IDEM Lib. de Pœnitẽtia. Vide ſup. lit. D auth. 1.

9 HIERONYM. In Eccle. Cap. 10. Vide ſup. lit. A. auth. 18.

LECTIO VIII.

DOCTOR.

ET Quod'nam eſt tertium pœnitentis officium?

ADOLESCENS.

Non ſolùm vt ſecum ipſe ſtatuat nunquàm ſe peccato amplius ſeruiturum, ſed vel ſponte, vel ex ſacerdotis arbitrio, bonis ac ſtudioſis actionibus contendat, vitæ ante actæ errata compenſare.[a]

DOCTOR.

Sed non'ne Deus ita omni ex parte peccata remittit, vt nulla ſit opus alia ſatisfactione?

ADOLESCENS.

Minimè verò,[b] quoad rationem eius pœnæ quam vocamus temporalem: (nam æterna cum culpa remittitur) æquũ eſt enim vt in Dei gratiã reſtituti, edamus fructus tùm dignos noſtræ pœnitentiæ, tum etiam eiuſmodi quibus teſtemur nos Chriſti crucem libenter amplecti, & ad uerſùs deprauatos animi motus indies fortiter dimicare.

a *Cyp. lib. 3. epiſt. 16. & ſermo. 5. de lapſis. Chryſoſt. in pſal. 106. & 50. & in Iſa. & ho. de Iona. & in Luc. 16. de Lazaro. & de ſacer. lib. 3. & de incomprehenſibili Dei natura. ho. 5. Hila. in pſal. 135. & 118. Amb. de pœn. li. 1. c. 1. & li. 2. c. 2. 5. & 10. Aug. de Verb Dom. ſer. 8. & de vera & falſa pœnit. cap. 10. & de viſi. infir. li. 2. c. 4. hiſto. Trip. lib. 9. c. 35. Baſil. in reg. breui. c. 5. 10. & 188. Leo epiſtola. 91. Anaſta. Nice. hiſt Eccle. lib. 11. c. 34. & lib. 12. c. 18. Concil. gene. Latera.*

b *Num. 14. Exod. 32. 2. Reg. 15. 1. Cor. 10. Matt. 3. Iren. lib. 3. c. 35. Clem. mart. li. 2. Apoſt. Tert. de pœnit. Cypr. ſerm. 5. de lapſis. Greg. Nazian. Cyril. in Leuit. & Iſa. Nilus etiam Baſil. q. 287. & in Iſa. Chryſoſ. homi. 41. & 50. ad populum. Aug in Enchi. c. 67. & 70. & de Ciuit. li. 21. c. 27. Euſeb. Emi. Ambr. ad Virgi. lap. cap. 8.*

DO-

DOCTOR.

Atqui pro omnibus vnus Ieſus abundè ſatisfecit.

ADOLESCENS.

Satisfecit quidem:[c] ſed hanc tamen nobis pœnam noluit omnino, & in vniuerſum remittere, nulla magis de cauſa quàm vtilitatis noſtræ abundantioris. Nam quæ Chriſto innixi operamur, ea tum ſoluendo illi debito ac pœnæ eluendæ ſunt ſatis, tum [d] idonea ſunt etiam ad eius nobis gratiam magis ac magis promerendam, gloriæq; in cœlis noſtræ menſuram exaugendam. [e]

c *Matt.3. Rom.7. Cyril. in Num. & Leuit. Can. Apoſt. 51. Concil. Arela. Conc. Valen. c.3. Concil. Aure.3. c.19. Theodoret. in pſal. 37.*

d *Ioan.1. 1.Ioan.2. Apocal.5. Cypri. de paſsione Dom. Athan. oratione de fide. Pacianus de pœnitentia. Veteres canones de pœnitentia.*

e *4. Reg.2. Philip.3. 1.Cor.10 & 5.*

DOCTOR.

At quænam ſunt præcipuæ ſatisfactionis huius actiones.

ADOLESCENS.

Oratio, de qua iam dictum eſt, ieiunium, & eleemoſyna.

DOCTOR.

Quid verò nomine ieiunij intelligis?

ADOLESCENS.

Non modò rectam ac bene conſtitutam [f] cibi ac potus rationem, vitiorumque omnium fugam diligentem, (id enim omnium vbique Chriſtianorum eſt maximè) ſed eam quoque abſtinentiam quæ ex Scripturarum ac veteris Eccleſiæ præſcripto, & legibus obſeruatur.

f *Epheſ.5. Roman.13. 1.Pet.2. Galat.5. 1.Theſſal.5. Iſai.58.*

DOCTOR.

Quæ porrò ſunt hæ leges?

ADOLESCENS.

Vt ſtatis diebus ieiunemus, vt ſemel in die veſcamur, vt delectum etiam ciborum adhibeamus.

DOCTOR.

Cur non cuique potius ex arbitrio licet ieiunare?

ADO-

ADOLESCENS.

Propterea quòd æquum eſt vt ea ratio temporis in publicis ieiunijs obſeruetur,quæ & in orationibus.Atqui conſentaneum eſt etiam,vt in eo quod tantoperè laudari ſolet,& peccato [g] inquinatis adeò eſt vtile, is ordo retineatur,vt vnà omnes, quantùm fieri poteſt,abſtineāt.Ceterum nemo non poteſt priuata ſibi quæuis ieiunia imponere,ijs quæ lege communi cauentur, ritè obſeruatis.

g *Zach.7. Iœl.2. Tob.55. Dan.9. 2.Paral.20. 1.Regum.12. Ioan.3. Matth.9. 2.Cor.6. 1.Pet.5. Tertul.cont. Pſych. Epipha. contra Aeri. Cypria. de ieiunio & tentatione Christi.*

AVTHORIT. SCRIPT.

B NVMER. Cap.14. Dimitte obſecro peccatum populi tui huius, ſecundùm multitudinem miſericordiæ tuæ,ſicut propitius fuiſti egredientibus de Ægypto vſq; ad locum iſtum.Dixitq; Dominus, Dimiſi iuxta verbum tuum. Viuo ego: & implebitur gloria Domini vniuerſa terra.Attamen omnes homines qui viderunt maieſtatem meam,& ſigna quæ feci in Ægypto, & in ſolitudine, & tentauerunt me iam per decem vices, nec obedierunt voci meæ, non videbunt terram pro qua iuraui patribus eorum,nec quiſquam ex illis qui detraxerit mihi,intuebitur eam.

EXOD. Cap.32. Facto autem altero die,locutus eſt Moyſes ad populum, Peccaſtis peccatum maximum: aſcendam ad Dominum, ſi quo modo quiuero eum deprecari pro ſcelere veſtro. Reuerſuſq; ad Dominum,ait; Obſecro,peccauit populus iſte peccatum maximum,feceruntq; ſibi Deos aureos:aut dimitte eis hanc noxam: aut ſi non facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti.Cui reſpondit Dominus:Qui peccauerit mihi,delebo eum de libro meo:tu autem vade, & duc populū iſtum quò locutus ſum tibi,Angelus meus præcedet te.Ego autem in die vltionis, viſitabo & hoc peccatú eorum.Percuſsit ergò Dn̄s populū pro reatu vituli quem fecerat Aaron.

LIB. 2. Reg.Cap.12.Et dixit Dauid ad Nathan,Peccaui Domino. Dixitque Nathan ad Dauid, Dominus quoq; tranſtulit peccatum tuum,non morières. Verūtamen quoniam blaſphemare feciſti inimicos Domini,propter verbum hoc, filius qui natus eſt tibi morte,morietur.

PRIOR. Ad Corin. Cap.10. Vt ſup. Cap.1.Lect.11.lit.C.

MATTH. Cap.3.Progenies viperarum,quis demonſtrauit vobis fugere à ventura ira?Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. Et ne velitis dicere intra vos, Patrē habemus Abraham.Dico enim vobis quoniam potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Iam enim ſecuris ad radicem arboris poſita eſt.Omnis ergò arbor quæ non facit fructum bonum,excidetur,& in ignem mittetur.

C MATT. Cap.3.Ego quidem Baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem poſt me venturus eſt,(fortior me eſt, cuius non ſum dignus calceamenta portare.)ipſe vos Baptizabit in Spiritu ſancto & igni.

AD ROMAN. Cap.7.Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

D IOAN. Cap.1. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.Quia lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. ET. Altera die vidit Ioannes Ieſum venientem ad ſe,& ait,Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.

PRI. Ioan. Cap.2. Vt ſup. Cap.1. Lect.8.Lit.B.

APOCAL. Cap.5. Vt ſup. Cap.1. Lect.13.lit.D.

E LIB. 4. Reg.Cap.2. Tulit Elias palliū ſuum,& inuoluit illud,& percuſsit aquas, quæ diuiſæ ſunt in vtranq; partem.Et tranſierunt ambo per ſiccū. Cùmq; tranſiſſent, Elias dixit ad Eliſeum,Poſtula quod vis vt faciam tibi antequàm tollar à te. Dixitque Eliſeus, Obſecro vt fiat in me duplex ſpiritus tuus.Qui reſpōdit,Rem difficilem poſtulaſti,attamen ſi videris me quādo tollar à te,erit tibi quod petiſti:ſi autē nō videris, nō erit. Cùmq; pergerent, & incedentes ſer-

ſermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt vtrunque, & aſcendit Elias per turbinem in cœlum. Eliſeus autem videbat & clamabat, Pater mi, Pater mi, currus Iſrael & auriga eius. Et non vidit eum amplius: apprehenditq; veſtimenta ſua, & ſcidit illa in duas partes. Et leuauit pallium Eliæ quod ceciderat ei: reuerſusq; ſtetit ſuper ripam Iordanis, & pallio Eliæ quod ceciderat ei, percuſsit aquas, & non ſunt diuiſæ: & dixit, Vbi eſt Deus Eliæ? etiā nunc. Percuſsitq; aquas, & diuiſæ ſunt huc atque illuc, & tranſijt Eliſeus.

AD PHILIP. Cap.3. Vt ſup. Cap. 1. Lect.9. lit.I.

POST. Ad Cor. Cap.1. Vt ſup. Cap. 1. Lect.2. lit.I.

ET Cap.5. Vt ſup. Cap.1. Lect.11. lit.E. *Et deinde.* Audentes igitur ſemper, & ſciētes quoniam dum ſumus in corpore, peregrinamur à Domino, (per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem) audemus autem & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dñm. Et ideò contēdimus, ſiue abſentes, ſiue præſentes, placere illi.

F AD EPHES. Cap.5. Vt ſup. Cap.3. Lect.1. lit.B.

AD ROM. Cap.13. Vt ſuprà, Cap.2. Lect.8. lit.B.

PRIO. Petri, Cap.2. Chariſsimi obſecro vos tanquàm aduenas & peregrinos, abſtinere vos à carnalibus deſyderijs quæ militant aduerſùs animam: conuerſationem veſtram inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detrectant de vobis tanquàm de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum in die viſitationis.

AD GALAT. Cap.5. Vt ſup. Cap, 2. Lect.8. lit.B.

PRI. Ad Theſſalo. Cap. 5. Igitur non dormiamus ſicut & cæteri, ſed vigilemus & ſobrij ſimus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt, nos autem qui diei ſumus, ſobrij ſimus.

ISA. Cap.58. Quare ieiunauimus, & non aſpexiſti? Humiliauimus animas noſtras, & neſciſti? Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites & contētiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Nolite ieiunare ſicut vſque ad hanc diē, vt audiatur in excelſo clamor veſter. Nūquid tale eſt ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animā ſuā? Nunquid contorquere quaſi circulum caput ſuum, & ſaccum & cinerem ſternere? *Et vide ſup. Cap.2. Lect.6. lit.H.*

G ZACHA. Cap.7. Et factum eſt verbum Domini exercituum ad me, dicens, Loquere ad omnem populum terræ, & ad ſacerdotes, dicens: Cùm ieiunaretis, & plangeretis in quinto & ſeptimo per hos ſeptuaginta annos: nunquid ieiunium ieiunaſtis mihi? Et cùm comediſtis & bibiſtis, nūquid non vobis comediſtis, & vobis metipſis bibiſtis?

IOEL, Cap.2. Nunc ergò, dicit Dominus, Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu. Et ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, & conuertimini ad Dominum Deum veſtrum, quia benignus & miſericors eſt, patiens, & multæ miſericordię, & præſtabilis ſuper malitia. Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat, & relinquat poſt ſe benedictionē, ſacrificiū & libamen Domino Deo noſtro? Canite tuba in Sion, ſanctificate ieiunium, vocate cœtum, cōgregate populum, ſanctificate Eccleſiam, coadunate ſenes, congregate paruulos & ſugentes vbera: egrediatur ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo. A

TOB. Cap.12. Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna, magis quàm theſauros auri recondere.

DANIEL. Cap.9. Et poſui faciē meā ad Dñm Deum meum, rogare & deprecari, in ieiunijs, ſacco & cinere.

LIB.2. Paralip. Cap.20. Ioſaphat autē timore perterritus, totum ſe conuertit ad rogandum Dñm, & prædicauit ieiuniū vniuerſo Iuda.

LIB. 2. Reg. Cap. 12. Deprecatusque eſt Dauid Dominum pro paruulo, & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingreſſus ſeorſum iacuit ſuper terram.

IONÆ, Cap.3. Et peruēnit verbum ad Regem Niniuæ, & ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentum ſum à ſe, & indutus eſt ſacco: & ſedit in cinere. Et clamauit & dixit in Niniue ex ore Regis, & principum eius, dicens, Homines, & iumenta, & boues, & pecora, nō guſtent quicquā, nec paſcantur, & aquam non bibant.

MATTH. Cap.9. Tunc acceſſerunt ad eum diſcipuli Ioannis, dicentes, Quare nos & Phariſæi ieiunamus frequenter; diſci-

diſcipuli autem tui non ieiunant? Et ait illis Ieſus: Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere quandiu cum illis eſt ſponſus? Venient autem dies cùm auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt.

POST. Ad Corinth. Cap.6. In omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſsitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, &c.

PRIO. Petri, Cap.5. Vt ſup. Cap.3. Lect.8. lit. H.

AVTHORIT. PATR.

A 1 CYPRIA. Lib.3. Epiſt.16. ad fratres in plebe conſiſtentes. Audio quoſdam de Presbyteris nec Euangelij memores, neque qui ad nos martyres ſcripſerint, cogitantes, nec Epō honorem ſacerdotij ſui & cathedræ ſeruātes, iam cum lapſis communicare cœpiſſe, offerre pro illis, & Euchariſtiam dare: cùm oporteat ad hęc per ordinem peruenire. Nam cùm in minoribus delictis, quæ non in Deum committuntur, pœnitentia agatur iuſto tempore, & exomologeſis fiat inſpecta vita eius qui agit pœnitentiam, nec ad communicationem venire quis poſsit, niſi prius illi ab Epiſcopo & clero, manus fuerit impoſita: quantò magis his grauiſsimis & extremis delictis cautè omnia & moderatè ſecundū diſciplinam Dn̄i obſeruari oportet?

Vera pœnitentia indigent qui peccarunt.

2 IDEM, Sermone. 5. de lapſis. Vide ſup. Lect. præced. lit. B. auth.2.

3 CHRYSOSTOMVS tom. 1. in Pſal.106. Vide ſup. Lect. præced. lit. B. auth.4.

4 IDEM, In Pſalm. 50. Hom.1. *Verſus finem*. Allatam accipiens (*David*) aquam noluit bibere, ſed ſemetipſum reprehendit, & Domino eā libauit. Non enim aqua erat, ſed ſanguis. Non natura ſanguinis in cauſa erat, ſed deſiderium & voluntas ſua. Vides iam quomodò caſtigatus de priori concupiſcentia, poſtmodùm cautior eſt factus: & qui corpus adamauerat, & ruerat, aquam deſideratam, & neceſſariam, & ſitiens, bibere noluit, & victor ſui factus eſt? Hęc loquor propter eos qui fornicati ſunt. Concupiſti forſitan meretricē, & peccaſti: facere quidem non debueras, ſed ſi cupis agere pœnitentiam, quod maximè debes, quia & damnum ſeculi ſentis, & animæ detrimentum, ne adijcias peccatum ſuper peccatum.

2. Reg. 23.

Ad veram pœnitentiā neceſſaria eſt emendatio vitæ.

5 IDEM tom.1. de Verbis Iſaiæ, Vidi Dominum, &c. Homil.4. Alij ſunt termini regni, alij termini Sacerdotij: hoc regnum illo maius eſt. Neq; enim ex his quæ videtur hic declaratur Rex: neque è gemmis illi affixis, nec ex auro quo amictus eſt, debet æſtimari. Ille quidē ea quæ ſunt in terris, ſortitus erat adminiſtrāda, cæterum Sacerdotij ius è ſupernis deſcēdit: Quęcunq; ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo. Regi ea quæ hic ſunt, commiſſa ſunt, mihi cœleſtia: Mihi cùm dico, Sacerdotem intelligo. *Et mox*. Regi corpora commiſſa ſunt, Sacerdoti animę. Rex maculas corporum remittit, Sacerdos autem maculas peccatorum. Ille cogit, hic exhortatur. Ille neceſsitate, hic conſilio. Ille habet arma ſenſibilia, hic arma ſpiritualia. Ille bellum gerit cum barbaris, mihi bellum eſt aduerſùs dæmones. Maior hic principatus. Propterea Rex caput ſubmittit manui ſacerdotis, & vbique in veteri Scriptura, ſacerdotes inungebant Reges.

Sacerdotum dignitas.

Matt.8.

Sacerdotes peccata remittunt.

6 IDEM tomo.1. Homil. de Iona Propheta. Idcirco nec te terreat tuorum conſcientia peccatorum, cùm pœnitentia deleantur. Tunc enim grauius crimen peccatū eſt, cùm in peccato duratur. Hoc & Paulus deflet, hoc ingemiſcit, hoc luctum meritò nuncupat: Ne fortè, ait, veniens ad vos, humiliet me Deus, & lugeam multos, non peccantiū ſimpliciter, ſed non pœnitentiū in turpitudine, & in immunditia quam geſſerunt. Ad veram igitur pœnitentiam quid aliud niſi ieiunium neceſſarium eſt?

2. Cor. 12.

Ad veram pœnitentiā requiritur ceſſatio à peccatis, & ieiunium.

7 IDEM tom.2. in Luc.16. de Lazaro, Hom.3. *in fine*. Hæc igitur omnia cùm ſciamus chariſsimi, omni ſolicitudine proſpiciamus nobis ipſis, & ſiue corripimur, gratias agamus: ſiue proſperitate fruimur, muniamus nos ipſos, aliorumq; ſupplicijs facti caſtigatiores per pœnitentiam, & cōpunctionem, continuamq; confeſsionem, & Euchariſtiam: & ſi quid delinquimus in hac vita, depoſito, ſummoque ſtudio maculis omnibus animarum noſtrarum abſterſis, obſecremus Deum, vt omnibus hinc emigrantibus ita concedat illuc peruenire, vt non veniāt in ſortem diuitis, ſed cum Lazaro potiātur ſinu Abrahæ, inq; bonis immortalibus delitientur.

Pœnitentiā conſtituunt compunctio et confeſsio.

8 ET Homil. 4. Quapropter adhortor primùm

primùm quòd eſt optimum, ne vnquàm omnino concipiamus in animo corruptam cupiditatem. Quòd ſi quando conceperimus, tamen fœtum intus præfocemus. Rurſus, ſi hucuſq; fuerimus negligentes, iniquitatem in opus progreſſam mox occidamus per confeſsionem, per lacrymas, per propriorum commiſſorum accuſationẽ. Nihil enim tam exitiale peccato, quàm peccati accuſatio, condemnatioque cum pœnitudine lacrymisq; coniuncta. Cõdemnaſti tuũ peccatum? Depoſuiſti ſarcinam. Quis hæc dicit? Ipſe iudex Deus: Dic tu peccata tua prior vt iuſtificêris. Et *in fine*. Vt igitur neque puniamur, neque pœnas demus, in ſuam quiſque conſcientiam ingrediatur, vitamque explicet: cunctiſque commiſsis diligenter excuſsis, condemnet animam, quæ hæc patrauit, puniatque cogitationem, affligat crucietque ſuam ipſius mentem, ſupplicium à ſeipſo exigat pro peccatis, per condemnationem, per diligenter actam pœnitentiam, per lacrymas, per Confeſsionẽ, per Ieiunium, per Eleemoſynam, per Continẽtiam ac Charitatem, vt poſsimus omnes omni modo hîc depoſitis peccatis, multa cum fiducia illuc proficiſci: quam nobis omnibus contingat aſſequi gratia ac benegnitate Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Confeſsio et ſatisfactio pro peccatis.

Iſai. 43.

Satisfactio per lacrymas, & alias corporis caſtigationes.

9 IDEM tom. 5. de Sacerdotio, Lib. 3. Vide ſuprà, Lectio. præceden. lit. A. authoritate. 6.

10 IDEM De Incomprehenſibili Dei natura, Homil. 5. Igitur noſtram ſeruefaciamus conſcientiam, affligamus animam, torqueamus memoriam peccatorum, vt nõ in anguſtam deducamus viam, ſed vt idoneam exaudiri à Deo efficiamus, vt vigilẽ, ſobriam, & ipſum cœlum tangentem reddamus. *Et in fine*. Nec mirùm ſi caſus humanos tollere vires poſſunt orationis, quã do & ipſam peccatorum naturam extinguũt, & compendio excidunt ac delent. Vt igitur vitam cum facilitate agamus, & quæcunque peccata contraximus, omnia reijciamus, & fidenter ac ardenter apud Chriſti iudicis noſtri tribunal conſtemus: hoc aſsiduè nobis ipſi medicamentum pręparemus ex lacrymis, ſtudio, ſedulitate, pecunia compoſitum. Ita enim efficietur, vt perpetua valetudine bona fruamur, & bona illa futura obtineamus.

Ad pœnitẽtiam pertinet ſatisfactio per ieiunium & eleemoſynã.

11 HILARIVS, In Pſalm. 135. In eo quod ita cœptum eſt, Confitemini Domino: duplicis intelligentiæ ſignificatio defertur. Vt aut Deum in confeſſione laudemus, quia bonus, quia miſericordia eius in ſecula ſit: aut peccata noſtra confiteamur, & ab eo indulgenda, quia bonus eſt, & cuius indeficiens miſericordia ſit. Vtrunque enim naturæ noſtræ eſt conueniens, vt & eum ad cuius cognitionem naſcimur, laudemus: & ei qui bonus eſt, & cuius miſericordia in ſecula ſit, confiteamur peccata ſub agnitione peccati. Non enim neceſſaria eſt confeſsio Deo, qui nihil ignoret, vt ea quæ geſſeris, confitearis. Quia portò confeſsione iſta Deus non eget, cuius agnitioni nihil occultum eſt, cuius auditui nihil inuium eſt, cuius virtuti nihil reliquum; extra quem, locus nullus eſt. Sed confeſsio, eſt rei eius quæ ignorabatur, profeſſa cognitio, ex alterius iudicij opinione, in alterius intelligentiæ proficiens ſententiam. Vtile enim ſibi ac iucundum quiſque eſſe antè exiſtimauerat, rapere, cædere, ſurari, ſuperbire, potare, luxuriari: ſed vbi hæc omnia ęternę damnationi obnoxia eſſe cognouit, cognitis his, confitetur errorem. Confeſsio autẽ erroris, profeſsio eſt deſinendi. Deſinendum ergo à peccato eſt, ob quod, peccati cœpta cõfeſsio eſt. Cæterum extra veniam eſt, qui peccatum cognouit, nec cognitum confitetur. Confitendum autem ſemper eſt, non quòd peccandum ſemper ſit, vt ſemper ſit confitendum, ſed quia peccati veteris & antiqui, vtilis ſit indefeſſa confeſsio.

Pſal. 135.

Confeſsionis vtilitas cũ ceſſatione à peccatis.

12 IDEM In Pſalm. 118. *Verſu, Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, &c.* Conſcius peccatorum veterum, vt hiſtoria ipſa docetur, licèt toto corde ſe direxerit, tamẽ quia & peccati ſui dolorẽ antè re ipſa iam ſcripſerit, tunc cùm Nathan Propheta arguente, crimen ſuum recognouit & fleuit, nunc quoq; non deſinit veræ pœnitẽtię lacrymis, facti veteris crimen abluere, dicẽs: Exitus aquarũ, &c. Hæc enim pœnitentiæ vox eſt lacrymis orare, lacrymis ingemiſcere, & per hanc confidentiã dicere: Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo. Hæc venia peccati eſt, fonte fletuum flere, & largo lacrymarum imbre madefieri. Sed ſecundũ rationem tẽporis & fidei etiam immobilis firmitatem, dicti quoque ſui temperauit modum. De præterito enim dixit: Quia nõ

Pſal. 118.

Pœnitentia vera, ſatisfactionem exigit.

Pſal. 6.

ſeruauerunt legem tuam. Confeſsio quidẽ criminis ſemper in tempore eſt, quia oporteat peccati pœnitentiam non delinere. Finis enim peccati, interioris eſt tẽporis, quia vera peccati confeſsio eſt, ſine intermiſsione temporis pœnitere. Peccati verò pœnitentia eſt, ab eo quod pœnitendum intelexeris, deſtitiſſe. Atque ob id propheta, nec confitendum peccatum definit, & peccatũ ex præterito confitetur.

Vera pœnitetia eſt peccata confiteri, & ab ijs deſiſtere.

13 AMBROS. tomo. 1. de Pœnitentia, Lib. 1. Cap. 2. Qui culpam exaggerauerit, exaggeret etiam pœnitentiam. Maiora enim crimina, maioribus abluuntur fletibus.

Pro modo culpæ ſit & ſatiſfactio per fletum.

14 ET Lib. 2. Cap. 2. Similiter impoſsibile videbatur, per pœnitentiam peccata dimitti. Cõceſsit hoc Chriſtus Apoſtolis ſuis, quod ab Apoſtolis ad ſacerdotum officia tranſmiſſum eſt.

Sacerdotes peccata dimittunt.

15 ET Cap. 5. Qui enim agit pœnitentiam, nõ ſolùm diluere lacrymis debet peccatum ſuum, ſed etiam emendatioribus factis operire & tegere delicta ſuperiora, vt non ei imputetur peccatum. Ergò tegamus lapſus noſtros poſterioribus factis, mundemus fletibus, vt audiat nos Dominus Deus noſter, ingemiſcẽtes, ſicut audiuit lacrymantem Effrem, quemadmodùm ſcriptum eſt, dicente Deo: Audiens audiui Effrem lacrymantem.

Qui agit pœnitentiam, emendet ſe, & ſatisfaciat pro præteritis.

Hiere. 31.

16 ET Cap. 10. Facilius inuẽni qui innocẽtiam ſeruauerint, quàm qui congruè egerint pœnitentiam. An quiſquam illam pœnitentiam putat, vbi acquirendæ ambitio dignitatis, vbi vini effuſio, vbi ipſius copulæ cõiugalis vſus? Renunciãdũ ſeculo eſt, ſomno ipſi minus indulgendum quàm natura poſtulat: interpellandus eſt gemitibus, interrumpendus eſt ſuſpirijs, ſequeſtrandus orationibus, viuẽdum ita vt vitali huic moriamur vſui, ſeipſum ſibi homo abneget, & totus mutetur.

Facilius eſt innocentiã ſeruare, quã veram agere pœnitentiam.

Vera pœnitentia multam ſatiſfactionem requirit.

17 AVGVSTINVS tom. 10. de Verbis Domini, Serm. 8. Mox vt verbum ſonauit lectoris, ſecutus eſt etiam ſonus tunſionis pectoris veſtri, audito ſcilicet quod Dominus ait, Confiteor tibi Pater. In hoc ipſo quod ſonauit, Confiteor, pectora veſtra tutudiſtis. Tundere autem pectus quid eſt, niſi arguere quod latet in pectore, & euidẽti pulſu occultum caſtigare peccatũ? Quare hoc feciſtis, niſi quia audiſtis, Confiteor tibi Pater? Confiteor audiſtis, qui confitetur nõ attẽdiſtis. Nunc ergò aduertite. Si, Cõfiteor, Chriſtus dixit, à quo eſt longè omne peccatum, nõ ſolius eſt peccatoris ſed etiã laudatoris. Cõfitentur ergò, ſiue laudantes Deũ, ſiue accuſantes nos ipſos. Pia eſt vtraque cõfeſsio, ſiue cùm te reprehẽdis qui nõ es ſine peccato: ſiue cùm illũ laudas, qui nõ poteſt habere peccatũ. Si autem bene cogitemus, reprehenſio tua, laus ipſius eſt. *Et vide ſup. Lect. praced. lit. A. auth.* 10.

Cõfeſsio vtilis cũ pectoris tũſione.

Matth. 11.

18 IDEM tom. 4. Lib. de Vera & falſa pœnitentia, Cap. 10. *Vide ſuprà, Lectione præcedenti, litera. D. authoritate. 13. Et deinde.* Multùm ſatisfactionis obtulit, qui erubeſcentiæ dominans, nihil eorum quæ commiſit, nuncio Dei denegauit. Deus enim miſericors & iuſtus eſt, ſicut conſeruat miſericordiam in iuſtitia, ita & iuſtitiã in miſericordia. Opus enim eſt miſericordiæ, peccanti peccata dimittere. Sed oportet vt iuſtus miſereatur iuſtè. Oportet enim vt nõ ſolùm quid, ſed in quo doleat, conſideret: ſi dignus eſt, non dico iuſtitia, ſed miſericordia. Iuſtitia enim ſola damnat, ſed dignus miſericordia eſt qui ſpiritali labore petit gratiam. Laborat enim mens patiendo erubeſcentiam. Et quoniam verecundia magna eſt pœna, qui erubeſcit pro Chriſto, fit dignus miſericordia.

Pœnitẽtiam agenti opus eſt ſatiſfactione.

19 IDEM tom. 9. de Viſitatione infirmorum, Lib. 2. Cap. 4. Sunt quidam qui ſufficere ſibi ad ſalutem autumant, ſi ſoli Deo, cui nihil occultum eſt, quem nullius latet conſcientia, ſua confiteantur crimina. Nolunt enim, aut erubeſcunt, ſiue dedignantur oſtendere ſe ſacerdotibus, quos tamen inter lepram & leprã diſcernere per legiſlatorem conſtituit Dominus. Sed nolo vt ipſa decipiaris opinione, quatenus confundaris confiteri coram Domini vicario, tabeſcens præ rubore, vel ceruicoſus præ indignatione. Nã ipſius humiliter ſubeundũ eſt iudiciũ, quẽ Dominus ſibi nõ dedignatur vicariũ. Ergò ad te venire roges ſacerdotem, & fac ipſum conſcientiarum tuarum penitus participẽ. Non ſeducat te ſomniantiũ illa ſuperſtitio, quæ in viſitando confirmat, quia ſaluat, ſacerdote inconſulto, ad Deum peccatorum confeſsio. Nos autem non abnegamus quin ſit ad Deum frequenter referenda confeſsio peccarorum. Beatus enim qui tenebit & allidet paruulos, vel maximos, ſuos, ad petrã. Petra autẽ Chriſtus eſt. Sed

Non ſaluat confeſsio facta Deo, niſi etiam ſacerdoti fiat.

Pſal. 136.

1. Cor. 10.

Sed teſtamur, & teſtatur illud ſana doctrina, ne tibi applaudentium faueas auribus, quoniam prius eges ſacerdotis, qui mediator ſit ad Deum tuum, ſalubri iudicio. Alioquin & ſub Lege & Gratia: Ite & oſtẽdite vos ſacerdotibus: reſponſum diuinum; quomodò conſummaretur? Confitemini alterutrum peccata veſtra: quomodò compleretur? Ergo cicatricum tuarum arbiter Dei vice, dominus adhibeatur presbyter, & reuela ei vias tuas, & ipſe tibi exhibebit antidotum reconciliationis.

Luc. 17.
Iacob. 5.

20 HISTORIA Tripartita, Lib. 9. Cap. 35. Quoniam omnino non peccare, diuinum & vltra humanam naturam eſſe cognoſcitur, peccantibus autẽ & pœnitentiam agentibus veniam Deus dari præcepit: qui verò confiteri refugiunt, maius peccatorum onus acquirunt: proptereà viſum eſt antiquis Pontificibus, vt velut in theatro ſub teſtimonio eccleſiaſtici populi, delicta pandantur. Et ad hanc rem presbyterum bonæ conuerſationis, ſeruãtemque ſecretum, ac ſapientem virum ſtatuerunt: ad quem accedentes hi qui deliquerant, delicta propria fatebantur. At ille ſecundùm vniuſcuiuſq; culpam, indicebat & mulctam. Quod etiam hactenus diligenter in Occidentalibus ſeruatur Eccleſijs, & maximè apud Romam, vbi etiam locus eſt certus pœnitentium. Stant enim rei, & velut in lamentationibus conſtituti. Cùm enim ſacra celebratio fuerit adimpleta, illi communionem non percipientes, cum gemitu & lamentatione ſeipſos in terram proſternunt. Ad quos concurrẽs Epiſcopus, & ipſe cũ lacrymis & gemitu ſpirituali proſternitur & omnis Eccleſię plebs fletibus inundatur. Poſt hoc autem prior ſurgit Epiſcopus, & eleuat iacentes è terra. Tùm competenter pro pœnitentibus facta oratione, dimittit omnes. At illi afflictionibus ſponte vacantes, aut ieiunijs, aut abſtinentia lauacri, aut ſuſpenſione ciborum, aut alijs rebus quæ iubentur, ſpectant commune tempus quod decernit Epiſcopus. Conſtituto verò tempore, velut quoddã debitum exoluentes, afflictione de peccato curati, cum populo communione participãtur? Hæc ergò antiquitus Romani Põtifices vſq; ad noſtrum conſeruarunt tẽpus.

Qui confiteri recuſant, maius peccatum committunt.
Confeſſio ſecreta.
Pœnitentiæ publicę vſ⁹.
Pœnitentiæ comes eſt ſatisfactio per ieiunium, &c.

21 BASIL. In regulis breuioribus, queſt. 5. *Interrogatio*. Quomodò debet aliquis pœnitentiam agere de ſingulis peccatis, & cuiuſmodi fructus oſtendere dignos pœnitentiæ? *Reſponſio*. Nimirùm, ſi ſimilem illius animum induerit, qui dixit, Iniquitatẽ odio habui & abõminatus ſum: & ea præſtiterit quæ ſcripta ſunt in ſexto pſalmo, & alijs pleriſque: & ea fecerit quę pro alio qui peccauerat facta ab ijs fuiſſe, Apoſtolus teſtatur, qui ſecundùm Deum contriſtati fuerant. Ecce enim (inquit) hoc ipſum ſecundùm Deum contriſtatos eſſe vos, quantam in vobis operatum eſt ſolicitudinem, ſed defenſionẽ, ſed indignationẽ, ſed timorẽ, ſed deſyderium, ſed æmulationẽ, ſed vindictã. In omnibus exhibuiſtis vos incontaminatos eſſe negotio. Et ſi, vt Zacheus, cõmiſſa peccata contrarijs rectè factis multis compenſent.

Pſal. 118.
2. Cor 7. Agens pœnitẽtiã propię terius ſatiſfacit.
Luc. 19.

22 ET Quæſtio. 10. *Interrogatio*. Anima quæ in multis peccatis miſerè volutata fuerit, quo timore, & quibus lacrymis recedere debet à peccatis, & qua ſpe, qua'ue affectione accedere ad Deum? *Reſponſio*. Primùm quidem ea malè antè actam vitam ſuam odiſſe debet, eiuſq; memoriam abhorrere ac deteſtari. Scriptum eſt enim, Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum: Legem autẽ tuam dilexi. Deinde etiam timoris quidem magiſtram tibi adſciſcere cõminationem æterni iudicij, ſupplicijq;: lacrymarum autem locum agnoſcere, locum pœnitentiæ opportunum, eo modo quo docuit Dauid in ſexto pſalmo.

Pœnitentię multa decẽt.
Pſal. 118.

23 ET Quæſt. 288. Vide ſup. Lect. præced. lit. A. auth. 13.

24 LEO Magnus, Epiſt. 91. ad Theodorũ Foroiulienſem Epiſcopũ. Sed vt quoquo modo inſtruatur ambiguitas conſulentis, quid de pœnitentium ſtatu Eccleſiaſtica habeat regula, non tacebo. Multiplex miſericordia Dei ita lapſibus ſubuenit humanis, vt non ſolùm per Baptiſmi gratiam, ſed etiam per pœnitentiæ medicinam ſpes vitæ reparetur æternæ, vt qui regenerationis donũ violaſſent, proprio ſe iudicio condemnantes, ad remiſſionem criminum peruenirent: ſic diuinæ bonitatis præſidijs ordinatis, vt indulgentia Dei, niſi ſupplicationibus ſacerdotum, nequeat obtineri. Mediator enim Dei & hominũ, homo Chriſtus Ieſus, hãc Prępoſitis Eccleſiæ tradidit poteſtatẽ, vt & cõfitẽtibus ſatisfactionẽ pœnitẽtiæ darẽt, & eâdẽ ſalubri ſatisfactione purgatos, ad cõmunionẽ Sacramẽtorũ per ianuam recõciliationis admitterent. Cui vtique operi ipſe Saluator interuenit, nec vnquàm ab his abeſt, quę miniſtris ſuis

Sacerdotib⁹ data eſt à Chriſto poteſtas, vt per confeſſionẽ & ſatisfactionem peccata dimittant.

 exe-

Matth. 28. exequenda commiſit: dicens, Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi: vt ſi quid per ſeruitutem noſtram bono ordine, & gratulando impletur affectu, non ambigamus per Spiritum ſanctum nobis fuiſſe donatum. Si autẽ aliquis eorum pro quibus Domino ſupplicamus, quocunq; interceptus obſtaculo, à munere indulgentiæ præſentis exciderit, & priuſquàm ad conſtituta remedia perueniat, tẽporalem vitam humana conditione finierit, quod manens in corpore non receperit, conſequi exutus carne nõ poterit. Nec neceſſe eſt nobis eorum, qui ſic obierint, merita actusque diſcutere, cùm Dominus Deus noſter, cuius iudicia nequeunt cõprehendi, quod ſacerdotale miniſterium implere non potuit, ſuæ iuſtitiæ reſeruauerit: ita poteſtatem ſuam timeri volens, vt hic terror omnibus proſit, & quod quibuſdam tepidis aut negligentibus accidit, nemo nõ metuat. Multùm enim vtile ac neceſſarium eſt, vt peccatorum reatus ante vltimum diẽ ſacerdotali ſupplicatione ſoluatur. His autẽ qui in tempore neceſsitatis, & in periculi vrgentis inſtantia, præſidium pœnitentiæ & mox reconciliationis implorant, nec ſatisfactio interdicenda, nec reconciliatio deneganda: quia miſericordiæ Dei, nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ moras vera confeſsio: dicente Spiritu Dei per Prophetam: Cùm conuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris. Et alibi: Dic tu iniquitates tuas prior, vt iuſtificêris. Et iterum, Quia apud Dominum miſericordia eſt, & copioſa apud eum redemptio. In diſpenſandis itaque Dei donis, non debemus eſſe difficiles, nec accuſantiũ ſe lacrymas gemituſq; negligere, cùm ipſam pœnitentiam ex Dei credamus inſpiratione conceptam, dicente Apoſtolo, Ne fortè det illis Deus pœnitentiam, vt reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem. Vnde oportet vnũquenq; Chriſtianũ conſcientiæ ſuæ habere iudicium, ne conuerti ad Deum de die in diem differat, ne cùm ſatiſfactionis ſibi tempus in fine vitæ ſuæ conſtituit, quia periculosè hac ſe conditione fragilitas & ignorantia humana concludit, ad paucarum horarum ſe reſeruet incertum: & cùm poſsit pleniori ſatisfactione indulgentiam promereri, illius tẽporis anguſtias eligat, quo vix inueniat ſpatium aut confeſſio pœnitentis, vel reconciliatio ſacerdotis.

Confeſsio per utilis ante diem vltimum.

Ezech. 33. *Iſai. 43.* *Pſal. 129.* *1. Tim. 2.*

Non differẽda pœnitentia vſq; ad mortem.

Verùm (vt dixi) etiam talium neceſsitati ita auxiliandum eſt, vt nec actio illis pœnitentię, nec communionis gratia denegetur, ſi eam etiam amiſso vocis officio per indicium integri ſenſus quærere comprobẽtur. Quòd ſi aliqua vi ęgritudinis ita fuerint aggrauati, vt quod paulò antè poſcebant, ſub præſentia ſacerdotis ſignificare non valeãt: teſtimonia eis fidelium circunſtantiũ prodeſſe debebunt, vt ſimul & pœnitentiæ & reconciliationis beneficium conſequãtur: ſeruata tamen regula canonum paternorũ circa eorum perſonas qui in Deum, à fide diſcedendo, peccarunt.

Pœnitentiã poſtulantes etiã per ſigna, abſoluendi ſunt, licet loqui nõ poſsint.

25 ANASTASIVS Epiſcopus Nicęnus, &c. Vide ſup. Lectione præcedenti litera. B. authorit. 8.

26 NICEPHORVS Calliſtus, Eccleſiaſticę Hiſt. Lib. 11. Cap. 34. Porrò Dioſcoro centũ erãt ſectatores. Et cũ presbyter, & Sacramentorum obeundorum miniſter eſſet, multã & exactã curã in diuinarũ rerũ diſpenſationẽ impendit, diſquiſitione maxima, eos qui ad myſteria percipienda adirent, explorans. Vt nanq; mẽs anteà repurgaretur, cohortabatur, & cõſciẽtiã, ne quid patratorum malorum haberet, ſcrutabatur. Erat prætereà tùm alius quoq;, hoc etiã longè diligentior, nomine Eulogius, qui tanta dicitur prouidentia ſeu pręcognitione, acrimonia mẽtis collimans, in eis qui ad diuina accederent myſteria vſus eſſe, vt non tantùm quæ manifeſtò admiſſa eſſent peccata argueret, ſed etiam quæ in cuiuſq; cordis receſſu latêrent, apertè perſpiceret. Itaq; eos qui mali quidquã perpetraſſent, aut de re quapiã vitioſè eſſent affecti, à communione tùm arcebat, delicta eorum proferẽs. Quòd ſi ijdem pœnitentia vſi, pro eo atque cõuenit, ſe purgaſſent, rurſus admittebat.

Magna animæ purgatione eget accedens ad Euchariſtiã.

27 ET Lib. 12. Cap. 28. Quandoquidem nihil peccati admittere, nõ humanæ, ſed diuinæ & immortalis naturę proprium eſt: nos autẽ per tranſgreſsionem ſemel peccandi hæreditatẽ adiuimus, delictorũ Deus veniam eis concedere iuſsit, qui legitima & conuenienti pœnitentia vſi, deinceps ſimul peccatum & auerſantur & confitẽtur. Graue autẽ Epis. qui proximè poſt Chriſtũ fuêre, viſum eſt, in media plebe velut in theatro noxam confiteri. Quapropter ex presbyteris vnũ delegêre, qui probata vita eſſet, & ſimul taciturnus, & prudens, apud quem per pœnitẽtiam reſipiſcẽtes cõmiſſa ſua proferrent. Proinde factum, vt huic ſeorſim,

Auricularis cõfeſsio.

Confeſsionẽ ſatisfatio comitatur.

huic ſeorſim,quę mala egiſſent,propalarẽt,
atq; ille peccatorũ confeſsione audita,cùm
quid facto opus eſſet, & quomodò crimen
luere conueniret,mulcta impoſita,oſtendiſ
ſet, permittebat vt qui peccatum admiſ-
ſiſſent,ipſi à ſe peccati ſumerent pœnas.
Apud Nouatianos huius rei nulla cura eſt.
Quinetiam ritus iſte propter eos inſtitutus
eſſe dicitur, cùm communicare illi cum eis
nollent,qui ſub Decij perſecutione fidem

Sacerdos pœnitentiarius in qualibet Eccleſia.

abnegarant, & poſteà reſipiſcentes ad eam
ad eam redierãt.Nã eius tẽporis Epiſcopi,
Nouati reſiſtentes dogmati, Eccleſiaſticũ
canonem ſequuti,in Eccleſia qualibet preſ
byterum pœnitentiarium conſtituerunt, vt
ab hoc,qui poſt Baptiſmum peccarent,cri-
mina ſua confeſsi,abſolutionem eorum ob-
tinerent.Canon iſte longo tempore in alijs
quoque ſectis eſt ſeruatus.In Occidentali-

Publica pœnitẽtia vſus.

bus verò Eccleſijs ad hunc vſque diem ob-
tinet,atque in Romana maximè, vbi quo-
que certus eſt pœnitentium locus. Stãt illi,
perinde atque iudicio damnati eſſent,vultu
demiſſo,admodùm lugentes.Re autem diui
na peracta, illi quidem ea ſacra non perci-
piunt,quæ eis percipere fas eſt qui ſacris
ſũt operati. Cũ eiulatu autẽ & luctu multo
ſe ad pedes eius qui rẽ diuinã fecit,præcipi
tant. Directus deinde qui tũ miniſteriũ ce
remoniæ eius ſortitus eſt,ad eos accurrit,at
que itidẽ collacrymãs ſe humi ſternit. Tũ
reliqua Eccleſiæ multitudo circunſiſtens,
& ipſa flens,atque lamentans lacrymis re-
pletur.Poſteà primus exurgit ſeu presby-

Pœnitentiã agentes, ieiunijs ac vigilijs,& alijs operibus ſatisfaciũt.

ter,ſeu Epiſcopus, & illos ita iacẽtes ſurge-
re iubet:& per orationem,ea quę pœniten
tibus conueniunt,precatus,vbi & audiuit &
dixit quæ opus eſt,eos amittit.Atq; illi pro
ſe quiſque ſegregati ſuo loco,pro eo atq; eis
iniunctum eſt,ſe macerant vel ieiunijs, vel
vigilijs,frequentibuſq; precibus, & reſipiſ-
centia,vel illuuie, & delitiarum abſtinẽtia,
vel alijs etiam modis,conſtitutũ ſibi ab Epiſ
copo tempus quilibet expectans. Atque
vbi ad hunc modum alacritate liberti debitũ
perſoluit,à crimine abſoluitur, & ſimul cũ
alijs in Eccleſia eodem iure, & communio-
ne eâdem,conuentus frequentat.Hunc ritũ
iam inde ab initio ad hoc vſque tempus Ro
mani Epiſcopi habuere, qui ab eis inde ad
Eccleſias alias omnes peruênit,pręterquàm
ad Nouatianos,qui pœnitentiã etiã prorſus
non receperunt.

28 CONCILIVM Lateranenſe Ge
nerale ſub Innocentio.3. Cap. 21. Omnis
vtriuſque ſexus Chriſti fidelis,poſtquàm ad

Confeſsio ſemel in anno facienda eſt proprio ſacerdoti.

annos diſcretionis peruenerit,omnia ſua ſo
lus peccata confiteatur fideliter ſaltem ſe-
mel in anno,proprio ſacerdoti,& iniunctã
ſibi pœnitẽtiã ſtudeat pro viribus adimple-
re,ſuſcipiẽs reuerẽter,ad minus in Paſcha,
Euchariſtiæ ſacramentũ:niſi fortè de cõſi-

Communio ſumenda in Paſcha.

lio proprij ſacerdotis, ob aliquã rationabi-
lem cauſam,ad tempus ab eius perceptione
duxerit abſtinendum: alioquin, & viuens
ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens
Chriſtiana careat ſepultura. Vnde hoc ſa-
lutare ſtatutum frequenter in Eccleſijs pu-
blicetur, ne quiſquam ignorantiæ cæcita-
te,velamen excuſationis aſſumat. Si quis
autem alieno ſacerdoti voluerit, iuſta de
cauſa, ſua confiteri peccata, licentiam
prius poſtulet,& obtineat à proprio ſacer-
dote, cum aliter ille ipſum non poſsit ſol-
uere vel ligare. Sacerdos autem ſit diſ-
cretus & cautus, vt more periti medici ſu-
perinfundat vinum & oleum vulneribus

Confeſſarius quid agere debeat.

ſauciati,diligenter inquirens,& peccatoris
circunſtantias, & peccati: per quas pru-
denter intelligat quale illi conſilium de-
beat exhibere,& cuiuſmodi remedium ad-
hibere, diuerſis experimentis vtendo ad
ſanandum ægrotum. Caueat autem omni-

Confeſsionis ſecretum.

no ne verbo, vel ſigno, vel alio quouis mo-
do, prodat aliquatenus peccatorem,ſed ſi
prudentiori conſilio indiguerit, illud abſ-
que vlla expreſsione perſonæ, cautè re-
quirat.Quoniam qui peccatum in pœniten
tiali iudicio ſibi detectum, præſumpſerit re
uelare, non ſolùm à ſacerdotali officio de-
ponendum decernimus, verùm etiam ad
agendam perpetuam pœnitentiam in arctũ
monaſterium detrudendum.

B 1 IRENÆVS aduerſùs hæreſes,
Lib. 3. Cap. 35. Omnis autem maledictio

Gene. 3.

decurrit in ſerpentem qui ſeduxerat eos.
Et dixit (inquit) Deus ſerpenti: Quoniam
feciſti hoc,maledictus tu ab omnibus peco
ribus, & ab omnibus beſtijs terræ. Hoc
idem autem & Dominus in Euangelio his
qui à ſiniſtris inueniuntur,ait: Abite ma-

Matth. 25. Ignis æternus principaliter diabolo paratus eſt,non homini.

ledicti in ignem æternum, quem præpa-
rauit Pater meus diabolo & angelis eius:
ſignificans quoniam non homini principa-
liter præparatus eſt ęternus ignis,ſed ei qui
ſeduxit & offẽdere fecit hominẽ: ei,inquã,
qui princeps apoſtaſiæ eſt,principi abſceſ-
ſionis, & his angelis qui apoſtatę facti ſunt
cum eo: quem quidem iuſtè percipient etiã
hi qui ſimiliter vt illi ſine pœnitentia,

& ſine regreſſu, in malitiæ perſeuerant operibus.

2 CLEMENS Papa martyr, Conſtitutionum Apoſtolicarum, Lib. 2. Cap. 19. Cùm aliquem peccauiſſe cognoueris, exacerbatus iube eum foras eijci: & exeunte illo, exacerbentur diaconi, ac quæſitum detineant extra Eccleſiam, ingreſsiq; pro eo te rogent. Etenim pro peccatoribus Saluator Patrē rogauit, vt in Euangelio eſt ſcriptum: Pater dimitte eis: nō enim ſciunt quid faciunt. Tunc tu iubebis illum intrare, & expendens an pœniteat, & dignus ſit qui in Eccleſiam omnino recipiatur, afflictum illum diebus ieiuniorum, pro ratione peccati, hebdomadas duas, vel tres, vel quinque, vel ſeptem, dimitte, dicens ei quæcunque conueniunt ad peccatorem corripiēdum, & increpatū doce & admone, vt maneat apud ſe, & humiliter ſe gerat, rogetque Deum vt ſit ſibi benignus, & dicat: Si iniquitates ob ſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit? Quoniam apud te eſt propitiatio. Nam quiddā huiuſmodi innuit illud quod in Geneſi dictū eſt Cain, Peccaſti: Quieſce: Hoc eſt, ne addas. Nam quòd eum qui deliquit, oportet proprij debiti pudore affici, ſatis demōſtrat ſermo Moſis pro Maria dictus, quando rogabat vt ei peccatum remitteretur. Ait enim Deus Moyſi: Si pater eius ſpuiſſet in faciem illius, non'ne verecundia affecta eſſet? Septem dies eijciatur extra caſtra, & poſteà ingrediatur. Idem nos facere debemus, & eos qui ſe peccatorum pœnitere dicunt, ſegregare per certum tēpus, ſecundùm proportionem peccati: deinde pœnitētia peracta, recipere tāquàm patres filios.

Luc. 23. — *Pœnitentia publica ſignificatio.* — *Pſal. 129.* — *Gen. 4.* — *Culpa dimiſſa, etiā pœna ſubeunda eſt.* — *Num. 12.* — *Satisfactio neceſſaria pro peccatis.*

3 TERTVLL. Lib. de Pœnitentia. Vide ſup. Lect. præced. lit. D. auth. 1.

4 CYPRIANVS ſerm. 5. de lapſis. Vide ſuprà, Lectione præceden. litera. B. authorit. 4.

5 GREGOR. Nazianzenus, Oratione. 15. In plagam grandinis. Magna vitij medicina eſt confeſsio, & peccati fuga.

Confeſſio eſt medicina peccati

6 ET Oratione. 39. In ſancta lumina: Quintum locum tenet lacrymarum Baptiſmus, verùm aſperior eſt, & laborioſior, quo perfunditur ille qui per ſingulas noctes lectum ſuum ac ſtratum lacrymis lauat, cui ipſę quoque vitij cicatrices fœtent, qui lugens & contriſtatus graditur, qui Manaſsis reſipiſcentiā, ac Niniuitarum humilitatem, miſericordiam à Deo conſequutā, imitatur. Qui publicani verbis in templo vtitur, ac ſupra inſolentem & ſuperbum Phariſæum iuſtificatur. Qui deniq; Cananeę more deprimitur, & miſericordiam implorat, ac micas poſcit, hoc eſt, canis vehemēti fame correpti, pabulum.

Veræ pœnitētiæ partes. — *Pſal. 6.* — *Luc. 18.* — *Matth. 15.*

7 IDEM Oratione. 40. In ſanctum Baptiſma. Graue eſt, leuioris medicamenti loco, difficiliorem acerbioremq; curationem adhibēre, ac proiecta miſerationis gratia, ſupplicijs ſeipſum obnoxium reddere, atque admiſſa peccata correctione vitæ cōpenſare. Quantam enim lacrymarum vim impendemus, vt ea cum Baptiſmi fonte exæquari poſsit? Quis autem nobis ſpondēre, ac certo polliceri queat, fore vt mors curationem expectet, ac non potius adhuc ęre alieno preſſos, atque ignis illius ardore opus habentes, tribunal illud ſuſcipiat? Tu quidem fortaſſe bone & humane agricola Dominum ſupplex rogabis, vt ficulneæ adhuc parcat, nec eam ſterilitatis accuſatā, adhuc ſuccidat: verùm tibi permittat, vt ſtercora vndique inijcias, hoc eſt, lacrymas, gemitus, preces, humiles decubitus, peruigilia, animæ & corporis afflictionē, & oppreſsionē, ac deniq; correctionem eam, quæ in peccati confeſsione, vitæq; ſordibus & ſqualore conſiſtit: at incertum eſt, eò'ne adduci poterit Dñs vt illi parcat, vtpote etiam locū occupanti, cùm interim alius miſericordia egeat, atque ob clementiam, qua cum illo agi videt, deterior efficiatur. *Et longè poſt.* Ex quo die per Baptiſmum immutaris, veteres omnes notæ ceſſerunt: Vni eidemque omnibus formæ Chriſtus impoſitus eſt. Ne peccatum tuū confiteri grauēris, ſciens quo pacto Ioannes Baptizauerit: vt per huius vitæ pudorem, futuri ſeculi pudorem ignominiamq; fugias, (nam hoc quoque ſempiterni illius ſupplicij pars eſt) ac perſpicuum facias, te ſeriò atque ex animo peccatum odiſſe, dum illud tāquàm contumelia dignū traducis, ac velut ludibrio exponis, de eoq; triumphum agis. *Et poſt pauca.* Quid enim tibi profuerit ita peccati veniam impetraſſe, vt tamen ei quē læſeris, damnum non ſarciatur?

Admiſſa peccata, correctione vitæ compenſantur. — *Luc. 13.* — *Satisfactio per corporis afflictionem.* — *Confeſſionis vtilitas.* — *Satisfactio neceſſaria.*

8 CYRILLVS Alexandrinus in Leuit. Lib. 5. Vide quàm multa miſericordia & benignitas Dei eſt: vt vbi holocauſtum iugulatur illud quod ſoli Deo offertur, ibi etiam hoſtia, quę pro peccato eſt, immolari iubeatur: vt ſcilicet intelligat ſe, qui peccauit, & pœniteat conuerſus ad Domi-

Dominum, & contribulati ſpiritus hoſtiã iugulat,in loco ſam ſancto ſtare, & ſociari ijs qui pertinent ad Deum. Ibi ergò immolatur hoſtia pro peccato, vbi & holocauſtũ.

Per pœnitentiam & cõtritionẽ ad Deum pertinemus.

9 ET Lib.14. in fine. Paulus Apoſtolus dicit de eo qui peccauerat: Quem tradidi Satanæ in interitum carnis, hoc eſt, morti. Multos autem ſequi fructus mortis huius, oſtendit in ſequentibus, dicens: Vt ſpiritus ſaluus fiat in die Domini noſtri Ieſu Chriſti. Vides ergò quomodò apertè Apoſtolus vtilitatẽ mortis huius expoſuit, cùm eum, dicit, tradidi in interitum carnis, hoc eſt, in afflictionem corporis, quæ ſolet à pœnitentibus expendi. Eumque carnis interitum nominauit, qui tamen carnis interitus vitam ſpiritui conferat. Vnde & nunc, ſi quis noſtrũ recordatur in ſemetipſo alicuius peccati conſcientiam, ſi quis ſe obnoxiũ nouit eſſe delicto, confugiat ad pœnitentiã, & ſpontaneum ſuſcipiat carnis interitum, vt expurgatus in pręſenti vita ſpiritus noſter, mundus & purus pergat ad Chriſtũ Dominum noſtrum.

1. Cor. 5.

Pœnitentiã veram comitatur corporis afflictio.

10 IDEM In Iſaiam, Lib. 1. Cap. 5. Oratione. 4. Quocirca cùm Deũ offenſum eſſe intelligimus, confeſtim duci pœnitudine oportet, & precibus aſsiduis illum mitigare potius, non commotum iam irritare, nec comminantem contemnere. Eſt enim lenis, & multum miſericors, auferens iniquitates, & conniuens ad iniuſtitias, & paucis quandoque lacrymulis peccantium, ad placabilitatem ſerenitatemq; ſibi gratiſsimam traducitur.

Pœnitentia iũgenda eſt oratio, et lacryma.

11 ET Cap. 9. Oratione. 6. Incenſa eſt ciuitas Samaritanorum in qua habitauit Iſrael, id eſt, decem tribus, & funditus perijt. Erat porrò ſapientię, credo, vt deinde conſiderarent hi, qui in ea relicti erant, Deum offendere, eſſe verè grauiſsimum: dein hoc cognito & perſpecto, placare offenſum omnino oportere, & mutationibus in melius, & omni genere officiorum ac diligentiæ, quaſi emollire ac mitigare.

Multis modis oportet Deo ſatisfacere.

12 SANCTVS Nilus, Lib. de Oratione, Cap. 139. (*Habetur tomo. 3. Bibliotheca SS. Patrum.*) Mens quæ eſt irretita peccatis, & Deum irritat, audet tamen impudenter ad cognitionem rerum diuinarum ſe proue here, aut etiam ad orationem ſpiritualem aſcendere, irrogetur ei Apoſtolica mulcta, quia non licet ei nudo & aperto capite orare.

Qui peccauit, ſatisfactione et pœnitẽtia eget.

13 IDEM in Inſtitutione ad monachos. Ab æterno igne non liberabit te fides, nec Baptiſma, ſine iuſtitiæ operibus.

Opera iuſtitiæ neceſſaria.

14 ET Oratione. 8. De ſuperbia. Ieiunia ſint arma tua, preces propugnacula, balneum lacrymæ. Omnia peccata tua cum gemitu recordare: ſic enim aſsiduè animus pungitur, & mordetur.

Ieiuniũ, oratio, & lacrymæ.

15 BASILIVS in regulis breuioribus, quæſt. 287. *Interrogatio.* Qui ſunt fructus digni pœnitentiæ? *Reſponſio.* Opera iuſtitiæ peccato contraria: cuiuſmodi fructus ferre debet qui pœnitentiam agit, dicto illi obtemperans: In omni opere bono fructificantes.

Pœnitens edat fructus dignos pœnitentia.

Coloſſen. 1.

16 IDEM In Iſai. Cap. 3. Popule meus, exactores veſtri, deuorãt vos, &c. Vox hæc eſt adhortantis populum, & eius qui malè affectis cõdoleſcit. Populus, inquam, meus, priuſquàm alligaſſent iuſtum, priuſquàm eſſent deprecati, & reiecíſſent vtilem eius præſentiam. Quid modò paſsi eſtis? Multis nunc debitis eſtis oppignorati, idcirco traditi eſtis in manus exigentium à vobis debita, qui non inuentis apud vos manipulis ſpicilegis, non itẽ copioſa vbertate fructuũ, demetunt qualeſcunq; culmos, ac viles & confractos fructus animarum veſtrarũ colligunt. Tales proinde ſumus, qui puſillanimes in agenda pœnitentia, abiectè & ſine fructu deſidemus. Quod enim ſeminat homo, hoc & metet. Quiſquis igitur cũ digna & laudabili pœnitentia eleemoſynam opulenter, nõ ſordidè, ſeminat in ſpiritu, viſcera item pietatis, obſecrationem, iuſtitiam, lacrymarum aſsiduitatem, ſic ſeminans in lacrymis, in exultatione metet, ſecum auferẽs manipulos pœnitentiæ, ita vt ſuo exactori vniuerſum exoluat debitum. Ille verò quẽ pœnitet malè prius commiſſorum, ſi exigua quædam ſeminat in eleemoſyna, in oratione, is nutriens vacuam fructu ſtipulam, ne hanc quidem retinere permittetur ab exactore.

Iſai. 3.

Pœnitentia inutilis, qua.

Galat. 6.

Pœnitentiã quę comitari debeant.

Pſal. 125.

17 ET In Cap. 13. Ex quo interminatur Dominus ſe eſſe venturum ad diſperdendum vniuerſum orbem, eam ob rem ordine præſtituta ſunt vlulatus, & lamentum, vt hoc vtroque veluti ſequeſtri exoretur, & placabilis fiat, ſeque auocet ab vltione intentata in peccatores. Solet enim vtrunque hoc efficere clemẽtiſsimus hominum amator, interminatur quæ terrorem incutiant, nec alioqui, quæ ſe facturum fuerat comminatus, infligit his quos malè commiſſorum pœnitet. Fletus igitur edite, & propria

Pœnitentię verę, qui comitet.

 plangite

plangite peccata,ne quando prędictam in-
ternecioo em contiogat vos perpeti. An
non requirebat Deus pœoiteotiam perca-
toris? Vt quid in Nioiue prædicata eſt poſt
Ion.3. tres dies futura perditio ciuitatis? Sed mox
viſa eorum contritione,à præconcepta ira
ſe cootraxit miſericors,eamque velut nubē
diſpulit.

18 CHRYSOSTOMVS tom.5.
ad populum Antiochenum,Hom.41. Vis
Perfecta pœnitētia,quę. autem perſectam diſcere pœnitentiam?Au
di poſt negationem Petri pœnitudinē. Nar
rans enim quæ geſta ſunt ab eo oobis Euan
Matth.26. geliſta,dicir, Egreſſus fleuit amarè.Propte
reà dimiſſum eſt ei tale peccatum, quoniā
quemadmodùm oportebat, pœoitentiam
egit. *Et mox.* Quoniam enim par erat eum
altum ſapere,ſibi cooſcium quòd plus alijs
Chriſtum diligeret,propterea fleuit amarè,
& cætera quæ fletum conſequuntur,ſimilia
fecit.Quid enim fecit? Innumeris ſemetip-
ſum poſthæc periculis obierit, per multa
ſuam oſteodens fortitudinem & animi con
ſtantiam.*Et in fine.*Omnia quæſo faciamus,
vt vita nobis mūda,& optima cooueſatio,
nec à prinripio vllam admittamus maculā:
Pœnitentiæ comites, oratio, lacryma, eleemoſyna. ſin autem minus,poſt maculam ſaltem ne
dormiamus,ſed ſemper maculam abluētes,
mundi permaneamus,per pœnitētiam, per
lacrymas,per orationes,per eleemoſynas.

19 ET Hom.50. Homo peccaſti? miſe-
Peccatori quid agendum vt veniam impetret. ritordem habes Dominum:Ora, ſupplica,
luge,geme,& alios terre: & poſce, oe am
pliuſ in eadem cadas.

20 AVGVST. tomo.3. in Eochiri-
dion,Cap.67.Creduntur autem à quibuſ-
dam etiam ij qui nomen Chriſti noo relin-
quūt,& eius lauacro in Eccleſia Baptizan-
tur,nec ab ea vllo ſchiſmate,vel hæreſi pręc
iduntur,in quaotislibet ſceleribus viuant,
Abſque pœnitentia nō conſtat ſalus. quæ nec diluant pœnitendo, nec eleemoſy
nis redimant,ſed in eis vſque ad huius vitæ
vltimum diem perditiſsimè perſeuerent,
ſalui futuri per ignem:licet per magnitudi
nem facinorum,flagitiorumq; diuturnorū,
non tamen æterno igne puniri. Sed qui hoc
creduot,& tamen Catholici ſunt, humana
quadā beneuolētia mihi falſi videntur.Nā
ſcriptura Diuina aliud conſulta reſpōdet.

21 ET Cap.70. Vide ſup.Lect.præced.
lit.A.auth.9.

22 IDEM tom.5.de Ciuit.Dei,Lib.21.
Cap.27.Profectò ſi quæratur, quæ dignæ
ſint pro peccatis eleemoſynę,de quib⁹ etiā
Matt.3. Chriſti præcurſor ille direbat, Facite ergò
fructùs dignos pœnitentiæ:Proculdubio nō
inuenientur eas facere,qui vitam ſuam vſ-
que ad mortem quotidianorum criminum
perpetratione confodiunt. Primùm, quia *Eleemoſynę quomodo faciendę, vt proſint.*
io auſereodis rebus alieois,longè plura diri
piunt, ex quibus perexigua pauperibus lar
gieodo,Chriſtum ſe ad hoc paſcere exiſti-
mant,vt licentiam maleſactorum ab illo ſe
emiſſe,vel quotidie porius emere credētes,
ſecuri damnabilia tanta committunt. Qui
ſi pro vno ſcelere omnia ſua diſtribuereot
indigentibus mēbris Chriſti,niſi deſiſterēt
à talibus factis, habendo charitatem, quæ *1.Cor. 13.*
noo agit perperam,aliquid eis prodeſſe nō
poſſet. Qui ergò dignas pro ſuis peccatis
eleemoſynas facit,prius eas facere incipiat
à ſeipſo.Indignum eſt enim,vt io ſe non fa
ciat,qui facit in proximum:cùm audiat,di-
centem Dominum, Diliges proximum tuū *Matth. 22.*
tanquàm teipſum.Itemq; audiat: Miſerere *Eccli. 30.*
tuæ animæ placens Deo.Hāc ergò eleemo-
ſynā,id eſt,vt Deo placeat,non faciens ani-
mæ ſuæ, quomodò dignas pro peccatis ſuis
eleemoſynas facere dicendus eſt? Ad hoc
enim & illud ſcriptū eſt;Qui ſibi malignus
eſt,cui bonus erit? Orationes quippe ad- *Eccli. 14.*
iuuāt eleemoſynæ. Et vtique intuēdum eſt
quod legimus;Fili peccaſti,ne adijcias ire- *Eccli. 21.*
rū, & de præteritis tuis deprecare,vt dimit
tantur tibi.Propter hoc ergò eleemoſynæ
faciendæ ſunt, vt cùm de præteritis pecca
tis deprecamur,exaudiamur: non vt in eis
perſeuerantes, licentiam malè faciendi nos
per eleemoſynas comparare credamus.

23 EVSEBIVS Emiſenus, Hom.5.
ad monachos.Non putemus tam facilè re-
mitti poſſe iuuſta ſemel crimina,& profun
do vulnere in animæ ipſius impreſſa viſce- *Multa requiruntur ad verā pœnitentiam.*
ribus.Multo opus eſt fletu, multo gemitu,
multo dolore cordis,ad ſanandos ipſius cor
dis dolores.Tota incumbēdum eſt ſpiritus
cootritione,vt vetuſta mala tanquàm ſagit-
tæ quædam de conſcientia debellentur.Nō *1.Reg. 15.*
ſufficit ſummis labijs dicere:Peccaui, par-
ce,remitte. Et Saul dicebat, Peccaui: ſed *2.Reg. 12.*
noo obtinuit illam veniam quam Dauid
vna pœnitētię voce promeruit. Et hoc qua-
re?Quia confeſsionem illā nuda magis ver-
ba,quàm veri gemitus exprimebant: quia
non compenſabat magnitudinem criminis *Non ſufficit quæuis contritio & ſatisfactio.*
lenta humiliatio ſupplicantis.Non leui agē
dum eſt contritione,vt debita illa rediman
tur,quibus mors ęterna debetur:nec trāſito
ria opus eſt ſatisfatione pro malis illis prop
ter quæ paratus eſt ignis æternus.

24 ET

Pſal. 37.
Pſalm. 6.
Pſal. 101.

24 ET Homil. 10. Hæc igitur principalia mala, ingenti rugitu, gemitu, & fonte indigent lacrymarum, eiq; pòſt lacrymandũ cum propheta: Rugiebam à gemitu cordis mei. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum. Ego autem cinerem tanquàm panem manducabã, & potum meum cũ fletu miſcebam. Nemo deſpiciat hanc humilitatem. Sũmus Rex erat qui iſta dicebat: ſummus Rex erat, qui iſta faciebat. Oportet itaque ſicut ſupra mortuum cõclamatum, ita magnos ſupra extinctam animam dare planctus: & quomodò ſolet mater orba ſuper amiſsione vnici ſui fracto pectore lamentari, ita conuenit ſuper vnicam ſuam, ſed cũ ſpe reparationis, affligi. De qua vnica ſermo propheticus dicit: Eripe à framea animam meam, & de manu canis vnicam meam. Quare vnicam dixit? Siue quia tanquàm vnica diligenda eſt, ſiue quia ipſa ſola & ſingula ante tribunal cœleſte rationẽ, remotis omnibus ſolatijs, reddi tura eſt. Ita inquàm neceſſe eſt ſuper hanc vnicam crimine, mucrone confoſſam, totum põdus doloris effundi, ſi fortè poſsit lacrymarum viuificata fontibus, calore fidei ſuſcitari. Accendenda eſt punctio, corroborandæ ſunt preces futuri recordatione iudicij, miſericordiarum operibus adiuuandæ. Audienda eſt Prophetæ ſententia, ſed audienda obedientiæ aure, dicẽtis: Accipe (inquit) ô Rex conſilium meum, & peccata tua eleemoſynis redime.

Quàm multa requirantur ad veram pœnitẽtiam.
Pſal. 21.
Dan. 4.

25 AMBROS. tomo. 1. ad Virginem lapſam. Cap. 8. Lugubris tibi accipiẽda eſt veſtis, & mẽs ac mẽbra ſingula digna caſtigatione punienda. Amputentur crines qui per vanam gloriam, occaſionẽ luxuriæ præſtiterunt. Defleant oculi lacrymas, qui maſculum ſimpliciter non aſpexerũt. Palleſcat facies, quæ quondam viruit impudicè. Denique totum corpus incuria maceretur; cinere adſperſum, & opertum cilicio perhorreſcat, quia malè ſibi de pulchritudine placuit. Cor verò ſit liqueſcens, ſicut cera, ieiunijs inquietans ſeipſum, & cogitationibus ventilans, quare ſit ab inimico ſubuerſum. Senſus etiã crucietur, quia in membra corporis cùm haberet dominationem, malo ceſſit imperio. Talis vita, talis actio pœnitentiæ ſi fuerit perſeuẽrans, audebit ſperare & ſi non gloriam, certè pœnæ vacuationem. Dicit enim Deus, Conuertimini ad me, & conuertar ad vos. Conuertimini ex toto corde veſtro, in ieiunio, & fletu, in planctu: dirumpite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, quia pius & miſericors ſum. Sic conuerſus magnus ille Dauid iuſtificatus eſt. Sic Niniue peccatrix illa ciuitas, incumbentem ſibi euaſit interitum. Peccator ergò ſi ſibi ipſi non pepercit, à Deo illi parcitur. Et ſi futuras pœnas gehennæ perpetuas, in hoc paruo vitæ ſpatio compenſauerit, ſeipſum ab æterno iudicio liberat. Grandi plagæ, alta & prolixa opus eſt medicina. Grande ſcelus, grandem habet neceſſariam ſatisfactionem. Nam non eſt dubium, leuius eſſe crimen, vbi peccatum ſuum vltrò homo confitetur & pœnitet. At vbi celans mala ſua inuitus detegitur, & nolẽs publicatur, illud grauius ſcelus eſt, quod tibi vtique proueniſſe, negare non poteris. Et ideò fortius eſt dolendum, quia peccatum eſt fortius. Si mente cernerẽt homines peccatores quale iudicium imminet mũdo, ſenſus humanus non diſpergeretur vanitate ſeculari, ſi non infidelitate grauaretur. Quãtũuis & qualẽuis cruciâtum longiori vita ducere optarent, dummodò in illas pœnas æterni ignis non incurrerent. Sed tu quæ iam ingreſſa es agônem pœnitentiæ, inſiſte miſera fortiter, inhære tanquàm naufragus tabulæ, ſperans per ipſam te de profundo criminum liberari: inhære pœnitentiæ vſque ad extremum vitæ.

Multis modis ſatisfaciat neceſſe eſt qui peccauit.
Pſal. 51.
Zach. 1.
Ioel. 2.
2. Reg. 12.
Ion. 3.
Grandi ſatisfactione opus eſt.
Pœnitentia eſt tabula poſt naufragium.

C

1 CYRILL. Alexandrinus tomo. 1. Lib. Collectaneorum ex Numeris. Cap. 13. Qui pauca quidem habent peccata, pauca debent. Qui ſunt autẽ pluribus delictis obnoxij, planè plura.

Qui plus peccauit, plus debet.

2 IDEM Lib. 5. in Leuiticum, *Non longè poſt initium.* Sæpè oſtendimus ex diuinis ſcripturis Chriſtum eſſe hoſtiam, quæ pro peccato mundi offertur, & ſacerdotem, qui offerat hoſtiam. Quod vno verbo Apoſtolus explicat, cùm dicit: Qui ſeipſum obtulit Deo. Hic ergò eſt ſacerdos qui peccata populi comedit & conſumit. De quo dictum eſt, Tu es ſacerdos ſecundùm ordinẽ Melchiſedech. Saluator ergò & Dominus meus, peccata populi edet. Quomodò edet peccata populi? Audi quid ſcriptum eſt: Deus, inquit, noſter ignis conſumens eſt. Quid conſumit Deus ignis? Nunquid tam inepti erimus, vt putemus quòd Deus ignis ligna conſumat, aut ſtipulam, aut fœnum? Sed conſumit Deus humana peccata, illa abſumit, illa deuorat, illa purgat. Secũdùm quod alibi dicit, Et purgabo te igni ad purum. Hoc eſt manducare peccatũ eius, qui offerat

Chriſtus hoſtia & ſacerdos.
Heb. 9.
Pſal. 109.
Deut. 4.
Quid eſt, Chriſtũ peccata comederet
Iſai. 1.

offerar ſacrificium pro peccato. Ipſe enim peccata noſtra ſuſcepit in ſemetipſo, ea tanquàm ignis comêdit & abſumpſit.

3 CANON Apoſtolorum. 51. Si quis Epiſcopus, presbyter, vel diaconus, eum quià peccatis conuertitur, non recipit, ſed eijcit, deponatur. Quoniam Chriſtum moleſtia afficit, qui dixit, Gaudium eſt in cœlo propter vnum peccatorem pœnitentiam agentem.

Pœnitẽs nõ reijciendus. *Luc. 15.*

4 CONCILIVM Arelatenſe primum, Cap. 23. (*Habetur tom. 1. Conciliorum.*) De his qui apoſtatant, & antequàm ſe ad Eccleſiam repræſentent, nec quidem pœnitentiam agere quærunt, & poſteà infirmitate correpti petunt communionem: placuit eis non dandam communionem, niſi reualuerint & egerint dignos fructus pœnitentiæ.

Qui nõ egeris pœnitentiam, non cõmuniret.

5 ET Concilium ſecundũ, Cap. 24. Eos, qui falſa fratribus capitula obiecisse conuicti fuerint, placuit vſque ad exitũ non communicare, (ſicut magna ſynodus antè conſtituit) niſi digna ſatisfactione pœnituerint.

Satisfactionis neceſſitas.

6 CONCILIVM primum Valentinum Galliæ, Cap. 3. (*Habetur tom. 1. Conciliorum.*) Circa eorum verò perſonas qui ſe poſt vnum & ſanctum lauacrũ, vel profanis ſacrificijs dæmonum, vel inceſta lauatione polluerunt, eam cenſuræ formam duximus eſſe ſeruãdam, vt his, iuxta Synodũ Nicenam, ſatisfactionis quidem aditus non negetur, ne infelicibus lacrymis vel ſolatij ianua deſperatione claudatur: acturi verò pœnitentiam vſque in diem mortis, non ſine ſpe tamen remiſsionis, quam ab eo plenè ſperare debebunt, qui eius largitatẽ & ſolus obtinet, & tam diues miſericordia eſt, vt nemo deſperet.

Cap. 11. *Pœnitentia & ſatisfactio neceſſaria.*

7 CONCILIVM Aurelianenſe. 3. Cap. 19. (*Habetur tomo. 2. Conciliorũ.*) Si quis ſuperbia elatus, officium ſuum indignatione quacunq; implere noluerit, iuxta ſtatuta priora, laica communione contentus, ab ordine depoſitus tandiu habeatur, quandiu digna, (ſicut ſcriptum eſt) pœnitentia & ſupplicatione ſatisfecerit præſidenti Pontifici.

Pœnitentiæ & ſatisfactionis neceſsitas.

8 THEODORETVS in Pſal. 37. *In initio.* Confeſsio varijs in locis facta, prædicat diligentẽ diuini Dauidis pœnitẽtiam. In multis enim pſalmis, peccati meminit, vulnus ferre nequiens. Sed & morbum & curationem in medium profert, doctrinæ argumentum hominibus afferens. In hoc igitur pſalmo, & de peccato mentionem facit, & de pœna inflicta ob peccati expiationẽ. *Et mox.* Cùm ſupplicio, inquit, afficiar, peccati mei recordor. Illius autem recordatio, querimonias mihi & ploratus inducit, ex hiſce verò ærumnæ mihi & miſeriæ accedunt.

Pœnitentia neceſſaria ad expiationem peccati

D 1 CYPRIA. Serm. de Paſsione Dñi. Et quidem Filius hominis, ſicut ſcriptum eſt de illo, vadit. Qui damnatus eſt, vt liberaret damnatos. Doluit, vt ſanaret infirmos. Timuit, vt faceret ſecuros. Opprobria pertulit, vt improperia detrahentium non mouerẽt electos. Deputatus inter impios, quorum alter aſſumptus, alter reprobatus eſt, vt daretur exemplum, & forma indiſſolubilis manens in poſteros, quia nec in vltimis Dei clementia pœnitentes excludit: nec vlla hora ſera eſt, cui cõpunctio diſtricta occurrit, nec eos qui vitæ ſuæ quocunq; articulo tẽporis veri ſunt iudices, iterũ iudicari. Quia cũ iudicis & tortoris vices, nõ parcẽs peccator aſſumit, ſemetipſũ perſequẽs, dũ cõfeſsionẽ confeſsione honorat: holocauſti huius incẽſio in conſpectu Dei veniã impetrat. Neq;.n. bis in idipſum iudicat Deus: ſed impœnitẽtes ipſe iudicat & dãnat: pœnitentes verò, quia à ſeipſis ſuſcipit iudicatos, abſoluit. Neque iudicio quod pœnitentiæ humanæ ſeueritas protulit, aliquid iuſtitia cœleſtis apponit. *Et prope finem.* De latere tuo fons egreditur in vitã æternam proſiliens, & de eâdem conſubſtantialiq; origine diuiſis limitibus aqua & ſanguis emanãt, ad complementum perfectionemq; totius iuſtitiæ, ſacramenta in perpetuum duratura, & fontis illius vbertas perenni lapſu vniuerſam Eccleſiam irrigat & fœcundat. Ex hoc fonte non tãtùm ablutionis primæ, qua initiantur accedentes ad Chriſtum, vndas haurimus, ſed & cõpunctionum, & lacrymarum perennes effluunt riui, & miſericordiarũ ſuauitas, & totius pietatis affectus emanat.

Matth. 26. *Vltimũ diei pœnitentia nõ negatur.* *Naum. 1.* *Ex Chriſti latere Sacramẽta profluxerunt.*

2 ATHANASIVS in expoſitione fidei. In eo igitur homine crucifixo & mortuo pro nobis, reſurrexit à mortuis, aſſumptuſq; eſt in cœlum. Ideinq; nobis, vbi creatus eſſet, initium viarũ extitit, & cùm in terris verſaretur, ex tenebris lucem, ex errore ſalutem, ex mortuis vitam, ingreſſumque in paradiſum confecit, ex qua Adã eiectus fuit: *Et poſt pauca.* Dominicus enim homo, quem ad ſalutem noſtram exhibuit,

Chriſtus nobis viarum initium factus eſt.

con-

conditus eſt, vt eſſet initium viarum. Per hunc enim ad Patrem acceſſum habemns, quoniam ipſe eſt via, quæ ad patrem nos ducit.

3 PACIANVS Epiſcopus Barcinonenſis, in Parænesi, ſiue libello de pœnitentia. (*Habetur tom. 1. Bibliotheca SS. Patrum.*) His igitur nos omnibus multiſq; præterea carnalibus vitijs, vt citius ad deſtinata quiſque perueniat, ſanguis Domini liberauit redemptos à ſeruitute Legis, & libertate fidei emancipatos. Ideòque Apoſtolus Paulus; *Galat. 5.* Vos autem (inquit) in libertatem vocati eſtis. Hæc illa libertas, quòd non omnibus adſtringimur quibus veteres tenebantur, ſed donata (vt ita dixerim) ſylua delictorũ, & remediorum indulgẽtia deſtinata, in pauca concluſi ſumus & neceſſaria, quæ & ſeruare facillimum eſſet credentibus, & cauere: vt meritiſsimo tartarum non recuſaret, qui tantæ donationi ingratus, ne hæc quidem pauca ſeruaſſet. *Et poſt pauca.* Vos ergò primùm appello fratres, qui criminibus admiſsis pœnitentiam recuſatis: Vos inquã *Non erubeſcamus confiteri.* pòſt impudentiam rimidos, poſt peccata verecundos, qui peccare non erubeſcitis, erubeſcitis confiteri. *Et adhuc pòſt.* Quid ergò faciam nunc ſacerdos qui curare compellor? Serum eſt in eiuſmodi. Veruntamen ſi quis eſt veſtrûm, qui ſecari & exuri ſuſtineat, adhuc poſſum. Ecce ſcalpellum *Ioel. 1.* Propheticum, Connertimini (inquit) ad Deum veſtrum, ſimulque ieiunio, & fletu, & planctu: & ſcindite corda veſtra. Nolite hãc *Vera pœnitentia modus.* ſecturam timere dulciſsimi. Suſtinuit illam Dauid, iacnit in cinere ſordenti, ſacco inſuper horrente de formis. Ille quondam gem- *2. Reg. 11.* mis aſſuetus & purpuris, texit in ieiunio animam ſuam, cui Maria, cui ſyluæ, cui flumina ſeruiebant: promiſſaſq; diuitias terra parturiens, madidus lacrimis conſumpſit oculos illos quibus gloriam Dei viderat. Infelicem ſe miſerumq; confeſſus eſt pater Mariæ, Iudæi etiam dominator imperij. Rex *Dan. 4.* ille Babylonius exomologeſin deſertus operatur, & ſeptenni ſqualore decoquitur. *Verorũ pœnitentium exempla.* Leonum in illo iubas impexa cæſaries, & barbarus horror exuperat, & longè incuruis vnguibus manus horrentes aquilas mentiũtur, cùm fœnum in morẽ bouis ederet, pallentium ruminator herbarum. Hæc tamen illum Deo pœna cõmendat, & in ſua quondam regna reſtituit. Quem horrebant homines, Deus recipiebat, ipſa illa malæ tractationis calamitate felicem. Ecce ſectio quam ſpopondi, qui potuerit tolerare, ſanabitur. Admouebo adhuc ignes de cauterio Apoſtolico, videamus an ferre poſsitis. Iudicaui (inquit) congregatis vobis & ſpiritu *1. Corin. 5.* meo, in virtute Domini Ieſu Chriſti, tradere eiuſmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſalnus ſit in diem Domini. Quid dicitis pœnitentes? Vbi eſt veſtræ carnis interitus? An quòd in ipſa pœnitentia lautiores ſemper inceditis, conuiuio farti, balneis expoliti, veſte cõpoſiti? *Et mox.* Non ſuſtineo iam fratres: Danielus cum ſo- *Dan. 6.* dalibus ſuis ſacco tectus, & cinere, ieiunio, & iam exanguis hæc loquitur: Peccauimns, facinus admiſimns, impiè geſsimus, tranſgreſsi ſumus præcepta & iudicia tna. De *Dan. 3.* Azaria itidem Scriptura diuina: Stans (inquit) Azarias precatus eſt, & aperiens os ſuum exomologeſin faciebat Deo ſimul cũ ſodalibus ſuis. Dauid ipſe, Lauabo (inquit) *Pſalm 6.* per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratum menm rigabo. Nos verò quid tale? quid ſimile? Non dico illa quæ congre- *Verum pœnitentiæ quæ deceant.* gamus ad cumulum cauponando, mercando, rapiendo, foris lucra, intus libidines aucupando, nihil agendo ſimpliciter, nihil pauperibus largiendo, nihil fratribus remittendo. Ne hæc quidem quæ videri etiam à ſacerdote poſſunt, & Epiſcopo teſte laudari. Ne hæc quidem qnotidiana ſeruamus, flere in conſpectu Eccleſiæ perditam vitam, ſordida veſte lugere, ieiunare, orare, prouolui. Si quis ad balneum vocet, recuſare delitias. Si qnis ad conuiuium roget, dicere, Iſta felicibus, ego deliqui in Dominum, & periclitor in æternum perire: quò mihi epulas, qui Dominum læſi? *Et in fine.* Per, rogo vos, Eccleſiæ fidem fratres, per ſolicitudinem *Hortatur ad verã pœnitentiã & ſatisfactionẽ.* meam, per communes omnium animas obteſtor & deprecor, ne pudeat in hoc opere, ne pigeat opportuna quàm primùm remedia ſalutis inuadere, deijcere mœroribus animum, ſacco corpus inuoluere, cinere perfundere, macerare ieiunio, mœrore conficere, multorum precibus adiuuare. In quantũ pœnæ veſtræ non peperceritis, in tantũ vobis Deus parcet. Eſt enim mitis & patiens, & multæ miſerationis, & qui ſententiam flectat aduerſùs malitias irrogatam. Ecce promitto, polliceor, ſi ad Patrem veſtrnm vera ſatisfactione redeatis, nihil vlterins errãdo, nihil priſtinis adijciendo peccatis, dicendo *Luc. 15.* etiam humile aliquid & flebile, Peccauimus in conſpectu tuo Parer, iam nõ ſumus digni nomine filiorum: continuò de vobis & pecus

pecus illud recedet immundum, & ſiliqua-
rum eſca deformis.

G 1 TERTVLLIA. Lib. de Ieiunijs,
aduerſùs Pſychicos. Cap. 1. Arguunt nos
quòd ieiunia propria cuſtodiamus, quòd ſta
tiones plerũque in veſperam producamus,
quòd etiam xerophagias obſeruemus, ſic-
cantes cibum ab omni carne & omni iuru-
lentia.

2 ET Cap. 2. *Reprobans horum ſententiã, ait*, Acceperat Adam à Deo legem non gu
ſtandi de arbore agnitionis boni & mali,
Gen. 2. moriturus ſi guſtaſſet. Verùm & ipſe tunc
Præceptũ ieiunij Adã accepit, & fregit. in Pſychicum reuerſus poſt ecſtaſin ſpiri-
talem, in qua magnum illud Sacramentum
in Chriſtum & Eccleſiam propheтauerat,
nec iam capiens quæ erant ſpiritus, facilius
ventri quàm Deo ceſſit: pabulo potius quã
Gen. 3. præcepto annuit, ſalutẽ gula vendidit. Mã-
ducauit denique & perijt, ſaluus alioquin ſi
vni arbuſculæ ieiunare maluiſſet. Vt iam
hinc animalis fides ſemen ſuum recognoſ-
cat, exinde deducens carnalium appetitio-
Ieiunij commendatio, et fructus. nem, & ſpiritualium recuſationem. Teneo
igitur à primordio homicidam gulam, tor-
mentis atque ſupplicijs inedię puniendam:
etiam ſi Deus nulla ieiunia præcepiſſet,
oſtendens tamen vnde ſit occiſus Adam,
mihi reliquerat intelligenda remedia offen
ſæ, qui offenſam demonſtrarat. Vltrò cibũ
quibus modis quibuſq; temporibus potuiſ-
ſem, pro veneno deputarem, & antidotum,
famem ſumere, per quam purgarem mortis
à primordio cauſam, in me quoq; cum ipſo
genere transductam, certus hoc Deum vel
le, cuius contrarium noluit, ſatiſq; confidẽs
placituram illi continentiæ curam, à quo
damnatam comperiſſem incontinentiæ cul
pam. Porrò cùm & ipſe ieiunium mandet, &
Pſalm. 50. animam conquaſſatam propriè vtique cibi
anguſtijs ſacrificium appellet, quis iam du-
bitabit omnium erga victus macerationum
hanc fuiſſe rationem, qua rurſus interdicto
cibo, & obſeruato præcepto, primordiale iã
delictum expiaretur, vt homo per eandem
materiam cauſæ ſatis Deo faciat, per quam
offenderat? Id eſt, per cibi interdictionem,
atque ita ſalutem æmulo modo redaccende
ret inedia, ſicut extinxerat ſagina: pro vno
illicito, plura licita contemnens.

3 ET Cap. 5. Deniq; vbi iam & familia-
ris populus allegi Deo cœpit, & reſtitutio
hominis imbui potuit, tunc Leges diſcipli-
næq; omnes impoſitæ, etiam quæ decerpe-
Leuit. 13. rent victum: ademptis quibuſdam veluti
immundis, quò facilius aliquando ieiunia
toleraret homo, perpetua in quibuſdam ab
ſtinentia vſus.

4 ET Cap. 10. Certẽ Saul & ipſe in prę
lio conſtitutus, manifeſtè munus iſtud indi-
xit, Maledictus homo qui ederit panem ad *1. Reg. 14.*
veſperam vſque dum vlciſcar de inimico
meo: & non guſtauit populus eius, & tota ter
ra non prandebat. Tantam autẽ Deus præ-
ſtitit authoritatem edicto ſtationis illius, vt
Ionatas filius Saulis, quãquam ignarus ieiu
nationis in ſerum definitæ, guſtum mellis
admiſerat, & ſorte mox de delicto ſit tradu
ctus, & vix per precẽ populi periculo exẽp
tus. Gulæ enim licet ſimplicis reus fuerat.
Sed & Daniel anno primo Regis Darij,
cùm ieiunus in ſacco & cinere exomologe-
ſin Deo ageret; Et adhuc (inquit) loquente *Dan. 9.*
me in oratione, ecce vir quem videram in
ſomnijs initiò, velociter volans appropin-
quauit mihi, quaſi hora veſpertini ſacrificij.
Hæc erit ſtatio ſera, quæ ad veſperam ie-
iunans, pinguiorem orationem Deo im-
molat.

5 ET Cap. 11. Omnia autem iſta credo
ignota eis, qui ad noſtra turbantur, aut ſola
forſitan lectione, non etiam intẽtione com
perta ſecundùm maiorem vim imperitorũ
apudglorioſiſsimam ſcilicet multitudinem
Pſychicorum. Propterea per ſingulas dire-
ximus ſpecies ieiunationum, xerophagia-
rum, ſtationum, vt dum recenſemus ſecun-
dùm vtriuſque teſtamenti paraturam, quan
tum proficiant recuſati, vel reciſi, vel retar-
dati pabuli officia, eos retundamus qui hæc
velut vacantia infirmant. Item dum pariter
oſtendimus quo ſemper in ordine fuerint
religionis, eos reuincamus, qui hæc vt noua
accuſant. Nec nouum enim, quod ſemper:
nec vacuum, quod vtile. Sed & illud in me-
dio eſt, quædam ex his officijs à Deo homĩ
ni imperata, legem conſtituiſſe: quædam ab
homine Deo oblata, votum expunxiſſe: ta-
men & votum cùm à Deo acceptatum eſt,
legem in poſterum facit per authoritatem
acceptatoris. Exinde enim faciendum man
dauit, qui factum comprobauit.

6 EPIPHANIVS Hæreſi. 75. con
tra Aerianos. Erat Aerio ſermo furioſus, *Hæretici Aëriani damnant certa tempora ieiunijs deputata, ſicut et nunc Lutherani.*
magis quàm humanæ conditionis, & dice-
bat: Quid eſt Epiſcopus ad presbyterum?
&c. Sed neque ieiunium (inquit) erit ordi-
natum. Hæc enim Iudaica ſunt, & ſub iugo
ſeruitutis. Iuſto enim Lex non eſt poſita,
ſed patricîdis, & matricîdis, & reliquis,

Si verò

Si verò omnino volo ieiunare, qualēcunq; eligam diem à meipſo, & ieiunabo propter libertatem. Vnde apud ipſos (*Aërianos*) ſtudium eſt, vt potius in die Dominica ieiunēt. Quarta verò, & proſabbatho edāt. Sæpè verò etiam quarta ieiunant, non ex ſtatuto, ſed ex propria, vt inquit, voluntate. In diebus autem Paſchatis, quādo apud nos fiunt humi dormitiones, caſtitates, afflictiones, ſiccorum eſus, preces, vigiliæ, ac ieiunia, & omnes animarum ſalutes per ſanctas afflictiones: ipſi à ſummo mane obſonantur, carneq; ac vino venas ſuas explentes, cachinnantur, ridentes ac ſubſannātes eos qui ſanctum hunc cultum hebdomadis Paſchatis perficiunt. Tametſi enim renunciatorium habeant hi vitæ modum, non tamen exercetur apud ipſos, ſed multo plus carnis eſus & vini pot⁹: niſi fortaſſe rari aliqui in medio ipſorum ex propria voluntate hoc velint. Verùm pleriq; ipſorum magis vtuntur largis edulijs, carnis eſu, & vini potu, velut ſæpè dixi. Hæc ſunt quæ Aërius in mundum euomuit. *Et poſt pauca, Aërij ſententiam damnans, ſubdit Epiphanius.*

Hebdomada ſancta abſtinētia & pœnitentia.

A quo verò non aſſenſum eſt in omnibus orbis terrarum regionibus, quòd quarta & proſabbatho ieiunium eſt in Eccleſia decretum? Si verò etiam oportet conſtitutionem Apoſtolorum proferre, quomodò illic decreuerunt quarta & proſabbatho ieiunium per omnia, excepta Pentecoſte, & de ſex diebus Paſchatis, quomodò præcipiunt nihil omnino accipere, quàm panē, & ſalem, & aquam, qualēcunq; diē agere, & quomodò dimittere in illuceſcentē Dominicam, manifeſtum eſt. Quis autem magis de his nouit? Hic'ne ſeductus homo, qui etiam nunc ſupereſt, & hucuſq; in mundo verſatur, aut qui ante nos teſtes fuerūt? Habentes ante nos traditionem in Eccleſia, quique etiam à Patribus traditum accepèrunt, quemadmodùm etiam hi à ſuis Patribus didicerunt, qui ante ipſos fuerūt, quomodò Eccleſia acceptā à Patribus ſuis veram fidem vſque huc continet, itemq; traditiones. Deinde verò ſi non de eodem argumento quartarum & proſabbathorum ijdem Apoſtoli in conſtitutione dixiſſent, etiam aliter vndique demonſtrare poſſemus. Attamen de hoc exactè ſcribunt. Aſſumpſit autem Eccleſia, & in toto mundo aſſenſus factus eſt, antequàm eſſet Aërius; & qui ab ipſo appellātur Aëtiani. Fortaſsis enim & ob hoc iuſtiſsimū nomen accepit: Aërium enim ſpiritū habebat ex immūditia, quod ab aërijs ſpiritibus prauitatis, in ipſo contra Eccleſiam habitauit.

Feria. 4. & 6. ieiunium.

Conſtitut. Apoſtolicarū lib. 5. c. 11. & 19.

Eccleſiaſtica traditio.

6 CYPRIA. Serm. de Ieiunio & tentationibus Chriſti. Et quia ſolent oratione & ieiunio dæmones edomari, munitio erêmi cum huiuſmodi armatura, exēplo magiſtri recipit Chriſtianos: quos etſi omnes diuerſorium non excipiat loci, animi tamen omnino neceſſaria eſt ſolitudo, vbi erecta ſpecula mens ſibi inſopîta prouideat, & deterſa rubigine coruſcantibus armis importunum hoſtem terreat & repellat. Ieiunijs vitiorū ſentina ſiccatur, petulātia marcet, cōcupiſcentiæ languent, fugitiuæ abeūt voluptates. Extinguitur ardentis Æthnæ incendium, & flammiuomi formax Vulcani extincta intrinſecus, montes conterminos non adûrit. Ieiuniū ſi diſcretione regatur, omnem carnis rebellionem edomat, & tyrannîdem gulę ſpoliat & exarmat. Ieiuniū extraordinarios motus in cippo claudit & arctat, & appetit⁹ vagos diſtringit & ligat. Ieiuniū ſi humilitate ornetur, ſeruos Dei, mūdi efficit contemptores. Ieiuniū carnes azymas mundat & ſolidat, & putredines quæ ex adipe prodeunt, cōſumit & ſiccat. Ieiunium ſcripturarū delitijs paſcitur, contemplatione reficitur, gratia ſtabilitur, cœleſti pane nutritur. Danieli interpretatio ſomniorum reuelatur ieiunio, & tres pueri de Babylonio illęſi egrediuntur incendio. Moyſes in monte quadraginta diebus cum Dño perſeuerans, & Dei familiare colloquium, & Legis miniſterium ieiunio promeretur. Elias quoque eodem dierum numero abſtinens, in erêmo cōuerſatur. Vtilitas ieiuniorum tēporibus Chriſtianis clarius patuit, & à multis frequentata in plurimos ſe effudit. Quotquot viros virtutum vidimus, ſine ieiunio non legimus aſcendiſſe: nec aliquid magnum moliti ſunt, niſi prius abſtinentia præceſsiſſet. Quoties aliquid à Deo obtinere conati ſunt, ieiunijs incubuêre & lacrymis, & pernoctantes in orationibus, cilicijs carni hærentibus, ſupplices beneficia poſtularunt. Nec defuit prouentus, vbi ad pedes Dei ſacrificium contriti cordis offerens ſe proſtrauit humilitas, ſed propè fuit inuocantibus ſe Deus, & porrexit manum naufragis, & ſubuênit afflictis.

Ieiunij vtilitas.

LECTIO IX.

DOCTOR.

QVI ſunt igitur dies publicis Ieiunijs deſtinati?

ADOLESCENS.

Quadrageſimæ, Quatuor temporũ, & [a] alij nonnulli in hoc deſignati. Epiſcopis autẽ iure ſuo licet alios etiã ſuis dies indicere pro varia rerum ac temporum neceſſitate.

DOCTOR.

Sed cùm omnis creatura Dei bona ſit, quorſum tuus iſte ciborum delectus?

ADOLESCENS.

Sanè vt dùm ab his abſtinemus quæ maximè corporis vim alunt ſpiritui perpetuò repugnantem, qualia ſunt carnes, oua, & eius generis alia, ieiunio auſteriori maceremur. Nam is quem hîc adhibere ſolemus ciborum delectus, & ab ipſis vſq; Apoſtolis [b] ad nos dimanauit, & non aliquando ſuperſtitionis cauſa vſurpatus, perinde ac ſi Dei creaturã impuritatis argueremus, ſed ad accuratã magis & expeditam virtutis exercitationẽ, eſt vſitatus.

DOCTOR.

Nulla ergò ratione damnas quæ à Deo creata ſunt.

ADOLESCENS.

Abſit. Eſt enim error hic impius eorum quos grauiter perſtringit Apoſtolus, abſtinentes à cibis, quos Deus creauit, tanquàm [c] immundis atque authore diabolo productis. Abſtinentia autẽ non à nobis ſuſcipitur, vel, vt mẽdacium aliquod tueamur, vel vt Dei creaturam deteſtemur, ſed tùm vti vitia domemus, tùm vt rerum omnium Opifici Deo accuratius famulemur.

DOCTOR.

De eleemoſyna verò quid habes quod dicas?

ADO-

a *D. Ignat. epiſt. ad Philip. Orig. in Leuit. hom. 10. Can. Apoſtolorum. 68. Chryſoſt. in Geneſ. homil. 1. 2. 9. 11. & 30. & ho. 73. ad popu. Aug. contra Fauſt. lib. 30. c. 5. & epiſt. 86. Ambr. in cap. 14. ad Roma. Euſeb. hiſt. Eccleſ. lib. 5. c. 24. Tripar. li. 1. c. 10. & lib. 9. c. 38. & lib. 11. c. 17. Hiero. aduer. Luciſe. Baſil. hom. 1. de Ieiun. & in ebrie. Teleſph. Pap. Calix. Pap. Epipha. hære. 80.*

b *Dan. 10. Iud. 13. Matth. 5. Luc. 1. 1. Timoth. 5. Can. Apoſt. 50. & 52. Tertullia. de cultu mulie. & cont. Pſych. Origen. in Iob. lib. 3. & in Num. homil. 16. Chryſoſt. ad popul. Antioch. hom. 4. & 6. Aug. cõt. Fauſt. lib. 30. c. 5. & lib. 32. c. 13. & contra Adiman. c. 14. & de Eccleſ. dogma. c. 66. & 68. & epiſt. 86. & ſerm. 64. & 65. & de morib. Eccleſ. li. 1. c. 31. et. 33. & de mo. Mani. Hierony. contr. Iou. lib. 2. Theophi. Alex. epiſt. 3. Paſchali. Epipha. vbi ſup.*

c *Tim. 4. Aug. cont. Fauſt. lib. 32. c. 13. Clem. marti. li. 5. & 6. Coſt. Apoſt. Cyril. Hieroſoly. catech. 4. Athana. ad Antioch. principem.*

ADOLESCENS.

Hanc ego exiſtimo eam eſſe opem, quam omnes debẽt fratri ac proximo, ſiue rerũ inopia adflicto, cui tùm [d] ſuppetiæ bonis externis ferendæ ſunt: ſiue aliquo animi morbo laboranti, & tùm is conſolatione, doctrina, caſtigatione, & conſilio eſt iuuandus.

DOCTOR.

Debent'ne omnes hanc opem ac induſtriam proximis?

ADOLESCENS.

Debent ſanè, illi maximè quibus facultas ac modus nõ deeſt. Alioqui enim ea facere alijs iubemur, quæ nobis ipſis fieri volumus. [e] Deniq; paſcẽdi ſunt ij qui eſuriũt, & qui ſitiũt, potu recreandi; Nudis veſtes, Ægrotis opẽ, Carcere & exiliomulctatis libertatem; [f] Mortuis ſepulturam: Adflictis conſolationem, Ignaris doctrinam, Mœſtis conſolationem, cæteraq; omnia pietatis officia, omnes pro ſua quiſq; parte, cuiq; ſine controuerſia debemus.

DOCTOR.

Hoc vnum videtur in pœnitentia ſupereſſe, vti paucis eius vim ac emolumenta nobis enumeres.

ADOLESCENS.

Nos hoc in primis pœnitentiæ vſu, conſcientiæq; diſquiſitione, magnum noſtri ipſorum [g] contemptũ, ac humilitatem ex vitiorum noſtrorũ cognitione ortam, reportamus: Deinde [h] peccatorum remiſsionẽ ex vi ac natura Sacramẽti, atq; ex ipſa clauium authoritate obtinemus. Ad hæc, eorum conſilio facti ſapientiores, quos Paſtores ac tanquàm Patres veneramur, ac audimus, diſcimus nobis ipſis, & immoderatis cupiditatibus noſtris paulatim dominari. Prætereà, magnã inde lucẽ ad boni & mali [i] cognitionem accipimus: Illud quidem vt conſequamur: ab iſto verò, vt maxime abhorreamus. Poſtremò hæc ea eſt certiſsima ſui ipſius probatio ac diſquiſitio, quã Apoſtolus ab ijs exigit qui ſacrã Euchariſtiam ſunt percepturi. [k]

d Eccli. 17. 19. & 35. Tob. 12. Matth. 6. Luc. 12. Philip. 4. Hebr. 13.

e Prouer. 25. & 27. Eccli. 19. & 20. Matt. 7. & 18. Luc. 6. Galat. 6. 2. Tim. 2.

f Iſai. 58. Ezech. 18. Eccli. 7. Matth. 25. Iacob. 2. Chryſoſt. de diui. & Lazaro. & in Matt. hom. 46. in Ioan. homil. 25. in Gen. hom. 3. & 10. & ad popu. hom. 34. Euſeb. Emiſ. Nazian.

g Clemens mart. epiſt. 1. Chryſoſt. ſerm. de pœni. & in Gen. hom. 4. Orig. in Leuit. hom. 3. & 5.

h Ioan. 20. Cyril. in Ioan. lib. 12. c. 56. Amb. de pœnit. lib. 1. Aug. de Verb. Dom. ſer. 8.

i Orig. hom. 2. in pſal. 38. Hiſt. Trip. lib. 9. c. 35. Baſil. regul. bre. c. 289. Hiero. in Ecclem. c. 10. & in pſal. 38. Niceph. lib. 12. c. 34. Aug. de viſita. infir. lib. 2. Diado. & alij vbi ſup.

k 1. Corinth. 11.

AVTHORIT. SCRIPT.

B DANIEL. Cap. 10. In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus, panem deſiderabilem non comedi,& caro & vinum non introierunt in os meum, ſed neque vnguento vnctus ſum:donec compleretur trium hebdomadarum dies.

IVDIC. Cap. 13. Erat autem quidã vir de Saraa, & de ſtirpe Dan, nomine Manue,habens vxorem ſterilem. Cui apparuit Angelus Domini,& dixit ad eam, Sterilis es,& abſque liberis,ſed concipies & paries filium. Caue ergò ne bibas vinũ ac ſiceram,nec immundũ quidquam comedas. *Et iterum*. Quando, (*inquit Manue*) ſermo tuus fuerit expletus,quid vis vt faciat puer? aut à quo ſe obſeruare debebit? Dixitque Angelus Domini ad Manue,Ab omnibus quæ loquutus ſum vxori tuæ,abſtineat ſe, & quidquid ex vinea naſcitur non comedat,vinum& ſiceram non bibat, nullo veſcatur immundo: & quod ei præcepi,impleat atque cuſtodiat.

MATTH. Cap.5.Beati qui eſuriũt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.

LVC. Cap. 1. Vocabis nomen eius Ioannem,& erit tibi gaudiũ & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt.Erit enim magnus coram Domino:& vinum & ſiceram non bibet.

PRIO. Ad Timoth.Cap.5. Noli adhuc aquam bibere,ſed modico vino vtere propter ſtomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates.

C PRIO. Ad Timoth.Cap.4.Spiritus autem manifeſtè dicit, quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum,in hypocriſi loquentiũ mendacium,&cauteriatam habentium ſuã conſcientiam,prohibentium nubere,abſtinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendũ cum gratiarũ actione, fidelibus,& ijs qui cognouerunt veritatem.Quia omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem.

D ECCLESIASTICI, Cap. 17. Et mandauit illis, vnicuique de proximo ſuo.E T. Eleemoſyna viri,quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabit, & poſteà reſurget, & retribuet illis retributionem, vnicuique in caput ipſorum,& conuertet in interiores partes terræ.

E T Cap.29. Conclude eleemoſynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo.

E T Cap. 35. Retribuet gratiam qui offert ſimilaginem, & qui facit miſericordiam,offert ſacrificium.

TOBIÆ, Cap. 12. Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna, magis quàm theſauros auri recondere. Quoniam eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt, quæ purgat peccata,& facit inuenire miſericordiam, & vitam æternam.

MATTH. Cap.6. Cùm facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te,ſicut hypocrytę faciunt in ſynagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus: Amen dico vobis receperunt mercedem ſuam. Te autem faciente eleemoſynam,neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua,vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & Pater tuus qui videt in abſcondito,reddet tibi.

LVCÆ, Cap.12. Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam. Facite vobis ſacculos qui non veteraſcunt; theſaurum non deficientem in cœlis, quò fur nõ appropiat, nec tinea corrumpit.

AD PHILIPPENS. Cap.4.Verumtamen bene feciſtis communicãtes tribulationi meę.Scitis autem & vos Philippenſes,quòd in principio Euangelij quando profectus ſum à Macedonia,nulla mihi Eccleſia communicauit in ratione dati & accepti, niſi vos ſoli;quia & Theſſalonicã ſemel & bis in vſum mihi miſiſtis. Non quia quæro datũ,ſed requiro fructũ abundantem in ratione veſtra.

AD HEBRÆ: Cap.13. Beneficentiæ autem & communionis, nolite obliuiſci. Talibus enim hoſtijs promeretur Deus.

E PROVERB. Cap. 25. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum:ſi ſitierit, da ei aquam bibere. Prunas enim congregabis ſuper caput eius,& Dñs reddet tibi.

E T Cap. 27. Melior eſt manifeſta correptio,quàm amor abſconditus. Meliora ſunt vbera diligentis,quàm fraudulenta oſcula odientis.

ECCLESIASTICI, Cap. 19. Corripe amicum,ne fortè non intellexerit, & dicat, Non feci; aut ſi fecerit, ne iterum

iterum addat facere. Corripe proximum, ne fortè non dixerit:& ſi dixerit, ne fortè iteret. Corripe amicum, ſępè enim fit com miſsio.

E T Cap.20. Quàm bonum eſt arguere, quàm iraſci, & cõfitentem in oratione nõ prohibere.

M A T T. Cap. 7. Omnia ergo quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis.

E T Cap.18. Si autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum: ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum.

L V C. Cap.6. Et prout vultis vt faciãt vobis homines, & vos facite illis ſimiliter.

A D G A L A T. Cap.6. Fratres, etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum ne & tu tentêris. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legẽ Chriſti.

P O S T E R. Ad Timoth. Cap.2. Seruum autem Domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientem, cum modeſtia corripiẽtem eos qui reſiſtunt veritati: nequando det illis Deus pœnitentiam, ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem.

F I S A I. Cap.58. Vt ſup. Cap. 2. Lect. 6. litera H.

E Z E C H. Cap.18. Et vir ſi fuerit iuſtus & fecerit iudicium & iuſtitiã, in montibus non comederit, & oculos ſuos non leuauerit ad idôla domus Iſrael, &c. Panem ſuum eſurienti dederit, & nudũ operuerit veſtimento, &c. Hic iuſtus eſt, vita viuet, ait Dominus Deus.

E C C L E S I A S T I C I, Cap. 7. Pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio & benedictio tua. Gratia datus, in conſpectu omnis viuentis, & mortuo non prohibeas gratiam. Non deſis plorantibus in conſolatione, & cum lugentibus ambula. Non te pigeat viſitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis.

M A T T H. Cap.25. Venite benedicti Patris mei, poſsidete paratũ vobis regnum à conſtitutione mundi. Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes erã, & collegiſtis me: nudus, & operuiſtis me: infirmus, & viſitaſtis me: in carcere eram, & veniſtis ad me.

I A C O B. Cap.2. Iudicium enim ſine miſericordia illi, qui non fecit miſericordiam. Superexaltat autem miſericordia iudicium.

H I O A N N. Cap.20. Accipite Spiritũ ſanctum, Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinue ritis, retenta ſunt.

K P R I O. Ad Corinth. Cap. 11. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Dñi.

AVTHORIT. PATR.

A 1 IGNATIVS Martyr, Epiſt. ad Philippenſes. Quadrageſimam nolite pro nihilo habere: imitatiunem enim continet Dei conuerſationis. Hebdomadam etiam Paſsionis nolite deſpicere. Quarta verò & ſexta feria ieiunate, reliquias pauperibus porrigentes.

Quadrageſima & feriæ 4. & 6. ieiunium. *Hebdomada Paſsionis.*

2 O R I G E N. tomo.1. in Leuiticum, Hom.10. Tu ſi vis ieiunare ſecũdùm Chriſtum, & humiliare animam tuam, omne tibi tempus aptum eſt totius anni: imò totius vitæ tuæ dies habeto ad humiliandam animam tuam, ſi tamen didiciſti à Domino Saluatore noſtro, quia mitis eſt, & humilis corde. Quando ergo non eſt tibi humiliationis dies, qui Chriſtum ſequeris, qui eſt humilis corde, & humilitatis magiſter? Tu itaque ſi vis ieiunare, ieiuna ſecundùm præceptum Euangelij, & obſerua in ieiunijs Euangelicas Leges, in quibus hoc modo Saluator de ieiunijs mandat: Tu autem ſi ieiunas, vnge caput tuum; & faciem tuam laua. *Et poſt pauca.* Indignati ſunt aliquando Phariſæi Domino, cur non ieiunarent diſcipuli eius: quibus ille reſpondit, Quia non poſſunt filij ſponſi ieiunare quandiu cum ipſis eſt ſponſus. Illi ergò ieiunent qui perdiderunt ſponſum, nos habentem nobiſcũ ſponſum, ieiunare non poſſumus. Nec hoc tamen ideò dicimus, vt abſtinentiæ Chriſtianæ fræna laxemus; habemus enim Quadrageſimæ dies ieiunijs conſecratos, habemus quartam & ſextã ſeptimanæ dies, quibus ſolẽniter ieiunamus. Eſt certè libertas Chriſtiano

Ieiunio omne tempus aptum. *Matt. 11.* *Ieiunij Leges ſeruandæ.* *Matth. 6.* *Matth. 9.* *Feria. 4. & 6. ac Quadrageſimæ ieiunium.*

Ieiunij vtilitas.

per omne tempus ieiunandi, nõ obſeruantiæ ſuperſtitione, ſed virtute continentiæ. Nam quomodò apud eos caſtitas incorrupta ſeruatur, niſi arctioribus continentiæ fulta ſubſidijs? Quomodò Scripturis operam dabunt? Quomodò ſcientiæ & ſapientiæ ſtudebunt? Non'ne per continentiam vẽtris & gutturis? Quomodò quis ſeipſum caſtrat propter regnum cœlorum, niſi ciborum affluentiam reſecet? niſi abſtinẽtia vtatur miniſtra? Hæc ergo Chriſtianis ieiunandi ratio eſt.

Ieiunãdum in Quadrageſima, nec nõ feria. 4. & 6.

3 CANON Apoſtolorum. 68. Si quis Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel Lector, vel Cantor, ſanctam Paſchæ Quadrageſimam non ieiunat, vel quartum diem vel paraſceuem, pręterquam ſi propter imbecillitatem corporalem impediatur, deponatur. Si ſit autem laicus, ſegregetur.

4 CHRYSOST. tom. 1. in Geneſ. Homil. 1. Eapropter & ipſe hodie ingenti alacritate ſurrexi, vnà vobiſcum lætitiæ illius ſpiritualis particeps futurus, & volens aduentus ſanctæ Quadrageſimæ, remedij inquã animarũ noſtrarũ, vobis annũciator eſſe. Cõmunis enim noſtri omnium Dñs, veluti Pater filios indulgẽter amãs, cupiẽs ea quæ vnquàm peccauimus, nos abluere, hanc nobis quæ per ieiunium fit, curationẽ adinuênit. Nullus igitur ſit mœſtus, &c. Hæ veræ feriæ ſunt, vbi animarũ ſalus, vbi pax & concordia eſt, vbi omnis huius vitæ apparatus abigitur, vbi clamor & tumultus, & coquorum diſcurſus, & pecudũ mactationes, è medio tolluntur, &c.

Quadrageſimæ ieiuniũ, & laus.

5 ET Hom. 2. Ideò & nos paucis hodie apud charitatem veſtram diſſerentes, deprõptas è diuinis Scripturis nõnullas ſubtiliorum ſenſuum doctrinas, proponere conabimur. Nam ſi nunc hoc non fecerimus, quando eſt ieiunium, & gulæ contemptus, & tanta bonarum cogitationum ſerenitas, quomodò talia veſtræ charitati apponere poterimus, quando delitiæ, comeſſationes, & magna deſidia? Quin tunc nec ipſi, vt par eſt, hoc faciemus, nec vos aliquid eorum quæ dicuntur, accipere poteritis, vtpote à tenebris cogitationumque fluctibus ſubmerſi. Nunc autem, ſi quod aliud tempus, hoc hiſce doctrinis maximè idoneum eſt: quãdoquidem ſerua iam non inſurgit aduerſus dominam, ſed libenter fert habenas, facilè perſuadetur, multã præſefert obedientiam, incompoſitos carnis motus compeſcit, & intra ſuos manet terminos. Ieiunium enim eſt animarum noſtrarum tranquillitas, ſenum decor, adoleſcentum pædagogus, continentium magiſter, qui omnem ætatem & ſexum quaſi diademate quodam ornat. Nuſquàm hodie tumultus, vel clamor, vel carnium cõciſiones, vel coquorum diſcurſus: ſed omnia illa abierunt, & imitatur hæc ciuitas honeſtã quandam, continentem, & ſobriam matrem familiâs. Vnde cùm mecum cogito repentinam mutationem quæ hodie facta eſt, & repeto memoria heſterni diei ſtatum, admiror & obſtupeſco ieiunij vires & potentiam, quomodò in ſingulorum ingreſſum conſcientias, transformauerit cogitationes, purificauerit mentem, non magiſtratuum tantùm, ſed & priuatorum: non liberorum tantùm, ſed & ſeruorũ: nõ virorum tantùm, ſed & mulierum: non diuitum tantum, ſed & pauperum, &c.

Primi diei Quadrageſimæ ſanctitas, & ieiunij vtilitas.

Ieiunij certum tẽpus.

6 ET Homil. 9. Nam niſi nunc ad profundiora Scripturarum ſenſa deſcenderimus, & vos mentem veſtram coaptaueritis, quando ieiunij tempus, quando ad natandum membra noſtra ſunt leuia, mentis autem oculus acutior, vtpote non turbatus damnoſo voluptatis flore: ſpiritus quoque ne male habeat, ſufficientior: quando commodè poterimus hæc facere? Non quando delitiæ, & ebrietas, & voracitas, & crapula, & alia quæ inde naſcuntur, mala regnant. *Et prope finem.* Conteramus igitur pectus noſtrũ, humiliemus (obſecro) mẽtem, & maximè nunc cùm hoc ieiunij tempus multa nobis præbet ſubſidia. Nam ſi ita affecti fuerimus, poterimus & magna ſobrietate preces facere, & confitentes peccata multùm gratiarum ſupernè obtinere. *Et mox.* Chariſsimi, adiumento nobis nunc eſt ieiunij tempus, omnes ad confeſsionem peccatorum noſtrorum feſtinemus, & ab omni quidem malitia abſtineamus, exerceamus autem virtutes omnes.

Peccatorum cõfeſsio in Quadrageſima.

7 ET Hom. 11. Quemadmodum in vijs publicis ſunt ſtationes, & diuerſicula, in quibus feſsi viatores & reſpirant & quieſcunt, vt alacrius poſteà iter ſuum conficiant: & ſicut in mari littora ſunt & portus, vt in eos ſe recipiãt nauigantes, & expectent donec ventorum impetus cõquieſcant, & ſic iterũ nauigare incipiant: Ita & nunc his qui in hac Quadrageſima ieiunij curſum

Quadrageſimæ ieiunium & laus. curſum ſuſcepere, quaſi ſtationes, & diuerticula, & littora, & portus, per duos hebdomadæ dies Dominus quietem largitus eſt, vt & corpori aliquantulùm ieiunij labores remittantur, & animam refocillent ieiunãtes, & exactis duobus illis diebus in pulchrè cœpto itinere alacriter pergant.

8 ET Homil.30. Ecce tandem ad finẽ ſanctæ Quadrageſimæ venimus, & ieiunij nauigationẽ perfecimus, appulimusq; (Dei gratia) in portum. Verùm non ideò negligentes ſimus, ſed hac de cauſa iterum maius ſtudium, maiorem diligentiam, maioremque vigilantiam exhibeamus. *Et mox.* Quia in magnam hanc hebdomadam peruẽnimus, Dei gratia, nunc maximè & ieiunij curſus intendendus, & magis continuandę ſunt preces, faciendaque diligens & pura peccatorum confeſſio, &c. *In hebdomada ſanctâ iô ſtiendum.*

Tota Quadrageſima ieiunandum. 9 IDEM tomo.5. ad populum Antiochenum, Homil.73. *In principio.* Non hoc ſolùm exquiritur chariſsimi, vt per ſingulos dies huc cõueniamus, & de iiſdem audiamus continuè, & totã ieiunemus Quadrageſimam, &c.

10 AVGVST. tom.6. Contra Fauſtum Manichæum, Lib.30. Cap.5. Audi quod confitêris te non videre, qua mente & conſilio hoc aduerſùm vos capitulum proferamus: non quòd à carnibus abſtineatis, nam hoc à quibuſdam & primi Patres noſtri fecer ũt, ſicut cõmemoraſmô tamen ea damnandi, ſed ſignificandi gratia, quod non intelligitis. Et vnde iam quantùm ſufficere videbatur in ſuperioribus partibus operis huius, locutus ſum: & Chriſtiani non hæretici, ſed Catholici, edomandi corporis cauſa propter animam ab irrationalibus motibus amplius humiliandam, non quòd illa eſſe immunda credant, non ſolùm à carnibus vel à quibuſdam etiam terræ fructibus abſtinent, vel ſemper, ſicut pauci: vel certis diebus atq; temporibus, ſicut per Quadrageſimam ferè omnes: quantò magis quiſque vel minus, ſeu voluerit, ſeu potuerit. *Ciborum delectus cur fiat.* *Per Quadrageſimam omnes carnibus abſtinent.*

11 IDEM tomo.2. Epiſtola.86. ad Caſulanum. Quòd ergò me conſulis, vtrũ Sabbathis liceat ieiunare: reſpondeo, ſi nullo modo liceret, profectò quadraginta continuos dies nec Moyſes, nec Elias, nec ipſe Dominus ieiunaſſet. *Et poſt multa.* Si autem quoniam huic, quantùm potui, ſufficienter reſpondiſſe me puto, de hac re ſententiam meam quæris, ego in Euangelicis, & Apoſtolicis literis, totoque inſtrumento, quod appellatur Teſtamentum nouum, animo id reuoluens, video præceptum eſſe ieiunium. Quibus antem diebus non oporteat ieiunare, & quibus oporteat, præcepto Domini vel Apoſtolorum non inuenio definitum. *Et poſt nonnulla.* Cur autem quarta & ſexta maximè ieiunet Eccleſia, illa ratio reddi videtur, quòd conſiderato Euangelio, ipſa quarta Sabbathi, quam vulgò quartam feriam vocant, conſilium reperiuntur ad occidendum Dominum feciſſe Iudæi. Intermiſſo autẽ vno die, cuius veſpera Dominus Paſcha cum diſcipulis manducauit, qui finis fuit eius diei quem vocamus quintam Sabbathi: deinde traditus eſt ea nocte quæ iam ad ſextam Sabbathi, qui dies Paſſionis eius manifeſtus eſt, pertinebat. Hic dies primus azymorum fuit, incipiens à veſpera. Sed Matthæus Euangeliſta quintam Sabbathi dicit fuiſſe primam diem azymorum, quia eius veſpera ſequente futura erat cœna Paſchalis, qua cœna incipiebat azymum & ouis immolatio manducari. Ex quo colligitur quartam Sabbathi fuiſſe quando Dominus ait, Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet, & Filius hominis tradetur, vt crucifigatur. Ac per hoc dies ipſe ieiunio deputat' eſt: quia ſicut Euangeliſta ſequitur, & dicit, Tunc congregati ſunt Principes ſacerdotum, & ſeniores populi in atrium Principis ſacerdotum qui dicebatur Caiphas, & cõſilium fecerunt, vt Ieſum dolo tenerent, & Occiderent. Intermiſſo autẽ vno die, de quo dicit Euangeliũ, Prima autem azymorum accesſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes, Vbi vis paremus tibi comedere Paſcha? Hoc ergò die intermiſſo paſſus eſt Dominus, quod nullus ambigit, ſexta Sabbathi: Quapropter & ipſa ſexta rectè ieiunio deputatur. Ieiunia quippe humilitatem ſignificant: vnde dictum eſt: Et humiliabam in ieiunio animam meam. Sequitur Sabbathum, quo die caro Chriſti in monumẽto requieuit, ſicut in primis operibus mundi requieuit Deus illo die ab omnibus operibus ſuis. Hine exorta eſt iſta in regia illa veſte, varietas, vt alij, ſicut maximè populi Orientis, propter requiẽ ſigni- *Lex Diuina præcipit ieiunium.* *Feria 4. & 6. cur ieiunandum.* *Matth. 26.* *Ioan. 19.* *Matth. 26.* *Pſalm. 34.* *Geneſ. 2.* *Pſalm. 44.*

Diuerſitas ieiunij, iuxta diuerſitatem Eccleſiarum.

15 ET Lib. 9. Cap. 38. Nam in ipſis ieiunijs aliter apud alios inuenîmus obſeruari. Romani enim tres ante Paſcha ſeptimanas, pręter ſabbathnm & Dominicam, ſub continuatioue ieinnant. Illyrici verò, & tota Hellas, Alexandrla qnoque, ante ſex ſeptimanas ieiunant: eaque ieinnia Quadrageſimam vorant. Alij verò ante ſeptem Paſchæ ſeptimanas, ieiuniorum farere noſcuntur initia, & tres tantummodò ſeptimanas, hoc eſt, quinis diebus per intermiſsionem aliarum duarum ſeptimanarum ieiunantes, nihilominus Quadrageſimam vocant. Vnde miror cùm numerum ipſum nō habeanr, quomodò Quadrageſimam vocent. Sed etiam ciborum abſtinentiam non ſimilem habent: nam alij omnino ab animatis abſtinent: alij ex animantibus piſres ſolummodò comedūt: quidam cùm piſcibus, veſcnntur & volatilibns, dicentes hæc ſecundùm Moyſen ex aqua habere ſnbſtantiam. Alij verò, etiam raſeis, & ouis abſtinere noſcuntur: quidam ſicco tantummodò pane veſcuntur: alij neque hoc: alij vt ad nonam ieiunantes horam ſine diſcretiooe cib orum, reficiuntur: & innumeræ conſuetudines apud diuerſos inneniuntur. Et quia lectio nulla ex hoc inuenîtur antiqua, puto Apoſtolos ſingulorum hoc reliquiſſe ſententiæ, vt vnuſqniſque operetur, non timore, non neceſsitate, quod bonum eſt. *Et in fine.* Romæ Sabbatha vniuerſa ieiuoant.

Ciborum delectus qualis.

Gen. 1.

Cæſaris ieiunium, & ipſius Regia inſtar monaſterij.

16 E T Lib. 11. Cap. 17: *De Imperatore Theodoſio, hæc recenſet.* Perdurabat in frigore ſimiliter & in æſtu. Plerunque ieiunabat, & maximè quarta feria & ſexta ſtudio Chriſtianiſmi: nec aliud quàm monaſterium regalia videbantur.

Traditionis vis & authoritas.

17 HIERONYMVS tomo. 2. aduerſùs Luciferianos. Etiam ſi Srripturæ authoritas non ſubeſſet, totius orbis in hanc partem conſenſus, inſtat præcepti obtineret. Nam & multa alia quæ per traditionem in Eccleſijs obſeruantur, authoritatem ſibi ſcriptæ legis vſurpauerunt: velut in lauacro ter caput mergitare: deinde egreſſos lactis, & mellis prægustare conrordiam, ad infantiæ ſignificationem: die Dominico, & per omnem Pentecoſten, nec de geniculis adorare, & ieiunium ſoluere: multaque alia quæ ſcripta non ſunt, rationabilis ſibi obſeruatio vindicauit.

Ieiunio omne tempus vtile.

18 BASILIVS Homil. 2. De Ieiunio. Ieiunium per omne quidem tempus vtile elt his qui illud ſponte ſuſripiunt. (Nec enim aſſultus dæmonum quirquam audet aduerſùs ieiunantem, & Angeli diligentius adſunt ijs qui ieiunio purgatam habent animam) ſed multò magis hor tempore, quo per vniuerſum terrarnm orbem vndique denunriatur ieiunij præconium. Nec vlla elt inſula, nec vlla rerra continens, non ciuitas, non gens vlla, non extremns mundi angulus, vbi non ſit auditum Ieiunij edictum. Quin & exerritus, & viatores, & nautæ, & negotiatores, omnes pariter audiunt edictum, & ſummo gaudio excipiunt. Ne quis igitur ſemet excludat à numero ieiunantium, in quo omne hominū genus, omnis ętas, omnis dignitatum formę cenſentur. Angeli ſunt qui in ſingulis Eccleſijs deſrribunt ac recenſent ieiunantium capita.

Ieiunij bona.

Quadrageſimæ ieiuniū omnes vbiq; obſeruant.

Ieiunium Quadrageſimæ.

19 IDEM Hom. in ebrîetatem & luxū. Si enim in tot admonitionibus quas & ſuperiore tempore vos adhortando non prętermiſimus, & deinceps ſeptem iſtis ieiunij hebdomadis, nocte ac die, per Euangelirā vos doctrinā ſine iotermiſsione obteſtati, nihil penitus profecimus: qua vos ſpe hodierna die alloquemur amplius, aut adhor tabimur?

Quadrageſimæ ieiuniū omnibus clericis indictum.

20 TELESPHORVS Papa martyr, in Epiſt. ad omnes vniuerſaliter, Cap. 1. (*Habetur tom: 1. Conciliorum.*) Cognoſrite à nobis, & à cūctis Epiſropis in har ſancta & Apoſtolira ſede Cōgregatis, ſtatutum eſſe vt ſeptē hebdomadas plenas ante ſanctum Paſcha omnes clerici in ſurtem Dñi vorati, à carne ieiunent: quia ſicut diſrreta eſſe debet vita clericorum à laicorum conuerſatione, ita & in ieiunio debet fieri diſcretio. Et ſicut lairi & ſeculares homines nolunt eos recipere in accuſationibus, & infamationibus ſuis, ita nec rleriri debēt eos recipere in impulſationibus ſuis, quoniā in omnibus diſcreta debet ſemper eſſe, & ſegregata vita & rōuerſatio clericorum ac ſecularium laicorū. Et ſicut hi amplius ſunt applirati diuinis cultib⁹, & familiares dicuntur Dñi Saluatoris, ita moribus & cōuerſatione atque ſanctitate debent eſſe diſtincti. Has ergò ſeprem hebdomadas omnes rleriri à rarne & delitijs ieiunent, & hymnis, & vigiliis, atq; orationibus Dño inhærêre die noctuque ſtudeant.

21 CALIXT. Primus Papa mart. in Epiſt.

Epiſt. ad Benedictũ Epm, Cap. 1. (*Habetur tom. 1. Conciliorũ.*) Ieiuniũ quod ter in anno apud nos celebrari didiciſti, cõuenientius nũc per Quatuor tẽpora fieri decernim⁹, vt ſicut ann⁹ per Quatuor voluitur tẽpora, ſic & nos quaternum ſolenniter agamus ieiunium per anni Quatuor tempora. Et ſicut replemur frumento, vino, & oleo ad alenda corpora, ſic repleamur ieiunio ad alendas animas, iuxta Prophetæ Zachariæ vocem, qui ait. Factum eſt verbum Domini ad me dicens: Hæc dicit Dominus exercituum; Sicut cogitaui vt affligerem vos cùm ad iracundiam prouocaſſent me Patres veſtri, & non ſum miſertus: ſic conuerſus cogitaui in diebus iſtis, vt benefaciam Hieruſalem & domui Iuda. Nolite timere. Hæc ſunt verba quæ facietis; Loquamini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo, veritatem & iudicium pacis iudicate in portis veſtris, & vnuſquiſque malum contra amicum ſuum ne cogitetis in cordibus veſtris, & iuramentum mendax ne diligaris. Omnia enim hæc ſunt quæ odiui, dicit Dominus exercituum. Et factum eſt verbum Domini exercituum ad me dicens, Hæc dicit Dominus exercituum, Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium ſeptimi, & ieiunium decimi erit domui Iudæ in gaudium & in lætitiam & in ſolennitates præclaras: veritatem tantùm & pacem diligite, dicit Dominus exercituum. In hoc ergo omnes nos vnanimes oportet eſſe, vt ſecundùm Apoſtolicam doctrinam, Idipſum dicamus, & nõ ſint in nobis ſchiſmata: ſimus autẽ perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia: in cuius operis deuotione gratulamur dilectionem tuam eſſe conſortem. Non decet enim à capite membra diſsidêre, ſed, iuxta ſacræ Scripturæ teſtimonium, omnia membra caput ſequantur. Nulli verò dubium eſt, quòd Apoſtolica Eccleſia mater ſit omnium Eccleſiarum, à cuius vos regulis nullatenus conuenit deuiare. Et ſicut Dei Filius venit facere volũtatem Patris, ſic & vos voluntatẽ veſtræ impleatis matris, quæ eſt Eccleſia: cuius caput, vt prędictum eſt, Romana exiſtit Eccleſia. Quidquid ergo ſine diſcretione iuſtitiæ contra huius diſciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit.

Ieiunium Quatuor tẽporum.

Zach. 8.

1. Cor. 1.

Romana Eccleſia mater omnium Eccleſiarum.

22 EPIPHANIVS, Hæreſi. 80. cõtra Maſſalianos, in compendiaria vera doctrina de fide Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ. Communiones autem ſiue ſynaxes fieri, ordinatæ ſunt ab Apoſtolis quarta & proſabbatho, & Dominica. Quarta verò & proſabbatho ieiunium ſtatutum eſt vſque ad horam nonam. Nam illuceſcente quarta, aſſumptus eſt Dominus, & proſabbatho crucifixus eſt. Et tradiderunt Apoſtoli, vt in his diebus ieiunia fierent, ita vt impleatur dictum hoc, Cùm ablatus fuerit ab eis ſponſus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Et non vt gratiam aut beneficium exhibeamus ei qui pro nobis paſſus eſt, ieiunium nobis conſtitutum eſt: ſed vt confiteamur ad noſtram ſalutem Domini paſsionem, quam pro nobis ipſe ſuſcepit: & vt pro peccatis noſtris ieiunia nobis apud Deum ſupputentur. Et per totum quidem annum ieiunium hoc ſeruatur in eadem ſancta Catholica Eccleſia, quarta, inquam, & proſabbatho vſque ad horam nonam, excepta ſola Pẽtecoſte per totos quinquaginta dies, in quibus nec genua flectuntur, neque ieiunium imperatum eſt. Cæterum pro communionibus, quæ quarta & proſabbatho vſque ad horam nonam fiunt, in die Dominica matutinis horis communiones fiũt. Inſuper verò in quinquaginta diebus Pentecoſtes, de quibus dixi, non eſt ieiunium, neque in die Epiphaniorum, hoc eſt, Apparitionis, & Aduentus, quando natus eſt in carne Dominus, ieiunare licet, etiamſi contingat vt ſit quarta aut proſabbathum. Verùm ex bono propoſito, pietatis exercitatores in ipſa Eccleſia ſemper ieiunant, excepta Dominica, & Pentecoſte: ſemper item vigilias agunt. At verò Dominicas omnes delicatas ducit ſancta hæc Catholica Eccleſia, & communiones manè perficit, & non ieiunant. Inconſentaneum enim eſt in Dominica ieiunare. Porrò Quadrageſimam ante ſeptem dies ſancti Paſchatis ſimiliter ſeruare ſolet eadem Eccleſia in ieiunijs perſeuêrans. Dominicis verò omnino non, neque in ipſa Quadrageſima. Cæterum per ſex dies ipſius Paſchatis, omnes populi in ſiccorum eſu perſeuêrant, pane, inquam, & ſale, & aqua tunc vtentes ad veſperam. Sed & pietatis ſtudioſi duplas & triplas ac quadruplas tranſmittant, & aliqui totam hebdomadam vſque ad gallicinium Dominicæ illuceſcentis.

Quo tempore cõmunicandum & ieiunãdum.

Matt. 9. Marc. 2. Luc. 5.

Dominico die non ieiunandum.

Quadrageſima ieiuniũ ſeruandum.

Hebdomadę ſanctæ abſtinentia.

B

1 CANON Apoſtolorum. 50. Si quis Eps, presbyter, vel diaconus, vel omnino ex

ſacer-

A nuptijs, carnibus, et vino, quo ſi ne abſtinendum. Gen. 1.

ſacerdotali numero, à nuptijs, carnibus, & vino, non propter exercitationẽ, ſed propter abominationem abſtinet, oblitus quòd omnia valde bona, & quòd maſculinũ & fœmininũ fecit Deus hominẽ: ſed blaſphemans calumniatur opificiũ: vel corrigatur, vel deponatur, & ex Eccleſia eijciatur. Similiter & laicus.

2 ET Cano. 52. Si quis Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, in feſtis diebus carnem & vinum non ſumit, abhorrens, & nõ propter exercitationem, deponatur: vt qui habeat iniuſtam conſciẽtiam propriam, & ſit multis offenſionis cauſa.

Quæ de cauſa à quibuſdã cibis abſtinendum.

3 TERTVL. Lib. de Cultu fœminarum, Cap. 9. Quidam ipſam Dei creaturã ſibi interdicunt, abſtinentes vino, & animalibus exulantes, quorũ fructus nulli periculo aut ſolicitudini adiacent, ſed humilitatem animæ ſuæ in victus quoque caſtigatione Deo immolant.

Matth. 9.

Abſtinẽtia cur vſurpãda.

4 IDEM Lib. De Ieiunijs aduerſus Pſychicos, Cap. 13. Præſcribitis (ô hæretici) conſtituta eſſe ſolennia huic fidei, ſcripturarum vel traditione Maiorum, nihilq; obſeruationis amplius adijciendum ob illicitum innouationis. Srate in iſto gradu ſi poteſtis. Ecce enim conuenio vos, & pręter Paſcha ieiunantes citra illos dies, quibus ablatus eſt ſponſus, & ſtationum ſemiieiunia interponentes, & vos interdum pane & aqua victitantes, vt cuique viſum eſt: denique reſpondetis hæc ex arbitrio agenda, non ex imperio. Mouiſtis igitur gradum excedendo traditionem, cùm quæ non ſint conſtituta, obitis. Quale eſt autem, vt tuo arbitrio permittas, quod imperio Dei non das? Plus humanæ licebit voluntati, quàm diuinæ poteſtati? Ego me ſeculo, non Deo, liberum memini: ſic meum eſt vltrò officium facere Domino, ſic indicere illius eſt: non tantùm obſequi ei debeo, ſed & adulari: illud enim imperio eius, hoc arbitrio meo pręſto. Bene autem, quòd & Epiſcopi vniuerſæ plebi mandare ieiunia aſſolent, non dico de induſtria ſtipium conferendarum, vt veſtræ capturæ eſt, ſed interdũ & ex aliqua ſolicitudinis eccleſiaſticę cauſa.

Epiſcopi ieiunia præcipere poſſũt.

Ieiunia quã do ſeruãda.

5 ET Cap. 15. Quantula eſt enim apud nos interdictio ciborum? Duas in anno hebdomadas xerophagiarum, nec totas, exceptis ſcilicet Sabbathis & Dominicis, offerimus Deo, abſtinentes ab eis quæ non reijcimus, ſed differimus.

Ioel. 1.

6 ET Cap. 16. Nam & Ioel exclamauit: Sancite ieiunium, & prædicate curationem: proſpiciens iam & tunc & alios Apoſtolos, & Prophetas ſanciturος ieiunium, & prædicaturos officia curantia Deum.

Ieiuniorum cibi quales.

Eccli. 37.

Incontinentia, plus nocet quã faſcinatio.

7 ORIGENES tomo. 1. Lib. 3. in Iob. Cùm infrunitè manducauerint vel biberint, cùm ipſa viſcera non ſufferentia perturbata fuerint, & in dolorẽ atque infirmitatẽ fuerint conuerſa, iuxta hoc quod dictum eſt; In eſcis plurimis, ſit Infirmitas: tunc nimirùm dicũt inſipienter, quòd faſcinatus ſit quilibet. Quando ieiunamus, ô viri, abſtinemus nos, vt non guſtemus carnes, neque vinum, nec ſuperfluas eſcas: tũc quare non faſcinamur? Mox autem vt rurſus manducare atque bibere cœperimus, continuò & ventris commotio, atque viſcerum perturbatio fit, niſi is ſolus effugerit; qui valde ſibi metipſi intenderit, ne guſtet quidquam ſuperfluum. Sic itaque non faſcinationes præualent quicquam, ſed hominum incontinentia.

Num. 23.

Abſtinendũ à ſanguine. Act. 15.

8 IDEM in Numer. Hom. 16. *Prope finem. Non dormiet donec comedat prædam, & ſanguinem vulneratorum bibat* In his verbis quis ita erit hiſtoricæ narrationis contentioſus adſertor, imò quis ſic abruptus inuenitur, qui non horreſcens ſonum literę, ad allegoriæ dulcedinem ipſa neceſsitate confugiat? Quomodò enim iſte populus tã laudabilis, tam magnificus, de quo tãta pręconia ſermo Dei enumerat, in hoc veniet, vt ſanguinem vulneratorum bibat? Cùm tã validis præceptis cibus ſanguinis interdicatur à Deo, vt etiam nos qui ex Gentibus vocati ſumus, neceſſariò iubeamur abſtinere, ſicut ijs quæ idôlis immolantur, ita & ſanguine.

Abſtinẽtia.

Quadrageſimam in pane & aqua multi tranſigunt.

9 CHRYSOST. tom. 5. ad populum Antiochenum, Homil. 4. *circa finem.* Sicut quidam ſunt inter ſe ciborum abſtinentia æmulantes, & mirabilem contentionem facientes: & hi quidẽ integros duos dies tranſigunt ieiuni: hi verò non vini tantũ, ſed & olei, ſed & omnis ferculi vſum à ſua menſa reijcientes, pane & aqua vtẽtes duntaxat, Quadrageſimam omnem expediunt: ſic & nos quidem inter nos contendamus, vt iuramentorum imbres deſtruamus.

10 ET Homil. 6. Studeamus præſentis ieiunij capere monumẽtum. Et ſicut multoties veſtimentum adepti, vel ſeruum, vel

vas

vas pretioſum, temporis reminiſcimur, & inter nos dicimus, ſeruum illum tali ſolennitate emi, veſtimentum hoc tali comparaui tempore. Ita quoque ſi legem hanc impleuerimus, dicemus, Iuramentum hac correxi Quadrageſima: hactenˀ enim iurabã, & ſola admonitione audita, peccato abſtinui. Sed res corrigi difficilis, conſuetudo. Noui & ego, & propterea feſtino vos in aliam conſuetudinem bonam, & lucrum habentem, inducere. Cùm enim dixeris, difficilè conſuetudine deſiſto, propterea deſiſtere labora, manifeſtè ſciens quòd ſi tibi aliam non iurandi conſuetudinem induxeris, nullius laboris amplius indigebis. Quid difficilius, non iurare, vel per totam diem inediam pati, & aquæ potu, & tenui victu ſiccari? Certum eſt, quòd hoc illo grauius. Sed tamen conſuetudo res eſt tam facilis & expedita, quòd adueniente ieiunio, & ſi millies quis exhortetur, & infinita crucient, & cogant vinum delibare, vel aliud quid ieiunij lege non conceſſum guſtare, omnia quis mallet pati, quàm prohibitum tangere nutrimentum. Et hoc cùm non inuitè nos circa menſam habeamus, tamen propter cõſuetudinem ex conſcientia, omne generoſè fetimus laborantes. Hoc quippe & in iuramentis erit.

Quadrageſima ieiuniũ.

Iuramẽtorũ abuſus tollendus.

Ieiunij leges ſeruandæ.

11 A V G V S T. tomo.6. contra Fauſtum Manichæum, Lib.30. Cap. 5. Audi quod confitêris te non videre, qua mente & conſilio hoc aduerſùm vos capitulũ profetamus. Non quòd à carnibus abſtineatis: nam hoc à quibuſdam, & primi Patres noſtri fecerunt, ſicut commemoras: non tamen ea damnandi, ſed ſignificandi gratia. Quod non intelligitis: & vnde iam quãtùm ſufficere videbatur, in ſuperioribˀ partibˀ operis huius locutus ſum. Et Chriſtiani, nõ hæretici, ſed Catholici, edomandi corporis cauſa propter animã ab irrationalibus motibus amplius humiliandam, non quòd illa eſſe immunda credant, non ſolùm à carnibus, verùm à quibuſdam etiam terræ fructibus abſtinent, vel ſemper, ſicut pauci: vel certis diebus atque temporibus, ſicut per Quadrageſimam fere omnes: quantò magis quiſq; vel minus ſeu voluerit ſeu potuerit. Vos autem ipſam creaturã negatis bonam, & immundam dicitis, quòd carnes diabolus operetur, fœculentiore materia mali: at per hoc eas tanquàm immũdiora & truculentiora Dei veſtri vincula, exhorrentes abijcitis.

A quibuſdã cibis cur abſtinendum.

Ciborum delectus in Quadrageſima.

12 E T Lib.32. Cap.13. Si autem & hoc quæritis, cur ex omnibus cibis, à quibus in vmbra futurorum populus eſt ille prohibitus, nos morticino & immolatitio nõ veſcimur: & hoc audite, & calumnijs vanitatis verum aliquando præponite. Cur enim nõ expediat immolatitio veſci Chriſtiano, Apoſtolus dicit: Nolo vos (inquit) ſocios fieri dæmoniorum. Neque enim ipſam immolationem reprehendit quam faciebant Patres, præfigurantes ſanguinem ſacrificij, quo nos Chriſtus redemit: ſed quæ immolant gentes, dæmonijs (inquit) immolant, & non Deo. Deinde adiecit quod dixi: Nolo vos ſocios fieri dæmoniorum. Nam ſi natura ipſa immolatitiæ carnis eſſet immunda, vtiq; & neſcientem contaminaret. Neque enim eò minus ipſa eſſet, quò minus à ſciente acciperetur, ſed propter conſcientiam, ne dæmonibus communicaſſe videatur.

Immolatitio cur abſtinẽdum.

1. Cor. 10.

13 I D E M tom.6. Lib. contra Adimantium Manichæi diſcipulum, Cap. 14. Et quodã loco apertiſsimè iſtos (*Manichæos*) ſignificauit (*Apoſtolus*) cùm dicit, In nouiſſimis temporibus futuros quoſdam, prohibẽtes nubere, abſtinẽtes à cibis quos Deus creauit. Hos enim propriè deſignat, qui non propterea temperant à cibis talibus, vt aut concupiſcentiam ſuam refrænent, aut infirmitati alterius parcant: ſed quia ipſas carnes immundas putãt, & earũ Creatorem Deum eſſe negant.

1. Tim. 4.

Cur à quibuſdam eſcis cauendum.

14 I D E M tom.3. Lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus, Cap.66. Bonũ eſt cibum cum gratiarũ actione ſumere, & quidquid Deus præcepit, edendum eſt. Abſtinere autem ab aliquibus, non quaſi à malis, ſed quaſi non neceſſarijs, non eſt malum. Moderari verò vſum pro neceſsitate & tẽpore, propriè Chriſtianorum eſt.

Abſtinere à quibuſdam cibis non eſt malum.

15 E T Cap.66. Sacratæ verò virginitati nuptias coæquare, aut pro amore caſtigandi corporis abſtinentibus à vino vel carnibus, nil credere meriti accreſcere, nõ hoc Chriſtiani, ſed Iouiniani eſt.

Abſtinentiæ & virginitatis encomium.

16 I D E M tom.2. Epiſt. 86. Vide ſup. lit. A. authorit. 11.

17 I D E M tom.10. ſer.64. de tempore. Sed & illa eſt in Quadrageſimæ diebus grandis vtilitas, quòd dum etiam à licitis abſtinemus, magis ac magis admonemur illicita vitare. Qui enim abſtinemus nos à carnibus, quibus alijs diebus vti licet? Qui nos abſtinemus à vino, quo moderatè vti licet?

In Quadrageſima abſtinendũ à carnibus & vino.

licet? Qui ergò iſta vitamus, quæ aliquãdo licent, in primis peccata fugiamus, quę omnino nunquàm licent.

18 E T Serm. 65. Ceſſent lauacra, vina, vel carnes, non quòd creaturam Dei iudicemus eſſe damnandam, ſed qui toto anno nobis viximus, ſaltem vel paucos dies viuamus Domino.

A balneis, vino, & carnibus quãdo & cur ceſſandum.

19 I D E M tom. 1. de Moribus Eccleſię Catholicæ, Lib. 1. Cap. 5. Nihil de his dicam quos paulò ante commemoraui, qui ſecretiſsimi penitus ab omni hominum cõſpectu, pane ſolo, qui eis per certa interualla temporum affertur & aqua contenti, deſertiſsimas terras incolunt, perfruentes colloquio Dei, cui puris mentibus inhæſerunt, & eius pulchritudinis contemplatione beatiſsimi, quæ niſi ſanctorum intellectu percipi non poteſt. *Et paulò poſt.* Ita non ſolùm à carnibus & vino abſtinent pro ſufficientia domandarum libidinum, ſed ab his etiam quæ tãtò concitatius ventris & gutturis prouocant appetitum, quantò quaſi mũdiora nõnullis videntur: quo nomine ſolet turpe deſyderium exquiſitorum ciborum, quod à carnibus alienum eſt, ridicule turpiterque defendi.

Abſtinẽtia cur et quãdo vtendũ.

20 E T Cap. 33. Continent ſe igitur, qui poſſunt (qui tñ ſunt innumerabiles) & à carnibus, & à vino, duas ob cauſas, vel propter fratrum imbecillitatẽ, vel propter ſuam libertatem.

Cur quidam abſtineant à vino & carnibus.

21 I D E M Lib. 2. de Moribus Manichęorũ, Cap. 13. Niſi fort è ꝙ nno veſcimini carnibus, & vinum non bibitis, ſignaculum oris mirandum & laudandum putatis. Quod, quæto à vobis, quo fine faciatis? Finis enim quo referuntur ea quæ facimus, id eſt, propter quem facimus quidquid facimus, ſi non ſolùm inculpabilis, ſed etiã laudabilis fuerit: tune demum etiam facta noſtra, laude aliqua digna ſunt. Sin ille iure meritòq; culpatur, quem ſpectamus & intuemur cùm in aliquo verſamur officio, id quoque officium nemo improbandum vituperandumq; iudicauerit. De Catilina memorię proditum eſt, quòd frigus, ſitim, famem ferre poterat. Hæc erant illi ſpurco ſacrilegoque etiam cum Apoſtolis noſtris communia. Vnde ergò diſcernitur parricida iſte ab Apoſtolis noſtris, niſi fine illo quem diuerſiſsimũ ſequebatur? Nanq; ille iſta tolerabat, vt immoderatiſsimas & immaniſsimas expleret cupiditates; illi è contrà, vt eas premerent, & dominanti rationi ſeruire cogerent.

Quo fine à vino et carnib⁹ abſtinendum.

22 E T Cap. 14. Apparet igitur (vt opinor) quo fine a carnibus & vino ſit abſtinẽdum. Is finis eſt triplex: Ad comprimendam delectationẽ quæ in his maximè cibis haberi ſolet, atque in tali potu vſq; ad ebrioſitatem peruenire. Ad tuẽdam infirmitatem, propter illa quę ſacrificantur atque libantur. Et, quod maximè cõmẽdandum eſt, propter charitatẽ, ne imbecilliorum ab his continentium offendatur infirmitas. Vos autem immunda eſſe obſonia dicitis, cùm dicat Apoſtolus, Omnia mũda eſſe, ſed ei malum eſſe qui per offenſionẽ manducat. Rom. 14.

Triplex finis abſtinẽtia a carnibus & vino.

23 H I E R O N. tom. 2. Aduerſùs Iouinianum, Lib. 2. Dicæarchus in libris antiquitatum, & deſcriptione Grȩciæ, refert, ſub Saturno, id eſt, aureo ſeculo cũ omnia humus funderet, nullũ comediſſe carnes, ſed omnes vixiſſe frugibus, & pomis quæ ſponte terra gignebat. Perſarum Regis Cyri vitam Xenophon octo voluminibus explicat, polenta, & cardamo, & ſale, ac pane cibario eos aſſerens victitare. Lacedæmoniorum menſæ, frugalitatiſq;, & ſupraſcriptus Xenophon, & Theophraſtus, & omnes penè ſcriptores Græciæ, teſtes ſunt. Cheræmõ Stoicus, vir eloquentiſsimus narrat de vita antiquorum Ægypti ſacerdotum, quòd omnibus mundi negotijs curiſq; poſtpoſitis, ſemper in templo fuerint, & rerum naturas cauſaſq; ac rationes ſiderum contemplati ſint: nunquàm mulieribus ſe miſcuerint: nunquàm cognatos & propinquos, ne liberos quidem viderint: ex eo tempore quo cœpiſſent diuino cultui deſeruire, carnibus & vino ſe ſemper abſtinuerint propter tenuitatem ſenſus & vertiginem capitis, quam ex paruo cibo patiebantur, & maximè propter appetitus libidinis, qui ex his cibis, & ex hac potione naſcuntur. Pane raro veſcebãtur, ne onerarent ſtomachum: &, ſi quando comedebant, tuſum pariter hyſopum ſumebant in cibo, vt eſcam grauiorem illius calore decoquerent. Oleum tantùm in oleribus noụetant, verùm & ipſum parũ propter nauſeam & aſperitatem guſtus leniendã. Quid loquat (inquit) de volatilibus, cùm ouum quoq; pro carnib⁹ vitauerint, & lac? Quorum alterum carnes liquidas alterum ſanguinẽ eſſe dicebant colore mutato. Cubile eis de folijs palmarũ, quas, baias, vocant, contex-

Variarũ gẽtium & temporum abſtinentia anteacta.

contextum erat: ſcabellum accliue, & ex vna parte obliquum, in terra pro puluillo capiti ſupponebant: bidui triduiq; inediā ſuſtinentes. Humores corporis, qui naſcūtur ex ocio, & manſione vnius loci, nimia victus caſtigatione ſiccabant. Ioſephus in ſecunda Iudaicæ captiuitatis hiſtoria, & in octauodecimo antiquitatum libro, & cōtra Appionē duobus voluminibus, tria deſcribit dogmata Iudæorum, Phariſęos, Sadducæos, & Eſſęnos: quorum nouiſsimos miris effert laudibus, quòd & ab vxorib⁹, & vino, & carnibus ſemper abſtinuerint, & quotidianū ieiunium verterint in naturā. Super quorū vita, & Philo vir doctiſsimus, proprium volumen edidit. Euanthes Cyzicenus, Aſclepiades Cyprius, ætate qua Pygmalion in Oriente regnabat, ſcribunt eſum carnium non fuiſſe. Eubulus quoque qui hiſtoriam Mithræ multis voluminibus explicuit, narrat apud Perſas tria genera Magorum, quorum primos, qui ſint doctiſsimi & eloquentiſsimi, excepta farina, & olere, nihil amplius in cibo ſumere. Apud Eleuſinā etiā volucrib⁹, & piſcibus, & quibuſdam pomis abſtinêre ſolenne eſt. Bardeſanes vir Babylonius, in duo dogmata apud Indos, Gymnoſophiſtas, diuidit: quorum alterum appellat Brachmanas, alterum Samaneos, qui tātæ cōtinētiæ ſint, vt vel pomis arborū, iuxta Gangen fluuiū, vel publico orizæ vel farinæ alātur cibo: &, cùm Rex ad eos venerit, adorare illos ſolitus ſit, pacemq; ſuæ prouinciæ in illorum precibus arbitrari ſitam. Euripides, in Creta Iouis prophetas, nō ſolùm carnibus, ſed & coctis cibis abſtinuiſſe refert. Xenocrates Philoſophus de Triptolêmi legibus apud Athenienſes tria tantū præcepta in templo Eleuſinæ reſidêre ſcribit, Honorādos parentes, Venerandos Deos, Carnibus non veſcendum. Orpheus in carmine ſuo eſum carnium deteſtatur. Pythagoræ, Socratis, Antiſthenis, & reliquorum frugalitatem referrem in confuſionem noſtram, niſi & longum eſſet, & proprij operis indigêret.

24 THEOPHILVS Alexandrinus, Epiſtola.3. Paſchali, ad totius Ægypti Epiſcopos (*Habetur tom.1. Biblioth. SS. Patrum.*) Iuſtum eſt, cunctos Dñi timore purgatos, dignam peragere ſolennitatē, conti- *Ieiunium ante Paſcha.*
nentijs quoque ac ieiunijs redimere caſtitatem, & dormientem ſenſum, vigili ſuſcitare fide. Imitariq; ſapientiſsimū Danielē, de quo ſcribitur: Eſt vir in regno tuo, in *Dan. 5.*
quo eſt Spiritus Dei: & in diebus patris tui vigilantia & ſapientia inuenta ſunt in eo. Qui enim curam ſui gerunt, vt ad meliora proficiant, habentes legem quaſi fortiſsimum ducem parent imperijs eius, & venientia contra ſe peccata ſubuertunt, ſplendore operum illuſtrantes Paſchæ feſtiuitatem: & ſecuritate cōſcientiæ perturbationum iacula negligentes, ſpe anticipāt victoriam. *Et ſtatim poſt.* Itaque gratia Do- *Quadrageſima ieiuniū quomodò obſeruādum.*
mini triūphos nobis de ſceleratiſsimis dæmonibus pollicente, ieiunia ritè celebremus, vt ſolennitatis quoque ritè participes ſimus. Nequaquàm diebus Quadrageſimæ, ſicut luxurioſi diuites ſolent, vini poculum ſuſpiremus, nec in procinctu & prælio, vbi labor & ſudor eſt neceſſarius, carnium edulio delectemur. Qui autem legum præcepta cuſtodiunt, ignorant vinum in ieiunijs, carnium eſum repudiāt, & inſatiabilem auaritiam Dei timore compeſcunt. Vnde ad continentes Scriptura quotidie clamitat: Vinum & ſiceram non bi- *Leuit. 10.*
bent. Et è contrario Iudæi ob culpam au-
diunt, Dabatis bibere ſanctis vinū & Pro- *Amos. 2.*
phetis. Nō poſſunt ſuſcipere correptionem qui luxuriæ oblectatione capiuntur, nec ventris ingluuiē ratione & conſilijs refrēnare amore ieiunij. Qui deſidia & peritura citò voluptate ſtudium virtutis infamāt, non erubeſcentes vinū clam bibere, & auidis faucibus, arbitros declinātes, in cubiculis mulſa potare, vt inediam & ieiunia, quæ vltrò appetere debebant, ieiuniorum tempore luxuria & ebrietate commutēt: neſcientes quòd & ſi hominum conſcientiam fugiant, & clauſis parietibus veſcātur carnibus, atque aues altiles diebus Quadrageſimæ, & propinquante Paſcha immundis manibus lacerent, triſti vultu foris ieiunia promittentes, corripiat huiuſcemodi Dominus & dicat: Iniquitates magnas faciunt *Ezech. 8.*
iſti, vt recedant à ſanctis meis. Non decet ieiunantes tempore agonis & prælij, veſci carnibus, monēte Scriptura: Affligetis animas veſtras. Neque Phaſides aues ſolicito labore perquirere, & garrulas volucres, earumq; pinguedinem hianti ingerere gulæ. Neque inueſtigare magni pretij coquos, qui ventris rabiem iure multiplici, & carnibus contuſione mutatis, diuerſoq; ciborum ſapôre demulceant: fumantibus pateris, & nidôre ſui, furori gutturis blandientibus, cùm in iniuriam continentiæ diuerſi

ſapôris

ſapôtis & coloris vina quęrātur. Docet nos

Dan.1. ſancti Danielis hiſtoria, & trium puerorum virtus conſona, appetere & honorare ieiunia. *Et poſt pauca.* Hæc idcirco, fratres chariſsimi, replicamus, vt Pauli Apoſtoli C de ſanctorū virtutibus prædicantis, verba

Heb.13. noſcentes, in quibus ait, Quorum conſiderantes exitum cōuerſationis, imitamini fidem: ſuademus eis qui tempore ieiuniorum eſu carnium delectantur, imitari Sanctorū

Ieiunij tēpore à quibus abſtinē dum. continentiam: qui nulla vi ſuperari potuerunt, vt rigorem virtutis amitterent, vt Babyloniorum imperia formidātes, captiuam in ſe oſtenderēt voluptatem: ſed manſerūt liberi, ventriſq; deſyderia ratione ſuperarunt, titillantem gulæ vicēre luxuriam, nobiſq; ſuæ fortitudinis exempla reliquerūt, habitātes in Babylone corporibus, ſed ſenſu & fide cum Angelis in cœleſti Hieruſalem morantes; vt omnem deinceps ætatem docerent, ieiuniorum tēpore à vino & carnibus abſtinendum, ſumere de terra ſemina, & potandam aquam, quibus comitibus vtitur pudicitia. Quid memorem inſignes

2.Mach.7. Machabęorū victorias? qui ne illicitis carnibus veſcerentur, & cōmunes tāgerēt cibos, corpora obtulere cruciatibus: totiuſq; orbis in Eccleſijs Chriſti laudibus prædicantur fortiores pœnis, ardentiores quibus comburebantur, ignibus. Ergò qui ieiunia, id eſt, conuerſationem Angelicam imitan-

Rom.14. tur in terris, meminerūt illius dicti: Regnū Dei non eſt cibus & potus, ſed iuſtitia, & gaudium, & pax, & lætitia. Iſti per continentiam breui & paruo labore magna ſibi, & æterna cōciliant præmia, & multò plus accipiunt, quàm offerūt: & futuri temporis gloria præſentis anguſtias mitigant.

25 EPIPHAN. Hereſi. 80. contra Maſſalianos, *In compendiaria vera doctrina de fide Catholica & Apoſtolica Eccleſia.* Sunt prætereà aliæ præeminentes vitæ conuerſationes, quæ in eâdem ſancta Catholica Eccleſia ſeruantur, eorum, inquam, qui ab omnibus carnibus abſtinent, quadrupedi-

Varia diuerſorum, à cibis abſtinentia. buſq;, & volatilibus, ac piſcibus, ouo item ac caſeo, & alia diuerſa vitę inſtituta. Nam vnuſquiſq; ſecundùm proprium laborē, accipiet mercedem. Et quidam ſanè abſtinēt ab omnibus his, aliqui verò à quadrupedib⁹ ſolùm, volatilibus verò & reliquis veſcuntur. Alij verò à volucribus abſtinent, vtuntur autē ouis & piſcibus. Alij nec ouis veſcuntur: Alij piſcibus ſolis. Alij etiā à piſcibus abſtinent, caſeo verò veſcuntur. Alij autem neque caſeum ſumunt. Iam verò adhuc alij etiam à pane abſtinent. Alij etiam ab arborum fructibus duris, ac nucibus, & à coctis.

1 AVGVST. tom.6. contra Fauſtū Manichæū, Lib.32. Cap.13. Vide ſup. lit. B. authorit.12.

2 CLEMENS Papa mart. Conſtitutionum Apoſtolicarum, Lib. 5. Cap. 19. In diebus Paſchæ ieiunate incipientes à ſecunda Sabbathi vſque ad Paraſceuen & Sabbathum, dies ſex, ſolo pane vtētes, ſale, atq; oleribus, & aqua in potum. A vino, & carnibus vos abſtinete in ijs diebus: ſunt enim dies luctuoſi, non feſti. Paraſceuen tamē & Sabbathum integrum ieiunēt, qui quidem poſſunt, nihil guſtantes vſque ad galli cantum noctis. Quòd ſi quis non poteſt duorū dierum ieiunium continuare, ſeruet ſaltem Sabbathum. Ait enim quodam in loco de ſe Dominus, Quādo diſcedet ab eis ſpōſus, ieiunabunt in illis diebus. Ijs igitur diebus ſublatus eſt a falſis Iudæis, & Crucifixus eſt, & cum impijs reputatus. *In hebdomada ſancta qualiter ieiunandū.* *Matt.9.* *Luc.22.*

3 IDEM Lib.6. Cap.10. Quidam verò ex ijs, docent abſtinendum carnibus, non quòd parcāt animantibus ratione carentibus, ſed quòd ea animam rationis participē habere exiſtimant, eoſq; pœnas cædis daturos, qui ea occidere audēt. Alij ſuilla tantùm carne abſtinent: ijs, quæ Lege munda cenſentur, veſcūtur. *Et paulo ante.* Quidam nuptias reſpuunt, carnem item & vinum, quæ in rebus abominandis ponunt. Item nubere, & liberis operam dare prohibent, ac quoſdā cibos capere, ſcilicet, vt hac continentia ſuæ ſententiæ prauitatem facilius probare poſsint. *Cur à quibuſdā cibis abſtineant aliqui.*

4 ET Cap.11. Nos verò Dei ſoboles, ac filij pacis, ſacrum ac rectum prædicantes pietatis ſermonem, vnum ſolum nunciamus Deum, &c. Atque omnem creaturam Dei bonam fatemur, nihilq; reſpuēdum: omneque, quod ad naturæ neceſsitatē pertinens iuſtē ſumitur, id optimum ducimus. Omnia enim, ſecūdùm Scripturam, erāt valde bona. *1.Tim.4.* *Gen.1.*

5 ET Cap.26. Cauete ab hæreticis omnibus Epiſcopi & laici, qui Legem & Prophetas improbant, &c. Alij rurſum cibos quoſdam vituperant, nuptiaſq; cum liberorum procreatione improbant, quòd opus ſint diaboli.

6 CYRILLVS Hieroſolymorum Epiſcopus, Catecheſi. 4. Et de cibis iſta

vobis ſint dogmata: quandoquidem multi circa cibos quoque impingunt: Alij enim idolothytis indifferenter accedunt, alij verò abſtinent, ſed iudicant tamen manducantes. Et duplici modo circa cibos quorũdam anima polluitur, qui ignorant debitas manducandi cauſas. Ieiunamus enim à vino & à carnibus abſtinentes, nõ quòd hæc tãquàm abominationes oderimus, ſed quód præmium expectamus: vt ſenſibilia deſpicientes, ſpirituali deinceps & intellectuali menſa fruamur: & nunc ſeminantes in lacrymis, in futuro ſeculo in exultatione metamus. Non igitur contemnas eos qui manducant, & propter corporum infirmitatem cibos ſumunt: nec vituperes qui modico vino vtuntur propter ſtomachum, & crebras infirmitates. Ac neque ipſos condemnes tanquàm peccatores, neque tanquàm abominabiles oderis carnes. Sciebat enim quoſdam tales futuros Apoſtolus, dicens: Prohibentes nubere, & veſci cibis quos Deus creauit in vſum credentibus, & cum gratiarum actione ſumentibus. Abſtinens igitur ab his, non tanquàm ab abominabilibus abſtine, alioquin præmium non habes: ſed bona contẽne, propter ea quæ propoſita ſunt ſpiritualia meliora.

Ratio et finis abſtinendi ab eſcis quibuſdam.

1.Timot.4.

7 ATHANASIVS, De quæſtionibus ad Antiochum.q.133. Quid eſt quod dicit, Eſcę ventri deſtinatæ ſunt, & venter eſcis: Deus autem & hũc, & illas aboleuit? *Reſponſio*. Ventrem dicit crapulam, non ipſum ventrem. Ad crapulam, inquit, habet venter deſyderiũ, & hæc ad illum. Sed qui crapulæ, ventriq; deditus eſt, nõ poteſt ſeruire Deo, ſed ſuiipſius ventris ſeruus eſt. Ideò aboleuit illum, dicens: Deus & hunc & illas aboleuit, hoc eſt, & cibos & guloſitatem. Nõ enim ventrẽ aboleuit; abſit. Audi enim quid dicat ipſe: Corpus verò, non ſtupro, ſed Domino. Quapropter nõ aboleuit ventrem, ſed crapulam: nec etiam mediocrem cibum, ſed immoderatum: ſiquidem ex his ſcortatio gignitur. Inquit ergò: Corpus non eſt datum ſub poteſtatẽ ingluuiei, vt in ſcortationes incidat, ſed vt Domino ſeruiat. Sicuti rurſus retrò dicit alicubi: Omnia mihi licent, ſed ego non redigar in poteſtatem à quoquã. Hoc ipſum nihil eſt aliud, quàm quod hic dicit: quòd omnes quidẽ cibi quos creauit Deus homini nutrimentum boni ſunt, & licet mihi omnibus frui, eiſq; nutriri, ſed illorũ ſeruus non ero, neque ſub ſuã poteſtatẽ me rediget gula: nam non conducit, nec ædificat in me bonum. Quapropter neceſſarijs contenti, reſpuamus reliqua, non tãtùm velut inutilia, ſed etiam tanquàm quæ noceant, & quæ gignant abſurdas concupiſcentias ijs, qui ea poſsident.

1.Corin. 6.

Damnatur crapula, etiamſi cibi boni ſint.

1.Cor.6.

F 1 CHRYSOST. tom.2. de Diuite & Lazaro, concione.2. *in fine*. Hortor vt illud perpetuò memineritis, quòd non communicare pauperibus, eſt rapinã in illos exercere, illorumq; fraudare vitam, quòdq; nõ noſtras, ſed illorum res detinemus. Nam ſi hoc animo fuerimus, pecuniã omnem effuderimus, ac Chriſtum eſurientem hîc alentes, multamq; hinc nobis opulentiã recondentes, poterimus futurorum eſſe compotes bonorum.

Rapinam exercẽt qui pauperibus nõ communicant.

2 IDEM tom.2. In Matt. Cap.13. Homil.4. *ad finem*. Non ſeruus Dominum, ſed Dominus ſeruum ad menſam ſuam primus inuitauit, primus ad tecta ſua ſubduxit. Tu verò etiam nec poſt hæc, nec ſecundo loco inuitare ſuſtines. Nudum te induit, tu nec peregrinum conducis. Primus tibi calicem ſuum obtulit, tu vel aquam frigidam ei negas. Potauit te Spiritu ſancto, quamuis indignus eſſes, tu nec corporalem hanc ſitim ſuam mitigare ſtudes, præſertim cùm omnia hæc non à tuo, ſed à ſuo proueniant. Non'ne magnum ducis, quòd calicem illũ tenere potes, vnde Chriſtus bibit, atque ori tuo adducere? Non'ne vides quia ſoli Sacerdoti fas eſt ſanguinẽ huius calicis tibi tradere? Ego verò (Chriſtus inquit) nõ ad vnguẽ iſta perſcrutor, ſed cùm præbueris, accipiam, etiam ſi ſecularis ſis, non recuſabo: nec tantum poſtulo, quantum dedi; Non enim ſanguinem, ſed aquam flagito. Cogita igitur cui potum præbes, & perhorreſcas. Cogita quia ſacerdos Chriſti tu fias, cùm propria manu ei offeras, non carnem, ſed panem: non ſanguinis, ſed aquæ frigidę calicem. Veſtimentum te induit ſalutare, & hoc per ſeipſum, atq; vltrò perfecit: tu ſaltem ipſum per puerum atque famulum indue. Glorioſum te fecit in cœlis: tu nuditate, deformitate, frigore ipſum eripe. Angelorum te cõciuem effecit: tu in tecto ſaltem ſuſcipias, & ſicut vnum famulorũ, domo tua contegas. Non renuo (inquit) hoc ego diuerſorium, qui tibi ad cœlum viam conſtruxi, qui te à duriſsimo erui carcere: peto nunc abs te, ſi liberare me à carceribus non potes, non paruum mihi ſolamen eſt, ſi modò vinctum viſites. Ego te mortuum ſuſci-

Opera miſericordia erga pauperes.

Sacerdos Chriſti fit qui dat eleemoſynam.

ſuſcitaui, nec tale aliquid abs te requiro, ſed ad videndum ægrotum ſolummodò venias. Quando igitur ita ſe res habeant, & magna nobis largitus ſit, pro quibus minima quædam repetat, negligentes iure ad ignem intrudemur, ad quē ſponte ruimus, diabolo & angelis eius pręparatum, cùm vel lapides ipſos ac duros ſilices inſenſibilitate ſuperemus. *Et vide eundem tom.5. ſermo. de Nulla regni ſpe aut honoris.*

Pauperibus impendēda opera miſericordia.

3 IDEM tomo.3. in Ioann. Cap.3. Homilia.25. *in fine*. Mutuemus Chriſto pecunias, vt veniam accipiamus peccatorum. Ipſe enim eſt qui iudicat. Nolimus enim deſpicere in hoc ſeculo eſurientem, vt in futuro nos nutriat. Si ei potum dederimus, non dicemus cum diuite: Mitte Lazarum vt intingat extremum digiti ſui in aqua, vt refrigeret linguam meam. Si hîc domi hoſpitem accipiemus, multa nobis in regno ſuo habitacula præparabit. Si in carcerem intruſum viſitabimus, ipſe nos vinculis liberabit: Si peregrinum colligemus, nos cœleſtis regni peregrinos non deſpiciet, ſed ſupernæ ciuitatis participes faciet. Si infirmo operam præſtabimus, quàmprimùm noſtras curabit infirmitates. Parua igitur ſaltem exhibeamus, vt pro paruis maxima accipiamus, maxima mercemur. *Vide eundem Homil.59.*

Luc.16.

4 IDEM tomo.1. In Geneſ. Homil.3. Et vt ſciatis quantum bonum ſit cum ſalute noſtra & alios lucrari, audi Prophetam ex perſona Dei dicētem: Qui educit pretioſum à vili, quaſi os meum erit. Quid hoc eſt? Qui ab errore ad veritatem (ait) manuduxerit, vel à peccato ad virtutem proximum induxerit: pro viriſi humano me imitatur. Etenim ipſe cùm Deus ſit, propter nihil aliud noſtram induit carnem, & alia omnia humana ſuſtinuit, & crucem quoque ſuſcepit, niſi vt nos peccato obnoxios, à maledicto liberarer. Et hoc quoque Paulus clamat, dicens: Chriſtus nos redemit à maledicto Legis, factus pro nobis maledictum. Si igitur ipſe qui Deus eſt ineffabilis eſſentiæ, ob miſericordiam ineffabilem hęc omnia propter nos & ſalutē noſtram ſuſcepit, cur non & nos erga fratres iuſti ſumus, agnoſcenteſq; eos vt membra noſtra, & eripientes ex diaboli faucibus, in viam virtutis inducimus? Nam vt anima corpore melior eſt, ita his qui indigentibus pecunias & facultates ſuppeditant, maioribus præmijs digni ſunt hi, qui admonendo & continuè docendo, in viam rectā ſupinos, & deſides inducunt, monſtrando eis diuinatum virtutum fragrantiam, & vitiorum maleolentiam. Hæc omnia cùm ſciamus, præ omnibus alijs huius vitæ curis, de ſalute animarum loquamur proximis, eādem illis ſolicitudinē ingerentes.

Hierem.15.

Animas Chriſto lucrari, quāti meriti ſit.

Gala.3.

5 ET Homilia.10. Cuius ſtudium eſt docere proximum, is non tam illi benefacit, quàm ſibi ipſi magnam mercedem parat, duplicique augetur lucro, dum maiorem à Deo retributionem aſſequitur, & dum fratrem docere aggreditur, docendo interim ſibi ipſi memoriam eorum quę audiuit, renouat. Igitur cogitantes tantū lucrum veſtrum, ne inuideatis fratribus veſtris, ſed à vobis diſcant, quæ nunc à nobis dicuntur.

Docere proximū, magnū opus eſt.

6 IDEM tomo.5. Ad populum Antiochenum, Homilia.34. Ieiunare quidem, & humi cubare, & exercere virginitatem, & tēperanter agere, ſolis hæc obeuntibus vtilitatem afferunt: quæ verò proximis à nobis exhibentur, vt eleemoſyna, doctrina, & charitas: hæc & nobis ipſis, & proximis ad quos à nobis tranſeūt, proſunt.

Operū miſericordia commendatio.

7 EVSEBIVS Emiſſenus, Homil. feriæ.2. poſt primam Dominicam Quadrageſimæ. In membris ſuis ſuſcipitur Chriſtus: membra enim ſua ſunt omnes Chriſtiani. Et ideò quidē dicuntur Chriſtiani, quia membra ſunt Chriſti. Vnde & Apoſtolus ait: Neſcitis quoniam corpora veſtra membra Chriſti ſunt? Tollēs ergo membra Chriſti, faciam mēbra meretricis? Abſit. Chriſtus igitur in eſuriētibus eſurit, in ſitientibus ſitit, in infirmis ægrotat, & in alijs ſimiliter patitur. Magna ergo reuerentia ſuſcipiendi ſunt pauperes Chriſti, cū magna veneratione ſeruiendum eſt eis, ſiquidem Chriſtus in eis ſuſcipitur, & honoratur in eis.

Quidquid pauperi datur, Chriſto datur.

1.Cor.6.

8 ET In die ſancti Laurentij. Miniſtrant Deo non ſolùm Epiſcopi & ſacerdotes, cæterique illius ordinis; verùm etiam qui facit eleemoſynas, qui veſtit nudos, viſitat infirmos, aliaque his ſimilia miſericordiæ & pietatis opera facit,

Non ſoli ſacerdotes miniſtrāt Deo, ſed etiā illi qui ſubueniunt pauperibus.

Domino miniſtrat. Vnde ipſe quoq; Dominus ait: Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. *Matth. 15.*

9 GREG. Nazianzenus, Orat. 16. de Pauperũ amore. Si ex Pauli, atque ipſius etiã Chriſti ſentẽtia & authoritate, charitatẽ, vt Legis & Prophetarum caput, præceptorum omnium primum maximumq; cenſendum eſt: huius potiſſimam partem in eo ſitam eſſe comperio, vt pauperes amore & beneuolentia complectamur, atque eorum qui nobis cognatione iure ſunt coniuncti, calamitate moueamur, atque doleamus. Neque enim vlla omnino res eſt, quæ Dei beneuolentiam perinde conciliet, quàm miſericordia: (quandoquidem neque quidquam eſt quod Deo congruentius offerri poſſit, vtpote quem miſericordia & veritas antecedant, eique miſericordia ante iudicium offerenda ſit.) neque vlli alij rei potius quam humanitati & commiſerationi, commiſeratio & humanitas ab eo rependi ſolec qui ſumma æquitate quenque remuneratur, atque in lance & menſura miſericordiam conſtituit. *Et longè poſt.* Cura vt proximo tuo idcirco præſtantior ſis, quia benignior: fac calamitoſo ſis Deus, Dei miſericordiam imitando.

Miſericordiæ in pauperes cõmẽdatio, & excellẽtia.

Pſal. 84. et 88.

Iacob. 2.

Nihil tam diuinum habet homo quàm de alijs benemereri.

Nihil enim tam diuinũ homo habet quàm de alijs benemereri: tametſi ille maiora, hic minora beneficia conferat, vterque nimirùm pro ſuis viribus. Egenti paruum aliquid dato: neque enim paruum eſt ei: qui omnibus rebus caret. Imò ne ipſi quidem Deo, ſi viribus tuis parcit. Summi muneris loco alacritatem dona: ſi nihil habes, collacryma. Magnum eſt infortunato remedium, miſeratio ex animo collata: ac ſyncerè condoleſcere, calamitatem magnoperè leuat. Ne ſit tibi iumento vilior homo, ô homo, quod in foueam lapſum aut oberrans, erigere ac reducere tibi Lex præſcribit. In quo quidem, profundius'ne aliquid, & magis arcanum occultet (cuiuſmodi pleraque veteris Legis obſcuritas, ſenſuumq; varietas habet) non eſt meum ſcire, verùm Spiritus ſancti omnia perſcrutantis, & cognoſcentis. Quantùm autem ipſe ratione atque intelligentia aſſequi poſſum, hoc ideò ſanxit, vt nos ab humanitate quam in rebus paruis adhibemus, ad maiorẽ pleniorem que benignitatem exerceat. *Et poſt pauca.*

Exod. 13. Deut. 22.

Cæterũ multò magis mandato Diuino, atque exemplo moueri debemus. Quodnam porrò hoc mandatum eſt? Ac videte quæſo quàm conſtans ſit, minimèque fucatum. Neque enim hominibus Spiritu ſancto afflatus fuit ſatis ſemel atque iterum de pauperibus ſermonem habuiſſe: nec quidam duntaxat de his rebus verba fecerunt, reliqui minimè: aut alij copioſius, alij parcius, velut de re non ita magna, nec admodùm neceſſaria: verùm, & omnes in vniuerſum, & ſedulò quiſque vel primùm, vel in primis ad eam rem nos inhortantur, nunc admonentes, nunc comminantes, nunc exprobrantes, nonnunquàm etiam eos qui hanc virtutem aſſequuntur, laudibus efferentes: nimirum vt aſſidua commonitione nos ad præcepti huius expletionem inflamment. *Et rurſus.*

Sancti omnes pauperũ curam docent.

Ergò miſeratione purgemur: animique labes & inquinamenta egregia illa herba detergamus, ac dealbemus, alij vt lana, alij vt nix, pro miſericordiæ videlicet proportione. Atque, vt formidabilius aliquid dicam, ſi nulla eſt in te comminutio, nec liuor, nec plaga tumens, nec vlla animæ lepra, aut ſignificationis tactus, aut candor, quæ Lex priſca leniter curabat, ac medicam Chriſti manum requirunt: at eum certè qui ſalutis noſtræ cauſa vulneribus & languore affectus eſt, venerare. Veneraberis autem, ſi te Chriſti membro benignum atque humanum præbeas. *Et poſt pauca.* Quin me mouet quoque Chriſti crumena, qua nos ad pauperes alendos exhortatur, Pauliq; etiam & Petri conuentio, qui ita inter ſe Euangelij promulgationẽ partiti ſunt, vt pauperes interim communiter complexi ſint: ac denique vitæ perfectio adoleſcenti illi in eo definita & conſtituta, vt facultates ſuas pauperibus erogaret. An tu beneficentiæ officium tibi liberum eſſe, ac non neceſſariò præſtandum exiſtimas, ac nõ legis, ſed conſilij rationem habere? Hoc quoque ipſe magnoperè vellem, & exiſtimarem: ſed me ſiniſtra illa manus exterret hœdi, & probra, eáque in ſceleratos homines ab eo à quo in ea parte collocati ſunt, conijciuntur: non quia manus alienis bonis attulerunt, nec quia fana diripuerunt, aut adulterium ad miſerunt, aut aliquid quiddam ex his quæ interdicta ſunt, perpetrarunt, hoc ordi-

Purganda anima miſericordia in pauperes.

Ioan. 12.

Gala. 2.

Matth. 19.

Non tã conſilij quàm præceptũ eſt, miſericordia in egenos.

Matth. 15.

ordine condemnati: ſed quia Chriſtū per pauperes minimè curarunt. Quocirca ſi quid mihi auſcultandum putabitis, ſerui Chriſti, & fratres, & cohæredes, Chriſtū quandiu licet inuiſamus, Chriſtum curemus, Chriſtum alamus, Chriſtum induamus, Chriſtum colligamus; Chiſtum honoremus, non menſa ſolùm vt quidam, nec vnguētis vt Maria: nec ſepulcro duntaxat, vt Ioſeph Arimathæus: nec rebus ad ſepulturam accommodatis, vt ille dimidia tantùm ex parte Chriſtum amans Nicodemus: nec denique auro, thure, & myrrha, vt Magi ante eos omnes quos diximus: Sed quoniam omnium Dominus miſericordiam mauult, quàm ſacrificium; ac pinguium agnorum myriades commiſeratio ſuperat, hāc per pauperes, humique hodierno die prouolutos ipſi conferamus, vt cùm hinc exceſſerimus, in æterna tabernacula nos excipiant.

Chriſto in pauperibus ſubueniendum.

Luca. 7. & 14.

Ioan. 12. et 19.

Matt. 2.

Oſe. 6.

G 1 CLEMENS Papa martyr, Epiſtola. 1. ad Iacobum fratrem Domini. Inſuper & hominum inſidijs ac dolo ſæpe laborandum, quippe qui diſpergendos ſe nonnunquàm nouerint, ſed aliquādo etiā congregandos: vomitus quoque & ſuggillationes ferendas, cùm ex confuſione peccatorum & reiectione criminū, velut malè congregati in viſceribus fellis, iactura facienda eſt, & abijcienda prorſus è corde omnis intrinſecus quæ latet, amaritudo peccati, ſi qua fortè ex deſyderijs iniquis velut ex cibis noxijs congregata eſt, quam vtique cùm euomuerit quis & abiecerit, ingentis ęgritudinis liberabitur morbo: ſi tamen poſt vomitum, quæ ad ſanitatem pertinent, ſumat.

Pœnitentiæ fructus & vtilitas.

2 CHRYSOS. tom. 5. Ser. de Pœnitētia. O pœnitētia, quæ peccatū miſerāte Deo remittis, & paradiſum reſeras: quæ contritum ſanas hominē, & triſtē exhilaras: vitā de interitu reuocas, ſtatū reſtauras, honorē renouas, fiduciā das, & reformas vires, gratiamq; abundātiorē refundis. O pœnitentia, quid de te noui referā? Omnia ligata tu ſoluis, omnia ſoluta reſeras, omnia aduerſa tu mitigas, omnia cōtrita tu ſanas, omnia cōfuſa tu lucidas, omnia deſperata tu animas. O Pœnitentia rutilantior auro, ſplendidior ſole, quam non vincit peccatum, nec defectio ſuperat, nec deſperatio delet. Pœnitentia reſpuit auaritiam, horret luxuriam, fugit furorem, firmat amorē, calcat ſuperbiam, linguam continet, componit mores, odit malitiam, excludit inuidiam. Perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter ſufferre: ſi violentus quærat quæ habet, non vetat: ſi veſtem dirimat, non refragatur. Percutienti maxillam, præbet alteram: iam angariatus, vltrò adijcit. Caſtigatus, gratias agit: prouocatus, tacet: exaſperatus, blanditur: ſuperiori ſupplex eſt, inferiori ſubiacet. In corde eius contritio eſt, in ore eius confeſsio, in opere tota humilitas. Hæc eſt perfecta & fructifera pœnitudo. Sic pœnitenti, prę ſto eſt Deus, eſurienti nutritor, ſitienti potator: ſapienti quod ſtultum putatur, ſapit: quod triſte eſt, placet: quod mole eſt, diſplicet: quòd fluxum eſt, horret. O pœnitentia miſericordiæ mater, & magiſtra virtutum, magna opera tua quibus reos reſoluis, ac reficis delinquentes, lapſos releuas, recreas deſperatos. Per te nobis Chriſtus regnum cœlorum appropriatum deſignat, dicens: Pœnitentiā agite, appropinquabit enim regnum cœlorū. Ita & Baptiſta clamat. Facite fructus dignos pœnitentiæ, quoniā ecce adeſt regnū Dei. Per te ſubitò rapuit latronē Chriſtus ad regnū. Per te Dauid poſt flagitiū felix iterū recipit Spiritū ſanctū. Per te Manaſſes poſt cruēta facinora, ecce meruit fieri acceptabilis. Per te Petro Apoſtolo poſtquàm ter negauit, data eſt indulgētię dextera. Per te filius prodigus regreſſus ad patrē, non ſolùm amplexu oſculumq; paternū, ſed etiā epulum vituli ſaginati, veſtemq; inſignem promeruit adipiſci. Per te mulier fornicaria vberes ſtillauit lacrymas, fonteque ſui Baptiſmi protinus lauit pedes Chriſti, crineq; deterſit. Per te Niniue ciuitas magna, populusq; integer barbarorū ſubitò Deū ſapuit, virtutē tuā ſenſit, odorē tuū accepit, ſaporē tuū ſtrinxit, dulcedinē tuā guſtauit, ciliciū cōtraxit, cinerē tuū comedit, ieiuniū tuū protraxit, lacrymas tuas profudit, gemitum tuū ſuſpiriumq; perſenſit, fructusq; vbertatis tuæ abundanter exhibuit: & ſic per opera tua non ſolùm decretæ mortis diſcrimen euaſit, ſed etiam vitæ incognitæ coronam accepit. Cuius ſimilitudini pœnitentiam comparemus? Sic eſt quomodò ager fructifer, aut vinea fœcunda, aut etiam arbor fructifera. Fructus eius edit peccator famelicus, proficit in fiducia Dei;

Pœnitentiæ laudes, & fructus.

Matt. 4.

Matt. 3.

Luc. 23.

1. Reg. 12.

2. Par. 33.

Matth. 26.

Luc. 15.

Luc. 7.

Ion. 3.

acceptaq; remiſsione pingueſcit in vita.

3 IDEM tomo.1. in Geneſ. Homilia. 4. Hoc præclarum opus ieiunio acceptum fero, hoc remedium ſalutem operatur animarum noſtrarum. Quòd ſi ab initio ſtatim, tantum nobis robur oſtendit, procedentibus diebus quantam nos expectamus vtilitatem affuturam? Vnum hoc vos obſecro, in timore & tremore ſalutem veſtram operemini, & nullum aditum concedite inimico ſalutis veſtræ, quia videns nunc ſpirituales diuitias, inſanit & ferocit, & ſicut leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Verùm ſi ſobrij fuerimus, nulli præualebit per gratiam Dei. Talia enim ſunt arma noſtra ſpiritualia, quibus nos induit Spiritus gratia. *Et longè pòſt.* Sicut corpus hoc quotidie opus habet corporali alimento, vt ne in magnam ægritudinem incidens, nihil facere poſsit: Ita & anima opus habet ſpirituali cibo & optima diæta, vt in conſuetudinem aliquam bonorum & virtutum perueniens, inuicta ſit, & reſiſtere poſsit maligni hoſtis inſidijs. Quotidie igitur eius virtutem operosè curemus, & nos ipſos iudicantes nunquàm deficiamus. Rationarium quoque nobis faciamus eorum quæ accipimus, & quæ expendimus: quidnam vtiliter & benè loquuti ſimus, & quod otioſum verbum protulerimus. *Et iterum.* Quid vtile per aures in animam intromiſerimus, & quid quod nocere poſsit. Prætereà & linguæ regulas aliquas & canones ponamus, ita vt prius ruminentur & librentur verba, & poſteà proferantur ſermonei. Mentem verò ita compeſcamus, ne quid nociuum prodeat: & ſi fortè aliquid tale à foris inferatur, id ſtatim vt ſuperfluum & damnoſum amoueamus: & ſi intrinſecus naſcitur, ſtatim pia cogitatione illud effugemus.

Ieiunij & pœnitentia bonum. — *1.Pet.5.* — *Examē conſcientia.*

4 ORIGENES tomo.1. In Leuiticum, Homilia. 3. Eſt aliquod in hoc mirabile ſecretum, quod iubet pronunciare peccatum. Etenim omni genere pronuncianda ſunt, & in publicum proferenda cuncta quæ egerimus, ſi quod in occulto gerimus, ſi quod in ſermone ſolo, vel etiam intra cogitationum ſecreta commiſimus, cuncta neceſſe eſt publicari, cuncta proferri. Proferri autem ab illo qui & accuſator peccati eſt, & incentor. Ipſe enim nunc nos vt peccemus inſtigat, ipſe etiam cùm peccauerimus, accuſat. Si ergo in vita præueniamus eum, & ipſi noſtri accuſatores ſimus, nequitiam diaboli inimici noſtri & accuſatoris effugimus. Sic enim & alibi Propheta dicit, Dic tu (inquit) iniquitates tuas prior, vt iuſtificèris. Non'ne euidenter myſterium, de quo tractamus, oſtendit, cùm dicit: Dic tu prior? vt oſtendat tibi, quia præuenire illum debeas qui paratus eſt ad accuſandum. Tu ergò (inquit) dic prior, ne te ille præueniat: quia ſi prior dixeris, & ſacrificium pœnitentiæ obtuleris, ſecundùm ea quæ in ſuperioribus diximus offerenda, & tradideris carnem tuam in interitum, vt ſpiritus ſaluus fiat in die Domini, dicetur & tibi: Quia percepiſti & tu in vita tua mala, nunc verò hîc requieſce. Sed & Dauid eodem ſpiritu loquitur in pſalmis, & dicit: Iniquitatem meam notam feci, & peccatū meum non cooperui. Dixi, pronunciabo aduerſùm me iniuſtitiam meā, & tu remiſiſti impietatem cordis mei. Vide ergo, quia pronunciare peccatum, remiſsionem peccati meretur. Præuentus enim diabolus in accuſatione, vltrà nos accuſare non poterit. Et ſi ipſi noſtri ſimus accuſatores, proficit nobis ad ſalutem. Si verò expectemus, vt à diabolo accuſemur, accuſatio illa cedit nobis ad pœnam: habebit enim ſocios in gehenna, quos conuicerit criminum ſocios.

Peccatorum confeſsio quā vtilis. — *Iſai.43.* — *1.Cor.5.* — *Luc.16.* — *Pſalm.31.*

5 ET HOMIL. 5. Nunc verò illud addimus, quod dicit: Quia in loco in quo iugulantur holocauſta, ibi etiam hoſtiæ pro peccato. Vide quàm multa miſericordia & benignitas Dei eſt, vt vbi holocauſtum iugulatur illud quod ſoli Deo offertur, ibi etiam hoſtia quæ pro peccato eſt, immolari iubeatur: quò ſcilicet intelligat ſe qui peccauit & pœnitet, & conuerſus ad Dominum contribulati ſpiritus hoſtiam iugulat, in loco iam ſancto ſtare, & ſociari his quæ pertinent ad Deum.

Leuit.4. — *Qui conuertitur ad Deum, in loco iam ſancto ſtat.*

H 1 CYRILLVS Alexandrinus, tomo. 1. in Ioannem, Lib. 12. Cap. 56. Vide ſuprà, Lectione. 7. litera. A. authoritate. 1.

2 AMBROSIVS tomo. 1. De Pœnitentia, Lib. 2. Vide ſuprà, Lectio. 8. litera.

litera. A. authoritate. 14. 15. & . 16.
3 AVGVST. tomo. 10. De Verbis Domini. Serm. 8. Vide ſup. Lect. 7. lit. A. authorit. 10.

I 1 ORIGEN. tom. 1. in Pſalm. 38. Homilia. 2. Vide ſuprà, Lectio. 7. litera. A. authorit. 5.

2 HISTORIA Tripartita, Lib. 9. Cap. 35. Vide ſuprà, Lectio. 8. litera. A. authoritate. 20.

3 BASILIVS in Regulis breuioribus. quæſt. 289. *Interrogatio.* Quem peccati alicuius pœnituit, is ſi in illud idem denuò relapſus ſit, quid faciet? *Reſponſio.* Quòd qui ſemel pœnitentiam egerit, denuò idem peccatum commiſerit, hoc argumento eſt, illum primam cauſam peccati illius funditus non extirpaſſe, à qua veluti à quadam radice alia eiuſdem generis pullulare neceſſe ſit. Nam quemadmodum ſi quis relicta radice, ramos arboris alicuius velit exciſos, nihilominus radix manens, alios ſimiles illis protrudit: ſic quoniam peccata ſunt quædam, quæ naſcendi principium in ſeipſis non habent, ſed aliunde originem ducunt, neceſſe eſt prorſus ſi quis eſſe ab illis liber velit, is vt cauſas primas peccatorum illorum ſtirpitus tollat. Veluti corrixatio & inuidia, non ex ſeipſis naſcuntur, ſed ab radice appetitus gloriæ pullulant. Qui enim humanam gloriam magnifacit, is ex æmulatione ei obtrectat, quem ingloria eſſe animaduertit, aut à quo in ea ſuperari ſe videt, inuidet. Quocirca qui ſemel ſeipſum inuidiæ, contentionisue condemnarit, is ſi in eadem ipſa denuò vitia relapſus ſit, vtiq; intelligat graui ſe ac penitus inſito cupiditatis gloriæ morbo principe, ſcilicet, inuidiæ æmulationis'ue cauſa laborare. Nimirùmque ipſum conuenit contraria ratione, nempe humilitatis exercitationibus (humilitatis autē exercitatio, in rebus contemptioribus exercitatio eſt) gloriæ morbum curare: vt hoc modo, affectionē illam humilis animi adeptus, deinceps in ea, quę antè diximus eſſe cupiditatis glorię genuina, non incidat. Atque in ſingulis iſtiuſmodi peccatis ſimili modo.

Qui in eadem peccata relabitur, indicat ſe primam cauſam & radicem nō abſtuliſſe.

4 HIERON. tom. 5. in Eccleſiaſtē, Cap. 10. Vide ſuprà, Lectione. 7. litera. A. authorit. 18.

5 IDEM tomo. 7. in Pſalm. 38. *Verſu. Tabeſcere feciſti, &c.* Tabeſcit anima cùm caro à luxurijs & concupiſcentijs refrænatur. Hoc eſt tabeſcere, obſtupeſcere de anterioribus delictis. Ille verò qui ea agit, quæ mundanæ vanitati ſunt apta, telas texit araneæ, iuxta Iſaiam Prophetam, hoc eſt, die noctuque in opere vano vacat: & non vtilia, ſed diſſolubilia, & corruptibilia operatur. Sed, quia Propheta animam, ceu araneā tabeſcere dicit, hoc intelligendum eſt, vt ad tantam ſubtilitatem per abſtinentiam decoquatur, vt ad inſtar filorum illorum deducatur, ſcilicet, vt nihil craſſum, durum'ue peccati contineat.

Pſalm. 38.

Iſai. 59.

Pro peccatis quanta pœnitentia facienda.

6 NICEPHORVS Calliſtus, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ. Lib. 11. Cap. 34. Vide ſuprà, Lectione. 8. litera. A. authorit. 26.

7 AVGVSTINVS. tomo. 9. De Viſitatione infirmorum, Lib. 2. Cap. 5. Confeſsionem tuam pœnitentia comitetur, quoniam ita tibi remittetur iniquitas tua. Et, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Peccati quoque confeſsio, peccatoris eſt damnatio: pœnitentia verò, confeſsionem parit vtilem. Odium quoque peccatis adhibendum eſt, quoniam peccatorum amicus, animæ ſuæ eſt inimicus. Et perfecto odio odienda ſunt peccata, quoniam facta ſunt nobis inimica. Momentaneas autem ipſorum illecebras, quæ ad momentaneam cordis percuſsionē poſſunt annullari, pro quorum annullatione, ęternam poſsidebis requiem: per theſaurizationem in cruciatum ibis infernalē: nolle deſtruere cùm poſsis, extremæ eſt dementiæ. *Et vide ſuprà, Lectione. 8. litera. A. authoritate. 19.*

Pſalm. 31.

Pœnitentia quomodò peragenda.

8 DIADOCHVS, &c. Vide ſup. Lect. 7. lit. E. auth. 5.

L E-

LECTIO X.

DOCTOR.

AGE iam, vt ad quartum Sacramentum veniamus, quo nomine illud appellas?

ADOLESCENS.

Voco tùm Euchariſtiam, tùm Sacramentum corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti.

DOCTOR.

Da nobis eius definitionem.

ADOLESCENS.

Eſt Sacramentum in quo vi ac potentia diuinorũ verborum quæ à ſacerdote enunciantur, panis ac vini ſubſtantia, in veriſsimam corporis ac ſanguinis Ieſu Chriſti ſubſtantiam [a] conuertitur.

DOCTOR.

Credis ergò nobis hîc Chriſti corpus verè ac re ipſa, non autem in ſpiritu ac nudo quodam ſigno, exhiberi?

ADOLESCENS.

Sanè. Tanta eſt enim [b] perſpicuitas eorum verborum quæ Chriſtus adhibuit huic cõficiendo myſterio, & quæ eiuſdem authoritate in eodẽ à nobis quotidie vſurpantur, vt extremæ ſit dementiæ alium ijs ſenſum affingere, quàm qui purus ac ſimplex primùm occurrit ea audienti, *Hoc eſt corpus meum quod pro vobis traditur: Hic eſt ſanguis meus, qui pro vobis effunditur.* Fruſtrà proinde ac temerè quæruntur hîc figuræ, tropi, & metonymiæ, perinde ac ſi de quodam ſpiritu ageretur, omniſq́ue huius Sacramenti ratio ac veritas, in fide eorũ qui ei participãt, cõſiſteret.

DOCTOR.

Et hæc quæſo paulò fuſius nobis explica.

ADOLESCENS.

Quod Chriſtus Ieſus ea die qua extremam cum diſcipulis cœnã ſumpſit, illis edendũ bibendumq́; præbuit, profectò,

a *Iuſtin. mar. apolog. 2. Cyp. de Cœna Dom. Iren. lib. 4. c. 34. & li. 5. Hilar. lib 8. de Trinit. Ambr. de Sacram. lib 4. c. 4. lib. 5. c. 4. Aug. de Trinit. lib. 3. c. 4. lib. 4. c. 14. Hieron. q. 2. ad Hedib. & epiſt. 1. ad Heliodo. & comment. in Sopho. 3. Euſeb. Emiſe de Cor. & ſangui. Chriſti. Epipha. in ancora. Chryſoſ. ſerm. de proditione Iudæ. & hom. 2. in. 2. ad Tim. & homil. 83. in Matth. Theophyl. in Matt. 26. Cyril. in Ioan. lib. 11. c. 22. & Cyril. Hieroſolym. Catech. myſta 4.*

b *Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11. Aug. de Verb. Dom. ſerm. 28. & cont. Fauſt. lib. 20. c. 13. Greg. Nyſſ. in vita Moyſi. & orat. de Baptiſmo. Concil. Nicæ. 2. Tertul. cont. Marcio. lib 4. & 5. Hilar. de Trinit. lib. 8. Ambroſ. de Sacra. lib. 4. c. 5. lib. 6. c. 1. Aug. de Trinit. lib. 3. c. 10. Cyril. in Ioan. lib. 3. c. 37. li. 11. cap. 27. Chryſoſt. homil. 24. in 1. ad Corinth. 10.*

profectò [c] corpus illud ipſum fuit, quod paulò pòſt pro nobis morti obiecit. Idemq; ille ſanguis quem pro nobis effudit: *Hoc* (inquit) *eſt corpus meum, quod pro vobis traditur: Hic eſt ſanguis meus qui pro vobis effunditur.* Si ergo quod Apoſtoli manducauerunt, & biberunt, nihil aliud quàm corporis & ſanguinis ſignum fuit, an non erit inferendum continuò, Chriſtum non niſi in ſigno fuiſſe Crucifixum? Hoc verò quis patienter audiat? Rurſus ſi Apoſtoli manducauerunt quidem illud corpus, & biberunt illum ſanguinem, ſed fide tantùm & ſpiritu, non etiam in ſubſtantia & re ipſa, an non neceſſariò conſequitur Chriſtum non aliter crucifixũ pro nobis fuiſſe, quàm ab Apoſtolis manducatum, hoc eſt, in ſpiritu, & per fidem: nosq́ non verè & facto, ſed per imaginem potius & ex opinione fuiſſe redemptos?

[c] *Conc. Epheſ. 1. Tertul. in Marcio. de carne Chriſti. Cyril. vbi ſup. laic. Iren. lib. 5. Epipha. in Marcio.*

DOCTOR.

Hoc planè ſine ſumma impietate vel dici, vel cogitari non poteſt. Sed illud omnino fide certiſsima eſt retinendum, eam ipſam corporis & ſanguinis Chriſti ſubſtantiam ab Apoſtolis in Sacramento fuiſſe ſumptam, eamque quotidiè à [d] nobis immortalẽ accipi, quæ ſaluti noſtrûm omnium mortalis in crucem acta eſt. Neque enim duo corpora vni Chriſto affigenda ſunt, alterum ſine carne ſpirituale quod in cœna per fidem edendum proponeretur: alterum verum ac reale, quod facto ipſo morti obijceretur.

[d] *Ioan. 6. 1. Cor. 11. Iren. li. 4. c. 32. 33. & 34. & lib. 5. Magne. lib. 3. Euange apol. Tertul. de Reſurr. car & cont. Marcio. li. 3. & 4. & de coro. mili. & lib. 2. ad vxo. & de pudici. Dion. Eccle. hier. c. 7. & 3. Martia. epiſ. ad Burdegal. cap. 3. Iuſti. mart. apol. 2. & dialog. contr. Tryph. Orig. hom. 1. in Exo. & trac. 35. in Matt. & dialog. 3. de rec. fide. & in diuer. hom. 5. Cypr. lib. 1. epiſt. 2. & li. 2. epiſt. 3. & ſer. 5. de lapſ. & de Can. Dom. Metho. mar. Lactan. lib. 4. c. 18. Hieron. lib. 2. contr. Ioui. & q. 2. ad Hedi. & lib. 17. in Iſa. & in Matt. 26. & ad Tit. c. 1. Euſeb. Emiſ. de Corp. Dom.*

ADOLESCENS.

Sic ſentio: ac proinde à nobis relegari debent quàm longiſsimè opiniones quędam nouæ aduerſus ipſam Diuini Verbi veritatem excogitatæ.

AVTHORIT. SCRIPT.

B MATT. Cap. 26. Vt ſup. Cap. 1. Lect. 3. lit. G.

MARC. Cap. 14. Et manducantibus illis accepit Ieſus panẽ, & benedicens fregit, & dedit eis, & ait: Sumite, hoc eſt corpꝰ meum. Et accepto calice gratias agens, dedit eis: & biberũt ex illo omnes: & ait illis, Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur.

LVC. Cap. 22. Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens, Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc facite in meam cõmemorationẽ. Similiter & calicem poſtquàm cœnauit dicens, Hic eſt Calix nouum teſtamẽtum in ſanguine meo, qui pro vobis effundetur.

PRIOR.

PRIOR. Ad Corinth. Cap. 11. Vt ſupra, Cap. 1. Lect. 3. lit. G.

D IOAN. Cap. 6. Dixit ergo eis Ieſus, Amen, amẽ dico vobis, non Moyſes dedit vobis panem de cœlo, ſed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum. Panis enim Dei eſt qui de cœlo deſcẽdit, & dat vitam mũdo. ET. Ego ſum panis vitæ. Patres veſtri mãducauerũt mãna in deſerto, & mortui ſunt. Hic eſt panis de cœlo deſcẽdẽs, vt ſi quis ex ipſo mãducauerit, nõ moriatur. Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi, ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis quẽ ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Litigabant ergo Iudæi ad inuicem dicentes, Quomodò poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandũ? Dixit ergo eis Ieſus, Amen, amen dico vobis, niſi mãducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo die. Caro enim mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus, qui mãducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet & ego in illo. Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, & ipſe viuet propter me. Hic eſt panis qui de cœlo deſcendit. Non ſicut manducauerunt Patres veſtri manna & mortui ſunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

PRIO. Ad Corinth. Cap. 11. Vt ſup. litera. B.

AVTHORIT. PATR.

A 1 IVSTINVS Mart. Apologia. 2. pro Chriſtianis. Poſteàquàm & is qui præeſt gratias egit, & populus omnis benedixit, ij qui apud nos Diaconi dicuntur, dant vnicuiq; eorum qui adſunt, percipiendum panem, vinum, & aquam, quæ cum gratiarum actione conſecrata ſunt, & ad eos qui abſunt, perferunt. Atque cibus hic apud nos Euchariſtia nominatur, qua nemini alij participare licet, niſi ei qui & vera eſſe credit quę nos dicimus, & expiatus eſt lauacro, quod in remiſsionẽ peccatorum regenerationemq; datur, & ita viuit vt Chriſtus tradidit. Neque enim hæc vt communem vſitatumq; panem, vſitatamq; potionẽ capimus, ſed quemadmodũ per Dei Verbũ homo fact⁹ Ieſus Chriſtus, Conſeruator noſter, & carnem & ſanguinem pro ſalute noſtra habuit: ſic etiam cibum qui per preces ſermonis, quem ab eo accepimus, conſecratus eſt, & quo ſanguis carnesq; noſtræ communione aluntur, Ieſu Chriſti eius qui homo factus eſt, & carnem & ſanguinẽ eſſe accepimus. Apoſtoli enim in commentarijs ſuis, quæ Euangelia dicuntur, ita ſibi Chriſtum pręcepiſſe tradiderunt, eum accepto pane cùm gratias egiſſet, dixiſſe, Hoc facite in memoriam mei: Hoc eſt corpus meum. Diximus etiam accepto poculo cùm egiſſet gratias, Hic eſt ſanguis meus. ſibiq; ſolis dediſſe.

Diaconi ad miniſtrant Euchariſtiã quæ & ad abſentes deferunt.

Verum Chriſti corpus et verus ſanguis in Euchariſtia.

Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11.

2 CYPRIA. Serm. de Cœna Domini. Panis iſte communis in carnem & ſanguinem mutatus, procurat vitam & incrementum corporibus: ideòq; ex cõſueto rerum effectu fidei noſtrę adiuta infirmitas, ſenſibili argumento edocta eſt, viſibilibus Sacramentis ineſſe vitæ æternæ effectum: & non tam corporali, quàm ſpirituali tranſitione, Chriſto nos vniri. *Et vide ſup. Cap. 5. Lect. 8. litera. E. authorit. 4.*

Panis mutatur in carnẽ & ſanguinem.

Euchariſtię ſacra effectus.

3 IRENÆ. Aduerſùs hæreſes, Lib. 4. Cap. 34. (*Loquẽs, de oblatione quorundam hæreticorum.*) Quomodò autẽ cõſtabit eis, eũ panem, in quo gratiæ actæ ſint, corpus eſſe Domini ſui, & calicem ſanguinis eius, ſi nõ ipſum fabricatoris mundi Filium dicant, ideſt, Verbum eius per quod lignũ fructificat, defluunt fontes: & dat primùm quidem fœnum, pòſt deinde ſpicam, deinde plenum triticum in ſpica? Quomodò autem rurſus dicunt carnem in corruptionẽ deuenire, & non percipere vitã quæ à corpore Domini & ſanguine alitur? Ergò aut ſententiam mutent, aut abſtineãt offerendo quæ prædicta ſunt. Noſtra autem conſonans eſt ſentẽtia Euchariſtiæ, & Euchariſtia rurſum confirmat ſentẽtiam noſtrã: offerimus enim ei quæ ſunt eius, congruenter communicationẽ & vnicam prædicantes carnis & ſpiritus. Quemadmodũ enim qui eſt à terra panis, percipiens vocationẽ Dei, iam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia, ex duabus rebus conſtans, terrenã & cœleſti: ſic & corpora noſtra percipientia Euchariſtiam, iam non ſunt corruptibilia, ſpem reſurrectionis habentia.

Poſt conſecrationẽ panis, iam nõ eſt panis, ſed Euchariſtia.

4 ET Lib. 5. Cap. 2. Vani ſunt omnimodò, qui vniuerſam diſpoſitionem contemnunt, & carnis ſalutem negant, & regenerationem eius ſpernunt, dicentes non capacem

capacem eſſe incorruptibilitatis. Sic autẽ ſecũdùm hæc, videlicet, nec Dñs ſanguine ſuo redemit nos, nec calix Euchariſtię cõmunicatio ſanguinis eius, nec pauis quem frangimus, cõmuoicatio corporis eius eſt. *1. Cor. 10.* Sanguis enim uõ niſi à venis & carnibus, & à reliqua quæ eſt ſecũdùm hominẽ ſubſtantia, qua verè factum Verbum Dei, ſanguine ſuo redemit nos, quemadmodùm & Apoſtolus eius ait, *Ephe. 1. & 5.* In quo habemus redemptionem per ſanguinẽ eius, & remiſsionem peccatotum. Et quoniam membra eius ſumus, & per Creatorem nutrîmur. *Matth. 5.* Creaturam autem ipſe nobis præſtat, Solem ſuum oriri faciens, & pluens, quemadmodùm vult: eum calicem, qui eſt creatura, ſuum corpus confirmauit, ex quo noſtra auget corpora. Quando ergo & mixtus calix, & factus panis, percepit Verbum Dei, fit Euchariſtia ſanguiois & corporis Chriſti, ex quibus augetur & conſiſtit carnis noſtræ ſubſtautia. *Per Chriſti verba calix & panis fit Euchariſtia ſanguinis et corporis Chriſti.* Quomodò carnem negant capacem eſſe donatiouis Dei, qui eſt vita æterua, quæ ſanguine & corpore Chriſti nutritur, & membrum eius? Quemadmodùm & Apoſtolus ait, in ea quæ eſt ad Epheſos epiſtola: *Ephe. 5.* Quoniam membra ſumus corpotis eius, de carne eius, & de oſſibus eius: noo de ſpiritali aliquo, & inuiſibili homiue, dicens hæc. *Luc. 24.* Spiritus enim nec oſſa, uec carnes habet: ſed ea diſpoſitione, quæ eſt ſecundùm hominem, quæ ex carnibus, & neruis, & oſsibus conſiſtit, quæ de calice, qui eſt ſanguis eius, nutrîtur, & de pane, qui eſt eius corpus, augetur.

5 HILARIVS De Trinitate, Lib. 8. Eos nuuc qui inter Patrem & Filium voluntatis iugerunt vnitatem, interrogo, vtrum'ne per naturæ veritatem hodie Chriſtus iu nobis ſit, an per concordiam voluntatis? *Ioan. 1.* Si enim verè, Verbum caro factum eſt, & uos verè Verbum carnem cibo Dominico ſumimus, quomodò non naturaliter manere in nobis exiſtimandus eſt, qui & naturam carnis noſtrę ioſeparabilem ſibi homo uatus aſſumpſit, & naturam carnis ſuæ ad oaturam æternitatis ſub Sacramento nobis communicandæ carnis admiſcuit? *Verè Verbũ carnem cibo Dominico ſumimus.* *Et mox.* Si verè igitur carnem corporis noſtri Chriſtus aſſumpſit, & verè homo ille, qui ex Maria natus fuit, Chriſtus eſt, noſque verè ſub myſterio carnem corporis ſui ſumimus, & per hoc vnum erimus, quia Pater in eo eſt, & ille in nobis, quomodò voluntatis vnitas aſſeritur, cùm naturalis per Sacramentum proprietas, perfectę Sacramentum ſit vnitatis?

6 AMBROSIVS tom. 4. de Sacrameutis, Lib. 4. Cap. 4. Tu fortè dicis, Meus panis eſt vſitatus: ſed panis iſte, panis eſt ante verba Sacrameutorum: vbi acceſserit conſecratio, de paue fit caro Chriſti. *Accedente cõſecratione, de pane fit corpus Chriſti.* Hic igitur adſtruamus. Quomodò poteſt qui panis eſt, corpus eſſe Chriſti? Cõſecratione. Cõſecratio igitur, quibus verbis eſt? Cuius ſermonibus? Domioi Ieſu. Nam reliqua omnia quæ dicuotur, laus Deo defertur: oratioue petitur pro populo, pro regibus, pro cæteris: vbi venitur vt cooficiatur venerabile Sacramentum, iam non ſuis ſermonibus ſacerdos, ſed vtitur ſermonibus Chriſti. Ergò ſermo Chriſti hoc conficit Sacramentum. *Sermo Chriſti quàm ſit efficax.* Quis ſermo Chriſti? Nempe is quo facta ſunr omnia. Iuſsit Dominus, & factum eſt cœlum: iuſſit Dominus, & facta eſt terra: iuſsit Dominus & facta ſuot maria: iuſsit Dominus, & omois creatura generata eſt. Vides ergò quàm operatorius ſit ſermo Chriſti. Si ergò tanta vis eſt in ſermone Domini Ieſu, vt inciperent eſſe quæ non erãt, quãtò magis operatorius eſt vt ſinr quæ erãt, & in aliud cõmutentur? Cœlum non erat, mare non erar, terra non erat, ſed audi dicentem: Ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. *Pſal. 148.* Ergò tibi vt reſpondeã, non erat corpus Chriſti aute conſecrationem: ſed poſt conſecrationem, dico tibi quòd iam corpus eſt Chriſti. Ipſe dixit, & factum eſt, ipſe mandauit, & creatum eſt. Tu ipſe eras, ſed eras vetus creatura: poſteaquàm cooſecratus es, noua creatura eſſe cœpiſti. Vis ſcire quàm noua creatura? *2. Corin. 5. Gala. 6.* Omnis, inquit, in Chriſto uoua creatura. Accipe ergò quemadmodùm ſermo Chriſti creaturam omnem mutare conſueuerit, & mutat quando vult inſtituta naturæ. Quomodò, requiris? Accipe: & primò omnium de generatione eius ſumamus exemplum. *Sermo Chriſti ſolet mutare creaturas.* Conſuetudo eſt vt nõ generetur homo uiſi ex viro & muliere, & conſuetudine cõiugali. ſed quia voluit Dominus, qui hoc elegit Sactamentum, & de Spiritu ſancto & Virgine natus eſt Chriſtus, hoc eſt, Mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus. Vides ergo, quia cõtra inſtituta & otdinem, homo eſt natus

Exod. 14. ex Virgine. Accipe aliud. Vrgebatur populus Iudæorum ab Ægyptijs, interclusus erat mari, diuino imperio virga Moyſes tetigit aquas, & ſe vnda diuiſit, non vtique ſecundùm ſuæ naturæ cõſuetudinem, ſed ſecundùm gratiam cœleſtis imperij.

Exod. 15. Accipe aliud. Sitiebat populus, veniebat ad fontem, amarus erat fons: miſit lignum ſanctus Moyſes in fontem, & factus eſt dulcis, fons qui amarus erat, hoc eſt, mutauit conſuetudinem naturæ ſuæ, accepit dulcedinem gratiæ. Accipe & quartum exemplum: Ceciderat ferrum ſecuris in aquas: quaſi ferrum, ſua conſuetudine

4. Reg. 6. demerſum eſt: miſit lignum Eliſæus, ſtatim ferrum eleuatum eſt, & aquis ſupernatauit: vtique contra cõſuetudinem ferri. Eſt enim materies grauior quàm aquarum eſt elementum. Ex his igitur omnibus non intelligis quantũ operetur ſermo cœleſtis? Didiciſti quòd ex pane corpus

Ex pane fit corp⁹ Chriſti: et ex vino & aqua fit ſanguis Chriſti.

fiat Chriſti, & quòd vinum & aqua in calicem mittitur, ſed fit ſanguis conſecutione verbi cœleſtis. Sed fortè dicis, ſpeciem ſanguinis non video. Sed habet ſimilitudinem. Sicut enim mortis ſimilitudinem ſumpſiſti, ita etiam ſimilitudinẽ pretioſi ſanguinis bibis, vt nullus horror cruoris, & pretium tamẽ operetur redemptionis. Didiciſti ergò quia quod accipis, corpus eſt Chriſti.

7 ET Lib. 5. Cap. 4. Dixi vobis ꝙ ante verba Chriſti, quod offertur, panis dicatur, vbi Chriſti verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, ſed corpus appellatur. Quare ergo in oratione Dominica, quæ poſteà ſequitur, ait, Panem noſtrum? Panem quidem dixit, ſed ἐπιούσιον dixit, hoc eſt, ſuperſubſtantialem. Non iſte panis eſt qui vadit in corpus, ſed ille panis vitæ æternæ, qui animæ noſtrę ſubſtantiam fulcit.

Poſt verba conſecrationis, iam non dicitur panis, ſed corpus Chriſti.

8 AVGVST. tomo. 3. De Trinitate, Lib. 3. Cap. 4. Si ergò Apoſtolus Paulus, quanuis adhuc portaret ſarcinam corporis, quod corrumpitur & aggrauat animam: quanuis adhuc ex parte, & in ænigmate videret, optans diſſolui & eſſe cum Chriſto: & in ſemetipſo ingemiſcẽs adoptionem expectans redemptionem corporis ſui: potuit tamen ſignificando prædicare Dominum Ieſum Chriſtum, aliter per linguã ſuã, aliter per epiſtolam, aliter per Sacramentum corporis & ſanguinis eius. Nec linguã quippe eius, nec mẽbranas, nec atramentũ, nec ſignificantes ſonos lingua editos, nec ſigna literarũ conſcripta pelliculis, corpus Chriſti & ſanguinẽ dicimus: ſed illud tantùm quod ex fructibus terræ acceptum, & prece myſtica conſecratum, ritè ſumimus ad ſalutem ſpiritualẽ in memoriã pro nobis Dominicę paſſionis: quod cùm per manus hominum ad illã viſibilẽ ſpeciem perducitur, non ſanctificatur, vt ſit tam magnum Sacramentum, niſi operante inuiſibiliter Spiritu Dei.

Sap. 9. 1. Cor. 13. Philip. 1. Rom. 8.

Panis & vinum per verba conſecrationis operante Spiritu Dei, fit corpus & ſanguis Chriſti.

9 ET Lib. 4. Cap. 14. Quis ergo tam iuſtus & ſanctus ſacerdos, quàm vnicus Filius Dei, qui non opus haberet per ſacrificium ſua purgare peccata, nec originalia, nec ex humana vita quę addũtur? Et quid tam congruenter ab hominibus ſumeretur quod pro eis offerretur, quàm humana caro? Et quid tam aptum huic immolationi, quàm caro mortalis? Et quid tam mũdum pro mundandis vitijs mortalium, quàm ſine vlla contagione carnalis concupiſcẽtię caro nata in vtero & ex vtero Virginali? Et quid tam gratè offerri & ſuſcipi poſſet, quàm caro ſacrificij noſtri, corpus effectũ ſacerdotis noſtri? vt quoniam quatuor cõſiderãtur in omn. ſacrificio: cui offeratur, à quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur: ideò ipſe vnus veruſq; Mediator, per ſacrificiũ pacis reconcilians nos Deo, vnũ cum illo maneret cui offerebat, vnũ in ſe faceret pro quibus offerebat, vnus ipſe eſſet qui offerebat, & quod offerebat.

Chriſtus ſacerdos qui offerebat, & ſacrificium quod offerebat.

10. HIĖRO. tom. 3. Epiſt. 150. ad Hedibiam. q. 2. Nos autẽ audiamus panẽ quẽ fregit Dñs, deditq; diſcipulis ſuis, eſſe corpus Dñi Saluatoris, ipſo dicente ad eos, Accipite & comedite: Hoc eſt corp⁹ meũ. Et calicem illum eſſe, de quo iterũ loquutus eſt, Bibite ex hoc omnes: Hic eſt enim ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur.

Panis fit corp⁹ Chriſti. Matth. 26. Marc. 14.

11 IDEM tomo. 1. Epiſtola. 1. ad Heliodorum. Abſit vt de his quidquam ſiniſtrum loquar, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt, per quos & nos Chriſtiani ſumus.

Sacerdotes ſacro ore, Chriſti corpus cõficiũt.

12 IDEM tomo. 5. in cap. 3. Sophonię. Sacerdotes quoque qui Euchariſtiæ ſeruiunt, & ſanguinem Domini populis eius diuidunt, impiè agunt in Legem Chriſti. *Et paulò pòſt.* Sacerdores quoque qui dant Baptiſmũ: & ad Euchariſtiã, Dñi precantur aduentum: faciunt oleum chriſmatis,

Sacerdotum officia & miniſteria, quæ.

manus

manus imponūt, catechumenos erudiūt, Leuitas & alios conſtituunt ſacerdotes: nō tam indignentur nobis hæc exponentibus, & prophetis vaticinantibus, quàm Dominum deprecentur, & ſtudioſè agāt, ne de ſacerdotibus qui violant ſancta Domini, eſſe mereantur.

13 EVSEBIVS Emiſenus, Homilia. 5. de Paſchate. (*Habetur hac Homilia ſub titulo, de corpore & ſanguine Chriſti. inter opera Diui Hieronymi, tomo. 9.*) Quia corpus aſſumptum ablaturus erat ex oculis noſtris, & ſideribus illaturus, neceſſarium erat, vt nobis in hac die Sacramentū corporis & ſanguinis ſui conſecraret, vt coleretur iugiter per myſterium, quod ſemel offerebatur in pretium. Vt quia quotidiana & indefeſſa currebat pro hominum ſalute Redemptio, perpetua eſſet etiam Redemptionis oblatio, & perennis illa victima viueret in memoria, & ſemper præſens eſſet in gratia. Verè vnica & perfecta hoſtia fide æſtimanda, non ſpecie: nec exteriori cenſenda viſu, ſed interiori affectu. Vnde meritò cœleſtis confirmat authoritas, quia Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Recedat ergò omne infidelitatis ambiguum, quandoquidem qui author eſt muneris, ipſe etiam teſtis eſt veritatis. Nam inuiſibilis ſacerdos, viſibiles creaturas in ſubſtantiam corporis & ſanguinis ſui, verbo ſuo ſecreta poteſtate conuertit, ita dicens, Accipite & edite, Hoc eſt enim corpus meum. & ſanctificatione repetita, Accipite, & bibite, Hic eſt ſanguis meus. Ergò ſicut ad nutum præcipientis Domini repentè ex nihilo ſubſtiterunt excelſa cœlorum, profunda fluctuum, vaſta terrarum: pari potentia in ſpiritualibus Sacramentis, verbo præbetur virtus, & rei ſeruit effectus. Quanta itaq;, & quàm celebranda beneficia vis diuinæ benedictionis operetur attende: & vt tibi nouum & impoſsibile non debeat videri quòd in Chriſti ſubſtantiam terrena & mortalia commutantur, teipſum, qui iam in Chriſto es regeneratus, interroga.

Cur Sacramentum Euchariſtiæ à Chriſto inſtitutum.

Ioan. 6.

Viſibiles creaturæ in ſubſtantiam corporis & ſanguinis Chriſti mutantur.

Matth. 26.

14 EPIPHANIVS in ancorato. Videmus quòd accepit Saluator in manus ſuas, veluti Euangelium habet, quòd ſurrexit in cœna, & accepit hæc, & vbi gratias egiſſet, dixit, Hoc meum eſt: hoc & hoc. Et videmus quòd non æquale eſt, neque ſimile, non imagini in carne, non inuiſibili Deitati, non lineamentis membrorum. Hoc enim eſt rotundæ formæ, & inſenſibile quantùm ad potentiam. Et voluit per gratiam dicere: Hoc meum eſt, hoc & hoc: & nemo non fidem habet ſermoni. Qui enim non credit eſſe ipſum verum, ſicut dixit, is excidit à gratia & ſalute. Quod autem audiuimus, id credimus, quod eſt ipſius. Dñm verò noſtrū nouimus, totū ſenſum, totū ſenſitiuū, totum Deū, totum mouentem, totum operantem, totum lucem, totū incomprehenſibilem: ſed qui cum gratia hoc nobis largitus eſt.

Qui nō credit verum Chriſti corpus, excidit à gratia & ſalute.

15 CHRYSOSTOM. tomo. 3. Homilia de Proditione Iudæ. Et nunc ille præſto eſt Chriſtus, qui illam ornauit menſam, ipſe iſtam quoque conſecrat. Non enim homo eſt qui propoſita de conſecratione menſæ Domini, corpus Chriſti facit & ſanguinem: ſed ille qui crucifixus pro nobis eſt Chriſtus. Sacerdotis ore verba proferuntur, & Dei virtute conſecrantur & gratia. Hoc eſt, ait, corpus meum. Hoc verbo propoſita conſecrantur. Et ſicut illa vox quæ dicit: Creſcite & multiplicamini, & replete terram: ſemel quidem dicta eſt, ſed omni tempore ſentit effectum ad generationem operante natura: ita & vox illa ſemel quidem dicta eſt, ſed per omnes menſas Eccleſiæ vſque ad hodiernam diem, & vſque ad eius aduentum, præſtat ſacrificio firmitatem.

Gen. 1.

Per Chriſti verba, ſacerdotis ore prolata, fit corpus & ſanguis Chriſti.

16 IDEM tomo. 4. in poſteriorem ad Timoth. Homilia. 2. Sacra ipſa oblatio, ſiue illā Petrus, ſiue illam Paulus, ſiue cuiuſuis meriti ſacerdos offerat, eadem eſt quam dedit Chriſtus ipſe diſcipulis, quamque ſacerdotes modò quoque conficiunt. Nihil habet iſta quàm illa minus. Cur id? quia non hanc ſanctificant homines, ſed Chriſtus, qui illam antè ſacrauerat. Quēadmodùm enim verba quæ locutus eſt Chriſtus, eadem ſunt quæ ſacerdotes nunc quoque pronunciant: ita & oblatio eadem eſt, eademque Baptiſmi ratio eſt, adeò omnia in fide conſiſtunt. Cornelium Spiritus repentè repleuit, quia prius ipſe alacritatem voluntatis oſtenderat, fidemque pleniſsimæ deuotionis obtulerat. Et hoc igitur

Eandē oblationē quam dedit Chriſtus Apoſtolis, nunc ſacerdotes cōficiunt.

Act. 10.

Chriſti corpus,& illud eſt:qui autem hoc illo minus aliquid habere putat, ignorat Chriſtum eſſe qui nunc etiam adeſt, atq; operatur.

17 I D E M tomo. 2. in Matth. Homilia. 83. Credamus vbique Deo,nec repugnemus ei, etiamſi ſenſui & cogitationi noſtræ abſurdum eſſe videatur quod dicit: ſuperet & ſenſum & rationem noſtram,ſermo ipſius.Quod in omnibus, & præcipuè in myſterijs faciemus, non illa quæ ante nos iacent ſolummodò aſpicientes, ſed verba quoque eius tenentes. Nam verbis eius defraudari non poſſumus, ſenſus verò noſter deceptu facillimus eſt.Illa falſa eſſe non poſſunt,hic ſæpius atque ſæpius fallitur. Quoniam ergo ille dixit, Hoc eſt corpus meum: nulla teneamur ambiguitate, ſed credamus, & oculis intellectus id perſpiciamus. Nihil enim ſenſibile traditum nobis à Chriſto, ſed rebus quidem ſenſibilibus: omnia verò quæ tradidit inſenſibilia ſunt. Sic & in Baptiſmo per aquam quæ res ſenſibilis eſt, donum illud conceditur: quod autem in ea conficitur, regeneratio ſcilicet ac renouatio, intelligibile quiddam eſt. Nam ſi tu incorporeus eſſes, vnde ipſa dona incorporea tradidiſſet tibi? Quoniam verò corpori coniuncta eſt anima tua, in ſenſibilibus intelligenda tibi traduntur. O quot modò dicunt, Vellem formam & speciē eius, vellem veſtimenta ipſa, vellem calceamenta videre. Ipſum igitur vides, ipſum tangis, ipſum comedis. Veſtimenta eius deſideras videre, ipſe verò ſeipſum tibi tradit, non vt videas ſolùm, verùmetiam, vt tangas & in te habeas. *Et paucis interiectis.* Veniat in mentem tibi quo ſis honore honoratus, qua menſa fruaris. Ea nanque re nos alimur, quam Angeli videntes tremunt, neque abſque pauore, propter fulgôrem qui inde reſilit, adſpicere poſſunt, & nos in vnam cum illo maſſam reducimur. Chriſti corpus vnum, & caro vna facti ſumus. Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? Quis paſtor vnquàm membris ſuis oues ſuas nutriuit? Multæ matres poſt partum alijs nutricibus infantes dederunt: quod ipſe facere noluit, ſed proprio corpore nos alit, & ſibi coniungit, atque conglutinat. *Et paulò pòſt.* Non ſunt humanæ virtutis hæc opera, quæ tunc in illa Cœna confecit: Ipſe nunc quoque operatur, ipſe perficit: miniſtrorum nos ordinem tenemus, qui verò hæc ſanctificat & tranſmutat, ipſe eſt. *Eadem habet tomo.5.ad popul. Antiochen. Homilia.60.*

Credendum eſt Chriſto, qui falli nõ poteſt: potiꝰ quam ſenſibus noſtris qui ſæpe falluntur.

Matth. 16. Marc. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11.

Verè in Eucharistia Chriſtus videtur, tangitur, et comeditur.

Eucharistia laus.

Pſal. 105.

18 THEOPHYLACTVS In Matth. Cap. 26. Porrò dicens, Hòc eſt corpus meum, oſtendit quòd ipſum corpus Domini eſt panis qui ſanctificatur in altario, & non reſpondens figura. Non enim dixit, Hoc eſt figura, ſed, Hoc eſt corpus meum. Ineffabili enim operatione transformatur, etiamſi nobis videatur panis: quoniam infirmi ſumus, & abhorremus crudas carnes comedere, maximè hominis carnem: & ideò panis quidem apparet, ſed re vera caro eſt. Et accepto poculo gratijs actis, dedit illis dicens, Bibite ex hoc omnes: hic eſt enim ſanguis meus, qui eſt noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum. Sicut vetus Teſtamentum immolationem habebat, & ſanguinem, ita & nouum Teſtamētum ſanguinem habet ac immolationem.

Trāſformatur panis in corpus Chriſti.

Cur remaneant viſibiles panis ſpecies.

19 C Y R I L L V S Alexandrinus tomo. 1. in Ioann. Lib. 11. Cap. 22. Hæc non ideò dicimus, quia Domini corpus non magni æſtimemus, ſed quia mirabiles hos effectus, gloriæ Deitatis attribuendos putamus. Nam ipſum etiam Domini corpus, coniuncti virtute Verbi ſanctificatur, & ad benedictionem myſticam adeò actiuum fit, vt poſsit ſanctificationem nobis ſuam immittere. Vnde ipſe quoque Saluator, cùm ad Iudæos multa de carne ſua diſſereret, ac viuificum verè panem eam appellaret: Panis enim (inquit) quem ego dabo, caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vita. Stupentibus illis, & quomodò id fieri poſſet, dubitantibus, dicebat, Spiritus eſt qui viuificat, caro nihil prodeſt: verba quæ ego loquutus ſum vobis, Spiritus ſunt & vita.

Caro Chriſti, viuificus verè panis vocatur.

Ioan. 6.

20 C Y R I L L V S Hieroſolymitanus, Catecheſi. 4. myſtagogica. Sub ſpecie panis datur tibi corpus, & ſub ſpecie vini datur ſanguis, vt ſumpto corpore & ſanguine Chriſti efficiaris ei cõparticeps corporis & ſanguinis. Sic Chriſtophori erimus, hoc eſt, Chriſtum ferentes, cùm eius corpus & ſanguinem in membra noſtra receperimus: atque ita vt Beatus

Sub ſpecie panis & vini datur Chriſti corpus & ſanguis.

Sumentes Eucharistiā fiunt Chriſtophori.

Petrus

Petrus dicit, Diuinæ naturæ conſortes efficiemur. *Et anteà* Cùm igitur Chriſtus ipſe ſic affirmet, atque dicat de pane, Hoc eſt corpus meum: quis deinceps audeat dubitare? Ac eodem quoque confirmante & dicente, Hic eſt ſanguis meus: quis inquã dubitet, & dicat non eſſe illius ſanguinem? Aquam aliquando mutauit in vinum, quod eſt ſanguini propinquum in Cana Galilææ, ſola voluntate: & non erit dignus cui credamus, quòd vinum in ſanguinem tranſmutaſſet? Si enim ad nuptias corporeas inuitatus, ſtupendum miraculum operatus eſt, & non multò magis, corpus & ſanguinem ſuum filijs ſponſi dediſſe illum confitebimur? Quare omni cum certitudine corpus & ſanguinem Chriſti ſumamus, nam ſub ſpecie panis datur tibi corpus, &c. vt ſuprà. *Et poſt pauca.* Ne ergò conſyderes tanquàm panem nudum, & vinum nudum: corpus enim eſt & ſanguis Chriſti, ſecundùm ipſius Domini verba. Quanuis enim ſenſus hoc tibi ſuggerit, tamen fides te cõfirmet, ne ex guſtu rem iudices, quin potius habeas ex fide pro certiſsimo, ita vt nulla ſubeat dubitatio, eſſe tibi donata corpus & ſanguinem. *Et adhuc poſteà.* Hoc ſciens, & pro certiſsimo habẽs, panem hunc qui videtur à nobis, non eſſe panem, etiamſi guſtus panem eſſe ſentiat, ſed eſſe corpus Chriſti. Et vinum quod à nobis conſpicitur, tametſi ſenſui guſtus vinum eſſe videatur, non tamen vinum, ſed ſanguinem eſſe Chriſti.

Cũ Chriſtus affirmet, Hoc eſt corpus meum quis audeat dubitare? Ioan. 2.

Etſi ſenſus indicent eſſe panem & vinum, fides certò perſuadeat eſſe corpus & ſanguinẽ Chriſti.

B 1 A V G V S T. tomo. 10. de Verbis Domini, Serm. 28. Vt ſuprà, Cap. 3. Lect. 7. lit. D. auth. 7. *in initio.*

2 I D E M tom. 6. contra Fauſtũ, Lib. 20. Cap. 13. Cur autem arbitretur Fauſtus parem nobis eſſe religionem circa panem & calicem, neſcio: cùm Manichæis vinum guſtare, non religio, ſed ſacrilegium ſit. In vua enim agnoſcunt Deum ſuum, in cupa nolunt, quaſi aliquid eos calcatus & incluſus offenderit. Noſter autem panis & calix, non quilibet, quaſi propter Chriſtum in ſpicis & ſarmentis ligatum, ſicut illi deſipiunt, ſed certa conſecratione myſticus fit nobis, non naſcitur. Proinde quod non ita fit, quanuis ſit panis & calix, alimentum eſt refectionis, nõ Sacramentum religionis: niſi quòd benedicimus, gratiasq; agimus Domino in omni eius munere, non ſolùm ſpirituali, verùm etiam corporali.

Panis poſt verba conſecrationis, fit corpus Chriſti.

Panis et calix certa cõſecratione fit myſticus.

3 G R E G O R I V S Nyſſenus, de Vita Moyſi: ſiue de vita perfecta. Illud verò prætermittendum nullo pacto eſt, quòd poſteà quàm mare tranſierut, poſteàquàm amaritudo aquarũ, ſitienti, virtute ligni in dulcedinem conuerſa eſt: poſteàquàm delitioſè apud fontes & palmas fuerunt, poſteà denique quàm ex lapide biberunt, tunc quæ ab Ægypto viatica, & cibos ſibi aſſumpſerunt, penitus eos defecerunt, tunc omni nutrimento quod ab Ægypto ferebant abſumpto, deſuper ſibi defluit cibus varius ſimul & ſimplex. Simplex viſu atque vnicus: qualiter varius? Ad ſingulorũ cupiditates ſe vertens. Quid igitur hinc diſcimus? Quòd oporteat videlicet fide, Baptiſmate, labore, omni virtute, omni Euangelica doctrina, mundos puroſque animos noſtros facere, ita vt omnino alienigeni mores & Ægyptiaca vita, vitiorũ, ſcilicet, omnium turba, nos deficiat, & demum depurato deſæcatoque animo, cœleſtem cibum eſſe ſuſcipiendum, quem nulla nobis ſatio agriculturæ artibus produxit: ſed panis eſt abſque ſemine, abſque aratione, abſque alio humano opere nobis paratus. Is deſuper defluens in terris inuenitur: panis enim qui de cœlo deſcendit, qui verus cibus eſt, qui ænigmaticè hac hiſtoria ſignificatur, non incorporea quædam res eſt. Quo enim pacto res incorporea, corpori cibus fiet? Res verò, quæ incorporea non eſt, corpus omnino eſt. Huius corporis panem non aratio, non ſatio, non agricolarum opus effecit, ſed terra intacta permanſit, & tamen pane plena fuit, quo fameſcentes, myſterium Virginis perdocti facilè ſaturantur. Is igitur mirabilis ſine agricultura panis varietate qualitatis ad ſuſcipientium habitudinem, virtutem ſuam commutat. Nam cùm ſit panis, ignorat labefieri, ſic in carnem verti, nouit holus imitari: quidquid denique aſſumenti conueniens & expetitum ſit, vt Apoſtolus vult, qui hanc nobis menſam præparauit, in id commutatur. Sic enim diuinus ille vir perfectioribus ſolidorum, & in carnis ſpeciem hunc cibum fieri docet, infirmioribus holus, infantibus lac. *Et longè poſt.* Quæ verò intus erant, Sancta ſanctorum nominabantur, ad quæ multitudo peruenire non poterat, hæc rerum veritatem ſignificant. Veritatem hanc myſterij noſtri dico, rem Sanctam, & Sanctam Sanctorum, multis incom-

Quæ præparatio neceſſaria ad ſumẽdam Euchariſtiam.

Panis commutatur in corp⁹ Chriſti.

Heb. 5. 1. Cor. 3.

Rom. 14.

veritatem aduerſus phantaſma Marcionis.

Non eſt loquendū humano ſenſu de Dei rebus.

8 HILARIVS Pictauienſis Epiſcopus, de Trinitate, Lib. 8. Non eſt humano aut ſeculi ſenſu in Dei rebus loquendum, neque per violentam atque imprudentem prædicationem cœleſtium dictorum, ſanitati alienæ, atque impiæ intelligentiæ extorquenda peruerſitas eſt. Quę ſcripta ſunt legamus, & quæ legerimus intelligamus, & tunc perfectæ fidei officio fungemur. De naturali enim in nobis Chriſti veritate, quę dicimus, niſi ab eo diſcimus, ſtultè atq; impiè dicimus. Ipſe enim, ait, Caro mea verè eſt eſca, & ſanguis meus verè eſt potus: qui edit carnem meam, & bibit ſanguinē meū, in me manet, & ego in eo. De veritate carnis & ſanguinis, non relictus eſt ambigēdi locus. Nūc enim & ipſius Domini profeſſione, & fide noſtra, verè caro eſt, & verè ſanguis eſt. Et hæc accepta atque hauſta, id efficiunt, vt & nos in Chriſto, & Chriſtus in nobis ſit. An'ne hoc veritas nō eſt? Contingat planè his verum non eſſe, qui Chriſtum Ieſum verum eſſe Deum negant. Eſt ergo in nobis ipſe per carnem, & ſumus in eo, dum ſecum hoc quod nos ſumus, in Deo eſt.

Ioan. 6.

De veritate carnis et ſanguinis Chriſti non eſt relictus ambigendi locus.

Verba Canonis Miſſæ ante conſecrationem.

9 AMBROS. tomo. 4. De Sacramentis, Lib. 4. Cap. 5. Vis ſcire quia verbis cœleſtibus conſecratur? Accipe quæ ſunt verba. Dicit ſacerdos, Fac nobis hanc oblationem, aſcriptam, rationabilem, acceptabilem: quòd eſt figura corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui pridie quàm pateretur, in ſanctis manibus ſuis accepit panē, reſpexit ad cœlum, ad te ſancte Pater omnipotens æterne Deus, gratias agens, benedixit, fregit, fractumq; Apoſtolis ſuis & diſcipulis ſuis tradidit, dicēs: Accipite, & edite ex hoc omnes. Hoc eſt enim corpus meū, quod pro multis confringetur. Similiter etiam Calicem poſtquàm cœnatū eſt, pridie quàm pateretur accepit, reſpexit ad cœlum ad te ſancte Pater omnipotēs æterne Deus, gratias agens, benedixit, Apoſtolis & diſcipulis ſuis tradidit, dicens, Accipite, & bibite ex eo omnes, Hic eſt enim ſanguis meus. Vide ſingula. Qui pridie, inquit, quàm pateretur, in ſanctis manibus ſuis accepit panem. Antequàm conſecretur, panis eſt: vbi autem verba Chriſti acceſſerint, corpus eſt Chriſti. Deniq; audi dicētem, Accipite, & edite ex eo omnes: Hoc eſt enim corpus meum. Et ante verba Chriſti, Calix eſt vini & aquæ plenus: vbi verba Chriſti operata fuerint, ibi ſanguis efficitur, qui plebem redemit. Ergo vide te quantis generibus potens eſt ſermo Chriſti vniuerſa cōuertere. Deinde ipſe Dominus Ieſus teſtificatur nobis, quòd corpus ſuum accipiamus & ſanguinem. Nunquid debemus de eius fide & teſtificatione dubitare? Iam redi mecum ad propoſitionem meam. Magnum quidem & venerabile, quòd Manna Iudæis pluit è cœlo. Sed intellige. Quid eſt amplius, Māna de cœlo, an corp' Chriſti? Corpus Chriſti vtiq; qui author eſt cœli. Deinde Manna qui manducauit, mortuus eſt: Qui manducauerit hoc corpus, fiet ei remiſſio peccatorum, & non morietur in æternum. Ergò non ocioſè cùm accipis, tu dicis, Amen: iam in ſpiritu confitens quòd accipias corpus Chriſti. Dicit tibi ſacerdos, Corpus Chriſti: & tu dicis, Amen, hoc eſt, verum. Quod confitetur lingua, teneat affectus.

Antequàm conſecretur panis eſt: vbi Chriſti acceſſerint verba, corpus eſt Chriſti.

Veritas corporis & ſanguinis Chriſti.

10 ET Lib. 6. Cap. 1. Sicut verus eſt Dei Filius Dominus noſter Ieſus Chriſtus, non quemadmodùm homines per gratiam, ſed quaſi Filius ex ſubſtantia Patris: ita vera caro, ſicut ipſe dicit, quam accepimus: & verus eius ſanguis eſt potus. Sed fortè dicas quod dixerunt tunc temporis etiam diſcipuli Chriſti, audientes dicentem: Niſi quis manducauerit carnem meam, & biberit ſanguinem meum, non manebit in me, nec habebit vitam æternam. Fortè dicas: Quomodò vera? qui ſimilitudinem video, non video ſanguinis veritatē. Primò omniū dixi tibi de ſermone Chriſti: qui operatur vt poſſit mutare & cōuertere genera inſtituta naturæ. Deinde vbi non tulerunt ſermonem Chriſti diſcipuli eius, ſed audientes quòd carnem ſuam daret māducare, & ſanguinem ſuum daret bibendum, recedebant: ſolus tamen Petrus dixit: Verba vitę æternæ habes, & ego à te quò recedam? Nē igitur plures hoc dicerent, veluti quidam eſſet horror cruoris, ſed maneret gratia redemptionis: ideò in ſimilitudinem quidem accipis Sacramentum, ſed verę naturæ gratiam virtutemq; conſequeris. Ego ſum (inquit) Panis viuus, qui de cœlo deſcendi. Sed caro non deſcendit è cœlo, hoc eſt, carnem in terris aſſumpſit ex Virgine. Quomodò igitur deſcēdit panis è cœlo, & panis viuus? Quia idē Dñs noſter Ieſus Chriſtus cōſors eſt & Diuinitatis & Corporis: & tu qui accipis eius carnē, diuinæ eius ſubſtantiæ in illo participaris alimento.

Ioan. 6.

Cur Chriſtus ſub viſibili panis ſpecie ſuum dedit corpus.

11 AVGVST. tom.3. de Trinitate, Lib.3.Cap.10. Aliquando adhoc fit eadem ſpecies, vel aliquantulũ mãſura, ſicut potuit ſerpens ille Æneus exaltatus in erêmo, ſicut poſſunt & literę: vel peracto miniſterio tranſitura, ſicut panis ad hoc ſactus in accipiendo Sacramento cõſumitur. *Et poſt pauca.* Sicut infantes non nouerunt quod in altari ponitur, & peracta pietatis celebratione conſumitur, vnde vel quomodò conſiciatur, vnde in vſum religionis aſſumatur. Et ſi nunquàm diſcant experimento vel ſuo, vel aliorum, & nunquàm illam ſpeciem rerum videant, niſi inter celebrationes Sacramentorum, cùm offertur & datur, dicaturque illis authoritate grauiſsima cuius corpus & ſanguis ſit, nihil aliud credẽt, niſi in illa ſpecie Dñm oculis apparuiſſe mortaliũ, & de latere tali percuſſo liquorẽ illum omnino fluxiſſe.

Etſi modũ ignoremus, credamus tamen veritatem corporis Chriſti.

Ioã. 19.

12 CYRILLVS Alexandrinus, tom.1. In Ioan. Lib.3. Cap.37. Quid igitur Chriſtus pollicetur? Quid credentibus affert? Corruptibile certè nullum, ſed benedictionem quã cõmunicatione corporis, atque ſanguinis Chriſti aſſequimur: vnde ad eam incorruptionẽ integrè reducemur, vt cibo & potu corporali non indigeamus. Viuificat enim corpus Chriſti, & ad incorruptionem ſua participatione reducit. Non enim alterius cuiuſdam, ſed ipſius vitæ corpus eſt, virtutem incarnati Verbi retinens, & plenum poteſtate illius, quo vniuerſa & viuunt, & ſunt. Quæ cùm ita ſe habeant, ſciant Baptizati homines, & Diuinæ gratiæ patticipes ſacti, ſi rarius in Eccleſiam proficiſcantur, & longo temporũ ſpatio propter ſimulatam religionem, myſticè communicare Chriſto recuſent, ab æterna ſe vita procul depellere: quippe recuſatio huiuſmodi, quanuis ex teligione proficiſci videatur, & ſcandalum facit, & laqueos inſtruit. Quare oportet omnibus viribus à peccato mundari, & rectè viuendi iactis fundamentis, magna cum fiducia ad ſumẽdam vitam concurrere. Sed variæ ſunt diaboli, multipliceſq; ad decipiendum inſidię. Nam primùm ad viuendum turpiter inducit: deinde cùm malis onerati ſuerint, tunc abhorrere à Chriſti gloria perſuadet, qua poſſent à turpitudine voluptatis quaſi ab ebrietate reuocari. Quare demus operam, oro, vt vinculis eius abruptis, & iugo ſeruitutis peccatorum excuſſo, in timore Domino ſeruiamus. Et vt carnis voluptate per continentiam ſuperata, ad cœleſtem gratiã accedamus, corporiſq; Chriſti participes efficiamur. Sic enim, ſic inquàm diabolum fugabimus, & Diuinæ naturæ participes, ad vitam & incorruptibilitatem aſcendemus.

Veritas corporis & ſanguinis Chriſti.

Periculum recuſantiũ cõmunionẽ.

13 ET Lib.11.Cap.27. Vniuntur enim inter ſe fideles illis modis quos iam expoſuimus. Vniũtur autem etiam Deo, & modum ipſe Saluator aperuit, dicens, Ego in ipſis, & tu in me, vt in vnum ſint conſummati. Corporaliter enim Filius per benedictionem myſticam nobis, vt homo vnitur. Spiritualiter autem vt Deus, ſui Spiritus gratia, noſtrum ad nouam vitam, & diuinæ naturæ participationẽ, ſpiritum redintegrãs. Nexus igitur vnionis noſtræ ad Deũ Patrem, Chriſtus eſt: nobis quidem vt homo, Deo autem Patri, vt Deus naturaliter vnitus. Non erat enim poſsibile corruptioni ſubiectam hominis naturam, ad immortalitatem conſcendere, niſi natura immortalis atque incommutabilis ad eam deſcendiſſet, ac communione, participationeque ſui, à mortalitatis noſtræ terminis, ad ſuum bonum reformatos eleuaret. Conſummati ergo ſumus: reductique ad vnionẽ Dei Patris, mediatione Saluatoris, id eſt, Chriſti. Filium enim Dei, Patri vnitum, corporaliter, ſubſtantialiterq; (vt dictum eſt) accipiẽtes, clarificamur, glorificamurq; ſupremæ facti naturæ participes.

Ioan. 17.

Sacra Euchariſtia ſumptio, quã vtilis.

14 CHRYSOST. tom.4. In.1. ad Corinth. Cap.10. Homil.24. Quod eſt in Calice, id eſt quod à latere fluxit, & illius ſumus participes. Calicem autem benedictionis appellauit, quoniam cùm præ manibus eum habemus, cum admiratione & horrore quodam inenarrabilis doni, laudamus, benedicẽtes quòd ſanguinem effudit, ne in errore permaneremus: nec tãtũ effudit, ſed nos omnes eius patticipes effecit. *Et longè pòſt.* Quòd ſi hominis veſtem nemo temerè attingeret: quo pacto omnium Domini corpus purum & immaculatum, quod Diuinæ illius naturæ particeps eſt, propter quod & ſumus & viuimus, propter quod portæ inſeri fractæ ſunt, & cœlorum apertæ, tanta cum ignominia accipiemus? Nolimus obſecro, nolimus impudentes nos ipſos interimere, ſed cum honore & munditia omni ad Deum accedamus: & quando id propoſitum videris, dic tecum: Propter hoc corpus non amplius terra & cinis ego ſum, non amplius captiuus, ſed liber.

Idẽ ſanguis qui eſt in calice, eſt qui de Chriſti latere fluxit.

1.Cor. 10.

Quãta mũditia accedendum ad Euchariſtiã: et quãta eius vtilitas.

Propter

Propter hoc,cœlũ, & quæ in eo bona ſunt, me accepturum ſpero: propterea immortalem vitam, Angelorum ſedem, Chriſti conſuetudinem. Hoc corpus affixum, verberatum, morte victum nõ eſt. *Matt. 17.* Hoc corpus ſol crucifixum vidēs, radios auertit. Propter hoc & velum templi ſciſſum eſt, & petræ, & terra vniuerſa tremuit. Hoc idem corpus cruentatum, lancea vulneratũ fontes ſanguinis & aquæ *Ioan. 19.* vniuerſo orbi ſalutares ſcaturiuit. *Et paucis interpoſitis.* Quod *Dan. 14.* in Babylonio Dracone factum eſt, quando accepto cibo crepuit medius: idem in hoc vſu venit. Nõ enim per os mortis Chriſtus ſurſum erupit, ſed medio draconis ventre rupto atq; diſcerpto, ex adytis clariſsimus euaſit, & radios non ad hoc vſque cœlum, ſed ad ipſum ſupernum thronum dimiſit. Illuc nanque ipſum extulit, quod etiam nobis exhibuit, & vt teneremus, & manducaremus: quod maximum dilectionis ſignum eſt. Quos enim amamus, nonnunquam etiã *Iob. 31.* morſu petimus. Quare Iob, vt ſeruorum in ſe amorem oſtenderet, dicebat, illos ſæpenumero nimio in ſe amore dixiſſe; Quis det de carnibus eius, vt ſaturemur? Ita & Chriſtus ſuam carnem dedit nobis, vt ea ſaturaremur, quo nos in plurimũ ſui amorem allexit. Ad eum igitur cum feruore accedamus, & dilectione quàm vehementiſſima, ne grauius ſubeamus ſuppliciũ. Quãtò enim maius beneficium accipimus, tantò magis puniemur, quando eo indigni apparebimus. Hoc corpus in præſepe reueriti *Matth. 2.* ſunt Magi, & viri impij, & Barbari, lõgo itinere confecto, & tremore plurimo, adorauerunt. Imitemur igitur ſaltem barbaros, nos qui cœlorum ciues ſumus. Illi enim cùm id præſepe & tugurium tantùm, nec eorum quidquàm quæ tu nunc intuêris, viderent, ſumma acceſſerunt reuerentia, & honore. Tu verò non in præſepe id, ſed in altari: non mulierem quæ in vlnis teneat, ſed ſacerdotẽ præſentem, & Spiritũ perabundè ſuper propoſito diffuſum ſacrificio, vides: *Et mox.* Ipſa menſa, animæ noſtræ vis eſt, nerui mentis, fiduciæ vinculum, fundamentum, ſpes, ſalus, lux, vita noſtra. Si hinc hoc ſacrificio muniti migrabimus, maxima cum fiducia ſanctum aſcendemus veſtibulum; tanquàm aureis quibuſdàm veſtibus vndique contecti. Et quid futura commemoro? Nam dum in hac vita ſumus, vt terra nobis cœlum ſit, facit hoc myſterium. Aſcende igitur ad cæli portas, & diligenter attende, imò non cœli, ſed cœli cœlorũ, & tunc quod dicimus, intueberis. Etenim quod ſummo honore dignũ eſt, id tibi in terra oſtendam. Nam quemadmodùm in Regijs, non parietes, non tectum aureum, ſed regium corpus in throno ſedens, omnium præſtãtiſsimum eſt: ita quoque in cœlis regium corpus quod nunc in terra videndum tibi proponitur. Neq; Angelos, nec Archangelos, non cœlos, non cœlos cœlorum, ſed ipſum horum omnium tibi Dominũ oſtendo. Animaduertis quonam pacto quod omnium maximũ eſt atque præcipuum in terra, non conſpicaris tantùm, ſed tangis: nec ſolùm tãgis, ſed comedis, & eo accepto domum redis.

C 1 CONCIL. Epheſinũ primum, in Epiſt. Synodica ad Neſtorium. (*Quã Alexandrino Concilio multi tribuunt, ſed tamen in Epheſino lectam & approbatam.*) Neceſſariò igitur & hoc adijcimus: annunciantes enim ſicut ſecũdùm carnem, mortem vnigeniti Filij Dei, id eſt, Ieſu Chriſti, & reſurrectionẽ eius, & in cœlos aſcenſionẽ pariter confitentes, incruentam celebramus in Eccleſijs ſacrificij ſeruitutem: ſic etiam ad myſticas benedictiones accedimus, & *Incruentum ſacrificium in Eccleſijs celebratur.* ſanctificamur, participes ſancti corporis & pretioſi ſanguinis Chriſti, omniũ noſtrûm Redemptoris effecti, non vt communem carnem percipientes, (quod abſit.) nec vt viri ſanctificati & Verbo coniuncti, ſecundùm dignitatis vnitatem, aut ſicut diuinæ poſsidentis habitationem, ſed vt verè viuificatricem, & ipſius Verbi propriam factam. Vita enim naturaliter, vt Deus exiſtens, quia propriæ carni vnitus eſt, viuificatricẽ eã eſſe profeſſus eſt. Et ideò quanuìs dicat ad nos: Amen, amen dico vobis, *Ioan. 6.* niſi manducaueritis carnẽ Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem: non tamen eam vt hominis vni⁹ ex nobis exiſtimare debemus: *Verè propria Chriſti caro datur in Euchariſtia.* quomodò enim iuxta naturam ſuam viuificatrix eſſe caro poterit hominis? Sed vt verè propriam eius factam, qui propter nos Filius hominis eſt factus & vocatus.

2 TERTVLL. Aduerſùs Marcionem. Vide ſup. lit. B. authorit. 6. & infrà, litera. D. authorit. 8.

3 IDEM, Lib. de Carne Chriſti, Cap. 5. Diximus retrò, æquè illum (*ſcilicet Chriſtum*) & natiuitatis, & infantiæ imaginaria & vacua ludibria ſubire potuiſſe. Sed iam hîc reſponde interfector veritatis.

Non'ne

Chriſtus verè crucifixus, et verè mortuus & verè reſuſcitatus. 1.cor.2.

Non'ne verè crucifixus eſt Deus? Non'ne verè mortuus, & verè crucifixus? Non'ne verè reſuſcitatus? Vt verè ſcilicet mortuus. Falſò ſtatuit inter nos ſcire Paulus tantùm crucifixum: falſò ſepultum ingeſsit, falſò reſuſcitatum inculcauit. Falſa eſt igitur & fides noſtra, & phantaſma eſt totum quod ſperamus à Chriſto. Sceleſtiſsime hominũ qui interemptores excuſas Dei. Nihil ẽm ab eis paſſus eſt Chriſtus, ſi nihil verè eſt paſſus. Parce vnicæ ſpei totius orbis, qui deſtruis neceſſarium decus fidei.

4 CYRILLVS Alexandrinus. Vide ſup. lit. A. auth. 19. & litera. B. authoritate. 12. & 13.

5 CYRILL. Hieroſolym. Vt ſuprà, lit. A. authorit. 20.

6 IRENÆVS Aduerſùs hæreſes, Lib. 5. Vide ſup. lit. A. auth. 4.

7 EPIPHANIVS Contra Marcioniſtas, hæreſi. 42. Contra teipſum multis modis, ô Marcion, cõfutationem induxiſti, imò potius ab ipſa veritate coactus. Paſcha enim vetus nihil aliud erat quàm ouiculæ victima, & carnium eſus, animatiq; cibus & azymorum. Et quis te coëgit, vt non penitus confutationem contra te ſuſtuleris, quàm veritas ipſa? Nam carnis eſum quem tu damnas, Dominus Ieſus cũ diſcipulis ſuis comẽdit, perficiens Paſchá ſecundùm Legẽ. Et ne dicas quòd myſterium quod perficere volebat, prænominauit, dicẽs: Volo vobiſcũ comedere Paſcha. Nam vt omnibus modis confundat te veritas, non in principio facit, ſed poſtquàm cœnauit (inquit) accepit, hæc & hæc: & dixit, Hoc eſt, hæc & hæc: & non reliquit locum malitiei. Oſtendit enim quòd poſtquàm comẽdit Paſcha, ſecundùm Iudæos, hoc eſt, poſtquàm cœnauit, ad myſterium deuẽnit.

Chriſt⁹ poſtquàm cœnauit, ad myſterium deuenit.

D 1 IRENÆVS, Aduerſùs hæreſes, Lib. 4. Cap. 32. *in fine*. Sed & diſcipulis ſuis dans conſilium, primitias Deo offerre ex ſuis creaturis, non quaſi indigenti, ſed vt ipſi nec infructuoſi, nec ingrati ſint, eum qui ex creaturis panis eſt, accepit, & gratias egit, dicens, Hoc eſt corpus meum. Et calicem ſimiliter qui eſt ex ea creatura, quæ eſt ſecundùm nos, ſuum ſanguinem confeſſus eſt, & noui Teſtamenti nouam docuit oblationẽ, quã Eccleſia ab Apoſtolis accipiens in vniuerſo mũdo offert Deo, ei qui alimẽta nobis præſtat primitias ſuorum munerum in nouo Teſtamẽto, de quo

Matth. 26. Nouã oblationem ab Apoſtolis accipiẽs Eccleſia, in vniuerſo mũdo offert Deo.

in duodecim prophetis Malachias ſic præſignificauit: Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus Omnipotens, & ſacrificium non accipiã de manibus veſtris: quoniam ab ortu Solis vſque ad occaſum, nomẽ meum glorificatur inter Gentes, & in omni loco incenſum offertur nomini meo, & ſacrificium purum: Quoniam magnum eſt nomen meum in Gentibus, dicit Dñs Omnipotens: manifeſtiſsimè ſignificans per hæc, quoniam prior quidem populus ceſſauit offerre Deo: omni autem loco ſacrificium offertur ei, & hoc purum: nomẽ autem eius glorificatur in Gentibus. *Malach. 1.*

2 ET Cap. 33. Quoniã nomen filij proprium patris eſt, & in Deo Omnipotente per Ieſum Chriſtum offert Eccleſia, bene ait ſecundùm vtraq;, Et in omni loco incenſum offertur nomini meo; & ſacrificiũ purum. Incenſa autem Ioannes in Apocalypſi, Orationes ait eſſe ſanctorum. *Malach. 1. Apocal. 5. & 8.*

3 ET Cap. 34. Igitur Eccleſiæ oblatio quam Dominus docuit offerri in vniuerſo mundo, purum ſacrificium reputatum eſt apud Deum, & acceptum eſt ei: non quòd indigeat à nobis ſacrificium, ſed quoniam is qui offert, glorificatur ipſe in eoquod offert, ſi acceptetur munus eius. *Et paulò pòſt*. Et genus oblationum reprobatum eſt: oblationes enim & illic, oblationes autem & hîc. Sacrificia in populo, ſacrificia & in Eccleſia: ſed ſpecies immutata eſt tantùm, quippe cùm iam non à ſeruis, ſed à liberis offeratur. *Et mox*. Quoniã igitur cum ſimplicitate Eccleſia offert, iuſtè munus eius purum ſacrificium apud Deum deputatũ eſt. Oportet enim nos oblationem Deo facere, & in omnibus gratos inueniri fabricatori Deo, in ſententia pura, & fide ſine hypocriſi, in ſpe firma, in dilectione feruenti, primitias earum quæ ſunt eius creaturarũ offerentes. Et hanc oblationem Eccleſia ſola puram offert fabricatori, offerens ei cum gratiarum actione ex creatura eius. *Et vide ſup. lit. A. auth. 3.* *Purum ſacrificium.*

4 IDEM Lib. 5. Cap. 2. Vide ſup. litera. A. authorit. 4.

5 MAGNETES Græcus author, Lib. 3. Apologiarum Euãgelicarum aduerſùs Theoſtenem. Quandoquidem corpus ex terra exiſtit, ex terra autẽ panis, item & vinum, quomodò non eſt alius auſus dicere; Caro mea eſt cibus, ſanguis meus eſt potus? Nẽpe quia nullus eſt Creator terræ, niſi hic; nullius eſt creatura, niſi Filij Dei: *Ioan. 6.*

Idcircò

Solus Chriſtus poteſt ex pane & vino efficere corpus & ſanguinem ſuum.

idcirco dixit,Hoc eſt corpus meum : mea enim & non alterius eſt creatura terræ: omnes enim poſt terram geniti ſunt, corpus à me accipientes: ego verò ante terrã, à nullo hanc accipiens: ex hac corpus , id eſt, ex mea creatura accepi , ſumens carnem.Ex meo igitur meum propono vobis chariſma:ex terra vobis panis ad alẽduin extitit, terra verò creatura mea eſt : ex terra ſimiliter extitit corpus, & hæc mea maſſa. Ex vnione igitur qua vnitus ſum ſanctus cum terreno,do panem & vinum, iubens eſſe corpus meum & ſanguinem meum.Etenim ſi Abraham,aut alius quiſpiam ex iuſtis ac ſanctis, dixiſſet, Caro mea eſt cibus,&, ſanguis me⁹ potus,valde mentiri auſus eſſet: aut ſi dixiſſet, Hoc eſt corpus meũ , &,Hic eſt ſanguis meus : nõ enim hoc ipſius,ſed alterius eſſet ſubſtantia:neque manducata,vitam maducantibus præberent:ſiquidem quod non habet Verbum viuens vnitum cũ corpore, quod fuit terrenum,ad æternam vitam edentes nõ adduceret. Chriſtus ergò propriũ corpus & ſanguinem dedit credentibus,immiſſo ei vitali pharmaco diuinitatis.

6 TERTVLL. Lib.de Reſurrectione carnis,Cap.37.Sic, etſi carnem ait nihil prodeſſe,ex materia dicti dirigẽdus eſt ſenſus. *Ioan.6.* Nam quia durum & intolerabilem exiſtimauerunt ſermonem eius,quaſi verè carnem ſuam illis edendam determinaſſet, vt in Spiritu diſponeret ſtatum ſalutis,præmiſit;Spiritus eſt qui viuificat. Atque ita ſubiunxit , Caro nihil prodeſt, ad viuificandum,ſcilicet.Exequitur etiam quid velit intelligi Spiritum : Verba quæ loquutus ſum vobis,Spirit⁹ ſunt,vita ſunt. *Ioan.5.* Sicut & ſuprà: Qui audit ſermones meos, & credit in eum qui me miſit , habet vitã æternam,& in iudicium non veniet , ſed tranſit de morte ad vitam . Itaque ſermonem conſtituens viuificatorem, quia Spiritus & vita ſermo,eundem etiam carnem ſuam dixit,quia & ſermo caro erat factus, *Ioan.1.* proinde in cauſam vitę appetendus,& deuorandus auditu , & ruminandus intellectu,& fide digerendus.Nam & paulò antè carnem ſuam,panem quoque cœleſtem pronunciarat.

7 IDEM Aduerſus Marcionẽ,Lib.3. Cap.19.Hoc lignum & Hieremias tibi inſinuat,dicturis prædicans Iudæis, *Hiere.11.* Venire mittamus lignũ in panẽ eius:vtiq; in corpus.Sic,n.Deus in Euãgelio quoq; veſtro *Ioan.6.* reuelauit,panẽ corpus ſuum appellans, vt & hinc iã cũ intelligas corporis ſui figurã pani dediſſe,cuius retrò corpus in panem Prophetes figurauit,ipſo Dño hoc Sacramentum poſtea interpretaturo.

Speciem & figuram panis dat Chriſtus.

8 ET Lib.4.Cap.40. Profeſſus itaque ſe cõcupiſcẽtia cõcupiſſe edere Paſcha,vt ſuũ(indignũ.n.vt quid alienũ cõcupiſceret Deus)acceptũ panẽ & diſtributũ diſcipulis,corpus ſuũ illũ fecit,Hoc eſt corp⁹ meũ,dicendo,id eſt,figura corporis mei.Figura autẽ nõ fuiſſet,niſi veritatis eſſet corpus.Cæterũ vacuà res,quod eſt phantaſma figurã capere non poſſet.Aut ſi propterea panẽ corpus ſibi finxit,quia corporis rarebat veritate,ergo panẽ debuit tradere pro nobis.Faciebat ad vanitatẽ Marcionis , vt panis crucifigeretur.Cur autẽ panem,&c. *Vide ſupra litera B. authorit.6.*

Lucæ.22.

Acceptum panem Chriſtus corpus ſuum fecit.

9 IDEM Lib.de Corona militis.Cap.3. Euchariſtiæ Sacramẽtũ & in tẽpore vict⁹, & omnibus mandatũ à Dño , etiã antelucanis cœtibus,nec de aliorum manu quàm præſidentiũ ſumimus. *Et mox.* Calicis aut panis etiam noſtri aliquid decuti in terrã anxiè patimur.

Euchariſtia Sacramẽtum ſumitur manũ.

De Euchariſtia nihil cadat in terram.

10 IDEM Lib.2.ad vxorẽ,Cap.4.&.5. Quis ad cõuiuiũ Dñicum illud,quod infamãt,ſine ſua ſuſpicione dimittet? Nõ ſciet maritus quid ſecretò ante omnẽ cibũ guſtes?Et ſi ſciuerit,panẽ, nõ illũ credit eſſe qui dicitur.Et hæc ignorans quiſq; , rationem ſimpliciter ſuſtinebit, ſine gemitu, ſine ſuſpicione panis aut veneni?

Nõ creditur panis eſſe qui dicitur.

11 IDEM Lib. de Pudicitia, Cap.9. (*Loquens de filio Prodigo*)Hanc itaque (*ſubſtantiam*)prodegit lõgè à Dño moribus factus inter errores,& illecebras,&libidines ſeculi,vbi fame veritatis cõpulſus tradidit ſe principi huius æui.Ille eũ præfecit porcis,(vt familiare id dæmonũ pecus paſceret)vbi nec illi compos eſſet vitalis eſca, ſimulque alios videret in opere diuino abundantes pane cœleſti. Recordatur Patris Dei , ſatisfacto redit,veſtem priſtinã recipit , ſtatum ſcilicet eum quem Adam tranſgreſſus amiſerat.Anulum quoque accepit tunc primùm , quo fidei pactionem interrogatus obſignat , atque ita exinde opimitate Domini corporis veſcitur,Euchariſtia ſcilicet.

Luc.15.

Panis cœleſtis.

Opimitas Dominici corporis Euchariſtia.

12 DIONYS.Areopag.Lib.de Eccleſiaſtica Hierar.Cap.7.In ſpecie autẽ,quòd in exequijs non omnes qui adhuc mundãtur,excludũtur,ſicut fit in celebratione

Eu-

Immūdi excludūtur ab Euchariſtia.

Euchariſtiæ & Chriſmatis: ſed ſoli catechumeni, & eis inferiores, à choro nunc excludūtur. *Et pòſt aliquantulum.* Propter quod Eccleſiaſtica conſtitutio diuinitus ordinata, tam animæ quàm corpori in prædictis inſinuat diuinas vtriuſq; retributiones: animæ quidem per cōtemplationem, & ſpiritualem intelligentiam eorum quæ fiunt, vt ſuprà dictū eſt: Corpori verò, per Vnctionem & Euchariſtiam, quæ ſanctificant totum hominem, & vniuerſalē eius ſalutem operantur.

Euchariſtia & Vnctio ſanctificant totum hominem.

13 ET Cap. 3. Hinc iam venerandus antiſtes Diuinis altaribus adſtans, ſancta & diuina laudat Ieſu opera, quæ ineffabilis prouidentiæ ratione in ſalutē generis noſtri, voluntate ſanctiſsimi Patris in Spiritu ſancto (vt eloquia Diuina tradūt,) conſummauit. Peracta verò laude, venerandaq; ipſorum & intelligibili ſpeculatione ſpiritualibus inſpecta luminibus, tum verò etiam ad ſacra myſteria in ſignis celebranda, progreditur, idq; ex ratione diuina. Quocirca reuerēter ſimul, & ex Pontificali officio, poſt ſacras Diuinorū operum laudes, quod hoſtiam ſalutarem (quæ ſupra ipſum eſt) licet ſe excuſat, ad ipſum primò decenter exclamans: Tu dixiſti, Hoc facite in meam commemorationem. Deinde tanto miniſterio ad imitationem Dei inſtituto dignus fieri poſtulat, & ſimilis ipſi Chriſto pro viribus euadere, vt & Sacramenta ſanctè conficiat, & caſtè diſtribuat: & qui ad communionem acceſſuri ſunt, dignè participent: ſicque veneranda myſteria cōſummat, & laudata oculis ſubijcit in ſignis ſanctè propoſitis.

Ritus conficiendi Euchariſtiam.

Matth. 26.

Sacramenta ſancta conficere.

Euchariſtia populo oſtēditur.

In templis dedicatis alicui ſancto, non hominis, ſed Dei cultus frequentatur.

14 MARTIALIS Epiſt. ad Burdegalenſes, Cap. 3. Dum altaria dęmonum in puluerem redigerētur, aram ignoti Dei ad conſecrationem reſeruari iuſsimus: quæ dedicata in nomine Dñi Dei Iſraël, & ipſius teſtis Stephani qui pro eo à Iudæis paſſus eſt, non hominis cultum, ſed Dei in ea frequentatis. Stephanus enim non Deus, ſed amicus Dei fuit: qui pro teſtimonio eius, animā ſuam poſuit: cuius ſanguine ipſa mēſa eſt decorata, quia ſuo ſanguine Ieſus Chriſtus comprobatus eſt eſſe Deus: & qui crediderit, ornamenta fidei maiora perceperit. Sacrificiū enim Deo Creatori offertur in ara, non homini, neq; Angelo. Nec ſolùm in ara ſanctificata, ſed vbique offertur Deo oblatio mūda, ſicut teſtatus eſt: cuius corpus & ſanguinem in vitam æternam offerimus, dicentes: Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, in Spiritu & veritate oportet adorare. Ipſe enim corpus habens & immaculatum, & ſine peccato, quia cōceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine, in ara Crucis ipſum permiſit immolari. Quòd autem Iudæi per inuidiam immolauerunt, putātes ſe nomen eius à terra abolere, nos cauſa ſalutis noſtræ in ara ſanctificata proponimus, ſcientes hoc ſolo remedio nobis vitā præſtandam, & mortem effugandam: hoc enim ipſe Dñs noſter iuſsit nos agere in ſui commemorationem.

Sacrificium Deo offertur in ara ſanctificata.

Malac. 1.

Ioan. 4.

Matth. 26.

Ritus conſecrādi corpus Chriſti.

15 IVSTINVS martyr, Apologia 2. pro Chriſtianis. Sub finem precum, nos inter nos oſculo ſalutamus: deinde ei qui præpoſitus eſt fratribus, panis offertur & potum aqua & vino temperatū: quæ cùm accepit, laudem & gloriam omniū Parēis, Filij, Spiritus ſanctiq; nomine tribuit, gratiaſq; Deo agit quòd ab eo his dignus ſic habitus. Quibus ritè perfectis, precibus & gratiarū actioni, populus omnis qui adeſt, benedicit, dicens, Amen. Amen autem Hebraico ſermone, idem quod, fiat, ſignificat. Poſteaquàm, &c. *Vt ſuprà, litera. A. authorit. 1. Deinde ſubijcit quæ ſequuntur.* Nos autē poſteà deinceps hæc inter nos ſemper recolimus, & admonemus, & qui opes habemus, egentibus omnibus ſubuenîmus, & vnà ſemper ſumus. In omnibus quibus vtimur, Parentem omnium per Filium ſuū Ieſum Chriſtum, Spiritumq, ſanctū laudamus. Die qui Solis dicitur, omnes qui in oppidis vel agris morantur, vnum in locū conueniunt, commentariaq; Apoſtolorū, vel Prophetarum ſcripta leguntur, quandiu hora patitur: deinde vbi is qui legit, deſtitit, is qui præeſt admonet & hortatur, vt ea quæ lecta ſunt bona, imitemur: tum ſurgimus omnes, & cōprecamur, cōcluſiſq; noſtris precibus, panis, iam vt dixi, vinumq; & aqua offeruntur: tùmq; is qui primum locum tenet, eodē modo preces gratiarumq; actionem pro virili mittit, populuſq; benedicit, dicens, Amen. Et ijs quæ cum gratiarū actione cōſecrata ſunt, vnuſquiſq; participat, eademq; ad eos qui abſunt, diaconis dantur perferenda. Quibus copiæ ſuppetunt, ij ſi volunt, ſuo quiſque arbitratu, quod vult largîtur: quodque colligitur & cogitur, apud eum qui pręeſt, reponitur, iſque pupillis & viduis, ijsque quos morbus alia'ue cauſa inopes fecit, & is qui

Amē, id eſt, fiat.

Die Dominico fit conuentus fidelium ad lectionē Scriptura, & Miſſam.

Euchariſtiā abſentibus diaconi deferunt.

Eleemoſynarum collectio & diſtributio.

ijs qui in vinculis ſunt, & hoſpitibus, omninoq; omnibus qui aliqua indigentia premuntur, ſubuenit. Die autem Solis omnes publicè conuenîmus, quòd is primus eſt dies in quo Deus tenebras & materiã cùm mutaſſet, mundum effecit: & quòd eodem die Ieſus Chriſtus Cõſeruator noſter à mortuis excitatus eſt. Pridie enim Saturni eũ in Crucem ſubſtulcrũt, & poſtridie Saturni, qui Solis dies eſt, cùm Apoſtolis diſcipulisque ſuis apparuiſſet, hæc illis tradidit, quæ vobis quoque conſideranda permitimus.

Malach. 1.
Euchariſtia ſacrificium panis et poculi.

16 IDEM in Dialogo cum Triphone, aduerſùs Iudæos. Deus ipſe teſtis eſt, qui ait: In omni loco in Gẽtibus hoſtias acceptas grataſq; immolari. Neq; verò à quoquã hoſtias Deus accipit, niſi à ſuis ſacerdotibus. Itaque omnia ſacrificia quæ ſuo nomine facienda Ieſus Chriſtus tradidit, id eſt, in Euchariſtia panis & poculi, quæ in omni loco à Chriſtianis fiunt, præoccupatione vſus Deus, ſibi grata eſſe teſtatur. Quæ autem à vobis veſtriſq; illis ſacerdotibus fiunt, improbat his verbis: Sacrificiaq; veſtra è manibus veſtris non accipiam.

Cauendum ne de corpore Chriſti aliquid in terram decidat.
Verbũ Dei & corpus Chriſti pariter obſeruandum.

17 ORIGE. tom.1. in Exod. Hom.13. Volo vos admonere religionis veſtræ exẽplis. Noſtis qui diuinis myſterijs intereſſe conſueſtis, quomodò cùm ſuſcipitis corpus Domini, cum omni cautela & veneratione ſeruatis ne ex eo parum quid decidat, ne conſecrati muneris aliquid dilabatur. Reos enim vos creditis, & rectè creditis, ſi quid inde per negligẽtiã decidat. Quòd ſi circa corpus eius conſeruandũ tãta vtimini cautela, & meritò vtimini: quomodò putatis minoris eſſe piaculi verbum Dei neglexiſſe, quàm corpus eius?

Iudas verũ Chriſti corpus ſumpſit.

18 IDEM tom.2. in Matth. tracta.35. Si autem potes ſpiritalem menſam, & cibum ſpiritalem, & Dominicam intelligere cœnam, quibus omnibus dignificatus fuerat (*Iudas*) à Chriſto, abũdantius videbis multitudinem malitiarum eius, quibus Magiſtrum cum cibo Diuinæ menſæ & Calicis, & hoc in die Paſchæ, tradidit Saluatorem: non recordatus nec in corporalibus bonis, Magiſtri dilectionem, nec in ſpiritualibus, doctrinam eius ſine inuidia ſemper communicatam. Tales ſunt omnes in Eccleſia qui inſidiantur fratribus ſuis, cum quibus ad eandem mẽſam corporis Chriſti, & ad eundẽ potũ ſanguinis eius frequenter ſimul fuerunt. *Et poſt pauca.* Panis iſte quem Deus Verbum corpus ſuum eſſe fatetur, Verbum eſt nutritorium animarum, Verbum de Deo Verbo procedens, & panis de pane cœleſti, qui poſitus eſt ſuper menſam, de qua ſcriptum eſt, Præparaſti in conſpectu meo menſam aduerſùs eos qui tribulant me. Et potus iſte quem Deus Verbum ſanguinem ſuum fatetur, Verbum eſt potans & inebrians præclarè corda bibentium, qui eſt in poculo de quo ſcriptum eſt: Et poculum tuum inebrians quàm præclarum eſt. Et eſt potus iſte generatio vitis veræ, quæ dicit, Ego ſum vitis vera. Et eſt ſanguis vuæ illius, quæ miſſa in torcular Paſsionis, protulit potum hunc. Sic & panis eſt Verbum Chriſti factum de tritico illo, quod cadens in in terram bonam multum reddidit fructum. *Et adhuc poſteà.* Ipſe autem qui accepto Calice dicit, Bibite ex hoc omnes: nobis bibentibus non diſcedit à nobis, ſed bibit eum nobiſcum, cùm ſit in ſingulis ipſe. Quoniam non poſſumus ſoli & ſine eo vel manducare de pane illo, vel bibere de generatione illius vitis veræ. Nec mirêris quoniam ipſe eſt & panis, & manducat nobiſcum panem, ipſe eſt & potus generationis de vite, & bibit nobiſcũ. Omnipotẽs enim eſt Verbũ Dei, & diuerſis appellationibus nuncupatur, & innumerabilis eſt ipſe ſecundùm multitudinem virtutum, cùm ſit omnis virtus vnus & ipſe. Deinde docebat diſcipulos qui feſtiuitatem celebrauerant cum Magiſtro, & acceperant benedictionis panem, & manducauerant corpus Verbi, & biberant Calicem gratiarum actionis, pro his omnibus hymnum dicere Patri, & de alto tranſire in altum.

Euchariſtia veritas & vtilitas.
Pſal. 11.
Ioan. 15.
Luc. 8.
Matth. 26.
Luc. 21.
Chriſtus eſt cibus, & potus, et ſimul comedit.

Sicut verè carnem & ſanguinem habuit Chriſtus, ita verè dedit.
Matth. 16.
1. Cor. 10.

19 ET De recta fide, Dialogo.3. Quòd ſi, vti obloquuntur iſti, carne deſtitutus erat (*Chriſtus*) & exanguis, cuiuſmodi carnis, cuius corporis, & qualis tandem ſanguinis ſigna, & imaginem, & panem, & poculum miniſtrauit? Iuſsitque per illa diſcipulos memoriam ſui renouare? Atteſtatur enim Apoſtolus his, dicitque, & panem & poculum benedictionis eſſe, & ſanguinis & carnis communionem.

Mãducatur & bibitur corpus & ſanguis Chriſti.

20 IDEM In diuerſos Euangelij locos, Hom.5. Quando ſanctũ cibum, illudq; incorruptum accipis epulum, quando vitæ pane & poculo frueris, manducas & bibis corpus & ſanguinẽ Domini, tunc Dominus

ſub tectum tuum ingreditur. Et tu ergo humilia temetipſum, imitare hunc Centurionem, & dicas, Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum.

Matth. 8.

21 CYPRIA. Lib. 1. Epiſt. 2. ad Cornelium. At verò nunc, nõ infirmis ſed fortibus pax neceſſaria eſt: nec morientibus, ſed viuentibus communicatio à nobis dãda eſt, vt quos excitamus & exhortamur ad prælium, non inermes & nudos relinquamus, ſed protectione ſanguinis & corporis Chriſti muniamus. Et cùm ad hoc fiat Euchariſtia, vt poſsit accipientibus eſſe tutela, quos tutos eſſe contra aduerſariũ volumus, munimento Dominicæ ſaturitatis armamus. Nã quomodò docemus aut prouocamus in confeſsione nominis ſanguinem ſuum fundere, ſi eis militaturis Chriſti ſanguinẽ denegamus? Aut quomodò ad martyrij poculum idoneos facimus, ſi non eos ad bibendum prius in Eccleſia poculum Domini, iure communicationis admittimus?

Euchariſtia virtus maxima in neceſsitate.

22 ET Lib. 2. Epiſt. 3. ad Cœcilium. Admonitos nos ſcias, vt in Calice offerendo Dominica traditio ſeruetur, nec aliud fiat à nobis, quàm quod pro nobis Dominus prior fecerit: vt Calix qui in commemorationem eius offertur, mixtus vino offeratur. Nam cùm dicat Chriſtus: Ego ſum vitis vera: ſanguis Chriſti non aqua eſt vtique, ſed vinum. Nec poteſt videri ſanguis eius, quo redempti & viuificati ſumus, eſſe in Calice, quando vinum deſit Calici, quo Chriſti ſanguis oſtenditur, qui Scripturarum omnium Sacramento ac teſtimonio prædicetur. Inuenimus enim & in Geneſi circa Sacramentum Noë hoc idẽ præcurriſſe, & figuram Dominicæ Paſsionis illic extitiſſe, quòd vinum bibit, &c. Item in ſacerdote Melchiſedech ſacrificij Dominici Sacramentum præfiguratum videmus, ſecundùm quod Scriptura diuina teſtatur, & dicit: Et Melchiſedech Rex Salem protulit panem & vinum. Fuit autem ſacerdos Dei ſummi, & benedixit Abraham. Quòd autem Melchiſedech typum Chriſti portaret, declarat in Pſalmis Spiritus ſanctus ex perſona Patris ad Filium, dicens: Ante Luciferum genui te: Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech. Qui ordo vtique hic eſt, de ſacrificio illo veniens, & inde deſcendens, quòd Melchiſedech, ſacerdos Dei ſummi fuit, quòd panem & vinum obtulit, quòd Abraham benedixit: Nam quis magis ſacerdos Dei ſummi, quàm Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui ſacrificium Deo Patri obtulit, & obtulit hoc idẽ quod Melchiſedech obtulerat, id eſt, panem & vinum, ſuum ſcilicet corpus & ſanguinem? *Et mox.* Vt ergo in Geneſi per Melchiſedech ſacerdotem benedictio circa Abraham poſſet ritè celebrari, præcedit antè imago ſacrificij Chriſti, in pane & vino ſcilicet conſtituta: quam rem perficiens, & adimplens Dominus, panem & Calicem mixtum vino obtulit, & qui eſt plenitudo, veritatem præfiguratæ imaginis adimpleuit. Sed & per Salomonem Spiritus ſanctus typum Dominici ſacrificij antè præmonſtrat immolatæ hoſtiæ, & panis & vini, ſed & altaris & Apoſtolorum faciens mentionẽ: Sapientia (inquit) ædificauit ſibi domum, & ſubdidit columnas ſeptem, &c. *Et poſt pauca.* Si Ieſus Chriſtus Dominus & Deus noſter, ipſe eſt ſummus ſacerdos Dei Patris, & ſacrificium Patri ſeipſum primus obtulit, & hoc fieri in ſui commemorationem præcepit, vtique ille ſacerdos vice Chriſti verè fungitur, qui id quod Chriſtus fecit, imitatur, & ſacrificium verum & plenum tunc offert in Eccleſia Deo Patri, ſi ſic incipiat offerre, ſecundùm quod ipſum Chriſtum videat obtuliſſe. *Et adhuc poſteà.* At enim non manè, ſed poſt cœnã mixtũ Calicẽ obtulit Dñs. Nunquid ergò Dominicũ poſt cœnã celebrare debemus, vt ſic mixtũ Calicẽ frequẽtandis Dñicis offeramus? Chriſtum offerre oportebat circa veſperam diei, vt hora ipſa ſacrificij oſtenderet occaſum & veſperam mundi, ſicut in Exodo ſcriptũ eſt: Et occident illum omne vulgus Synagogæ Iſraël ad veſperam. Et iterum in pſalmis: Adleuatio manuum mearum, ſacrificiũ veſpertinum. Nos autem reſurrectionem Dñi manè celebramus. Et quia Paſsionis eius mẽtionẽ in ſacrificijs omnibus facimus, (Paſſio eſt enim Dñi, ſacrificium quod offerimus) nihil aliud quàm quod ille fecit, facere debemus. Scriptura enim dicit: Quotieſcũque enim ederitis panẽ iſtum, & Calicem iſtum biberitis, mortem Dñi annunciabitis quoaduſq; veniat. Quotieſcunq; ergò Calicem in commemorationem Dñi, & Paſſionis eius offerimus, id quod conſtat Dñm feciſſe, faciamus.

Calix offeratur cum vino & aqua.

Ioan. 15.

Sacra Euchariſtia figura.

Gene. 9.

Gen. 14.

Pſal. 109.

Melchiſedech quomodò Chriſti figura fuerit.

Prouerb. 9.

Chriſtus ſeipſum obtulit & eodẽ modo à ſacerdotibus debet offerri.

Miſſa manè celebranda.

Exod. 12.

Pſal. 140.

1. Cor. 11.

23 IDEM Ser. 5. de Lapſis. Cõtra Euãgelij vigorẽ & Dei legẽ, temeritate quorũdã

laxatur

Falſa pœnitentia. laxatur incautis communicatio. Irrita & falſa pax, periculoſa dãtibus, & nihil accipiẽtibus profutura. Non quærunt ſanitatis patientiam, nec verã de ſatisfactione medicinã. Pœnitẽtia de pectoribus excuſſa eſt, grauiſsimi extremiq; delicti memoria ſublata eſt. Operiuntur morientium vulnera, *Quanta puritate ſumẽda Euchariſtia.* & plaga lœtalis altis & profundis viſceribus infixa, diſsimulato dolore contegitur. A diaboli aris reuertentes, ad ſanctum Dñi ſordidis & infectis nidôre manibus accedũt. Mortiferos idolorũ cibos adhuc penè ructantes, exhalantibus etiam nunc ſcelus ſuum faucibus, & contagia funeſta redolentibus, Domini corpus inuadunt: quãdo occurrat ſcriptura Diuina, & clamet, & di- *Leuit. 22.* cat: Omnis mundus manducabit carnem, & anima quæcunq; manducauerit ex carne ſacrificij ſalutaris, quod eſt Domini, & immunditia ipſius ſuper ipſum eſt, peribit anima illa de populo ſuo. Apoſtolus item *1. Cor. 10.* teſtatur & dicit: Non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum: non poteſtis menſæ Domini communicare, & menſæ dæmoniorum. Idem, contumacibus & peruicacibus comminatur, & denunciat, *1. Cor. 11.* dicens: Quicunque ederit panem, aut biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Spretis his omnibus atque contemptis, vis infertur corpori eius & ſanguini: & plus modò in Dominũ manibus atq; ore delinquunt, quàm cùm Dominum negauerunt. Ante expiata delicta, ante exomologeſin factam criminis, ante purgatam conſcientiam ſacrificio & manu ſacerdotis, ante offenſam placatã indignantis Domini & minantis, pacẽ putant eſſe, quam quidam verbis fallacibus venditant.

24 IDEM Serm. de Cœna Dñi. Vide ſup. lit. A. authorit. 2.

25 METHODIVS martyr, in Sympoſio decem virginum. Homo mixtus & *Epheſ. 5.* temperatus cum ſapientia & vita, hoc fa- *Per Euchariſtiã concipit & regenerat nos Eccleſia.* ctus eſt quod erat quod in ipſo habitauit lumen purum: (*Verbum Dei dicit.*) vnde rectè Apoſtolus ad Chriſtum retulit illa de Adã & Eua. Sic enim maximè cõgruet, ex oſsibus eius & ex carne eius Eccleſiam eſſe factam: ꝓpter quam, relicto Patre in cœlis, deſcendit Verbũ, & adhęſit vxori, & dormiuit ſoporẽ Paſsionis moriẽs pro ea, vt exhiberet ſibi Eccleſiam glorioſam, & omnis maculæ expertem, emundans eam lauacro, ad excipiendum ſpirituale & beatũ ſemẽ, quod ipſe inſonat & inſerit in profundo mentis. Excipit autem illud ipſum ſemen & format Eccleſia, inſtar vxoris ad generandam virtutem & alendam. Hac enim ratione impletur illud, Creſcite & multi- *Gen. 1.* plicamini: capiente Eccleſia incremẽtum per congreſſum & communionem Verbi, quod adhuc ad nos ſe demittit, & ſoporẽ capit ſecũdũ cõmemorationẽ Paſsionis. Non enim poteſt aliter Eccleſia concipere credentes, & regenerare per lauacrũ regenerationis, niſi & Chriſtus ꝓpter eos ſe exinaniens vt capi poſsit, ſecundùm commemorationem (vt dixi) Paſsionis, iterum moriatur è cœlo deſcendens, adhærensq; vxori ſuæ, præbeat virtutem quãdam lateris ſui, vt augeãtur qui in eo ædificati ſunt omnes per lauacrum regenerati.

26 LACTANCT. Firmianus, diuinarum inſtitutionum, Lib. 4. Cap. 18. *Exponens illud Hierem. Cap. 11. Venite mittamus* *Hiere. 11.* *lignum in panem eius, &c.* Lignum autẽ Crucem ſignificat, & panem corpus eius: quia ipſe eſt cibus & vita hominum, qui credũt in carnem quam portauit, & in Crucem in qua pependit. *Chriſtus eſt cibus et vita hominũ.*

27 HIERON. tom. 2. Aduerſùs Iouinianum, Lib. 2. Iſte eſt Dominus, vt arbitraris, vorator: qui quadraginta dieb⁹ Chriſtianorum ieiunium ſanctificauit: Qui, &c. Qui cùm eſuriſſe & ſitiſſe dicatur, & iſſe frequenter ad prandia, excepto myſterio, quod in typum ſuæ paſsionis expreſsit, & probandi corporis veritate, nec gulæ ſcribitur ſeruiſſe, nec ventri. *Et poſt pauca.* Si omnium peccatorum vnum eſt ſupplicium, iniuſtè alius occiditur, & per mortem alterius alius commonetur. Opponis mihi Gomot Mannæ, vnamq; menſuram, & veſtitum, & capillos, & barbam, & calceamenta ex æquo fuiſſe Iſraelitarum: Quaſi non & nos Chriſti corpus æqualiter accipiamus. *Chriſti corpus pariter omnes accipiunt, ſed non pariter prodeſt omnibus.* Vna eſt in myſterijs ſanctificatio, Dñi & ſerui, nobilis & ignobilis, Regis & militis: quanquàm pro accipientiũ meritis, diuerſum fiat quod vnum eſt. Qui enim indignè manducauerit & biberit, reus erit violati corporis & ſanguinis Domini. *1. Cor. 11.*

28 IDEM tomo. 3. Epiſtol. 150. ad Hedibiam. Vide ſup. lit. A. anth. 10.

29 IDEM tomo. 4. Lib. 17. In Iſai. Cap. 62. Hoc eſt autem triticum, & hoc vinum, quod nõ comedẽt niſi laudãtes Dñm: *Veritas corporis & ſanguinis Chriſti.* & non bibent niſi in atrijs ſanctis eius, de quo Dñs in Paſsione dicebat. Amen, amen

Mat.14. Matth. 26. dico vobis, nō bibam de genimine vitis hu ius, donec illud bibā nouū in regno Patris mei. Quæ ex parte cōplentur in Eccleſia Can.5. Pſalm.103. quādo dicit Dn̄s diſcipulis ſuis, Bibite amici mei, & inebriamini fratres. quod vinū lætificat cor hominis. Et in plena luce atque meridie bibitur à Ioſeph cū fratribus ſuis: & Geneſ.43. complebitur plenius, quando inebriabitur terra benedictionibus Dn̄i. Triticū quoq;, de quo panis cœleſtis efficitur, illud eſt, de Ioan.6. quo loquitur Dn̄s, Caro mea verè eſt cib⁹. Ruſumque de vino: Et ſanguis meus verè eſt potus.

30 IDEM tomo.6. in Matth. Cap.26. Poſtquā typicū Paſcha fuerat impletū, & agni carnes cū Apoſtolis comederat, aſſumit panē qui confortat cor hominis, & ad verum Paſchæ tranſgreditur Sacramentū; vt quomodò in præfiguratione eius Melchiſedech ſummi Dei ſacerdos, panē & vinū offerens, fecerat, ipſe quoque veritatem ſui corporis & ſanguinis repræſentaret.

31 IDEM tomo.8. in Cap.1. Epiſt. ad Tit. Quid de Epiſcopo ſentiendū eſt, qui quotidie pro ſuis populiq; peccatis, illibatas Deo oblaturus eſt victimas? *Quotidie pro peccatis offertur victima.*

32 EVSEB. Emiſſen. Vide ſup. lit. A. authorit. 13.

LECTIO XI.

DOCTOR.

SED non'ne ex hoc Sacri corporis eſu, ac potu ſanguinis, idē ad nos fructus dimanaret, ſi fide ſola veritatē apprehendentes, nudum vtriuſq; ſignū ſumeremus?

ADOLESCENS.

Minimè. Id autē nonnullā fortaſſe cū vero ſimilitudinem haberet, ſi Chriſtus ita dixiſſet: Manducate quidem corporis, & ſanguinis mei ſignū bibite, veritatē verò ſolo animo cōcipite. Sed non ita loquutus eſt, dixit enim: Manducate corpus meū, & bibite ſanguinē meum, id eſt, manducate & bibite quod pro vobis traditur & effunditur in remiſsionē peccatorū. Et quēadmodū ea fides in Chriſtū qua iuſtificamur, docet verā ac realē corporis Ieſu mortē, atq; ſanguinis certā effuſionem præceſsiſſe, ita fides eadē qua in illū credimus vt fiamus [a] caro de carne, & os de oſsibus eius, ab illoq; in vitā æternā alamur, planè exigit plenā realemq; carnis eius manducationem, & ſanguinis potationē. Neq; enim hoc potius quàm illud ſpiritalē quandā, & imaginariā Chriſti ſubſtātiam nobis exhibere poteſt, ſed illud verè ac re ipſa nobis edēdū eſt, & bibendū, vt reſurgamus ad gloriā, quod verè ac re ipſa mortuū eſt vt ſurgeremus ad gratiam.

a *Ambr. de iis qui miſt. ini. c. 8. et de Sacr. li. 4. c. 3. & in. 1. ad Corint. c. 11. Hilar. li. 8. de Trini. Chryſoſt. hom. 83. in Matth. & oratione de S. Phylogo. & ſerm. de prodi. Iudæ. & hom. 24. in. 1. ad Corin. & hom. 3. ad Ephe. & hom. 2. in. 2. ad Timot. & hom. 60. ad popu. Aug. epiſt. 23. ad Bonifa & epiſt. 118. ad Ianua. & epiſt. 57. ad Darda. & epiſt. 59. ad Pauli. & de Trini. lib. 3. c. 3. & de Ciui. lib. 21. c. 25. & cont. lit. Petil. lib. 2. c. 55. & de peccatorum meritis, lib. 1. c. 24. & tract. 26. in Ioā. & hom. 31. & de Verb. Dom. ſer. 28. Cyril. in Ioan. lib. 4. c. 13. 14. 16. 17. 23. 24. et. 28. Leo epiſt. 10. Damaſ. lib. 4. c. 14. Theophylac. in Matth. 26. Baſil. in Liturg. Greg. Naz. in apolog. & verſ. de ſacerd. Clem. Alex. li. 1. pæda. c. 2. Epipha. in Ancorato.*

DOCTOR.

Rectè hoc quidem: ſed nūquid nō pugnat cū eo quod alio loco ſcriptū eſt; [b] Caro nō prodeſt quicquā; Spiritus eſt qui viuificat: Verba quæ ego loquutus ſum vobis, Spiritus & vita ſunt?

b *Ioan. 6. Aug. tract. 27. in Ioan. & in pſalm. 98. Cyril. lib. 4. in Ioan. Cyril. Hieroſo. cate. 4. & 5. myſtago. Aponius in Cant.*

ADO-

ADOLESCENS.

Non pugnat, imò ſuperiorem illam ſententiam hæc verba magnoperè cõfirmant: ij enim quibus ea tùm primùm dicta ſunt, putabãt Chriſti carnem, Spiritus ac Diuinitatis expertem ſibi eſſe manducandam, (nam de illo nihil præclarius ferè ſentiebant, quàm de quouis vulgari homine) non ſecus ac ipſi iam hæretici ſolo ſe Chriſti Spiritu ſine eius vera carne paſci oportere exiſtimant. Ijs ergò ille reſpondet, carnem quidem illam ſuam quã pro mundi vita pollicetur, ſi nihil cæteris hominibus præſtaret, nullos in nobis fructus vitæ, quã non haberet, æternæ producturam, ſed nihil magis profuturam quàm Mãna patribus Hebræis [c] à morte nequaquàm illius eſu vindicatis. Cùm verò ea caro diuinitati (quam hîc vocat Spiritum) vnita ſit, & animam (quæ hîc vita, vt aliàs ſæpe, nominatur) in vna eademq́ perſona habeat, negat illam rectè à quoquã poſſe manducari, quin [d] vitã animis, ac ipſis etiam ſuo modo corporibus, afferat. Atq; hæc eſt illa nobis facta promiſsio, quam Petrus, non ita multò pòſt, Verba vitæ æternæ, nominauit.

c *Exod. 16. Ioan. 6. 1. Cor. 10. Sap. 16. Iren. lib. 5. Hila. lib. 8. de Trinit.*

d *Ioan. 6. Cyril. in Ioan. lib. 4. c. 17. & alij vt ſup.*

DOCTOR.

Sed cur in ſacris literis video ſubinde hoc Sacramentum panem vocari? [e]

ADOLESCENS.

Quòd vt ante confecta conſecrationis myſteria fuit panis, ita pòſt etiã eius retineat [f] effigiem: & quód nõ ſecus cibus hic cœleſtis nos alat ad immortalitatis gratiã conſequendam, quàm panis hic cõmunis ad caducã hãc vitã conſeruandã. Porrò ſi corpora nullo pacto ali poſſunt niſi verè ac re ipſa cibo veſcantur, quomodò ad vitã nos alemur, non accepta atque hauſta carnis ac ſanguinis Chriſti ſubſtantia?

e *1. Cor. 10. & 11. Cyril. vbi ſup. Amb. de Sacra. lib. 4. c. 4. Theophyl. in Mar. c. 14. Aug. de Ver. Dom. ſer. 11. & 33. & de verb. Apoſt. ſerm. 2. Conc. Nica. 1. Cyp. de Cœna Do. Cyril. Hieroſolym. catec. 4.*

f *Ioan. 6. Epheſ. 5. Cypr. de Cœn. Dom. Iren. lib. 5. Cyril. Hieroſ. catec. 4. Aug. in Ioan. 6. Tertul. de Reſurrect. carn. Cyril. Alexã. in Ioan. 6. Concil. Epheſ. Gener. Metho. ſympo. 10. virg. Chryſ. ho. 2. & 61. ad popu.*

DOCTOR.

Sed aſpectu quidẽ noſtro, & oculorũ teſtimonio, nihil niſi panis ac vinum cenſetur.

ADOLESCENS.

At qui nõ [g] ſenſu, ſed fide maximè, arcana noſtræ religionis myſteria cõprehẽdi debẽt. Fides autẽ certò nobis ſugge-

g *Iſai. 7. Hebræ. 1. Cyril. in Ioan. li. 5. c. 13. Tertu. de præſcr. hære. Iren. lib. 5. Conc. Nicæ. 2. gener.*

ſuggerit quòd quemadmodùm ipſa Chriſti diuinitas in ipſius adhuc mortali [b] carne inuiſibilis latebat, ita in hoc myſterio immortalis eius carnis & ſanguinis ſubſtantia, ſpeciebus ac ſignis panis & vini incredibili modo obuelatur. Quæ quidem ſigna ita Sacramenti nomen retinẽt, ut elementorum ſubſtantia illud habere non poſsit, quòd ea per ſe non cadat ſub aſpectum, ſed ſua quantitate ac formis, occulta deliteſcat.

b *Ioann. 5. Coloſ. 1. Epheſ. 1. Hebr. 1. Cyprian. de Cœna Domi. Auguſt. de Verb. Apoſtoli ſerm. 2. Chryſoſt. hom. 2. in. 2. Timot. & hom. 60. ad populum.*

DOCTOR.

Rectè. Alioqui ſanè non ſine magno animi horrore [i] ac nauſea, nudam ac viſibilem Chriſti carnem dentibus laniare, eiuſq; cruorem haurire iuberemur.

i *Aug. & Cyril. in Ioan.*

ADOLESCENS.

Ita planè cenſeo.

AVTHORIT. SCRIPT.

B IOAN. Cap. 6. Vt in textu.

C EXOD. Cap. 16. Factũ eſt ergô veſpere, & aſcendens coturnix, cooperuit caſtra: manè quoque ros iacuit per circuitum caſtrorum. Cùmque operuiſſet ſuperficiem terræ, apparuit in ſolitudine minutum, & quaſi pilo tuſum in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram, &c. Filij autem Iſrael comederunt, Man, quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem. Hoc cibo aliti ſunt vſquequò tangereut fines terræ Chanaan.

D IOAN. Cap. 6. Vt ſup. Cap. 1. Lect. 3. litera. G.

PRIOR. ad Corinth. Cap. 10. Vt ſup. Cap. 1. Lect. 11. lit. C.

SAPIEN. Cap. 16. Propter hæc, & per his ſimilia, paſsi ſunt dignè tormẽta, & per multitudinem beſtiarum exterminati ſunt. Pro quibus tormentis bene diſpoſuiſti populum tuum, quibus dediſti con- E cupiſcentiam delectamenti ſui, nouum ſaporem, eſcam parans eis ortygometrã: vt illi quidem concupiſcentes eſcam propter ea quæ illis oſtenſa & miſſa ſunt, etiam à neceſſaria concupiſcentia auerterentur. Hi autem in breui inopes facti, nouam guſtauerunt eſcam. Oportebat illis ſine ex- G cuſatione quidem ſuperuenire interitum exercentibus tyrannidem. His autem tantùm oſtendere quemadmodum inimici eorum exterminabantur. Etenim cùm illis ſuperuênit ſæua beſtiarum ira, morſibus peruerſorum colubrorum exterminabantur.

D IOAN. Cap. 6. Vt ſupra, Lectio. 10. litera. D. *Et deinde.* Dixit ergò Ieſus ad duodecim, Nunquid & vos vultis abire? Reſpondit ergo ei Simon Petrus, Domine ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes.

E PRIO. Ad Corinth. Cap. 10. Vt ſup. Cap. 1. Lect. 14. lit. A.

ET Cap. 11. Quotieſcunq; manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat, Itaque quicunq; manducauerit panẽ hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat, &c.

E IOAN. Cap. 6. Vt ſup. lit. D.

AD EPHES. Cap. 5. Vt ſup. Cap. 2. Lect. 9. lit. B. *Et deinde.* Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Sacramẽtum hoc magnũ eſt, ego autẽ dico in Chriſto, & in Eccleſia.

G ISA. Cap. 7. Si non credideritis, non permanebitis.

AD

AD HEBR. Cap.5.Vt ſup. Cap. 1. Lect.2.lit.L.

H IOAN. Cap.1.Vt ſup.Cap.1.Lect.1. lit.H.& Lect.5.lit.B.

AD COLOS. Cap.1.Vt ſup.Cap. 1.Lect.1.lit.H.

AD EPHES. Cap.1. Vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in Sanctis, & quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus: ſecundùm operationem potentiæ virtutis eius, quam operatus eſt in Chriſto, ſuſcitans illum à mortuis, & conſtituens ad dexteram ſuam in cœleſtibus ſuprà omnem Principatū, & Poteſtatem, & Virtutē, & Dominationem, & omne nomen quod nominatur non ſolùm in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro. Et omnia ſubiecit ſub pedibus eius, & ipſum dedit caput ſupra omnē Eccleſiā, quæ eſt corpus ipſius, plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.

AD HEBR. Cap.1. Vt ſup.lit.G.

AVTHORIT. PATR.

A 1 AMBROS. tomo. 4. De ijs qui myſterijs initiantur, Cap. 8. His abluta plebs diues inſignibus, ad Chriſti

Pſal. 45. contendit altaria, dicens: Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam. Depoſitis autem inueterati erroris exuuijs, renouata in aquilę iuuentutē, cœleſte illud feſtinat adire conuiuium, &c. Nunc illud conſideremus, ne quis fortè viſibilia videns, quoniam quæ ſunt inuiſibilia, non vidētur, nec poſſunt humanis oculis comprehendi, dicat fortè: Iudæis Deus Manna pluit, pluit coturnices: Eccleſiæ autem illi dilectæ hæc ſunt quæ præparauit, de quibus dictum eſt: Quòd nec oculus

1.Cor.2. vidit, neque auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quę præparauit Deus diligentibus eum. Ergò ne quis hoc dicat, ſummo ſtudio volumus comprobare, quòd & antiquiora ſunt Sacramenta Eccleſiæ, quàm Synagogæ, & præſtantiora quàm Manna eſt. Antiquiora docet lectio Geneſis quæ decurſa eſt. Synagoga eņ ex Lege Moyſi principium ſumpſit, Abraham verò longè anterior, qui victis hoſtibus, & nepote proprio recepto, cùm potiretur victoria, tunc illi occurrit Melchiſedech, & protulit ea quæ Abraham veneratus recepit. Non Abraham protulit, ſed Melchiſedech, qui

Antiquiora & præſtantiora ſunt Sacramenta Eccleſiæ, quàm Synagogæ.

Gen.14.

inducitur ſine patre, ſine matre, neque initium dierum, nec finem habens: ſimilis autē Filio Dei: de quo ait Paulus ad Hebręos, Quia manet ſacerdos in perpetuum, quia interpretatione latina, dicitur, Rex iuſtitiæ, Rex pacis. Non agnoſcis quis iſte ſit? Poteſt homo Rex eſſe iuſtitiæ, cùm vix iuſtus ſit? Poteſt eſſe Rex pacis, cum vix poſſit eſſe pacificus? Sine matre, ſecundùm diuinitatem, quia ex Patre Deo genitus eſt vnius ſubſtantię cum Patre. Sine Patre ſecundùm incarnationem, qui natus ex Virgine eſt. Initium & finem non habens, quia ipſe eſt initiū & finis omniū, primus & nouiſſimus. Non igitur humani, ſed diuini eſt muneris Sacramentum quod accepiſti, ab eo prolatū qui benedixit fidei patrē Abraham illum, cuius gratiam & geſta miraris. Probatum eſt antiquiora eſſe Eccleſiæ Sacramenta, nunc cognoſce potiora. Re vera mirabile eſt, quòd Manna Deus pluerit Patribus, & quotidiano cœli paſcebantur alimento. Vnde dictum eſt: Panē Angelorū

Hebr.7.

Pſalm.77. manducauit homo. Sed tamen panem illū qui manducauerūt, omnes in deſerto mortui ſunt. Iſta autem eſca quam accipis, iſte

Ioan.6. panis viuus qui deſcēdit de cœlo, vitę æternæ ſubſtantiam ſubminiſtrat: & quicunq; hunc panem manducauerit, non morietur in æternum: & corpus eſt Chriſti.

2 IDEM de Sacramentis, Lib.4. Cap. 3. Veniſti ad altare, vidiſti Sacramenta poſita ſuper altare, & ipſam quidem miratus es creaturam: tamen creatura ſolennis, & nota. Fortè aliquis dixerit; Iudæis Deus tantam gratiam præſtitit, Māna illis pluit è cœlo. Quid plus dedit fidelibus ſuis? Quid plus tribuit, ijs quibus plus promiſit? Accipe quæ dico, anteriora eſſe myſteria Chriſtianorum quàm Iudæorum: & diuiniora eſſe Sacramenta Chriſtianorū, quàm Iudęorum. Quomodò? Accipe. Iudæi quādo eſſe cœperunt? Ex Iuda vtique pronepote Abrahę. Aut ſi vis, & ſic intellige: Ex Lege quam Iudæi accipere meruerunt. Ergò ex pronepote Abrahæ Iudæi dicti ſunt tempore ſancti Moyſi. Etſi tunc Deus Iudæis

Exod.16. Manna murmurantibus pluit è cœlo, tibi autem Sacramentorum horum figura præceſſit, quando Abraham erat, quando vernaculos trecētos decem & octo collegit, & ibi perſecutus eſt aduerſarios, de captiuitate eruens nepotem ſuum. Tunc victor venit, occurrit illi Melchiſedech ſacerdos, & obtulit ei panem, & vinum. Quis habuit Gen.14.

Diuiniora ſunt Sacramēta Chriſtianorum, quàm Iudæorum.

panem & vinum?Abraham nõ habuit. Sed quis habuit?Melchiſedech. Ipſe ergò author Sacramentorum. Quis eſt Melchiſedech ?Qui ſignificatur Rex iuſtitiæ, Rex pacis. Quis eſt iſte Rex iuſtitiæ ? Nunquid homo quiſquàm poteſt Rex eſſe iuſtitiæ? Quis ergo Rex iuſtitiæ, niſi iuſtitia Dei, qui eſt Dei pax, Dei ſapientia? Qui potuit dicere: Pacem meam do vobis, Pacem meã relinquo vobis?: Ergò primò intellige Sacramenta hæc quæ accipis, anteriora eſſe quàm ſint Moyſi Sacramenta, quæcunque Iudæi habere ſe dicũt, & prius cœpiſſe populum Chriſtianum, quàm cœpiſſe populũ Iudæorum. Sed nos in prædeſtinatione, illum in nomine.

Hebr. 7.

Ioan. 14.

3 IDEM tom.5. in Prior. epiſt. ad Corinth. Cap. 11.. Quia enim morte Domini liberati ſumus, huius rei memores in edendo & potando carnem & ſanguinem, quæ pro nobis oblata ſunt, ſignificamus, nouũ Teſtamentum in his conſecuti, quod eſt noua Lex, quæ obedientem ſibi tradit cœleſtibus regnis. Nã & Moyſes accepto ſanguine vituli in pàtera, aſperſit filios Iſraël, dicens, Hoc eſt teſtamentum quod diſpoſuit Deus ad vos. Hoc figura fuit Teſtamẽti, quod Dñs nouum appellauit per prophetas, vt illud vetus, ſit quod Moyſes tradidit. Teſtamentùm ergò ſanguine conſtitutum eſt, quia beneficij Diuini ſanguis teſtis eſt: in cuius typum nos calicem myſticum ſanguinis ad tuitionẽ corporis & animæ noſtræ percipimus, quia ſanguis Domini ſanguinẽ noſtrum redemit, id eſt, totum hominem ſaluũ fecit. Caro enim Saluatoris pro ſalute corporis, ſanguis verò pro anima noſtra effuſus eſt, ſicut prius præfiguratum fuerat à Moyſe. Sic enim ait: Caro (inquit) pro corpore veſtro offertur, ſanguis verò pro anima. *Et poſt pauca.* Deuoto animo & cum timore accedendũ ad communionem docet, vt ſciat mens reuerentiam ſe debere ei ad cuius corpus ſumendum accedit. Hoc enim apud ſe debet iudicare, quia Dominus eſt cuius in myſterio ſanguinem potat, qui teſtis eſt beneficij Dei. Quem nos ſi cum diſciplina accipiamus, nõ erimus indigni corpore & ſanguine Dñi. Gratias enim videbimur reddere Redemptori.

Hebr. 9.

Calix myſticus percipitur ad tuitionem corporis & animæ.

Cur deuotè & cum timore accedendum ad communionem.

4 HILARIVS Lib.8. de Trinitate. Vide ſup. Lect. 10. lit. A. authorit. 5. & lit. B. auth. 8.

5 CHRYSOST. tom.2. in Matth. Homil. 83. Vide ſuprà Lectio. 10. litera. A. authorit. 17.

6 IDEM tomo. 3. Oratione de Beato Philogonio. Nam ſi cum fide acceſſerimus, procuIdubio videbimus Chriſtum in præſepi iacentem. Siquidem hæc menſa vicem explet præſepis. Nam & hîc ponitur corpus Dominicum, non quidem faſcijs inuolutum ſicut tunc, ſed vndequaque Spiritu ſancto conueſtitum. Qui myſterijs initiati ſunt, intelligunt quæ dicuntur. Ac Magi quidẽ nihil aliud quàm adorarũt, tibi vero ſi cum pura acceſſeris conſciẽtia, permittemus vt ſumas, & ſumpto domũ abeas. Accede igitur tu quoque munera offerens, nõ qualia deferebant illi, ſed multò religioſiora. Obtulerunt illi aurum: offer tu temperantiam ac virtutem. Obtulerunt illi thus, offer tu puras preces, quę ſunt odoramenta ſpiritualia. Obtulerunt illi myrrham, offer tu modeſtiã & cor ſubmiſſum cũ eleemoſyna. Quòd ſi hiſce cum muneribus acceſſeris, multa cum fiducia particeps eris huius ſacræ menſæ.

Chriſtus in altari ſicut in præſepio.

Quomodò ad Eucharistiã accedendum.

7 ET Ser. De proditione Iudæ. Vt ſuprà Lect. 10. lit. A. authorit. 15.

A

8 IDEM tom.4. in pri. ad Corint. Homil. 24. Vt ſup. Lect. 10. lit. B. authorit. 14.

9 IDEM in Epiſt. ad Epheſ. Homil. 3. De corpore nobis ſermo eſt, & eo, quod ab illo nihil diſſidet. Quot iſtius corporis efficimur participes? Quot eius guſtamus ſanguinem? Recolite quia illius corpus eſt & ſanguis, qui ſupra cœlos reſidet, qui ab Angelis ſuppliciter adoratur. Illius inquam qui proximè conſiſtit immortali Dei potentię. Huius delibamus ſanguinẽ. Hei mihi, quot nobis viæ præſtruuntur ad parandam ſalutem pręduces atque opportunæ? Nos ſuũ ipſius corpus effecit, proprium corpus nobis ſumendum tradidit: & ecce nihil nos horum deterret ab improbitate, nihil nos à vitijs auocat. O tenebras, & abyſſum nimiam. O humanæ mentis ſtuporem.

Veritas corporis Chriſti.

10 IDEM in poſter. ad Timoth. Homil. 2. Vide ſuprà, Lectio. 10. litera. A. authorit. 16.

11 IDEM tom.5. Ad Populum Antiochenum, Homil. 60. fermè eadem habet, quæ in Matthæ. Homil. 83. Quæ vide ſup. Lect. 10. lit. A. auth. 17.

12 AVGVST. tomo. 2. Epiſt. 23. ad Bonifacium. Non'ne immolatus eſt Chriſtus in ſeipſo, & tamen in Sacramento non ſolùm per omnes Paſchæ ſolennitates, ſed

Chriſtus ſeipſum immolauit, & quotidie immolatur.

omni die populis immolaẗ? Nec vtiq; mẽtitur, qui interrogatus eũ reſpõderit immolari. *Et mox.* Sicut ergo ſecũdu quendã modũ, Sacramẽtũ corporis Chriſti, corp⁹ Chriſti eſt: Sacramenũ ſanguinis Chriſti, ſangnis Chriſti eſt: ita Sacramẽtum fidei, fides eſt.

Sacramentũ corporis & ſanguinis Chriſti.

13 IDEM Epiſt. 118. Ad Ianuarium, Cap. 5. & 6. Nec ideò putari debet inſtitutum eſſe multis locis, vt illo die poſt refectionem offeratur, quia ſcriptum eſt identidem: Et calicem accipiens poſt cœnã, dicens, &c. Ipſam e͞m potuit appellare cœnã, quã iam corpus acceperant, vt deinde calicem acciperent. Apoſtolus nãque alibi dicit: Conueniẽtibus ergo vobis in vnum, nõ eſt Dominicã cœnam mãducare. Hanc ipſam acceptionem Euchariſtię, Dominicam cœnam vocans. Liquidò apparet quando primùm acceperũt diſcipuli corpus & ſanguinem Domini, nõ eos accepiſſe ieiunos. Nunquid tamen propterea calumniãdum eſt vniuerſæ Eccleſiæ, quòd à ieiunis ſemper accipitur? Ex hoc enim placuit Spiritui ſancto, vt in honorem tãti Sacramenti, in os Chriſtiani prius Dominicum corpus intraret, quàm exteri cibi. Nam ideò per vniuerſum orbem mos iſte ſeruatur. Neq; enim quia poſt cibos dedit Dominus, proptereà pranſi aut cœnati fratres ad illud Sacramentum accipiendum cõuenire debẽt, aut ſicut faciebãt quos Apoſtolus arguit, & emendat, menſis ſuis iſta miſcere. Nanque Saluator quò vehementius commendaret myſterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus & memoriæ diſcipulorum, à quibus ad paſsionem digreſſurus erat. Et ideò non præcepit quo deinceps ordine ſumeretur, vt Apoſtolis, per quos Eccleſias diſpoſiturus erat, ſeruaret hunc locum. Nam ſi hoc ille monuiſſet, vt poſt cibos alios ſemper acciperetur, credo quòd eum morem nemo variaſſet.

Matth. 26.

1. Cor. 11.

Etſi Apoſtoli non ieiuni communicarĩt, mos tamen ſeruat Eccleſia, vt nõ communicẽt niſi ieiuni.

14 IDEM Epiſtola. 57. ad Dardanũ. Huius corporis Caput eſt Chriſtus, huius corporis vnitas noſtro ſacrificio commendatur. Quod breuiter ſignificauit Apoſtolus dicens: Vnus panis, vnum corpus multi ſumus. Per Caput noſtrum reconciliamur Deo, quia in illo eſt diuinitas Vnigeniti facta particeps mortalitatis noſtræ, vt & nos participes eius immortalitatis eſſemus; &c. Noſti autem in quo ſacrificio dicatur, Gratias agamus Dño Deo noſtro. A cuius ſacrificij humilitate longè abeſt typhus & cothurnus illorum.

1. Cor. 10.

In Miſſa: Gratias agamus Domino Deo noſtro.

15 IDEM Epiſt. 59. ad Paulinum. Multa quippe hinc dici poſſunt, quæ improbanda non ſint, ſed eligo in his verbis hoc intelligere, quod omnis vel penè omnis frequentat Eccleſia, vt precationes accipiamus dictas, quas facimus in celebratione Sacramentorum, antequàm illud quod eſt in Domini menſa, incipiat benedici. Orationes, cùm benedicitur, & ſanctificatur, & ad diſtribuendum comminuitur: quam totam petitionem ferè omnis Eccleſia Dominica oratione concludit. *Et paulò poſt.* Vouentur autem omnia quæ offerentur Deo, maximè ſancti altaris oblatio, quo Sacramento prædicatur noſtrum illud votum maximum, quo nos vouimus in Chriſto eſſe manſuros, vtique in cõpãge corporis Chriſti: cuius rei Sacramentum eſt, quòd vnus panis, vnum corpus multi ſumus.

Oratio Dominica in Miſſa.

1. Cor. 10.

16 IDEM tomo. 3. De Trinitate, Lib. 3. Cap. 4. Vide ſuprà, Lectio. 10. litera. A. authorit. 8.

17 IDEM tomo. 5. de Ciuit. Dei, Lib. 21. Cap. 25. Quod ait Dominus Ieſus: Hic eſt panis qui de cœlo deſcendit, ſi quis ex ipſo manducauerit, non morietur. Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi, ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Quomodò ſit accipiendum, meritò quæritur. Et ab iſtis quidem quibus nunc reſpondemus, hunc intellectum auferunt illi, quibus deinde reſpondendum eſt. Hi ſunt autem, qui hanc liberationẽ, nec omnibus habentibus Sacramentum Baptiſmatis & corporis Chriſti, ſed ſolùm Catholicis, quamuis malè viuentibus, pollicentur: quia non ſolo, inquiunt, Sacramento, ſed re ipſa manducauerunt corpus Chriſti; in ipſo ſcilicet eius corpore conſtituti. De quo corpore ait Apoſtolus, Vnus panis, vnũ corpus multi ſumus. Qui ergo eſt in eius corporis vnitate, id eſt, in Chriſtianorum compãge membrorum, cuius corporis Sacramentum fideles communicantes, de altari ſumere conſueuerunt, ipſe verè dicendus eſt manducare corpus Chriſti, & bibere ſanguinem Chriſti. Ac per hoc hæretici & ſchiſmatici, ab huius vnitate corporis ſeparati, poſſunt idẽ percipere Sacramẽtum, ſed non ſibi vtile, imò verò etiam noxium, quo iudicentur grauius, quàm vel tardius liberentur. Nõ ſunt enim in eo vinculo pacis, quod in illo exprimitur Sacramento.

Ioan. 6.

1. Cor. 10.

Alij Sacramentum tãtũ accipiũt corporis Chriſti: alij et rem & Sacramentum.

18 IDEM tomo. 7. contra literas Peti-

Petiliani,Lib.2.Cap.55. Quid eſt autẽ de-
mentius,quàm Sacramẽtis Dñi cõmunica-
re,& verbis Domini non communicare?Hi
Luc.13. vtique dicturi ſunt:In nomine tuo mandu-
cauimus & bibimus:& audituri, Non noui
vos: qui corpus eius & ſanguinẽ in Sacra-
mento manducant & bibunt, & membra
eius toto orbe diffuſa, in Euangelio non
agnoſcunt,& ideò cum eis in iudicio non
computantur.

19 IDEM, De Peccatorum meritis &
remiſsione,Lib.1. Cap.24. Optimè Punici
Chriſtiani Baptiſmum ipſum nihil aliud
quàm ſalutem, & Sacramentum corporis
Chriſti,nihil aliud quàm vitã vocãt. Vnde
niſi ex antiqua(vt exiſtimo)& Apoſtolica
traditione, qua Eccleſiæ Chriſti inſitũ te-
Sine Sacramento Baptiſmi & Eucharistia,nõ conſtat ſalus. tenet,præter Baptiſmum, & participationẽ
Dominicæ menſæ,non ſolùm nõ ad regnũ
Dei, ſed nec ad ſalutem & vitam æternã
poſſe quenquam hominum peruenire?Hoc
enim & Scriptura teſtatur, ſecundùm ea
quæ ſuprà diximus.Nam quid aliud tenẽt,
qui Baptiſmum nomine ſalutis appellant,
niſi quod dictũ eſt: Saluos nos fecit per la-
uacrũ regenerationis? Et quod Petrus ait:
Tit.1.
1.Petr.3. Sic & vos ſimili forma Baptiſma ſaluos fa-
cit? Quid aliud etiam qui Sacramentum
menſæ Dominicæ,vitam vocant,niſi quod
Ioan.6. dictum eſt:Ego ſum panis vitæ,qui de cœ-
lo deſcendi,& panis quem ego dedero,ca-
ro mea eſt pro ſeculi vita.Et, Si non man-
ducaueritis carnem Filij hominis, & ſan-
guinem biberitis, non habebitis vitam in
vobis? *Et ſtatim.* Non itaq; dubitemus etiã
pro infantibus Baptizatis ſanguinẽ fuſum,
qui priuſquàm funderetur,ſic in Sacramẽ-
to datus & commendatus eſt,vt diceretur:
Matth.26. Hic eſt ſanguis meus,qui pro multis effun-
Marc.14. detur in remiſsionem peccatorum.

20 IDEM tom.9.in Ioannem, tracta-
tu.26. Et nos hodie accepimus viſibilem ci
Aliud eſt Sacramẽtũ, aliud virtus Sacramenti. bum:ſed aliud eſt Sacramẽtum,aliud virtus
Sacramẽti.Quàm multi de altari accipiũt,
& moriuntur,& accipiẽdo moriũtur? Vn-
de dicit Apoſtolus: Iudicium ſibi mãducat
& bibit. Non'ne buccella Dominica vene-
1.Cor.11. num fuit Iudæ?Et tamen accepit, & cùm
accepit,in eum inimicus intrauit: non quia
malum accepit,ſed quia bonum malè ma-
lus accepit.

21 IDEM tom.10.Lib. Quinquaginta
Homiliarum,Homil.32. Attẽde quæ vides,
crede quæ nõ vides.Non te deſeruit qui vo
cauit vt credas,quãuis iuberet illud credere
quod non potes videre, non tamẽ te dimi-
ſit nihil videntẽ,vnde poſsis credere quod
non vides. Parua'ne ſigna, parua'ne indi-
cia ſunt creaturis ipſa creatura? Venit etiã,
fecit miracula: non poteras videre Deum,
poteras hominem:Deus factus eſt homo,vt
in vno tibi eſſet, & quod videres, & quod
crederes:In principio erat Verbum,&c. *Et* *Ioan.1.*
paulò pòſt. Fecit tibi vnde ſanarẽris,vt vide-
re poſſes quod non videbas.Quod cõtem-
nis in Chriſto, nondum eſt contemplatio
ſanati, ſed medicamentum ægroti.Noli fe-
ſtinare ad viſionem ſanorum.Angeli vidẽt, *Etſi Chriſtus in Eucharistia non videtur, eſt tamẽ medicina infirmorũ, cibus ſanorum.*
Angeli gaudent,Angeli paſcũtur,& viuũt,
nec deficit vnde paſcuntur, nec minuitur
eſca ipſorum.In ſublimibus thronis,in par-
tibus cœlorum,in his quę ſupra cœlos ſunt,
videtur Verbũ ab Angelis, & gaudetur,&
manducatur,& permanet. Sed vt panem
Angelorum manducaret homo, Dominus *Pſal.77.*
Angelorum factus eſt homo. Hæc eſt ſalus
noſtra medicina infirmorũ, cibus ſanorũ.

22 IDEM De Verbis Domini, Ser-
mo.28. Vide ſuprà, Lectio.10. litera. B.
authorit.1.

23 CYRIL. Alexand.tom.1.in Ioan.
Lib.4.Cap.13.Non'ne vides quid ſæpenu-
mero mechanici faciunt? Incredibilia vi-
dentur nobis nonnunquàm enarrare: ſed
tamen quia ſimilia ipſos feciſſe vidimus,
poſſe peragi ab ipſis facilè credimus. Quo-
modò igitur ſummis cruciatibus digni non
erunt,qui rerum omnium Opificem Deũ
ita contemnunt,vt,Quomodò,in operibus
ſuis dicere audeant, quem totius ſapientiæ
largitorem eſſe nõ ignorant? Quem omnia
poſſe, Scriptura nos docuit? Si verò tu,ô Iu
dæe,Quomodò, etiam nunc clamas: hanc
tuam imperitiam ego quoque ſecutus, li- *Potuiſſe Chriſtũ corpus ſuũ dare in cibum, multis exẽplis probatur.*
benter,Quomodò ex Ægypto exiuiſti? ro-
gabo. Quomodò in ſerpentem Moſayca
fuit virga conuerſa?Quomodò lepra manus
affecta,vno momento temporis in priſtinũ
ſtatum reſtituta iterum fuit? Quomodò in
naturam ſanguinis aquæ tranſierunt?Quo-
modò patres tui per media maria, vt per
aridam,effugerunt?Quomodò per lignum,
amaritudo aquarũ in dulcedinem recidit?
Quomodò è lapide fontes aquarum flue-
bant?Quomodò ſtetit Iordanis? Quomodò
ſolo clamore inexpugnabilis Hierico ceci-
dit?Innumerabilia ſunt in quibus ſi, Quo-
modò, quæris, vniuerſam euertere tibi
Scripturam neceſſe erit,Prophetarum do-
ctrinã, & ipſius Moyſi ſcripta cõtemnẽti.

Quare credidiſſe Chriſto potius vos oportuit,& ſi quid arduum videbatur,ab eo humiliter petere, quàm velut temulentos exclamare: Quomodò poteſt hic nobis ſuam carnem dare?

Ioan. 6.

24 E T Cap.14. Audiant hæc qui ex arrogantia,nondum Chriſti fidem ſuſcipere volunt: Niſi manducaueritis(inquit) carnẽ Filij hominis,& biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Non .n. poſſunt cũ ſanctificatione beatæ vitę fidei participes eſſe, qui per myſticam benedictionem Ieſum non ſuſceperunt. Vita enim ſecundùm naturã ille eſt,qui ex viuo Patre genitus eſt: ſed non minus corpus quoque ſuum viuificat. Coniunctum enim ineffabiliter eſt Filio Dei,à quo vniuerſa viuificãtur. Idcircò corpus ſuum dicitur,& vnus cũ eo eſt. Nempe poſt incarnationẽ vnus eſt, & vnus manet abſque diuiſione vlla, præterquàm quòd Dei Patris Verbũ, & templum à Virgine ſumptum,idem natura nõ ſunt. Non enim eſt eiuſdẽ ſubſtantiæ Verbo Dei homo aſſumptus: vnus tamen cum illo eſt coniunctione ineffabili. Quoniam igitur Saluatoris caro Verbo Dei,quod naturaliter vita eſt,coniuncta,viuifica effecta eſt,quando eam comedimus, tunc vitã habemus in nobis,illi cõiuncti,quæ vita effecta eſt. Hac de cauſa in exuſcitãdis mortuis non ſolummodò verbo atque imperio, vt Deus,vtebatur: verùmetiam carnem ſuam, quaſi cooperatricem, nonnunquàm adhibebat,vt re ipſa oſtenderet carnem quoq; ſuam,quoniam ſibi coniuncta eſt,viuificam eſſe,atque fideles doceret ſuum, non alterius,corpus eſſe.

Ioan. 6.

In Euchariſtia eſt verum Chriſti corpus vitã tribuens: & quare.

25 E T Cap.16. Mannæ alimentum nõ æternam vitam,ſed breue famis remedium adferebat. Nõ ergo erat cibus verus, id eſt, panis de cœlo. Sanctũ verò Chriſti corpus, ad immortalitatem & vitam æternam nutriens cibus eſt: ita, inquit; Sed aquam illi ex petra biberunt. Quid igitur inde lucrati ſunt,qui mortui fuerunt? Non erat igitur potus ille verus,ſed verus potus eſt ſanguis Chriſti,quo radicitus mors euertitur atque deſtruitur. Non enim hominis ſimpliciter ſanguis eſt, ſed eius qui naturali vitæ conſunctus,vita effectus eſt. Propterea corpus & membra Chriſti ſumus, quia per hanc benedictionẽ myſterij, ipſum Filium Dei ſuſcipimus.

Verum Chriſti corpus et verus ſanguis in Sacramento.

26 E T Cap.17. Quoniam res ardua eſt, & fide magis quàm alio modo recipitur, ideò multis atque varijs modis mirabilem eius vtilitatem exponit, fundamentum & baſim fidem eſſe confirmans. Qui manducat(inquit)carnem meam, & bibit ſanguinem meum,in me manet & ego in illo. Sicut enim ſi quis liquefactæ ceræ aliam ceram infuderit, alteram cum altera per totum commiſceat,neceſſe eſt: Ita ſi quis carnem & ſanguinem Domini recipit, cum ipſo ita coniungatur,vt Chriſtus in ipſo, & ipſe in Chriſto inueniatur. Simile quodãmodò apud Matthæum comperies: Simile eſt(inquit)regnum cœlorũ fermento,quod acceptum abſcondit mulier in farinæ ſatis tribus. Quid igitur fœmina ſit, & quæ ſatorum trinitas, aut omnino ſatum quid ſit, loco ſuo dicetur: nunc autem de fermento ſolùm dicamus. Sicut paruum (vt Paulus ait) fermenti,totam maſſam fermentat: ſic paruula benedictio, totum hominẽ in ſeipſum attrahit, & ſua gratia replet: & hoc modo in nobis Chriſtus manet, & nos in Chriſto. Verè enim totũ fermẽtum in totã maſſam pertranſit.

Ioan. 6.

Quomodo maneat Chriſtus in nobis, & nos in Chriſto.

Matth. 13.

1. Cor. 5.

27 E T Cap.23. Spiritus eſt qui viuificat,caro non prodeſt quidquam. Non imperitè (inquit) omnino viuificam carnem eſſe negatis. Nam ſi ſola intelligitur, nihil prorſus viuificare poteſt, quippe quæ viuificante indigeat. Cùm verò incarnationis myſterium laudabili cura ſcrutati fueritis,& habitantem in carne cognoueritis: quanuis nihil penitus caro per ſeipſam poſſit,viuificam tamẽ eſſe factam credetis,niſi etiam Spiritum ſanctum non poſſe viuificare contendatis. Nam quoniam cum viuificante Verbo caro coniuncta eſt, tota eſt effecta viuifica. Non enim ad corruptibilẽ ſuam naturam iunctum Dei Verbum detraxit, ſed ipſa ad melioris virtutem eleuata eſt. Quanuis ergò natura carnis, vt caro eſt,viuificare nequeat, facit tamẽ hoc, quia totam Verbi operationem ſuſcepit. Corpus enim eſt, non cuiuſuis hominis cuius caro prodeſſe quicquam poteſt (Non enim Pauli aut Petri, aut cæterorum) ſed ipſius vitæ & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti corpus, in quo Deitatis plenitudo corporaliter habitat,facere hoc poteſt. Nam ſi mel, cùm naturaliter dulce ſit, ea dulcia facit quibus immiſcetur: non'ne ſtultum erit, viuificam Verbi naturam putare, nõ dediſſe homini, in quo habitat, viuificandi virtutem? Quas ob res, caro quidem cæterorum omnium, quicquam verè nõ prodeſt, caro

Ioan. 6.

Caro Chriſti ſumpta, cur vitam tribuat.

caro autem Chriſti, quia in ipſa Vnigenitus Dei Filins habitat, ſola viuificare poteſt.

28 ET Cap.24. Verba quæ ego locutus ſum vobis, Spiritus & vita ſunc. *Ioan. 6.* Totū corpus ſuum viuifica Spiritus virtute plenum eſſe oſtendit. Spiritus enim hîc, ipſam carnem nuncupauit: non quia naturam carnis amiſerit, & in Spiritum mutata ſit, ſed quia ſummè cum eo coniuncta, totam viuificandi vim hauſit. Nec turbari propter hoc decet: nam qui Domino conglutinatur, *1. Cor. 3.* vnus cum eo Spiritus eſt: Quomodò igitur caro ſua, vna cum eo non appellabitur? Huiuſmodi ergò eſt quod dicitur: Putatis (inquit) me dixiſſe, viuificū natura ſui terreſtre hoc eſſe corpus. Ego verò de Spiritu, & de vita æterna loquutus ſum: nō enim natura carnis viuificum reddit Spiritum, ſed Spiritus virtus viuificam carnem efficit. Verba ergò quæ vobis loquutus ſum, Spiritus, id eſt, ſpiritualia: & de Spiritu & vita, id eſt, de viuifica & naturali vita ſunt.

29 ET Cap.28. Adhæc: Allata (inquit) *Exo. 40.* menſa pones ſuper eam quæ ritè præcepta ſunt: candelabrum ſtabit cū lucernis ſuis. Quibus ambobus Chriſtus ſignificatur. Chriſtus enim menſa eſt, in qua panes depoſiti ſunt, quibus omnes participatione corporis, ad vitam æternam aluntur. Ego *Ioan. 6.* enim (ait) ſum panis, qui de cœlo deſcendi, & vitam æternā do mundo: ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis quem ego dabo caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vita. *Mēſa ſignificat Chriſti corpus.* Mēſæ igitur propoſitio, id eſt panes, ſanctiſsimum Chriſti corpus (quo ad vitam ęternam omnes aluntur) prorſus ſignificat.

30 LEO Magnus, Epiſt. 10. ad Flauianum. Nec fruſtratoriè loquens, ita Verbū diceret carnem factū, vt editus vtero Virginis Chriſtus, haberet formam hominis, & *Veritas carnis & corporis Chriſti oſtenditur. Luc. 1.* non haberet materni corporis veritatē. An fortè ideò putauit Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum non noſtræ eſſe naturę, quia miſſus ad Beatā Mariam Angelus, ait: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſsimi obumbrabit tibi: ideòq; & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei: vt quia cōceptus Virginis diuini fuit operis, non de natura cōcipiētis fuerit caro concepti? Sed non ita intelligenda eſt illa generatio ſingulariter mirabilis, & mirabiliter ſingularis, vt per nouitatē creationis, proprietas remota ſit generis: fœcūditatem enim Virgini Spiritus ſanctus dedit, veritas autem corporis ſumpta de corpore eſt. *Et paucis interiectis.* Poſt reſurrectionē verò Domini, quæ vtique veri corporis fuit, quia non alter eſt reſuſcitatus, quàm qui fuerat crucifixus & mortuus, &c. Caligās verò circa naturā corporis Chriſti, neceſſe eſt vt etiam in Paſsione eiuſdē obcæcatione deſipiat. Nam ſi Crucem Domini nō putat ſalſam, & ſuſceptum pro mundi ſalute ſupplicium verum fuiſſe non dubitat, cuius credit mortem, agnoſcat & carnem. Nec diffiteatur noſtri corporis hominem, quem cognoſcit fuiſſe paſsibilem: Quoniā negatio veræ carnis, negatio eſt etiam corporeæ paſsionis.

31 IOANNES Damaſcenus, Lib. 4. Orthodoxæ fidei. Cap. 14. Si Verbū Dei, *Heb. 4.* viuens eſt, & efficax, & omnia quæcunque *Pſal. 134.* voluit Dominus ſecit: Si dixit, Fiat lux, & *Gene. 1.* facta eſt: fiat firmamentum, & factum eſt. Si Verbo Dei cœli firmati ſunt, & Spiritu *Pſalm. 32.* oris eius omnis virtus eorum. Si cœlum & terra, aqua, ignis, & aër, & omnis ornatus eorum, Verbo Domini perfecta ſunt, & homo ipſe vbique diuulgatum animal: ſi volēs ipſe Deus Verbum factus eſt homo, & ex ſanctæ Virginis puriſsimis & illibatiſsimis ſanguinibus, in ſeipſo ſine ſemine carnem ſuſtentauit, non poteſt panem ſuiipſius corpus ſacere, & vinum & aquam, ſanguinem? *Poteſt Chriſtus panem corpus ſuum facere: & vinum & aquā, ſuum ſanguinem. Ioan. 5.* Dixit in principio: Producat terra herbam virentem: *Gene. 1.* & vſque nunc pluuia facta producit germina, diuino coadiuta & vigorata præcepto. Dixit Deus: Hoc eſt corpus meum: &, Hic meus eſt ſanguis: *Matth. 26. Luc. 22.* &, Hoc facite in meam commemorationē: & Omnipotenti eius præcepto donec veniat, efficitur. Sic enim dixit, Donec veniat: & fit pluuia nouæ huic agriculturæ per inuocationē Spiritus ſancti, obumbrās virtus. Nam quemadmodùm omnia quæcunq; fecit Deus, Spiritu ſancto operante fecit: ſic & nūc Spiritus ſancti operatione, hæc ſuper naturam operatur, quæ non poteſt capere niſi ſola fides. Quomodò fiet *Luc. 1.* mihi iſtud, dicit ſancta Virgo, quoniā virū non cognoſco? Reſpōdet Gabriel Archangelus; Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſsimi obumbrabit tibi. Et nunc interrogas, Quomodò panis fit corpꝰ Chriſti, & vinum, & aqua, ſanguis Chriſti? Reſpondeo tibi & ego, Spiritus ſanctus obumbrat, & hæc operatur ſuper ſermonem & intelligentiam: panis autem & vinum

tranſu-

tranſumuntur. Nouit enim Deus humanam infirmitatem, quòd complura vſu nõ trita, auerſatur moleſtè ferens. Aſſueto igitur condeſcenſu vſus, per conſueta naturæ ea facit, quæ ſunt ſuper naturam. Et quemadmodùm in Baptiſmate, quia conſuetudo hominibus eſt aqua lauacri, & oleo vngi, coniunxit oleo & aquæ gratiam Spiritus ſancti, & fecit illud lauacrum regenerationis: hunc in modum quia mos hominibus eſt, panem manducare, & vinum & aquam bibere, cõiunxit his ipſis ſuam diuinitatem, & fecit hæc ſuum corpus & ſanguinem, vt per aſſueta & quę ſunt ſecundùm naturã, in his quæ ſunt ſupernaturam, collocemur. Corpus enim ſecundùm veritatem cõiunctum eſt Diuinitati, quod ex ſancta Virgine corpus eſt: nõ quòd ipſum corpus aſſumptum, ex cœlo deſcenderit: ſed quòd ipſe panis & vinum tranſmutatur in corpus & ſanguinem Dei. Si autem modum requiris, quonam pacto fiat, ſat ſit tibi audire, quoniam per Spiritum ſanctum, quemadmodùm ex ſancta Daipara, ſeipſo & in ſeipſo Dominus carnem ſuſtẽtauit. Et nihil amplius cognoſcimus, quàm quòd verbum Dei verum eſt, & efficax, & omnipotens: modus autẽ inſcrutabilis. Neq; & hoc etiam dictu promptum, quomodò naturaliter per comeſtionẽ panis: & vinum & aqua per potionem, in corpus & ſanguinem comedentis & bibentis tranſmutatur, & non fit aliud corpus præter id quod prius erat ipſius: ſic & propoſitionis panis, vinumq; & aqua per inuocationem & aduentum Spiritus ſancti, ſupernaturaliter tranſmutatur in corpus & ſanguinem Chriſti, & nõ ſunt duo, ſed vnũ & idem. Fit igitur ijs qui fide digni aſſumunt, in remiſsionem peccatorũ, & in vitam æternam, & in cuſtodiã animæ & corporis: ijs autem qui in infidelitate indignè participãt, & in punitionem, & ſuppliciũ. Quemadmodùm & Chriſti mors, credentibus facta eſt vita & incorruptibilitas in fruitionem ſempiternæ beatitudinis: infidelibus autem & Domini interfectoribus, in ſupplicium & pœnam ſempiternã. Non eſt figura, panis & vinum, corporis & ſanguinis Chriſti: abſit enim hoc: ſed eſt ipſum corpus Dñi Deificatum, ipſo Domino dicente: Hoc eſt meum (non figura corporis, ſed) corpus: & non figura ſanguinis, ſed ſanguis. Et ante hoc, ipſis Iudeis: Quoniam niſi manducaueritis carnẽ Filij hominis, & biberitis eius ſanguinẽ, non habebitis vitã æternam. Caro mea verus eſt cibus, & ſanguis meus verus eſt potus. Et rurſus: Qui manducat me, viuet. Proinde omni cum timore, & conſcientia pura, & indubitabili fide, accedamus, & omnino fiet nobis quẽadmodum credimus, nõ dubitantes: & veneremur ipſum omni puritate animi & corporis. Accedamus ei deſiderio ardenti, manus in crucis modum formantes, crucifixi corpus ſuſcipiamus, & apponẽtes oculos & labia & frontem, diuinum carbonem concipiamus, vt ignis in nobis deſiderij aſſumens eo ex carbone ignitionem, cõburat peccata noſtra, & illuminet corda noſtra, & participatione diuini ignis, igniamur, & Deificemur. Carbonem vidit Eſaias: Carbo autem ſimplex non eſt, ſed vnitus Diuinitati. Et corpus vnitum Diuinitati, non vna ac eadem illi natura eſt, ſed vna corporis, & vnitæ Diuinitatis altera. Quare amborum ſimul non vna natura eſt, ſed duæ. Pane & vino ſuſcepit Melchiſedech Abraham ex cæde alienigenarum reuertentem, qui erat ſacerdos Dei Altiſsimi. Illa menſa, hanc myſticam præfigurauit menſam: velut & ſacerdos ille, Chriſti veri ſacerdotis figuram præſeferebat, & imaginem. Tu es (inquit) ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech. Hunc panem, panes figurabant propoſitionis. Hæc eſt pura ſcilicet hoſtia & incruenta, quam ab Ortu, vſque ad Occaſum ipſi offerri, & per Prophetam Dominus loquitur, corpus videlicet & ſanguis Chriſti, in ſtabilimẽtum animæ noſtræ & corporis, inconſumptum & incorruptum, non in ſeceſſum iens, (abſit enim) ſed in noſtram ſubſtantiam & conſeruationem, omnimodi nocumenti reparatio, ſordis omnis purgatio. Siquidem aurum offendat adulteratum, per iudicialem correptoriamque ignitionem purgat, vt non in futuro cum mundo condemnemur. Curat enim morbos, & omnimoda damna, quemadmodùm dicit Apoſtolus: Si nos ipſos iudicaremus, nõ vtique iudicaremur: cùm iudicamur autem, à Deo corripimur, vt non cum mundo condemnemur. Et hoc eſt quod dicit: Quare, qui participat corpus & ſanguinem Chriſti indignè, iudicium ſibi ipſi manducat & bibit. Per illud purgati, vnimur corpori Domini & Spiritui eius, & efficimur corpus Chriſti. Iſte panis eſt primitiæ futuri panis,

Panis & vinũ tranſumuntur.

Panis & vinũ tranſmutatur in corpus & ſanguinem Chriſti, ſed modus eſt inſcrutabilis.

Sumentibus Chriſti corpus & ſanguinem, vel vita contingit, vel mors.

Panis & vinum nõ eſt figura corporis & ſanguinis Chriſti, ſed eſt ipſum corpꝰ Deificatũ.

Matth. 26.
Ioan. 6.

Quomodo ad Euchariſtiam accedendum.

Iſai. 6.

Gen. 14.

Figura ſacra Euchariſtia.

Pſal. 109.

Leuit. 24.

Malach. 1.

Sacræ Euchariſtiæ effectus.

1. Cor. 11.

qui eſt ſuperſubſtantialis. Superſubſtantiale enim oſtendit, aut eum qui futurus eſt, id eſt, venturi ſeculi: aut eum qui ad conſeruationem noſtræ ſumitur ſubſtantiæ. Siue igitur hoc, ſiue illo modo, Chriſti corpus accommodatè dicetur. Nam ſpiritus viuificans eſt caro Domini, quia ex viuificante Spiritu concepta eſt: quod enim *Ioan. 3.* natū eſt ex Spiritu, Spiritus eſt. Hoc autē dico, non auferens corporis naturam, ſed viuificationem & diuinitatem eius oſtendere volens. Etſi quidam exemplaria corporis & ſanguinis Domini, panem & vinum vocauerunt, vt Deifer vocauit Baſilius, non tamen poſt ſanctificationem dixit, ſed priuſquàm ſanctificaretur ipſa oblatio, ita vocabant. *Sacra Eucharistia varia nomina.* Participatio etiam dicitur: nam per ipſam, Ieſu diuinitatem participamus. Dicitur & communio, & eſt re vera, quia communicamus per ipſam Chriſto, & participamus eius carne & diuinitate: & quia communicamus, & vnimur inuicem per illam. Nam quia ex vno pane participamus omnes, vnum corpus Chriſti, & vnus ſanguis, & inuicem membra efficimur, incorporati Chriſto exiſtentes. Exemplaria autem futurorum dicuntur, non vt non exiſtentia verè corpus & ſanguis Chriſti: ſed quoniam nunc quidem per ipſa participamus Chriſti diuinitate, tunc autem intellectualiter per ſolam viſionem.

32 THEOPHYLACT. in Matt. Cap. 26. Vide ſup. Lectio. 10. litera. A. authorit. 18.

33 BASILIVS in Liturgia. Ideò Domine ſanctiſsime, & nos peccatores & indigni ſerui tui, qui conſtituti ſumus miniſtrare ſancto altari, non propter iuſtitias noſtras, (non enim fecimus quid boni in terra) ſed propter miſericordias & miſerationes tuas, quas effudiſti ditaliter ſuper nos, confidentes appropinquamus ſancto altari tuo, & proponētes configuralia ſancti corporis & ſanguinis Chriſti tui, te obſecramus, & te poſtulamus Sācte ſanctorū, *Ritus conſecrādi corporis Chriſti.* beneplacita tua benignitate, venire Spiritum ſanctum tuum ſuper nos, & ſuper propoſita munera iſta, & benedicere ea, & ſanctificare. Et oſtendere panem quidem iſtū, ipſum honorificum corpus Domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti: quod autem eſt in calice iſto, ipſum ſanguinem Domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui effuſus eſt pro mundi vita.

34 GREGORIVS Nazianzenus in Apologetico. 1. Quis ille eſt, qui veritatis Antiſtitem ac propugnatorem vnius dieculæ ſpatio, velut ſimulacrum ex argilla, fingit, Illum inquam qui cum Angelorum claſſe atque ordine futurus eſt, qui cū Archangelis Deum celebrabit? *Sacerdotum poteſtas, quanta.* Qui ad ſupernum altare ſacrificia tranſmittet, ſimulque cum Chriſto ſacerdotio fungetur? Qui figmentum inſtaurabit, imaginemq; Creatori ſiſtet, & ſuperno mundo Opificem aget, &, vt quod maius eſt dicam, Deus erit, alioſque Deos efficiet? *Et longè pòſt.* Hæc igitur cùm perſpecta haberem, illudq; inſuper, neminem magno & Deo, & ſacrificio, & Pontifice dignum eſſe, niſi qui prius ſeipſum Deo hoſtiam viuentem & Sanctam *Rom. 12.* exhibuerit, rationalemq; cultū gratū atq; *Pſalm. 49.* acceptum oſtenderit: Deoq; ſacrificiū laudis, *Pſalm. 50.* ſpiritumque afflictum atque contritū, obtulerit, (quod vnum ille ſacrificium pro omnib⁹ ſuis erga nos beneficijs à nobis efflagitat.) *Sacrificium magnorum myſteriorū exemplar.* Quo tādem modo externū illud ſacrificium, illud magnorum myſteriorum exemplar, præſidenti animo ipſi offerre? Aut quomodò ſacerdotis habitū nomenq; ſubirem, priuſquàm manus pijs actionibus conſecraſſem? &c.

35 IDEM In Carminibus ad Conſtantinopolis ſacerdotes.

O ſacrificia mittentes incruenta ſacerdotes:
Et magna virtutis cultores in Trinitate. *Sacrificium incruētum.*

36 CLEMENS Alexandrinus, Pædagogi, Lib. 2. Naturalis itaq; & ſobrius potus ſitientibus neceſſarius, eſt aqua. *Aqua, ſobrius eſt potus ſitientibus.* Eam ex prærupta petra manantem, veteribus Hebræis vnicum ac ſimplicem temperantię potum ſuppeditauit Dominus. *Exod. 18.* Oportebat autem eos, vtpote errantes, eſſe maximè ſobrios. Poſteà ſancta vitis botrum germinauit Propheticum. Hoc ſignum eſt ijs qui ad quietem ex errore inſtituti ſunt, magnus botrus, nempe Verbum pro nobis expreſſum, cùm ſanguis vuæ, Verbum ſcilicet aqua temperari voluerit. Sic etiam ſanguis eius ſalute temperatur. *Sangois Domini duplex.* Duplex eſt autē ſanguis Dñi: alter enim eſt carnalis, quo Redempti ſumus ab interitu: alter verò ſpiritalis, quo ſcilicet vncti ſumus. Et hoc eſt bibere Ieſu ſanguinē, eſſe participē incorruptionis Dñi. *Cur vino admiſcetur aqua.* Verbi autē virt⁹ eſt, Spiritus, quēadmodū ſanguis, carnis. Cōmoderata itaq; proportione & cōueniētia, vinū quidē aquæ, homini vero Spiritus admiſcetur. Ac temperatum quidem vinum ad fidem

Sacra Euchariſtia fructus. fidem conuiuio excipit: Spiritus autem deducit ad incorruptionem. Amborum autem temperatura, potus ſcilicet & Verbi, dicitur Euchariſtia, quæ & laudatur & bona eſt gratia, cuius qui per fidē ſunt participes, ſanctificantur & corpore & anima: cùm diuinum temperamētum, hominem ſcilicet, diuina voluntas Spiritu & Verbo myſticè cōtemperauerit. Etenim verè quidem Spiritus animæ, quæ ab ipſo fertur, cōiungitur & familiaris efficitur. Caro autem Verbo, propter quam Verbum Caro factum eſt. *Ioan. 1.*

37 EPIPHANIVS in Ancorato. Vide ſup. Lect. 10. lit. A. auth. 14.

B 1 AVGVST. tomo. 9. in Ioan. tractat. 27. O Domine, Magiſter bone, quomodò caro non prodeſt quicquàm, cùm tu dixeris, Niſi quis manducauerit carnem meam, & biberit ſanguinem meum, nō habebit in ſe vitam? An vita nō prodeſt quicquam? Et propter quid ſumus quod ſumus, niſi vt habeamus vitam æternam, quā tua caro e promittis? Quid eſt ergo, Nō prodeſt quicquam? Caro nō prodeſt quicquam: Sed quomodò illi intellexerunt. Carnem quippe ſic intellexerūt, quomodò in cadauere dilaniatur, aut in macello vēditur, nō quomodò ſpiritu vegetatur. Proinde ſic dictū eſt, Caro non prodeſt quicquam: quomodò dictum eſt: Scientia inflat. Iam ergo debemus odiſſe ſcientiam? Abſit. Et quid eſt, Sciētia inflat? Sola, ſine charitate. Ideò adiunxit; Charitas verò ædificat. Adde ergò ſcientiæ charitatem, & vtilis erit ſcientia, non per ſe, ſed per charitatē. Sic etiā nunc; Caro nō prodeſt quicquā: ſed ſola caro. Accedat Spiritus ad carnē, quomodò accedit charitas ad ſciētiam, & prodeſt plurimum. Nam ſi caro nihil prodeſſet, Verbum caro nō fieret, vt inhabitaret in nobis. Si per carnem nobis multùm profuit Chriſtus, quomodò caro nihil prodeſt? Sed per carnem Spiritus aliquid pro ſalute noſtra egit, caro vas fuit; quod habebat attende, non quod erat. Apoſtoli miſſi ſunt, nūquid caro ipſorum nihil nobis profuit? Si caro Apoſtolorū nobis profuit, caro Dñi poterat nihil prodeſſe? Vnde enim ad nos ſonus Verbi, niſi per vocē carnis? Vnde ſtylus? Vnde cōſcriptio? Iſta omnia opera carnis ſunt, ſed agitante Spiritu tanquàm organum ſuū. Spiritus ergo eſt qui viuificat, caro nō prodeſt quicquam. Sicut illi intellexerunt carnem, non ſic ego do ad manducandum carnem meā. Proinde, Verba (inquit) quæ ego loquutus ſum vobis, Spiritus & vita ſunt. Diximus. n. fratres, hoc Dominum commēdaſſe in manducatione carnis ſuæ, & potione ſanguinis ſui, vt in illo maneamus, & ipſe in nobis.

Ioan. 6. *Quomodò illud intelligatur: Caro non prodeſt quicquam.* *1. Cor. 8.* *Ioan. 1.* *Ioan. 6.*

2 IDEM tomo. 8. in Pſalm. 98. *Verſu, Adorate ſcabellum pedum eius.* Fluctuans conuerto me ad Chriſtum, quia ipſum quæro hic, & inuenio quomodo ſine impietate adoretur terra, ſine impietate adoretur ſcabellum pedum eius. Suſcepit enim de terra, terram, quia caro de terra eſt, & de carne Mariæ, carnem accepit. Et quia in ipſa carne hîc ambulauit, & ipſam carnem nobis manducandam ad ſalutem dedit: nemo autem illam carnē manducat, niſi prius adorauerit: Inuentum eſt quemadmodùm adoretur tale ſcabellum pedum Domini, & non ſolùm non peccemus adorando, ſed peccemus non adorando. Nunquid autem caro viuificat? Ipſe Dominus dixit, cùm de ipſa commendatione eiuſdem terræ loqueretur: Spiritus eſt qui viuificat, caro autē nihil prodeſt. Ideò & ad terram quamlibet cū te inclinas atq; proſternis, nō quaſi terram intuearis, ſed illum Sanctum cuius pedum ſcabellum eſt quod adoras: propter ipſum enī adoras: ideò & hîc ſubiecit, Adorate ſcabellum pedum eius, quoniam bonū eſt. Quis ſanctus? Is cuius amore adoras ſcabellum pedum eius. Et cùm adoras illum, ne cogitatione remaneas in carne, & à Spiritu non viuificēris: Spiritus enim (inquit) viuificat, caro autem nihil prodeſt. Tunc autem quando hoc Dominus commendauit, de carne ſua locutus erat, & dixerat: Niſi quis manducauerit carnem meam, nō habebit in ſe vitam æternam. Scandalizati ſunt quidam diſcipuli eius, &c. Ille autē inſtruxit eos, & ait illis: Spiritus eſt qui viuificat, caro autē nihil prodeſt. Verba quæ locutus ſum vobis, Spiritus eſt & vita: ſpiritaliter intelligite quod locutus ſum. Non hoc corpus quod videtis māducaturi eſtis, & bibituri illum ſanguinem, quem effuſuri ſunt, qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis commendaui, ſpiritualiter intellectum viuificabit vos: Et ſi neceſſe eſt illud viſibiliter celebrari, oportet tamē inuiſibiliter intelligi.

Pſal. 98. *Ioan. 6.* *Carnem ſuā dedit Chriſtus ad manducandum: eamq; adorare oportet.* *Ioan. 6.* *Ioan. 6.* *Sacramentū ſpiritualiter intellectum, viuificat nos.*

3 CYRILLVS in Ioannem, Lib. 4. Cap. 23. & 24. Vide ſup. litera. A. authoritate. 27. & 28.

4 CYRILL. Hieroſolymitanus Catecheſi. 4. Myſtagogica. Vide ſup. Lect. 10. litera. A. authorit. 20.

5 ET Catecheſi. 5. Propterea enim traditam nobis hanc ſeraphicam Theologiam recitamus, cùm ſupramundana militia cõmunicemus: atque ſic per huiuſmodi hymnos, nos ipſos ſanctificantes, Deum benigniſsimum oramus, vt ſuper illa propoſita Sanctum Spiritum emittat, vt panem quidem faciat corpus Chriſti, vinum verò ſanguinem Chriſti. Omnino enim quod attigerit Spiritus ſanctus, hoc ſanctificatur, & trãſmutatur. Deinde verò poſtquàm confectum eſt illud ſpirituale ſacrificium, & ille cultus incruentus, ſuper ipſa propitiationis hoſtia, obſecramus Deum pro cõmuni Eccleſiarum pace, &c. Sacerdos autẽ poſteà dicit: Sãcta, ſanctis. Sancta ſcilicet ea quæ in ara propoſita ſunt, aduentu Spiritus ſancti ſanctificata: Sancti & vos cùm ſitis, Sancto Spiritu donati, atq; ita Sancta ſanctis conueniunt. Vos deinde reſpondetis: Vnus Sãctus, vnus Dñs Ieſus Chriſtus. Verè vnus eſt ille Sanctus, qui eſt natura Sanctus: vos autem etſi ſancti ſitis, non tamen natura, ſed participatione, exercitio, & precatione.

Ritus conſecrãdi Euchariſtiã.

Tranſmutatio in Sacramento.

Sacrificium ſpirituale & cultus incruentus.

6 APONIVS in Cantica, Lib. 3. *Botrus Cypri, &c.* Præ omnibus terris, Inſula Cyprus miræ magnitudinis botros vuarum gignere fertur: cuius magnitudinis ille botrus, qui à duobus iuuenibus de terra repromiſsionis in deſertum perlatus fuiſſe legitur: qui omnimodò figuram aſſumpti hominis Chriſti Redemptoris noſtri ſignabat. Qui vtique pro loco vel tempore, vel cauſa, eſca & potus Eccleſiæ factus eſt, per corporis ſui & ſanguinis Sacramentum.

Cant. 8.

Nume. 13.

Euchariſtia Sacramẽtũ.

7 ET Lib. 5. *Prope finem.* Oſtendunt ergo filiabus Sion deſponſationis dies inter Dei Filium Verbum, & Eccleſiam, in eius Paſsione celebratos. Deſpõſationem enim, anuli & oſculi traditionem, corporis & ſanguinis ſui Sacramentum ſub Paſsionis tempore in Apoſtolis tradidiſſe probatur.

C 1 IRENÆVS Aduerſus hæreſes, Lib. 5. Cap. 2. Vide ſup. Lect. 10. lit. A. auth. 4.

2 HILARIVS De Trinitat. Lib. 8. Vide ſup. Lect. 10. lit. A. authorit. 5. & lit. B. authorit. 8.

D 1 CYRILL. Alexandrinus in Ioan. Lib. 4. Cap. 17. Vide ſuprà, litera. A. authorit. 26.

E 1 CYRILL. Alexandrinus in Ioan. Lib. 4. Cap. 13. Vide ſuprà, litera. A. authoritate. 23.

2 AMBROS. tom. 4. De Sacramẽt. Lib. 4. Cap. 4. Vide ſup. Lect. 10. litera. A. authorit. 6.

3 THEOPHILACT. in Marc. Cap. 14. Hoc eſt corpus meum, hoc inquã, quod ſumitis. Nõ enim figura & exemplar quoddam Dominici corporis panis eſt, ſed in illud ipſum conuertitur corpus Chriſti. Dominus enim dicit: Panis quem ego dabo, caro mea eſt. Non dixit: Figura eſt carnis meæ, ſed, Caro mea eſt. Et iterũ, Niſi ederiris carnem Filij hominis. Et quomodò, inquis? Caro non videtur. O homo, propter noſtram infirmitatem iſtud fit. Quia enim panis quidem & vinum ex his ſunt, quibus aſſueuimus, ea non abhorremus: ſanguinem verò propoſitum, & carnem videntes, non ferremus, ſed abhorrerem⁹. Idcirco miſericors Deus noſtræ infirmitati condeſcẽdẽs, ſpeciem quidẽ panis & vini ſeruat, in virtutẽ autẽ carnis & ſanguinis tranſelementat. Sanguinem verò noui Teſtamenti dixit, opponendo veteri. Habebat enim & vetus Teſtamentum ſanguinem quo adſpergebantur & populus, & liber Legis.

Matth. 26.

Panis nõ eſt figura corporis Chriſti, ſed conuertitur in ipſũ.

Ioan. 6.

Cur remaneant in Sacramẽto ſpecies panis & vini.

Panis et vinum tranſelemẽtãtur.

4 AVGVST. tomo. 10. de Verbis Domini, Sermo. 11. Illud etiam quod ait, Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in illo: Quomodò intellecturi ſumus? Nunquid etiã illos hic poterimus accipere, de quibus dicit Apoſtolus, quòd iudicium ſibi manducent & bibant, cum ipſam carnem manducent, & ipſum ſanguinem bibant? Nunquid & Iudas Magiſtri vẽditor & traditor impius, quãuis primùm ipſum manibus eius confectum Sacramentum carnis & ſanguinis eius cum cæteris diſcipulis (ſicut apertius Lucas Euangeliſta declarat) manducaret & biberet, manſit in Chriſto, aut Chriſtus in eo? Multi denique qui vel corde ficto carnem illam manducant & ſanguinem bibunt, vel cùm manducauerint & biberint apoſtatæ fiunt, nunquid manent in Chriſto, aut Chriſtus in eis? Sed profectò eſt quidam modus manducandi illam carnem, & bibendi illum ſanguinẽ, quo modo qui manducauerit & biberit, in Chriſto manebit, & Chriſtus in eo. Non ergo quocunque modo quiſque manducauerit carnem Chriſti, & biberit ſanguinem Chriſti, manet in Chriſto, & in illo Chriſtus: ſed certo quodam modo, quem modum vtique ipſe videbat, quando iſta dicebat.

Ioan. 6.

1. Cor. 11.

Sacramẽtum carnis & ſanguinis Chriſti ſumpſit Iudas cũ Apoſtolis.

Luc. 22.

Suſceptus Chriſtus in Euchariſtia in quibus maneat, in quibus non maneat.

5 ET SERMONE. 33. Cœnã manibus ſuis conſecratam, diſcipulis dedit,

ſed

ſed nos in illo conuiuio non diſcubuimus, & tamen ipſam cœnam fide quotidie manducamus. Nec magnum putetis, in illa cœna quam ſuis manibus dedit, ſine fide interfuiſſe, melior extitit fides poſteà, quàm tunc perfidia. Non ibi fuit Paulus, qui credidit, ibi fuit Iudas qui tradidit. Quàm multi & modò in ipſa cœna, quànuis illam tunc menſam non viderint, nec panem quem Dominus geſtauit in manibus oculis ſuis aſpexerint, vel faucibus guſtauerint, tamen quia ipſa nunc præparatur, quàm multi etiam nunc in ipſa cœna iudicium ſibi manducant & bibunt?

Quod in Cœna ſumpſerunt Apoſtoli, id & nos ſumimus.

1. Cor. 11.

6 ET De Verbis Apoſtoli, Sermo. 2, 2. *in principio*. Audiuimus veracem Magiſtrum, diuinum Redemptorem, humanum Saluatorem, commendantem nobis pretium noſtrum, ſanguinem ſuum. Locutus eſt enim nobis de corpore & ſanguine ſuo: quod corpus dixit eſcam, ſanguinem potum. Sacramentum fidelium agnoſcunt fideles. Audientes autem quid aliud quàm vitam audiunt? Cùm ergò commendans talem eſcam, & talem potum, diceret: Niſi manducaueritis carnem meam, & biberitis ſanguinem meum, non habebitis vitam in vobis: & hoc diceret de vita, quis alius quàm ipſa vita? Erit autem illi homini mors, non vita, qui mendacem putauerit vitam.

Euchariſtia eſt Sacramentum fidelium.

Ioan. 6.

7 CONCIL. Nicæn. 2. Vide ſuprà, Lect. 10. lit. B. auth. 5.

8 CYPRIANVS, Sermone de Cœna Domini. Hoc Sacramentum aliquando corpus ſuum, aliquando carnem & ſanguinem, aliquando panem, Chriſtus appellat, portionem vitæ æternæ, cuius ſecùdùm hæc viſibilia, corporali communicauit naturæ, &c. *Vt ſuprà, Lectione. 10. litera. A. authorit. 2.*

Euchariſtiæ Sacramentū varijs nominibus nuncupatur.

9 CYRILL. Hieroſolymitanus Catecheſi. 4. Myſtagogica. Vide ſup. Lect. 10. litera. A. authorit. 20.

F 1 CYPRIA. Sermone de Cœna Domini. Vide ſup. Lectione. 10. litera. A. authorit. 2.

2 IRENÆVS Aduerſùs hæreſes, Lib. 5. Vt ſuprà, Lectione. 10. litera. A. authoritate. 4.

3 CYRILLVS Hieroſolymitanus, Catecheſi. 4. Vt ſuprà, Lectio. 10. liter. A. autho. 20.

4 AVGVST. tomo. 9. in Ioan. tractat. 26. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. Hanc ergo non habet qui iſtum panem non manducat, nec iſtum ſanguinem bibit. Nam temporalem vitam ſine illo, habere homines poſſunt, æternam verò omnino non poſſunt. Qui ergò non manducat eius carnem, nec bibit eius ſanguinem, non habet in ſe vitam: & qui manducat eius carnem, & bibit eius ſanguinem, habet vitam æternam. Ad vtrunque autem reſpondet, quod dixit: Æternam. Non ita eſt in hac eſca, quam ſuſtentandæ huius corporis vitæ cauſa ſumimus: nam qui eam non ſumpſerit, non viuet, nec tamen qui eam ſumpſerit, viuet. Fieri enim poteſt, vt ſenio, vel morbo, vel aliquo caſu, plurimi & qui eam ſumpſerint, moriantur: in hoc verò cibo & potu, id eſt, corpore & ſanguine Domini, non ita eſt, nam & qui eam non ſumit, non habet vitã: & qui eam ſumit, habet vitam, & hãc quidem æternam.

Ioan. 6.

Corpus Chriſti ſumptū, dat vitam æternam.

5 TERTVLL. Lib. de Reſurrectione Carnis. Vide ſuprà, Lect. 10. litera. D. author. 6.

6 CYRILLVS. Alexand. &c. Vide ſup. litera. A. authorit. 23. & ſequentib.

7 CONCILIVM Epheſinum, &c. Vt ſuprà, Lectio. 10. litera. C. auth. 1.

8 METHODIVS mart. in Sympoſio decem virginum. Vide ſup. Lect. 10. lit. D. auth. 25.

9 CHRYSOST. tomo. 5. Ad populum Antiochenum, Homilia. 2. Tanquàm maximam hæreditatem Heliſæus meloten ſuſcepit: etenim verè maxima fuit hæreditas omni auro pretioſior. Et erat poſthac duplex Helias ille, & erat ſurſum Helias, & deorſum Helias. Noui quòd iuſtum illum beatum putatis, & velletis quiſque eſſe vt ille. Quid igitur, ſi vobis demonſtrauero quid aliud, quod illo multò maius omnes ſacris myſterijs imbuti recepimus? Helias nempe meloten diſcipulo reliquit: Filius autem Dei aſcendens, ſuam nobis carnem dimiſit. Sed Helias quidem exutus, Chriſtus autem & nobis reliquit, & ipſam habens aſcendit. Ne igitur animo concidamus, nec lamentemur, nec temporum difficultatẽ timeamus. Qui enim ſanguinem ſuum pro nobis effundere non recuſauit, & carnem ſuam, & rurſum ipſum ſanguinem nobis communicauit, nihil pro ſalute noſtra recuſabit.

4. Reg. 1.

Figura Heliſæi accipientis pallium Heliæ.

10 ET Homilia. 61. *in initio*. Neceſſarium eſt,

eſt, dilectiſsimi, myſteriorum diſcere miraculum, quid tandem ſit, & quare ſit datū, & quæ rei vtilitas. Vnum corpus ſumus & membra, ex carne eius & ex oſsibus eius. Sequamur autem initiati, quæ dicuntur. Vt itaque non tantùm per charitatem hoc fiamus, verùm & ipſa re in illam immiſceamur carnem, hoc per eſcam efficitur, quá largitus eſt nobis, volens oſtendere deſiderium quod erga nos habet. Propterea ſemetipſum nobis immiſcuit, & corpus ſuum in nos contemperauit, vt vnum quid efficiamur, tanquam corpus capiti coaptatum: ardenter enim amantium hoc eſt. Hoc itaque Iob inſinuans, dicebat de ſeruis, quibus erat ſupra modum deſiderabilis: quod deſiderium oſtendentes dicebant: Quis dederit nobis ex carnibus eius impleri? Propterea quidem & Chriſtus id fecit, in maiorē nos inducens charitatem, & ſuum erga nos oſtendens deſiderium, non tantùm ſe præbens cupientibus vidēdum, ſed & palpandum, & comedendum, & carni dentes infigere, & coimplicari, & omne deſiderium implere. Tanquàm leones igitur ignem ſpirantes ab illa menſa recedamus, facti diabolo terribiles, & Caput noſtrū mente reuoluentes, & charitatē quam nobis exhibuit. Nam parentes quidem alijs ſæpè filios tradunt alendos: ego autem (inquit) non ita, ſed carnibus meis alo, meipſum vobis appono, vos omnes generoſos eſſe volens, & bonas vobis prætendens de futuris expectationes. Quippe qui vobis hîc meipſum trado, multò magis in futuro. Volui frater eſſe veſter, carnem propter vos & ſanguinem aſſumpſi. Vobis viciſsim ipſam carnem & ſanguinem, per quæ cognatus veſter factus ſum, trado. Hic ſanguis floridam nobis reddit Regiam imaginem, hic decus indelebile, hic animæ generoſitatem tabeſcere non permittit, eam irrigās iugiter & nutriens. Nam ex cibis quidem ſanguis in nobis naſcens, non ſtatim hoc efficitur, ſed aliud quiddam: hic autem non ita, ſed ſtatim animam irrigat, & magnam inducit quandam virtutem. Hic myſticus ſanguis dæmonas quidem expellit, & procul eſſe facit: ad nos autem Angelos vocat, & Angelorum Dominum. Vbi nanq; Dominicum viderint ſanguinem, dæmones quidem fugiunt, concurrunt autē Angeli. Hic ſanguis effuſus, omnem terrarum orbē abluit. Multa de hoc ſanguine Beatus Paulus in epiſtola ad Hebræos ſapienter diſſeruit. Hic ſanguis adyta mundauit, & Sancta ſanctorū. Si verò figura ipſius tantam habuit virtutem & in Hebræorū templo, & in Ægypti medio, ſuperliminaribus inunctis, multo magis veritas. *Eadem planè habet idem Chryſoſt. tom. 3. in Ioan. hom. 45.*

Miraculum myſteriorū eſt Eucharistia. Ephe. 5.

Iob. 31.

Sumpte Eucharistia qui effectus.

Hebræ. 9. & 10.

G 1 CYRILL. Alexandrinus in Ioan. Lib. 4. Cap. 13. Vide ſuprà, litera. A. authorit. 23.

2 TERTVLL. Lib. de præſcriptionibus hæreticorum, Cap. 14. Hæc regula à Chriſto, vt probabitur, inſtituta nullas habet apud nos quæſtiones, niſi quas hæreſes inferunt, & quæ hæreticos faciunt. Cæterum manente forma eius in ſuo ordine, quantumlibet quæras, & tractes, & omnem libidinem curioſitatis effundas, ſi quid tibi videtur vel ambiguitate pendêre, vel obſcuritate obumbrari: eſt vtiq; frater aliquis doctor, gratia ſcientiæ donatus: eſt aliquis inter exercitatos conuerſatus: aliquis tecum curioſus, tecum tamen quærēs: nouiſsimè ignorare melius eſt, ne quod non debeas, noris, quia quod debeas, noſti. Fides, inquit, tua te ſaluum fecit: nō exercitatio Scripturarum. Fides in regula poſita eſt: habēs Legem, & ſalutem ex obſeruatione Legis: exercitatio autem in curioſitate conſiſtit, habens gloriam ſolam de peritiæ ſtudio. Cedat curioſitas fidei, cedat gloria ſaluti. Certè aut non obſtrepant, aut quieſcant aduerſùs regulā. Nihil ſcire, omnia ſcire eſt.

Fides eſt regula ſalutis. Luc. 18.

Nihil ſcire, omnia ſcire eſt.

3 IRENÆVS aduerſùs hæreſes, Lib. 5. Vide ſup. Lect. 10. lit. A. auth. 4.

4 CONCIL. Nicænum. 2. &c. Vide ſup. Lect. 10. lit. B. auth. 5.

H 1 CYPRIANVS Sermo. de Cœna Domini. Vt ſuprà, Cap. 1. Lectio. 8. lit. E. authorit. 4.

2 AVGVST. tomo. 10. De Verbis Apoſtoli, Sermo. 2. *Vide ſuprà litera. E. authorit 6. & deinde.* Scandalizati ſunt diſcipuli eius, non quidem omnes, ſed plurimi, dicentes apud ſemetipſos: Durus eſt hic ſermo, quis eum poteſt audire? Cùm autem hoc Dominus apud ſemetipſum cognouiſſet, & murmur ac cogitationes audiſſet, cogitantibus nec ſonantibus voce, reſpondit, vt ſe auditos eſſe cognoſcerent, & talia cogitare deſinerēt. Quid ergo reſpondit? Hoc vos ſcandalizat? Si ergo videritis Filium hominis aſcendentem vbi erat prius? Quid ſibi vult, Hoc vos ſcādalizat? Putaſtis, quia de hoc corpore quod videtis, partes facturus ſum,

Ioan. 6.

ſum, & membra mea conſciſſurus, & vobis daturus? Quid ſi ergo videritis Filium hominis aſcendẽtem vbi erat prius? Certè qui integer aſcendere potuit, conſumi non potuit. Ergò & de corpore ac ſanguine ſuo dedit nobis ſalubrem refectionem, & tam magnam breuiter ſoluit de ſua integritate quæſtionem. Manducent ergo qui manducãt, bibant qui bibunt, eſuriãt & ſitiant, vitã mãducent, vitã bibãt. Illud manducare refici eſt, ſed ſic reficeris, vt non deficiat vnde reficeris. Illud bibere quid eſt, niſi viuere? Manduca vitam, bibe vitam. Habebis vitam, & integra eſt vita. Tunc autem hoc erit, id eſt, vita cuiq; erit corpus & ſanguis Chriſti, ſi quod in Sacramento viſibiliter ſumitur in ipſa veritate, ſpiritaliter mãducetur, ſpiritaliter bibatur. Audiuimus enim ipſum Dominum dicentem: Spiritus eſt qui viuificat, caro autem non prodeſt quidquam. Verba quæ locutus ſum vobis, Spiritus & vita ſunt: ſed ſunt (inquit) quidã qui non credunt. Ipſi dicebant, Durus eſt hic ſermo, quis poteſt eũ audire? Durus eſt, ſed duris, id eſt, incredibilis, ſed incredulis.

Quibus erit vita corpus Christi.

Ioan. 6.

3 CHRYSOST. tom. 4. in poſter. ad Timot. Hom. 2. Vide ſup. Lect. 10. lit. A. authorit. 16.

4 IDEM tomo. 5. ad populum Antiochenum, Hom. 60. Vide ſup. Lect. 10. lit. A. authorit. 17.

I 1 AVGVST. tom. 9. in Ioã. Hom. 27. Vide ſup. lit. B. authorit. 1.

2 CYRILL. Alexandrinus in Ioan. Lib. 4. Cap. 23. & 24. Vide ſup. litera. A. auhorit. 26. & 27.

LECTIO XII.

DOCTOR.

SED ſi in cœlum ille iam aſcendit, Deiq; Patris dexteræ aſsidet, quo pacto hîc in terris: & illic ſecundùm hominem eſſe poteſt?

ADOLESCENS.

Nos quidem hunc Aſcenſionis articulum idcircò certiſsimè credimus, quòd [a] ſacris literis diſertè contineatur: & certi nihilominus tñ ſumus, Chriſtum in hoc Sacramẽto re ipſa, & ſecũdùm corporis ſui ſubſtantiã eſſe, verbo [b] eius expreſſo nobis ita perſuadente: *Hoc eſt* (inquit) *corpus meum. Hic eſt ſanguis meus. Hoc facite in meam commemorationem*. Si nos hîc humana ratione contendimus, neutrum ſanè myſterium comprehendi poteſt: ſi autem fide, vti par eſt, ſubnitimur, vtrunq; tam facilè credi, quàm facilè à Deo fieri poteſt. Sed eorum tamen iudicio tantùm hæc vera ſunt, qui ſummam Eccleſiæ authoritatẽ religionis ac pietatis Ducẽ habere malunt, quã nouam & impiam malè feriatorum hominũ opinionem.

a *Ioan. 3. & 20. Marc. 16. Luc. 24. Act. 1.*

b *Ioan. 6. Matth. 26. Luc. 22. Marc. 14. 1. Cor. 11. Ambroſ. lib. 4. de Sacramentis. c. 4. & lib. 5. c. 4. Chryſoſt. hom. 60. & 61. ad popu. Aug. in pſalm. 98. Cyril. Hieroſoly. cate. 4. myſta.*

DOCTOR.

Quid ergò? In cœlo'ne, ſimul & in terris, eo quo dicis modo, Chriſtus verſabitur?

ADOLESCENS.

Omnino: [c] cùm ille ſic & velit & poſsit. Poſſe quidẽ hoc nemo dubitat: at voluntas eius, verbis ac ſcripto nobis conſtat. Manducate (inquit) corpus meum, & bibite meum ſanguinem. Atqui, quo pacto his veſci queamus verè, niſi verè quoque hîc nobis exhibeantur? Nam ſi in cœlis tantùm ſedeat illud corpus, obedire huic edendi præcepto non poſſumus aliter, quàm opinione quadam ac idæa. Sed ille profectò non eſt cenſendus ritè manducare, qui neque re ipſa corpus habet quod manducet, & illud tantùm animo ſe habere fingit, quod contra Dei Verbum habere non poteſt.

c Magnetes lib. 3. Euang. apolog. Metho. martyr. Simpo. decẽ Virg. Theodore. in Cant. Concil. Nica. 1. Aug. in pſal. 33. & de Verbis Domini ſermo. 33. Chryſoſ. in 1. ad Corint. hom. 24. & de ſacer. lib. 3. & ad Epheſ. homil. 3. & ad popul. Antioche. hom. 2. 60. & 61. & in Matth. hom. 83.

DOCTOR.

Veriſsimè diſſeris. Et ſanè quando hæc ipſa verba Capernaitis abſurda aliquãdo viderentur neque vlla ratione poſſent animo complecti, quî fieret, iſta manducatio eius [d] carnis quam videbant, & nimis exiguam, vt tam multis diſtribui, & minimè infinitam, vt tot ſimul in locis diſtrahi poſſet, ijs hæc Chriſtus obiecit: Quid ſi videritis, Filium hominis aſcendentem vbi erat prius? Ac ſi diceret: Si cùm me nunc in terris præſentem, & tot edentem miracula cernitis, hæc tam præclara de carne mea non poteſtis credere, quid tum fiet cùm in cœlum eam videbitis aſcendentem, neque propterea tamen deſinere quin hæc in cibum pro mundi vita, iuxta vocem meam, [e] (quæ veritas ipſa eſt) diſtribuatur? Erit ergo conſentaneum, vt ea vno eodemq́ue temporis momento, & in cœlo Patri aſsideat, & hîc in Sacramento deliteſcat.

d Ioan. 6. Cyril. & Auguſt. ibid. Cyril. Hiero. cate. 3.

e Matth. 14. & 28. 1. Petr. 1. Iacob. 1. Aug. in Pſal. 33.

ADOLESCENS.

Hæc ego ita credo: nec eam tamen ob cauſam Chriſti corpus (quod hîc neque videri poteſt, neque locum, more cæterorum corporum, occupat) verum magis deſinit eſſe corpus, quàm cùm vel [f] clauſis ianuis ad Apoſtolos irrupit, vel obſignato ſepulcro viuus eſt egreſſus, de integroq́; matris vtero in lucem eſt editus. Intereà tamen & in cœlis eſt aſpectabile, & nobis in mentem ſæpe venire debet,

f Ioan. 10. Iuſti. mart. q. 117. Hila. lib. 3. de Trinit. & in pſal. 124. Amb. in Luc. li. 10. c. 24. & vlt. Hiero. ad Euſtoch. Chryſoſt. in ſymb. Aug. epiſt. 3. & de Ago. Chriſt. c. 24. Epipha. cont. Arioma. lib. 2. c. 69. Cyril. in Ioan. lib. 12. c. 53. & 58. Leo. epiſt. 43.

debet, Chriſtum, vbicunque ſit, ad dexteram Patris eſſe, id eſt, carnem eius ac animam diuinitati eſſe coniunctam, in vnaq; perſona Chriſtum Dei Filium eſſe, ab eoque omnem [g] poteſtatem accepiſſe, neque propterea tamen humanitatem eius eſse infinitam, alioqui ſanè ridiculum eſt, dexteram aliquam aut ſiniſtram in Deo Patre corpoream ſibi fingere.

g *Matt.28. Mar.16. 1.Cor.15. Aug.epiſt.57. ad Darda. Amb. de ſacr.lib.6.*

DOCTOR.

Recte hoc quidem: ſed ſcriptum eſt, venturum eum inde vt iudicet viuos & mortuos.

ADOLESCENS.

Planè omnino venturus eſt, ſed è cœlo à Patris dextera. Neque tamen antè ſua incredibili, aſpectabiliq; maieſtate admirandus iudex veniet, quàm ſtatutis ab eo nouiſsimorum temporum momentis. Sed hoc nos interim ille beneficio mirificè recreat, dum ad conſummationem vſque ſeculi [h] ſuo nos corpore ac ſanguine ſic nutrit ac conſolatur.

h *Matth. 11. & 28. Luc. 10. Act. 1. Aug. in Ioan. tract. 50. Authores omnes ferè qui ſup. maximè vero. Cyril. Hiero. Magnetes, & Chryſoſt. locis citatis.*

AVTHORIT. SCRIPT.

A IOAN Cap.3.&.20. / MAR. Cap.16. / LVC. Cap.24. / ACTO. Cap.1. — Vt ſup. Cap.1. Lect.8. lit.A.

B IOAN. Cap.6. Vide ſup. Lectio. 10. litera.D.

MATTH. Cap.26. / LVC. Cap.22. / MARC. Cap.14. / PRI. ad Cor. Cap.11. — Vt ſup. lect. 10. lit. B.

D IOAN. Cap.6. Vt in textu.

E MATT. Cap. 14. Statimq; Ieſus locutus eſt eis dicens; Habete fiduciam, ego ſum, nolite timere. Reſpondens autem Petrus, dixit, Domine ſi tu es, iube me venire ad te ſuper aquas. At ipſe ait, Veni. Et deſcendens Petrus de nauicula, ambulabat ſuper aquam, vt veniret ad Ieſum. Videns verò ventum validum, timuit: & cùm cœpiſſet mergi, clamauit, dicens: Domine ſaluum me fac. Et continuò Ieſus extendens manum, apprehendit eum, & ait illi: Modicæ fidei, quare dubitaſti?

ET Cap. 28. Vt ſuprà, Cap.1. Lect.8. litera.A.

PRI. Petri, Cap.1. Renati non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili per Verbum Dei viui, & permanentis in æternum: quia omnis caro vt fœnum: & omnis gloria eius, tanquàm flos fœni: exaruit fœnum, & flos eius decidit: Verbum autem Domini manet in æternum.

IACOB. Cap.2. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, & amicus Dei appellatus eſt.

F IOAN. Cap. 20. Et poſt dies octo, iterum erant diſcipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit, Pax vobis.

G MATTH. Cap. 28. Vide ſuprâ, litera.E.

MARC. Cap. 16. Vide ſuprâ, litera.A.

PRI. Ad Corint.15. Omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius. Cùm autē dicit, Omnia ſubiecta ſunt ei: ſine dubio præter eum qui ſubiecit ei omnia. Cùm autem ſubiecta fuerint illi omnia, tunc & ipſe Filius ſubiectus erit ei, qui ſubiecit ſibi omnia, vt ſit Deus omnia in omnibus.

H MATTH. Cap. 11. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis. & ego reficiam

reficiam vos. Tollite iugum meũ ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.

ET Cap.28. Vide ſup.lit.E.

LVC. Cap.10. Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico eñ vobis quòd multi Prophetæ & Reges voluerũt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.

ACTOR. Cap.1. Vide ſup.lit.A.

AVTHORIT. PATR.

B 1 AMBROS. tom.4. de Sacramentis, Lib.4. Cap.4. & Lib.5. Cap.4. Vide ſupra, Lectio. 10. litera. A. authoritate.6. & .7.

2 CHRYSOST. tom.5. ad populum Antiochenum, Homilia.60. &.61. Vide ſuprà, Lect.10. litera.A. auth.17. & Lect. 11. litera.F. auth.10.

3 AVGVST. tomo.8. in pſalm.98. Vide ſup. Lect.11. lit.B. authorit.2.

4 CYRILLVS Hieroſolymitanus, Catecheſi. 4. Vide ſuprà, Lectio.10. lit.A. authorit.20.

C 1 MAGNETES Euangelicæ Apologiæ, Lib.3. Paſſurus Chriſtus paulò poſt, & impleturus œconomiam mortis, neceſſariò aiebat non ſemper diſcipulos habituros eſſe Magiſtrum, ſicut ſcriptum eſt: Me
Matth.26. autem non ſemper habebitis. Poſtquàm verò mortem vicit, & immortalis factus eſt è mortali, & vt ſemel dicam, humanitas Deificata eſt, τὴν ἀπερίγραφον αὐτοῦ ἐξουσίαν, id eſt, poteſtatẽ ſuã nullis terminis definitã, ait ſore in omni loco diſcipulis prȩſentẽ, & non
Chriſti præſentia nulla re concludi aut circumſcribi poteſt. cõcludi, nec circunſcribi tẽpore, neq; loco, neq; corpore, neq; quãtitate, neq; qualitate, neq; colore, neque vmbra, neq; præterito, neq; futuro, neq; prȩſenti. Itaq; poſt Reſurrectionem neque locus, neque tempus, neque magnitudo, neque qualitas, neque latitudo, neque longitudo, neque profunditas circunſcripſit, ſed vbique ſiue in Occidente, ſiue in Oriente quis Chriſtum inuocauerit, antequàm inuocet illum, eſt inuenire Chriſtũ. Inſeparabile eſt enim à Verbo Dei organum corporis. Sic latronem in
Luc.23. paradiſum ducit, & Apoſtolis vſq; ad con-
Matth.28. ſummationem ſeculi aderit. Ante paſsionẽ
Matt.26. verò, verum fuit illud, Me autẽ non ſemper habebitis. Hîc non agit de Diuinitatis præſentia, ſed humanitatis, quam non docet eſſe vbique, ſed poteſtatem accepiſſe qua præſto ſit vbicunq;, & quomodocunq; decreuerit.

2 METHODIVS Martyr in Sympoſio decem virginum. Vt ſupra, Lect. 10. lit.D. authorit.25.

3 THEODORET. tom.1. In Cantica Canticorum, Lib. 2. Egredimini Filiæ *Cant. 3.* Sion, &c. Matrem appellat Iudæam, quantùm pertinet ad eius humanitatem, quæ hanc illi in vita Coronam impoſuit: ſpinis enim eum, contemptûs cauſa, coronauit; *Chriſtus ſui corporis fecit conuiuium.* ipſe verò per ſpinas ſuſcepit diadema charitatis. Sponte enim ignominiã pertulit, atque vltrò ad mortis cruciatꝰ acceſsit. Quãobrem deſponſationis diem illam vocauit, & diem lætitiæ cordis eius. Tũc enim nuptiarum communio facta eſt. Nam poſt cœnam (inquit) accipiens panem, & gratias agens, fregit, deditq; diſcipulis ſuis, dicens. *Matt.26. Marc. 14. Luc.22.* Accipite, comedite ex eo omnes. Hoc enim corpus meum quod pro vobis frangitur in remiſsionem peccatorũ. Hoc facite in mei commemorationem. Edentes igitur ſponſi membra, & bibentes eius ſanguinem, nuptialem ipſius communionem aſſequuntur.

4 CONCIL. Nicænum.1. Cano. 14: *Nõ porrigat corpus Chriſti, qui eius offerendi nõ habet poteſtatem.* Hoc neque regula, neque conſuetudo tradidit, vt hi qui offerendi ſacrificij non habent poteſtatem, his qui offerunt, corpus Chriſti porrigant.

5 ET Cano.12. De his verò qui recedũt ex corpore, antiquæ legis regula obſeruabitur etiam nũc, ita vt ſi fortè quis recedat *Vltimũ viaticum quomodò cuiq; tradendum.* ex corpore, vltimo & neceſſario vitæ ſuæ viatico non defraudetur. Quòd ſi deſperatus aliquis, accepta communione ſuperuixerit, ſit inter eos qui ſola oratione communicant, donec ſtatutum tempus compleatur. De omnibus tamen his qui à corpore recedunt, & Euchariſtiam poſtulant, in tradenda eis communione, cura & probatio ſit Epiſcopi.

6 AVGVST. tomo. 8. in Pſalm.33. Concio.1. Erat autem, vt noſtis, ſacrificium Iudæorum anteà ſecundùm ordinem Aarõ, in victimis pecorum: & hoc in myſterio. *Sacrificium corporis & ſanguinis toto orbe diffuſum.* Nondum enim erat ſacrificium corporis & ſanguinis Domini, quod fideles norunt, & qui Euangelium legerunt: quod ſacrificium nunc diffuſum eſt toto orbe terrarum. *Et poſt pauca.* Notus eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, in corpore & ſanguine ſuo voluit eſſe ſalutem noſtram, Vnde autem

com-

commendauit corpus & ſanguinem ſuum? De humilitate ſua. Niſi em eſſet humilis, nec manducaretur, nec biberetur. In principo erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Ecce cibus ſempirernus, ſed manducant Angeli, manducant ſupernæ virtutes, manducant cœleſtes ſpiritus, & manducant, & ſaginantur, & integrum manet quod eos ſatiat & lætificat. Quis autē homo poſſet ad illum cibum? Vnde cor tam idoneum illi cibo? Oportebat ergo vt menſa illa lacteſceret, & ad paruulos perueniret. Vnde autem fit cibus lac? Vnde omuibus in lac conuertitur, niſi per carnem traijciatur? Nam mater hoc facit: quod manducat mater, hoc manducat infans. Sed quia minus idoneus eſt infans qui pane veſcatur, ipſum panem mater incarnat, & per humilitatem mamillæ, & lactis succū, de ipſo pane paſcit infantem. Quomodò ergo de ipſo pane pauit nos ſapieotia Dei? Quia Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Videte ergo humilitatem, quia panem Angelorum manducauit homo, vt ſcriptum eſt, Panem cœli dedit eis: panem Angelorum manducauit homo, id eſt, Verbum illud quo paſcuntur Aogeli ſempiternum, quod eſt æquale Patri, manducauit homo. *Et adhuc poſteà.* Et ferebatur in manibus ſuis. Hoc verò fratres quomodò fieri poſſe in homine, quis intelligat? Quis enim portatur in manibus ſuis? Manibus aliorū poteſt portari homo, manibus ſuis nemo portatur. Quomodò intelligatur in ipſo Dauid, ſecundùm literam, nō inueniimus. In Chriſto autē inuenimus. Ferebatur enim Chriſtus in manibus ſuis, quando commendans ipſum corpus ſuum, ait: Hoc eſt corpus meū. Ferebat enim illud corpus in manib⁹ ſuis.

Ioan. 1.
Panē Angelorū, id eſt, Verbum æquale Patri, manducat homo.
Ioan. 1.
Pſalm. 77.
1. Reg. 21.
Ferebat Chriſt⁹ corpus ſuū in manibus ſuis, cùm diceret, Hoc eſt corpus meum.

7 ET Concione. 2. Quomodò ferebatur in manibus ſuis? Quia cùm commendaret ipſum corpus ſuum, & ſanguinem ſuū, accepit in manus ſuas, quod norunt fideles, & ipſe ſe portabat quodāmodò cùm diceret, Hoc eſt corpus meum.

8 IDEM tom. 10. De Verbis Domini, Sermone. 33. Vide ſuprà Lect. 11. lit. E. authorit. 5.

9 CHRYSOST. tomo. 4. in pri. ad Corint. Hom. 24. Vide ſup. Lect. 10. lit. B. authorit. 14.

10 IDEM tom. 5. De Sacerdotio, Lib. 3. O miraculum, ô Dei benignitatem! qui cum Patre ſurſum ſedet, in illo ipſo tēporis articulo omniū manibus pertractatur, ac ſe ipſe tradit volentibus ipſum excipere, ac complecti. Fit autem id nullis præſtigijs, ſed apertis ac circunſpicientibus circunſiſtentium omniū oculis. Num tibi iſta contemptu ac deſpectu digna eſſe videntur? Aut eiuſmodi vt poſsit quis contra ea attolli, atque inſurgere? Ponito ob oculos Heliā illum, &c. Hoc ergo myſterium omnium maximè horrendum verendumque, quis tandem qui inſanus idem minimè ſit, quiq; è poteſtate non exierit, faſtidire ac deſpicere poterit?

Chriſtus ad dexterā Patris, & in Eucharistia.
Myſterium omnium maximè horrēdum & verendum.

11 IDEM tomo. 4. ad Epheſ. Hom. 3. Vide ſuprà, Lect. 11. litera. A. auth. 9.

12 IDEM tom. 5. ad populum Antiochenum, Homil. 2. Vide ſup. Lect. 11. lit. F. authorit. 9.

13 ET Homil. 60. Vide fermè eadem, ſup. Lect. 10. lit. A. auth. 17.

14 ET Homil. 61. Vide ſup. Lectio. 11. lit. F. auth. 10.

15 IDEM tom. 2. in Matth. Homil. 83. Vide ſup. Lect. 10. lit. A. auth. 17.

D 1 CYRILL. Alexandrinus in Ioan. Lib. 4. Cap. 22. Ex imperitia multi qui Chriſtum ſequebantur, verba ipſius non capientes, perturbabantur. Nam cùm audiſſent, Amen, amen dico vobis, niſi comederitis carnē Filij hominis, & biberitis eius ſanguioem, non habebitis vitam in vobis: Ad immanes ferarum mores vocari ſe à Chriſto arbitrabantur, incitariq; vt vellēt crudas hominis carnes manducare, & ſanguinem bibere: quæ vel auditu horribilia ſunt. Nondum enim myſterij huius formā & diſpenſationem pulcherrimam cognouerant. Illud etiam ad hęc cogitabant, quomodò caro huius hominis, æternam nobis vitam largietur? Aut quomodò ad immortalitatem adducere poterit? Quæ cùm intelligeret is, cuius oculis omnia nuda ſunt atque aperta, alia eos re mirabili ad fidem impellit. Fruſtra (inquit) ô vos propter verba mea conturbamini. Quòd ſi credere nō vultis vitā vobis à meo corpore dari, quid facietis quando in cœlum volare me conſpicietis? Non enim aſcenſurum me ſolummodò in cœlum profiteor, ne rurſus quomodò id fieri poſsit, quæratis. Sed oculis etiā ita fieri veſtris ceroetis. Quid igitur hoc vidētes, dicetis? An non erit hoc magnum dementiæ veſtræ argumentum? Si enim putatis carnem meā vitam vobis adferre nō poſſe, quomodò tāquàm volucris in cœlum aſcendet? Quomodò per aëra volabit? Hoc enim ſimiliter generi humano impoſsi-

Ioan. 6.
Ex Aſcēſione Chriſti probatur præſentia eius corporalis in Euchariſtia.

impoſsibile eſt. Quòd ſi præter naturam caro mea in cœlum conſcendet, quid prohibet ne ſimiliter præter naturam viuificet? Nam qui terreſtre hoc corpus cœleſte confecit, is etiam viuificũ reddidit, quáuis natura ſui corruptibile fuerit.

2 AVGVST. tomo.9.in Ioan. tractat.27. Chriſtus ergò vnus eſt, Verbum, anima, & caro. Vnus Chriſtus Filius Dei, & Filius hominis. Vnus Chriſtus Filius Dei ſemper, Filius hominis ex tempore, tamen vnus Chriſtus ſecundùm vnitatem perſonæ in cælo erat quando in terra loquebatur. Sic erat Filius hominis in cœlo, quemadmodùm Filius Dei erat in terra. Filius Dei in terra in ſuſcepta carne, Filius hominis in cœlo in vnitate perſonæ.

Quomodo Filius Dei in cælo & in terra.

3 CYRILL. Hieroſolymitanus, Catecheſi.3.Myſtagogica. Panis Euchariſtiæ poſt ſancti Spiritus inuocationem, non amplius eſt panis communis, ſed eſt corpus Chriſti.

Panis, poſt conſecrationem eſt corpus Chriſti.

E 1 AVGVST. tom.8.in Pſal.33. Vide ſup.lit.C.auth.7.

F 1 IVSTINVS martyr, quæſtione. 117. Vt Dominus, non corporis in Spiritũ mutatione in mari ambulauit, ſed diuina vi ſua mare, quod ambulando traijci non poteſt, peruium fecit non ſolùm corpori ſuo, ſed etiam Petri: ſic diuina ſua vi, & ex monumento exijt cùm ſaxũ in monumento poſitum eſſet, & ad diſcipulos ingreſſus eſt occluſis foribus. Non enim eius reſurrectionis cauſa ſaxum ablatum eſt, ſed vt ijs qui cernebant, reſurrectio oſtenderetur. Nam in monumento ſepulturæ quidem eius veſtes cernere, eum autem non cernere, indicium eius reſurrectionis certiſsimũ extitit. Hoc autem nobis intelligẽdum eſt; ea quæ idem efficiunt, eandem fidem habere & authoritatem cùm cõceduntur, & cùm negantur. Idem autem poteſt ambulare in mari cum immutabili corpore, quod occluſis foribus in immutabili corpore ad Apoſtolos ingredi. Illud quoque intelligere debemus, ea quæ naturæ vim ſuperant, cùm in natura, diuina vi fiunt, non poſſe ratione naturæ exhiberi. Itaque exterritis ob talem introitum diſcipulis, permiſit vt ſui corporis partes, & loca, quæ pertulerant, tractarent, quòd non corporis in Spiritum mutatione ad eos intraſſet, ſed cum corpore, quod craſsis partibus cõſtabat, diuina ſua vi, quæ effectrix eſſet eorum quæ vim naturæ ſuperant.

Quomodò, et cur, Chriſtus ad diſcipulos intrauit clauſis ianuis.

2 HILARIVS de Trinitate, Lib.3. Volens itaque Filius Dei, huius natiuitatis ſuæ fidem facere, factorum ſuorum nobis poſuit exemplum, vt per inenarrabilem geſtorum ſuorum efficientiam, de virtute natiuitatis inenarrabilis doceremur: cùm aqua fit vinum, cùm quinque panes ſaturatis quinque millibus virorum, excepto ſexu & ætate reliqua, replent fragmentis cophinos duodecim. Res cernitur, & neſcitur: fit, & non intelligitur. Ratio nõ apprehẽditur, effectus ingeritur. Stultum eſt autem calumniam in eo inquiſitionis intendere, in quo comprehendi id vnde queritur, per naturam ſuam non poteſt. *Et mox.* Dominus ſe ad omnem intelligentiæ noſtræ imbecillitatem accommodans, & dubitationi infidelium ſatisfacturus, arcanũ inuiſibilis virtutis operatur: facti rationem, quiſquis eris cœleſtium rerum ſcrutator, expone. Erant diſcipuli incluſi, & ſecretò poſt paſsionem Domini congregati conſederant: Dominus Thomæ fidem propoſitis conditionibus confirmaturus aſsiſtit, palpandi corporis, & contrectandi vulneris obtulit facultatem: & vtique qui compunctus recognoſcendus ſit, neceſſe eſt vt corpus, in quo eſt compunctus, attulerit. Quæro ergò per quas clauſæ domus partes ſeſe corporeus intulerit. Diligenter enim Euãgeliſta expreſsit dicens: Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio diſcipulorũ ſuorum. An conſtructa parietum penetrans, & ſolidam lignorum naturã impenetrabilem tranſcurrit? Stetit nanque corporeus, non ſimulatus, aut fallax. Sequantur ergo oculi mentis tuæ, penetrantis ingreſſum, & cum eo clauſam domum intelligentiæ tuę viſus introeat. Integra ſunt omnia & obſerata: ſed ecce aſsiſtit medius cui per virtutẽ ſuam vniuerſa ſunt peruia. Inuiſibilibus calumniaris, ego à te viſibilium expoſco rationem. Nihil cedit ex ſolido, neque per naturam ſuam aliquid tanquàm lapſu inſenſibili ligna & lapides admittũt. Corpus Domini à ſeſe non deficit, vt ſeſe reſumat ex nihilo, & vnde qui aſsiſtit, in medio eſt? Cedit ad hæc & ſenſus & ſermo, & extra rationem humanam eſt veritas facti. Idcirco ergo vt de natiuitate Domini fallimur, ita & de ingreſſu Domini mentiamur. Dicamus factum non fuiſſe, quia intelligentiam facti non apprehendimus: & ceſſante ſenſu noſtro, facti ipſius ceſſet effectus. Sed mendaciũ noſtrũ, facti ipſius fides vincit.

Res cernitur, & neſcitur: fit, & non intelligitur.

Ioan. 20.

Quomodo Chriſtus ianuis clauſis intrauit ad diſcipulos.

Aſsiſtit

Aſsiſtit Dominus clauſa domo in medio diſcipulorum, & Filius eſt natus ex Patre. Noli negare quòd ſteterit, quia per intelligentiæ infirmitatem, conſiſtenti nō conſequaris introitum. Noli neſcire, quòd ab ingenito & perfecto Deo Patre vnigenitus perfectus Filius Dei natus ſit: quia ſenſum & ſermonem humanæ naturæ, virtus generationis excedat.

3 IDEM in Pſalm. 124. Sciens Dominus *Epheſ.6.* non aduerſùs carnem & ſanguinem nobis pugnandum eſſe, ſed aduerſùs mundi huius potentes & nequitias ſpirituales, ait, Euangelia cōſummans: Ecce ego *Matth. 28.* vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationē ſeculi. Adeſt enim, & cùm fideliter inuocatur, per naturam ſuam præſens eſt. Spiritus nanq; eſt omnia penetrās *Quomodò Chriſt⁹ vbique adſit.* & continens. Non enim ſecundùm nos corporalis eſt, vt cùm alicubi adſit, abſit aliūde: ſed virtute præſenti, & ſe, quacunq; eſt, porrigenti, cùm replente omnia eius Spiritu, in omnibus ſit, tamen ei qui in eū credit, adſiſtit.

4 AMBROS. tom.7. In Lucā, Lib. *Luc.13.* 10. Cap.24. *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.* Vide magnum myſterium. Nunc commendat in manus Patris ſpiritū ſuum, nunc in Patris gremio ſedet, quia to- *Ioann. 14.* tum alius nō capit Chriſtum. Deniq; Ego (inquit) in Patre, & Pater in me. Commēdatur ergò Patri ſpiritus, ſed cùm ſit in ſuperioribus, illuminat & inferna, vt vniuerſa redimantur. *Cùm ſit Chriſtus in ſuperioribus, illuminat et inferiora.* Etenim Chriſtus omnia, & in Chriſto omnia, licet in ſingulis Chriſtus operetur.

5 ET Cap. vltimo. Habuit admirandi cauſam Thomas, cū videret clauſis omnibus per inuia ſepta corporibus, inoffenſa compâge corpus inſertum. Et ideò mirùm quomodò ſe natura corporea per impenetrabile corp⁹ infuderit, inuiſibili aditu, viſibili cōſpectu: tāgi facilis, difficilis ęſtimari.

6 HIERON. tom.1. Epiſt.27. ad Euſtochiū, Epitaphiū Paulæ. Sin autē Chriſtus clauſis ingreſſus eſt ianuis, & idcirco *Ioann. 20.* ſpirituale & aëreum corpus niteris approbare: ergò, & antequā pateretur, quia cōtra naturam grauiorum corporum ſuper mare *Matth. 14.* ambulauit, ſpirituale corp⁹ habuit. Et Apoſtolus Petrus, qui & ipſe ſuper aquas pendulo inceſsit gradu, ſpirituale corpus habuiſſe credendus eſt: cùm potentia & virtus magis oſtendatur Dei, quādo fit aliquid contra naturam.

7 CHRYSOS. tom.5. In Symbolū Apoſtolorū, Hom.2. Sed dicturi vobis ſunt Gentiles, depravantes fidē veſtrā: Quomodò potuit Virgo concipere, Virgo parere, Virgoq; manere? Cōtra naturā eſt hoc, dicturi vobis ſunt. Et vos è contrario reſpondebitis eis, Credulitas noſtra, quod verbis explicare non poteſt, fide tenet. Neque.n. *Multa Deꝰ facit quæ cōprehendere non poſſumus, niſi fide.* qui ex nihilo fecit mundū, cunctā creaturā diſpoſuit, elementa cōſtituit, mari terminū poſuit, impoſsibile illi erat introire in viſcera hominis, & carnem fieri, & poſsidere pudica viſcera matris. Nā homines nati de maſculo & fœmina, ſi interrogentur quomodò coagulati ſunt in ſecreto matris, quomodò oſſa durata ſunt, omnis cōpâgo mēbrorū, artusq; omnes ordinati ſunt, in harmonia corporis diſpoſita: quis exinde rationem reddit? Si ergò de natiuitate, quę ſemper in iſto fluuio ſeculi venit & tranſit, rationem non reddis, de ſingulari natiuitate Chriſti rationem reddes? Quid facturi ſumus? Si dicamus teſtimonium fidei noſtrę, fortè non credunt Gentiles: ſed quod illis non proficit ad ſalutem, vobis credentibus proficiat. Quomodò introiuit Chriſtus ia- *Ioann. 10.* nuis clauſis ad diſcipulos ſuos, ſuper mare *Marc.6.* ambulauit, imperauit vento, & tempeſtati, *Matt.8.* & facta eſt trāquillitas magna? Quia ergo iſta ſuper nos ſunt, & rationem de talibus miraculis reddere non valemus, fide tenemus. Ergo hoc credite, Deum in natiuitate vnici Filij ſui facere quod nos cogitatione inueſtigare non poſſumus.

8 AVGVST. tomo.2. Epiſt.3. Ad Voluſianum. Ipſa magnitudo virtutis eius, quæ nullas in anguſto ſentit anguſtias, vterum Virginalem, non aduentitio, ſed indigena puerperio fœcundauit. *Deus multa facit, quorū rationē aliā reddere non poſſumus, niſi ipſius voluntatem & potentiam.* Ipſa enim animam rationalem, & per eandem etiā corpus humanum, totumq; omnino hominem in melius mutando, nullo modo in deterius mutata, coaptauit: nomen humanitatis ab eo dignanter aſſumēs, Diuinitatis ei largiter tribuēs. Ipſa virtus per inuiolatæ matris virginea viſcera, membra infantis eduxit, quæ poſteà per clauſa oſtia, membra iuue- *Ioann. 20.* nis introduxit. Hîc ſi ratio quæritur, non erit mirabile: ſi exemplum poſcitur, non erit ſingulare. Demus Deum aliquid poſſe, quod nos fateamur inueſtigare non poſſe. In talibus rebus, tota ratio facti, eſt potētia facientis.

9 IDEM tomo.3. Lib. De Agone Chriſtiano, Cap.24. Nec nos moueat, quòd

Xx clauſis

Ioan. 10.

clauſis oſtijs ſubitò eum apparuiſſe diſcipulis ſcriptum eſt, vt propterea negemus illud fuiſſe corpus humanũ, quia contra naturam huius corporis, videmus illud per clauſa oſtia intrare.

Deo omnia poſsibilia ſunt.

Omnia enim poſsibilia ſunt Deo. Nã & ambulare ſuper aquas contra naturã huius corporis eſſe, manifeſtum eſt: & tamen non ſolùm ipſe Dñs ante paſſionẽ ambulauit, ſed etiam Petrum ambulare fecit.

Matt. 14.

Ita ergo & poſt reſurrectionem ſuam, de corpore ſuo fecit quod voluit. Si enim potuit ante paſsionem clarificare illud ſicut ſplendorem Solis, quare non potuit & poſt paſsionem, ad quantam vellet ſubtilitatem, in temporis momento redigere, vt per clauſa oſtia poſſet intrare?

Mat. 17.

10 EPIPHANIVS contra hæreſes, Lib. 2. Hæreſi. 69. contra Ariomanitas: *Expenens illud pſalmi 92. Induit Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe: ait*: Quemadmodùm enim is qui ſuper lumbos præcinctus eſt, adſtringit indumentum ad lumbos, ſuperfluam ſpeciem firmans, & proprio corpori aduniens: ſic primum decorem, propter aduentum hîc in carne: deinde fortitudinem (inquit) induit: vbi reſurrexit ex mortuis, non amplius ad paſsionem humanitas ipſius venit, non amplius ad flagella, non amplius crucifigitur, velut de ipſo Apoſtolus ait: Reſurrexit, non amplius moritur, mors ipſi non amplius dominatur. Et propterea dicit: Præcinxit. Vbi couniuit carnem ſuam in vnam Deitatem, in vnam vnitatem, in Spiritum, & diuinum & corporeum, in vnum ſpirituale effectum. & non habens diſſolutionem: ſicut ingreſſus eſt deinceps foribus concluſis: craſſum, tenue factum: paſsibile, paſsionis exors: in carne paſſus, manens autem in alienitate à paſsione: & quidem poſtquàm ingreſſus eſſet, oſtendens oſſa & carnem, typum lanceæ, & typum clauorum, contrectatus à Thoma, conſpectus à diſcipulis, ingrediens autem foribus concluſis, vt oſtenderet quòd in vnam ſpiritualem vnionem, omnem ſuum erga nos homines ſalutis negotium diſpenſauit.

Pſal. 92. — *Rom. 6.* — *Ioan. 10.*

Omne ſalutis negotiũ Chriſtus in vnam ſpiritualem vnionẽ diſpenſauit.

11 CYRILLVS Alexandrinus, tom. 1. in Ioann. Lib. 12. Cap. 53. Clauſis foribus repentè Dominus omnipotentia ſua, natura rerum ſuperata, ingreſſus ad diſcipulos eſt. Nullus igitur quærat, quomodò clauſis ianuis corpus Domini penetrauit, cùm intelligat nõ de homine nudo, vt modò nos ſumus, ſed de Omnipotenti Filio Dei, hæc ab Euangeliſta conſcribi. Nam cùm Deus verus ſit, rerum naturæ nõ ſubiacet: quod in cæteris quoque miraculis patuit. Omnem enim mentem ac rationem excedunt quæ fecit. Qua enim ratione dices ipſum ſuper maria quaſi per aridã ambulaſſe, cùm aquarum natura corporibus noſtris naturaliter non ſubſternatur? Aut quomodò mille alia ſigna verbo ſolùm effecit? Scio quia ſupra omnem rationem humanam illa fuiſſe contendes. Cum illis igitur hoc etiam numera, nec (vt quidam ex imperitia dicunt) credas non ſurrexiſſe cũ corpore ſuo Dominum, ſed nudum corpore omnino apparuiſſe. Quòd ſi hanc operationẽ Chriſti percipere nequeas, cur potius ingenij humani imbecillitatẽ non accuſas? Cur non ſernas ſilentio datam tibi à Creatore menſuram?

Ioan. 20.

Multa Chriſtus fecit omnem rationem humanam excedentia.

Matth. 14.

12 ET Cap. 58. Miraculosè rurſus clauſis foribus diſcipulis apparet, & in medio domus pariter nunc Thoma præſente, atque abſente anteà, conſiſtit, vt paruæ fidei diſcipuli mederetur: ſermoneque vtitur conſueto, pacis bonum audientibus donans: ad diſciplinam id quoque noſtrã, vt iam diximus. Animaduerte autem, quia non ſimpliciter rem enarrauit, ſed addidit diligenter: Poſt dies octo: Et omnibus vnum in locum congregatis. Diem igitur octauum, diem Dominicum eſſe neceſſe eſt. Nã vna Sabbathorum cæteris apparuit, id eſt, die Dominico. Die poſteà deinceps octauo, vtriſq; cõnumeratis extremis, cõgregati rurſus diſcipuli, Thoma præſente, ſimili modo Dñm vidẽt. Iure igitur ſanctæ congregationes die octauo in Eccleſijs fiunt, & foribus ſublimiori modo clauſis viſibiliter ſimul atq; inuiſibiliter Chriſtus omnibus apparet. Inuiſibiliter quidem, vt Deus, viſibiliter autem in corpore. Præbet enim nobis carnem ſuam tãgẽdam, vt firmiter credamus, quia templum verè ſuum ſuſcitauit. Quòd autem myſticæ benedictionis communio, Reſurrectionis Chriſti quædam confeſsio eſt, verbis ipſius probatur: Fractum enim panem diſtribuebat dicens: Hoc eſt corpus meũ, quod pro vobis tradetur in remiſsionem peccatorum. Hoc facite in meam commemorationem. Participatio igitur myſterij, vera quædam confeſsio & commemoratio eſt, quòd propter nos, & pro nobis Dominus & mortuus ſit, & reuixerit, & diuina nos benedictione propter hoc replet.

Ioann. 10.

Die Dominico cõgregationes ſiũt in Eccleſijs.

Myſtica benedictionis communio.

Matth. 26.

13 LEO

13 LEO Magnus,Epiſt.43.ad Pulcheriam Auguſtā.Sicut enim Neſtoriana impietas, ita & Eutychiana blaſphemia ab omnium eſt Catholicorū eliminanda conſortio.Quia tam impium eſt, cōſubſtantialem & conſempiternam Patri Filij Deitatem,etiam ex vtero Virginis matris partu editam negare corporeo,quàm vnā in Dei Filio poſt incarnationis Sacramentum affirmare naturam,vt ſcilicet aut humanitas eius refutetur,aut Deitas:cū vnione vtriuſque eſſentiæ,nec altera ſit in alterā verſa, nec aſſumpta in aſſumente finita: ſed & Verbi incōmutabilitas, & carnis atq; animæ veritas, maneāt inſeparabiliter in vnitate perſonæ.

G 1 AVGVST. tomo.2. Epiſt. 57.ad Dardanum.Noli itaque dubitare ibi nunc eſſe hominem Chriſtum Ieſum, vnde venturus eſt:memoriterq; recole, & fideliter tene Chriſtianam confeſsionem;Quoniam reſurrexit à mortuis,aſcēdit in cœlū, ſedet ad dexteram Patris,nec aliūde quàm inde venturus eſt ad viuos mortuoſque iudicandos.Et ſic venturus eſt, illa Angelica voce teſtante, Quemadmodùm ire viſus eſt in cœlum,ideſt,in eâdem carnis forma atque ſubſtantia, cui profectò immortalitatem dedit, naturā nō abſtulit. Secundùm hanc formam non eſt putandus vbiq; diffuſus. Cauēdum eſt enim ne ita Diuinitatem adſtruamus hominis, vt veritatem corporis auferamus. Non eſt autem conſequens, vt quod in Deo eſt,ita ſit vbiq;,vt Deus.Nam & de nobis veriſsima Scriptura dicit,quòd in illo viuimus,mouemur, & ſumus:nec tamen ſicut ille,vbique ſumus, ſed aliter homo ille in Deo,quoniam aliter & Deus ille in homine propriè quodā & ſingulari modo. Vna enim perſona Deus & homo eſt, & vtrunq; eſt vnus Chriſtus Ieſus, vbique per id quod Deus eſt,in cœlo autem per id quod homo.

Act. 1. · *Chriſtus quomodò ſit vbique.* · *Act. 17.*

2 AMBROS. De Sacramētis,Lib.6. Cap.1. Vide ſup.Lect.10.lit.B.auth.10.

H 1 AVGVST. tom.9.in Ioan.tract. 50. Quomodò in cœlum manum mittam, vt ibi ſedentem teneam? Fidem mitte, & tenuiſti.Parentes tui tenuerunt carne, tu tene corde,quoniam Chriſtus abſens, etiā præſens eſt:niſi præſens eſſet,à nobis ipſis teneri non poſſet. Sed quoniam verum eſt quod ait:Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationē ſeculi: & abijt,& hîc eſt,& rediit, & nos nō deſeruit. Corpus.n.ſuum intulit cœlo,maieſtatē non abſtulit mūdo.

Chriſt' abſens,et præſens: abijt, & hîc eſt. Matth. 28.

LECTIO XIII.

DOCTOR

Eſt'ne aliud aliquid prætereà in hac Euchariſtia diſpiciendum?

ADOLESCENS.

Maximè:non enim in Sacramētum,quo alimur, eā ſolùm habemus,ſed etiam in ſacrificium, quod in eius recordationē oblationis,quæ ſemel in Cruce eſt perfecta, quotidie offertur in remiſsionē peccatorū, nō eorū tantùm fideliū qui in viuis agūt,ſed defunctorū etiā,quibus eo adhuc eſt opus, quiq; certam ex eo vtilitatē poſſunt reportare.

DOCTOR.

Quibus verò rationibus efficies, vt ſacrificium eſſe credamus?

ADOLESCENS.

His ſanè.Quemadmodùm cùm Chriſtus Ieſus corpus ſuū Apoſtolis porrigeret, illud à ſe illis porrigi aſſeruit,

quod pro illis quoque tum Patri offerebat, iuſsitq́; vt ſæpe in eius memoriam ac [a] mortis recordationem illud facerent, donec veniret: (corpus ergò quod illi mãducauerunt, prius quidem in remiſsionem peccatorum oblatum fuit, deinde in alimoniam ſpiritualem mãducatum:) ita in hoc planè myſterio à Chriſto inſtituto fieri neceſſe eſt, vt prius quidem corpus eius offeratur, quàm manducetur, quando ita nobis indixit vt faceremus, id eſt, vt carnẽ eius prius offerremus in propitiationem, deinde illam ederemus ad noſtram cum Chriſto vnionem.

DOCTOR.

Sic ergò rem totam exponis, vt putes, facere Chriſti corpus in mortis eius recordationem, nihil eſſe aliud quàm verè mortem eius repræſentare, & illud demum verè manducare, eſſe ipſi ac eius donis ritè [b] communicare. Atque ita concludis hæc duo eſſe diſtinctè accipienda, facere corpus pro nobis oblatum, & illud ipſum pòſt factum, manducare.

ADOLESCENS.

Ita: nam ex vſitata ſacræ Scripturæ conſuetudine, facere ad ſacrificium, manducare autem ad ſacrificij participationem referuntur.

DOCTOR.

Sed nũquid hæc oblatio, & mortis Ieſu cõmemoratio, tùm ſatis fit cõmodè, cùm Sacramẽto cõmunicamus.

ADOLESCENS.

Fit quidem, ſi de ijs intelligas qui hoſtias manducant à noſtris ſacerdotibus in Eccleſia Catholica cõſecratas. Nec enim edi poteſt res ſacrificio oblata, quin eius diſerta ac plena fiat cõmemoratio. Sin autem de ijs loquaris, qui in cœna ſua nihil aliud comedũt quã purũ panẽ, nihil offerentes, id eſt, minimè ex eo facientes corpus Chriſti, hac concepta ſuper elementum forma; *Hoc eſt corpus meum*: næ illi mortem eius repræſentare non poſſunt, cùm nulla ſit inter mortem ac eſum proportio magis, quàm inter nudum panem & carnem illam

pro

a b c *Pſalm. 110. Daniel. 9. Malac. 1. Matt. 16 Marc. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11. Acto. 13. Clem. mar. epiſt. 1. & 3. & li. 1. recognit. & lib. 6. Conſt apoſt. c. 23 & Can apoſt. 3 & 4. Anaclet. epiſt. 1. Pont. mart. epiſt. 1. Xiſt. mar epiſt. 1. Abd. apoſt. hiſt. lib. 1 & 7. Iren. lib. 4. c. 32. 33. & 34. & lib. 5. Anterus mar epiſt. 1. Martial. ad Burdeg. c. 3. Iuſtin. mar contra Triph. & apolog. 2. Diony Eccle. hierar. c. 3 Tertul. de cultu fœmi. Igna. epiſt. ad Smyr. Clemens Alex. Strom. lib. 4. Euſeb. de demonſtr. Euang. lib. 1. c. 10. & li. 5. c. 3. Dionyſ. Alex. Cypr. li. 1. epiſt. 9. & lib. 2 epiſt. 3. & de lapſ. ſer. 5. & de Cœn Dñi. Metho. Symp. decem virg. Greg. Nazian orat. fune. patris. & de laudib. Baſil. Mar epiſt. ad Burdeg. Amb orat. pro fratre Satyro & epiſt. 18. et de ijs qui myſt. init. cap. 8 & de Sacr. li 4 c. 3 et in Hexeme. li. 6. et ad Heb c 5 Chryſ. in pſal. 95. & 140. & homil. in Encæn. & in Act. hom. 21. & ad Heb. hom. 17. & de ſacerd. li. 3. & in Liturg. Baſil. de Spirit. ſanct. c. 27. et in Liturg. Hiero. ad Heliod. et aduer Vigil & ad Marc. et cõt. Lucif. & q. 2. ad Hedib. & ad Euag & in Ezech. c. 44. & in pſal. 109. & in Matt. 26 Greg. Nyſſen vita Moyſi. Epipha. hæres. 55. lib. 3. tom. 2. & hæreſ. 75. & epiſt. ad Ioan. Hieroſoly. Theod. dialog. 3. Athana. q 34. & 38. ad Antioch. Aug. lib. 2. retra. c. 11. et li. 9. cõfeſ. c. 11. et epiſ. 23. 57. 59. 95. 86. et. 120 et de Trin. li. 3. c. 10. & de Eccl. dogmat. c. 75. et de fide ad Petrũ c. 19 et de Ciui. li. 10. c. 4. 19. et 20. & li. 16 c. 22. & li. 17. c. 17. & 20 & li. 18. c. 35. et li. 22. c. 8. & 10. & cont. aduerſ. leg. & propb. li. 1. c. 19. & 20. & contr. Fauſt. lib. 6. cap. 5. & lib. 20. c. 18. & 21. & in pſal. 109 & 110. Optat. Afer li. 6. de ſchiſm. Dona. Primaſ. in Apocal. li. 1. c. 2. & 11. Cyril. Hieroſol. catech. 5. myſta. Leont. Leo. epiſt. 81. Damaſ. de fi. ortho. li. 4. Theoph. in c. 22. Luc. Conc. Nicæ. c 14. Ancyra. c. 1. Neocæſ. c. 9. & 13. Cartha. 3. cap. 24. & 29. Epheſi. 1. generale. Conſtan. 3. c. 29. & 32.*

pro nobis in cruce oblatam: eadem eſt & ſanguinis ſui ratio. Ac ne Hebræi quidem [c] hoſtias, noſtri huius veri ſacrificij vmbras, anteà edere conſueuerant, quàm à ſacerdotibus fuiſſent oblatæ. Quid ergo non fiet à nobis hac tanta Euãgelij luce veriſsimè, quod ab illis in vmbra Legis factum fuit figuratè?

AVTHORIT. SCRIPT.

PSALM. 110. Memoriã fecit mirabilium ſuorũ, miſericors & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe.

DANI. Cap. 9. Cõfirmauit autẽ pactũ multis hebdomada vna, & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium.

MALACH. Cap. 1. Ab Ortu Solis vſque ad Occaſum, magnum eſt nomẽ meum in Gentibus, & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum eſt nomen meum in Gentibus, dicit Dominus exercituum.

MATTH. Cap. 26. } Vt ſup.
MARC. Cap. 14. } Lect. 10.
LVC. Cap. 22. } lit. B.

PRI. Ad Cor. Cap. 11.

ACT. Cap. 13. Notum igitur ſit vobis, viri fratres, quia per hunc vobis remiſsio peccatorum annunciatur, ab omnibus quibus nõ potuiſtis in Lege Moy ſi iuſtificari. In hoc omnis qui credit, iuſtificatur.

AVTHORIT. PATR.

A.B.C 1 CLEMENS Papa martyr, ad Iacobum fratrem Domini, Epiſto. 2. Tribus gradibus cõmiſſa ſunt Sacramenta diuinorum ſecretorum, id eſt, Presbytero, Diacono, & miniſtro, qui cum timore & tremore clericorum, reliquias fragmentorum corporis Dñici cuſtodire debẽt, ne qua putredo in ſacrario inueniatur, ne cũ negligẽter agitur, portioni corporis Dñi grauis inferatur iniuria. Cõmunio eñ corporis Dñi noſtri Ieſu Chriſti ſi negligenter erogetur, & presbyter minora non curet admonere officia, graui anathemate, & digna humiliationis plaga feriatur. Certè tanta in altario holocauſta offerantur, quanta populo ſufficere debeant.

Quæ, & quibus, cura incũbat ſacræ Euchariſtiæ.

Tanta holocauſta offerantur, quãta ſufficiãt populo.

2 IDEM Epiſtola. 3. Hîc ergo, hoc eſt, in præſenti vita poſitos, oportet nos agnoſcere voluntatem Dei, vbi & agendi & ſacrificandi eſt locus: quoniam in alijs locis ſacrificare, & Miſſas celebrare nõ licet, niſi in his in quibus Epiſcopus proprius iuſſerit, aut ab Epiſcopo regulariter ordinato, tenente videlicet ciuitatẽ, conſecratus fuerit. Aliter enim non ſunt hæc agenda, nec ritè celebranda, docente nos nouo & veteri Teſtamento. Hæc Apoſtoli à Dño acceperunt, & nobis tradiderunt. Hæc nos docemus, vobisq; & omnibus abſque reprehenſione tenere & docere, quibus agendum eſt, mandamus.

Miſſa ſacrificium in locis tantùm conſecratis peragendũ.

3 IDEM, Lib. 1. Recognitionum. Ad hæc autem, etiam locum ſtatuit (*Moyſes*) in quo ſolo liceret eis immolare Deo. Hoc autem totum eo proſpectu gerebat, vt cùm tempus opportunum veniſſet, & didiciſſent per Prophetam, quia Deus miſericordiam vult, & non ſacrificium: viderent eum qui eos doceret locum Dei electũ eſſe ſapientiam eius, in quo conueniret offerri hoſtias Deo. *Et longè pòſt.* Ad vltimũ autẽ monui eos, vt priuſquàm progrederemur ad Gentes, prædicare eis agnitionem Dei Patris, ipſi reconciliarentur Deo ſuſcipientes Filiũ eius: aliter eñ nullo modo eos oſtẽdi poſſe ſaluari, niſi per Sancti Spiritus gratiã, Trinæ inuocationis dilui Baptiſmate properarẽt, & Euchariſtiã Chriſti Dñi ſumerent, cui ſoli, de his quæ docuit, credere deberent, vt ſic æternam ſalutẽ conſequi mererẽtur: aliter verò, impoſsibile prorſus eſſe reconciliari eos Deo, etiam ſi mille ei aras, & altaria mille ſuccendant.

Nemini ſalutẽ cõſtare poſſe abſque perceptione Baptiſmi, & Euchariſtiæ.

4 IDEM, Lib. 6. Conſtitu. Apoſtolicar. Cap. 23. Chriſtus circuncisionem ſuſtulit, cùm eã in ſe expleſſet. Baptiſmum, ſacrificium, ſacerdotiũ, localem adorationẽ, alio modo mutauit. Pro quotidiano Baptiſmo, vnũ ſolum Baptiſmũ inſtituit, qui in eius mortẽ perficitur. Pro vna Tribu de qualibet natione præcepit optimos deligi, nec corporũ integritatẽ ſpectari, ſed religionẽ ac vitam. Pro ſacrificio cruento, rationale & incruentum ac myſticum ſacrificium inſtituit, quod in mortem Domini per ſymbola corporis & ſanguinis ſui celebratur.

Legalia nõnulla ſuſtulit Chriſtus, alia commutauit.

Sacrificium incruentum à Chriſto inſtitutum.

Malach. 1.

Pro adoratione locali, ab Ortu Solis vſq; ad Occaſum in omni loco imperij ſui, nomen ſuum celebrari ſtatuit. Quare non ſuſtulit à nobis legem, ſed vincula.

In ſacrificio, præter panẽ, vinũ, & aquã, nihil offerendum.

5 CANON Apoſtolorum. 3. Si quis Epiſcopus, aut presbyter, præter ordinationem Domini, alia quædam in ſacrificio offerat ſuper altare, id eſt, aut mel, aut lac, aut pro vino ſiceram, aut confecta quædam, aut volatilia, aut animalia aliqua, aut legumina, contra conſtitutionem Domini faciẽs, congruo tempore deponatur.

6 ET CAN. 4. Offerre nõ liceat aliquid ad altare pręter nouas ſpicas, & vuas, & oleum ad luminaria, & thymiama, id eſt, incenſum, tempore quo ſancta celebratur oblatio.

Sacerdotes ſunt honorandi.

Sacerdoti ſacrificanti adſint teſtes.

Deute. 12.

7 ANACLETVS Papa martyr, Epiſt. 1. Deo ſacrificãtes (*ſcilicet ſacerdotes*) perfectè, non debẽt vexari, ſed portari, cõſolari, atque ab omnibus venerari. Ipſi autẽ quando Domino ſacrificant, non ſoli hoc agere debent, ſed teſtes ſecum adhibeant, vt Domino perfectè in ſacratis Deo ſacrificare locis probentur. Ait nanque authoritas Legis Diuinæ: Vide ne offeras holocauſta tua in omni loco quem videris, ſed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus. Epiſcopus Deo ſacrificans, teſtes, vt præfixum eſt, ſecum habeat, & plures quàm alius ſacerdos. Sicut enim maioris honoris gradu fruitur, ſic maioris teſtimonij incremento indiget. In ſolenniotibus quippe diebus, aut ſeptem, aut quinque, aut tres diaconos, qui eius oculi dicuntur, & ſubdiaconos, atque reliquos miniſtros ſecum habeat, qui ſacris induti veſtimentis, in fronte & à tergo, & presbyteri è regione dextra læuaq; cõtrito corde & humiliato ſpiritu, ac prono ſtent vultu, cuſtodientes eum à maleuolis hominibus, & conſenſum eius præbeant ſacrificio.

Sacerdotes quanto honore digni.

8 PONTIANVS Papa martyr, Epiſt. 1. De Sacerdotibus autem Domini, quos vos audiuimus contra prauorum hominum inſidias adiuuare, eorumque cauſas portare, ſcitote vos in eo valde Deo placere, qui ſibi eos ad ſeruiendum adſciuit, & familiares in tantum ſibi eſſe voluit, vt etiã aliorum hoſtias per eos acceptaret, atque eorũ peccata donaret, ſibiq; reconciliaret.

Sacerdotes corpus Dñi conficiunt.

Ipſi quoque proprio ore corpus Dñi conficiunt, & populis tradunt.

9 SIXTVS Papa Primus, Epiſtola 2. Cognoſcat veſtra ſapientia, chariſsimi fratres, quia in hac ſancta Sede Apoſtolica, à nobis & reliquis Epiſcopis, cæteriſq; Domini ſacerdotibus, ſtatutum eſt vt ſacra vaſa nõ ab alijs, quàm à ſacratis Dominoq; dicatis contrectẽtur hominibus. Indignum enim valde eſt vt ſacra Domini vaſa, quæcunq; ſint, humanis vſibus ſeruiant, aut ab alijs quàm à Domino famulantibus, eique dicatis, tractentur viris, ne pro talibus præſumptionibus iratus Dominus, plagam imponat populo ſuo, & hi etiam qui non peccauerunt, mala patiantur, aut pereant: quia perit iuſtus ſæpiſsimè pro impio.

Sacra vaſa non tangãtur niſi à ſacratis hominibus: nec in alijs vſibus ſeruiãt.

D. Petrus Apoſtolus ſacrificiũ fecit.

10 ABDIAS Babyloniorum Epiſcopus, Apoſtolicæ Hiſtorię, Lib. 1. de B. Petro Apoſtolo. Et Petrus reſpiciens ad cœlum, cum lacrymis orabat ſuper eos, vt Dominus pro ſua bonitate ſuſcipere eos dignaretur confugientes ad ſe. Et poſtquàm orauit, & præcepit vt die poſtera maturius conuenirent, ſacrificium fecit: tum deinde ſecundùm conſuetudinem quieuit. *Et lib. 7. de B. Matthæo Apoſtolo.* Cùmque reſpondiſſent, Amen: & myſteria Domini celebrata, & Miſſam ſuſcepiſſet omnis Eccleſia, retinuit ſe, vt iuxta altare, vbi corpus ab eo fuerat Chriſti confectum, illic martyriũ Apoſtolicum exultaret.

B. Matthæ Apoſtolus Miſſam celebrat, et corpus Chriſti conficit.

11 IRENÆVS Aduerſùs hæreſes, Lib. 4. Cap. 32. 33. 34. & Lib. 5. Cap. 2. Vide ſup. Lect. 10. litera. D. auth. 1. 2. 3. & lit. A. auth. 3. & 4.

Nihil loquẽdum contra ſacerdotes qui corpus Chriſti cõficiunt.

12 ANTERVS Papa, Epiſt. 1. Abſit, vt quicquam ſiniſtrũ de his loquar qui Apoſtolico gradui ſuccedẽtes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt, per quos nos etiã Chriſtiani ſumus, qui claues Regni cœlorũ habentes, ante iudicij diem iudicant.

13 MARTIALIS Epiſtola ad Burdegalenſes, Cap. 3. Vide ſup. Lect. 10. lit. D. authorit. 14.

14 IVSTINVS Martyr, in dialogo cũ Triphone aduerſùs Iudæos: & Apologia. 2. pro Chriſtianis. Vide ſup. Lect. 10. lit. D. auth. 16. & 15.

15 DIONYSIVS Areopagita, Lib. De Eccleſiaſtica Hierarchia, Cap. 3. Vide ſup. Lect. 10. lit. D. auth. 13.

16 TERTVLL. Lib. de cultu fœminarum, Cap. 11. Quæ autem vobis cauſa eſt ſtructius prodeundi, cùm remotæ ſitis ab his quæ ad aliud indigent? Nam nec templa circuitis, nec ſpectacula poſtulatis, nec feſtos dies Gentilium noſtis. Propter ipſum enim conuentũ, & mutuũ videre ac videri,

omnea

omnes pompæ in publicum proferũtur, aut vt luxuria negotietur, aut gloria inſoleſcat. Vobis autem nulla procedendi cauſa non tetrica. Aut imbecillis aliquis ex fratribus viſitandus, aut ſacrificium offertur, aut Dei verbum adminiſtratur. Quoduis horum, grauitatis aut ſanctitatis negotium, & cui opus non ſit habitu extraordinario, & compoſito, & ſoluto.

Sacrificij oblatio.

17 IGNATIVS In Epiſt. ad Smyrnenſes. Nõ licet ſine Epiſcopo, nec offerre, nec ſacrificium immolare, nec Miſſas celebrare.

Sacrificium & Miſſa.

18 CLEMENS Alexandrinus, Stromatum, Lib. 4. Iuſtis appropinquat Dominus, & nihil eum latet ex noſtris cogitationibus, & quas facimus diſputationibus. Dominum Ieſum dico, qui Omnipotenti ſua voluntate, corda noſtra intuetur: cuius ſanguis fuit pro nobis ſanctificat*. *Et longè poſt.* Nox præceſsit, dies appropinquauit, &c. Diem autẽ allegoricè dicit Filium & lucẽ: & rurſus præcepta, arma lucis metaphoricè. Hac ratione dicũr oportere nos ablutos ad ſacrificia & preces ire mundos & ſplendidus: & hoc quidem fieri ſymboli ſignique gratia, eſſe ſcilicet extrinſecus ornatum & emundatum.

Rom. 13.

Mundi debemus accedere ad ſacrificia & preces.

19 EVSEBIVS Cæſarienſis, de demonſtratione Euangelica, Lib. 1. Cap. 10. Itaq; poſt omnia quaſi mirabilem quãdam victimam, ſacrificiumq; eximium Patri ſuo operatus pro noſtra omnium ſalute obtulit, eiuſq; rei memoriam, vt nos ipſi Deo pro ſacrificio offerremus, inſtituit. Hoc etiam Prophetarum præcipuus Dauid, qui quod futurũ erat, Spiritu ſuo diuino præuiderat, vaticinatus eſt, vbi ait: Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi, & exaudiuit precem meã: & ſuſtulit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis, & ſtatuit ſupra petram pedes meos, & direxit greſſus meos: & immiſit in os meum canticum nouum, carmen Deo noſtro. Quod porrò ſit hoc nouum canticum, declarat deinceps, vbi ait: Sacrificium & oblationem noluiſti, corpus autem perfeciſti mihi: holocauſta & pro peccato non probaſti: tũc dixi, Ecce venio: in capite libri ſcriptum eſt de me, vt facere Deus voluntatem tuam: volui. Et adiungit: Annunciaui iuſtitiam in Eccleſia magna. Sic planè docens pro antiquis ſacrificijs & holocauſtis, Chriſti aduentum per aſſumptionem humani corporis, eiuſq; corpus perfectum Deo oblatum eſſe, ipſumque hoc Eccleſiæ ſuæ nunciat cum gaudio tãquàm ingens myſterium, quod Prophetica voce in capite libri propoſitum expreſſumq; ſit. Cùm ergo huius ſacrificij memoriam ſignis quibuſdam in menſa celebrandam, corporiſq; item illius ſalutariſq; ſanguinis, vt noui Teſtamenti Inſtitutum habet, accepimus: rurſus à Propheta Dauid inſtruimur ad dicendũ; Paraſti in conſpectu meo menſam contra eos qui affligunt me: Pingue feciſti in oleo caput meum, & calix tuus inebrians, quàm præſtantiſsimus. Palàm igitur in his myſticam ſignificat vnctionem, & odorum afferentiam, menſæ Chriſti ſacrificia, quibus operantes, incruentas & rationales, eique ſuaues victimas in tota vita ſupremo Deo offerre, per eminentiſsimum omniũ ipſius Põtificem edocti ſumus. Hoc ipſum magnus quoque Propheta Iſaias mirabiliter diuino Spiritu indicãte prouidit, & antequã fieret, prædicauit. Dicit igitur ſic: Domine Deus meus, glorificabo te, laudabo nomen tuum, quoniam feciſti res mirabiles. Et quænam hæ ſint res mirabiles, planè deinceps oſtendit, dicens: Faciet Dominus Sabaoth conuiuium omnibus Gentibus, bibent lætitiam, bibent vinum, vngentur vnguento, trade hæc omnia Gentibus: conſilium enim hoc in omnes Gentes. Huiuſmodi ſanè erant Iſaiæ mirabilia, quæ bonæ cuiuſdam fragrãtiæ, vnguentiq; vnctionem, non Iſraël, ſed omnibus Gẽtibus promittebant. Ex quo non immeritò propter vnguẽti vnctionem, Chriſtianorum appellationem conſecutæ ſunt. Sed vini quoque lætitiã Gẽtibus vaticinatur in eo: noui Teſtamenti, quod à Chriſto conditũ eſt, myſterium ſubobſcurè ſignificans, quod ſanè apud omnes Gentes in præſenti tempore perſpicuè celebratur. *Et paulò antè, cùm de Gentilibus, & Iudæis ad Chriſtũ conuerſis ageret:* Meritò ſanè (*inquit*) quando illius memoriam, corporiſq; eiuſdem & ſanguinis recordationẽ quotidie celebrant, & ad lõgè præſtãtius & ſacrificiũ & munus aſſumpti ſunt, quàm illud antiquius fuerit.

Chriſtus ſeipſum ſacrificiũ obtulit, & nobis offerendum inſtituit.

Pſal. 39.

Pſalm. 22.

In ſacrificio offertur incruenta & rationalis victima.

Iſai. 25.

Sacrificium Miſſæ præſtãtius omnibus ſacrificijs.

20 IDEM Lib. 5. Cap. 3. Et ſanè oraculi exitus admirabilis ei qui contempletur, quemadmodùm Saluator noſter Ieſus qui eſt Chriſtus Dei, ipſius Melchiſedech ritu ea quæ ad ſacerdotiũ in hominibus gerendum ſpectant, per ſuos miniſtros perficiat. Nam quemadmodum ille qui ſacerdos Gentium erat, nuſquàm videtur ſacrificijs corporalibus functus, ſed vino ſolo & pane,

dum ipſi Abraham benedicit: ita ſanè primus ipſe Saluator ac Dñs noſter, deinde qui ab ipſo profecti ſunt ſacerdotes, in omnibus Gentibus ſpirituale, ſecundùm Eccleſiaſticas ſanctiones, ſacerdotij munus obeūtes, vino ac pane, & corporis illius & ſalutaris ſanguinis myſteria repræſentārt. Quę ſanè myſteria Melchiſedech tātò antè, Spiritu diuino cognouerat, & rerum futurarū imaginibus vſus fuerat. Sicut etiam Moyſi ſcriptura teſtificatur, vbi ait: Et Melchiſedech Rex Salem protulit panes & vinum: erat autē ſacerdos Dei Altiſsimi, & benedixit Abraham.

Sacerdotes celebrāt myſterium corporis et ſanguinis Chriſti.

Gen. 14.

21 DIONYSIVS Alexandrinus, Epiſt. 1. ad Baſilidem. (*Habetur tomo. 1. Bibliothe. SS. Patrum,* De mulieribus quæ ſunt in abſceſſu, an eas ſic affectas oporteat domum Dei ingredi, ſupercaneum vel interrogare exiſtimo. Neque enim eas exiſtimo, ſi ſint piæ & fideles, ſic affectas, auſuras vel ad ſanctā menſam accedere, vel corpus & ſanguinem Domini attingere. Neq; enim quæ duodecim annorum fluxum habebat, ipſum ad medicinam tetigit, ſed ſolam eius fimbriam. Orare enim quomodocunq; ſe habeat aliquis, & vtrunq; ſit affectus Dñi meminiſſe, & auxilium implorare, non eſt reprehendendum: Ad ſancta autem ſanctorum, qui anima & corpore purus non eſt, accedere prohibebitur.

Ad orationem accedere quiſq; poteſt: ad cōmunionē verò non niſi corpore & anima purus.

Matth. 9.

22 CYPRIANVS, Lib. 1. Epiſt. 9. Quæ nunc ratio & forma in clero tenetur, vt qui in Eccleſia Domini ad ordinationē clericalem promouentur, nullo modo ab adminiſtratione diuina auocentur, ne moleſtijs & negotijs ſecularibus alligentur, ſed in honore ſportulantium fratrum, tanquàm decimas ex fructibus accipientes, ab altari & ſacrificijs recedant, & die ac nocte cœleſtibus rebus & ſpiritualibus ſeruiāt. Quod Epiſcopi anteceſſores noſtri religioſè conſiderantes, & ſalubriter prouidentes, cenſuerunt ne quis frater excedens, ad tutelam vel curā clericum nominaret, ac ſi quis hoc feciſſet, non offerretur pro eo, nec ſacrificium pro dormitione eius celebraretur.

Sacerdotes negotijs ſecularibus non alligētur, & ab altari et ſacrificijs non recedant.

Non offeratur ſacrificium pro eo, qui clericū tutorem relinquit in teſtamento.

23 IDEM Lib. 2. Epiſt. 3. Vide ſuprà, Lect. 10. lit. D. auth. 22.

24 IDEM Sermo. 5. De Lapſis. Vide ſup. Lect. 10. lit. D. auth. 23.

25 IDEM Serm. De Cœna Dñi. Vide ſup. Lect. 10. lit. A. auth. 2.

26 METHO. mart. in Sympoſio decē virginū. Vide ſup. Lect. 10. lit. D. auth. 25.

27 GREGOR. Nazianzen. In Oratione funebri patris ſui. *Quæ eſt. 19. poſt med.* Myſterij tempus aderat, & veneranda ſtatio, atque ordo, ad ea quæ celebrabantur, quietem & ſilentium tenens, cum ille ab eo qui mortuos ad vitam reuocat, & à nocte Sacroſancta excitatur. Primò paulùm ſe mouet, deinde firmius: mox exigua admodum, & obſcura voce famulum quendam ex iis, qui ei aſsiſtebāt, nominatim accītum præſto eſſe, ac veſtem porrigere, manumq; ſubijcere iubet. Qui cùm non ſine ſtupore adeſſet, promptèq; obſequeretur, ipſe manu tanquàm baculo ductus, Moſem illum in monte orantem imitatur, fractiſq; ac debilitatis manibus ad orationem compoſitis, alacri animo cum populo, vel ante populū, myſteria peragit, paucis quidem, & quibus poterat verbis, mente autem, vt mihi videtur, perquàm integra, (rem miram) ſine ſacrario in ſacrario, ſine altari ſacrificus, ſacerdos à myſterijs procul remotus. Atque hæc quoq; illi à Spiritu ſancto aderant, ipſi quidem cognita, præſentibus autem haudquaquàm perſpecta. Poſteà cùm Euchariſtiæ verba, ita vt conſuetudo fert, effatus eſſet, ac populum benedixiſſet, in lectulum rurſus ſe conijcit. Cùmq; paulum quiddam cibi admiſiſſet, ac ſomni particeps factus fuiſſet, ſpiritum reuocat: auctaque paulatim ſanitate, cùm nouus ille feſti dies (ita enimeū appellamus ꝙ poſt Reſurrectionē Dñicam primū eū habeamus) iā adeſſet, in rēplū ſe cōferr, ac cū omni Eccleſiæ agmine ſalutis Encænia celebrat, atque in grati animi ſignificationem ſacrificium offert. *Et nonnullis interiectis.* Cùm nunquàm non dolore premeretur, & quidem perſæpe ſingulis diebus, atque interdum etiam horis, ex ſola Liturgia robur concipiebat, ac morbus tanquàm ex edicto & imperio fugatus, ſe ſubducebat.

Exod. 17.

Pater Gregorij Miſsā celebrat, ſine altari ſacrificus.

Ex Miſſæ celebratione roboratur ægrotus.

28 IDEM in Oratione funebri in laudem Baſilij. *Quæ eſt. 20. poſt med.* Alij ab Eccleſijs extrudebantur, qui ſcilicet fidem orthodoxam ac nōſtram profitebantur: alij introducebantur, nempe qui peſtiferam & exitialem Imperatoris doctrinam tenebāt, qui impietatis chirographa exigebant, quī his adhuc grauiora ſcribebāt, marinæ preſbyterorum exuſtiones, impij belli duces, non Perſas ſuperantes, non Scythas in poteſtatem redigentes, non aliam quandam barbarā gentē repurgantes, verū Eccleſijs bellum

bellum inferentes, in altaribus ſaltitantes, & incruenta ſacrificia, hominum & victimarum ſanguine contaminãtes, ac virginū pudorem probro afficientes.

Incruenta ſacrificia.

29. MARTIALIS Epiſcopus & martyr, Epiſt. ad Burdegalenſes, Cap. 3. Vt ſup. Lect. 10. lit. D. auth. 14.

30. AMBROS. tom. 2. in Oratione funebri de exceſſu fratris ſui Satyri. Quid igitur obſeruantiam eius erga Dei cultum prædicem? Qui priuſquàm perfectioribus eſſet initiatus myſterijs, in naufragio conſtitutus, cùm ea qua veheretur nauis, ſcopuloſo illiſa vado, & vrgentibus hinc atque indefluctibus ſolueretur, nõ mortem metuens, ſed ne vacuus myſterij exiret è vita, quos initiatos eſſe cognouerat, ab his diuinum illud fidelium Sacramentum popoſcit: non vt curioſos oculos inſereret arcanis, ſed vt fidei ſuæ conſequeretur auxilium. Etenim ligari fecit in orario, & orarium inuoluit in collo, atque ita ſe deiecit in mare, non requirens de nauis compãge reſolutam tabulam, cui ſupernatans iuuaretur, quoniam fidei ſolius arma quæſierat. Itaque his ſe tectum atque munitum ſatis credens, alia auxilia nõ deſiderauit. Simul fortitudinem eius ſpectare licet, qui fatiſcente remigio, non quaſi naufragus tabulā ſumpſerit, ſed quaſi fortis ex ſeipſo adminiculum ſuæ virtutis aſſumpſerit. Nec deſeruit ſpes, nec fefellit opinio. Deniq; primus ſeruatus ex vndis, & in portum terrenæ ſtationis euectus, præſulem ſuum, cui ſe crediderat, recognouit: ſtatimq; vbi etiã cæteros ſeruulos ſuos vel ipſe liberauit, vel liberatos comperit, negligens facultatum, nec amiſſa deſiderans, Dei Eccleſiam requiſiuit, vt ageret gratias liberatus, & myſteria æterna cognoſceret, pronuncians nullum referendæ gratiæ maius eſſe officium. *Et mox.* Referebat igitur gratiam, deferebat fidem. Nam qui tantum myſterij cœleſtis inuoluti in orario præſidium fuiſſet expertus, quantum arbitrabatur ſi ore ſumeret, & toto pectoris hauriret arcano? Quàm maius putabat fuſum in viſcera, quod tantū ſibi tectū orario profuiſſet?

Satyrus frater D. Amb. collo appēſa Euchariſtia euadit naufragiū.

Si tantùm prodeſt Euchariſtia in orario ligata, quantū proderit ſumpta?

31. IDEM Lib. 5. Epiſt. 28. Ad Theodoſium Imperatorem. Ego cauſam in te contumaciæ nullam habeo, ſed habeo timoris: offerre non audeo ſacrificium, ſi volueris aſsiſtere. An quod in vnius innocentis ſanguine non licet, in multorum licet? Nõ puto. Poſtremò ſcribo manu mea quod ſolus legas. Ita me Dominus ab omnibus tribulationibus liberet, quia non ab homine, neque per hominem, ſed apertè mihi interdictū aduerti. Cùm enim eſſem ſolicitus, ipſa nocte qua proficiſci parabã, veniſſe quidem viſus es ad Eccleſiam, ſed mihi ſacrificium offerre non licuit.

Sacrificium offerre non audet Ambroſius pro Theodoſio.

32. IDEM tom. 4. Lib. De ijs qui myſterijs initiantur. Cap. 8. Vide ſup. Lect. 11. litera. A. auth. 1.

33. IDEM, De Sacramentis, Lib. 4. Cap. 3. Vt ibidem, authorit. 2.

34. IDEM in Hexęmeron, Lib. 6. Cap. 9. Manus eſt quæ præclaris enitet factis, quæ conciliatrix diuinæ gratiæ ſacris inſertur altaribus, per quam offerimus & ſumimus Sacramenta cœleſtia.

Manus ſacerdotis offertur & ſumitur Sacramentū cœleſte.

35. IDEM tom. 5. in Epiſt. ad Hebræ. Cap. 5. Melchiſedech ſecundùm legalia mandata non fuit ſacerdos, ſed ſecundùm cuiuſdam ſingularis ſacerdotij dignitatem, panem offerens Deo & vinum, non brutorum animalium ſanguinem. In cuius ordine ſacerdotij Chriſtus factus eſt ſacerdos, non temporalis, ſed æternus, ad quem dictum eſt: Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech. Omnes enim ſub Lege erant ſacerdotes, iſte ſolus ſecundùm ordinem Melchiſedech, ex eo quod natus eſt de vtero virginali ante Luciferum, non ſecūdùm id quod natus eſt ex Patre Deus apud Patrem, coæternus gignenti, & conſubſtantialis: ſed ſacerdos propter carnem quam aſſumpſit, aut propter victimã quam pro nobis offerebat, à nobis ſuſceptã, id eſt, carnē & ſanguinē. De qua victima ipſe in Euangelio ait: Niſi manducaueritis carnē Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, nõ habebitis vitã in vobis. Sed in iſta carne & ſanguine, nihil cruentum, nihil corruptibile mens humana concipiat: ne, ſicut dicit Apoſtolus, qui corpus Domini indignè manducat, iudicium ſibi manducet: ſed viuificatricem ſubſtantiam atque ſalutarē in pane & vino, per quæ, ſi dignè ſumatur, nobis eſt peccatorū remiſsio, & regni Dei poſſeſsio collata. Huius ordinem ſacrificij per myſticam ſimilitudinē Melchiſedech iuſtiſsimus Rex inſtituit, quando Domino panis & vini fructus obtulit. Conſtat enim pecudum victimas periſſe, quæ fuerunt ordinis Aaron, non Melchiſedech: ſed hoc manere potius inſtitutum, quod toto orbe in Sacramentorum erogatione celebratur.

Pſal. 109.

Quomodò Chriſtus ſit ſacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech.

Ioan. 6.

In Chriſti carne et ſanguine nihil cruentū aut corruptibile cōcipimus.

1. Cor. 11.

36 CHRY.

36 CHRYSOST. tom. 1. in Pſal. 95. Eccleſia, quæ vbiq; Chriſtum in ſe circunfert, innumerosq; martyres immolauit, ob charitatem quam gerit erga virum, à nullo prohibetur loco: ſed in omni loco ſunt altaria, in omni loco doctrina. Hæc prædicit Deus per Prophetam: nam & Eccleſiaſticam exprimens ſynceritatem, & alterius populi ingratitudinem traducens, ad illos
Malac. 1. loquitur: Non eſt mea voluntas in vobis, dicit Dominus Omnipotēs, nec accipiam hoſtias de manib⁹ veſtris, quoniā ab Exortu Solis vſque ad Occaſum, nomen meum glorificatum eſt inter Gentes, & in omni loco ſacrificiū offertur nomini meo, & ſacrificium purum. Vide quàm luculenter, quàmq; dilucidè myſticam interpretatus
Incruenta hoſtia. eſt menſam, quæ eſt incruēta hoſtia. Thymiama verò purum, appellat ſacras preces quæ poſt hoſtiam offeruntur.

37 ET in Pſalm. 140. *Verſu, Pone Domine cuſtodiam ori meo* De lingua differens, ſic
Per linguā reuerendum ſacrificium ſuſcipimus. ait. Cogita apud te hoc eſſe membrum per quod cum Deo colloquimur. Hoc eſt mēbrum per quod in primis reuerēdum ſumma veneratione dignum, ſacrificium ſuſcipimus.

38 IDEM tom. 3. Sermone de Euchariſtia, in Encænijs. Hæc ego dixerim ad eos
Miſſæ ſacrificio quo pacto adſtādum. qui ſanctorum communionem & congregationem relinquunt, & ſub horam terribilis myſticæ menſæ in vaniloquētię conuenticulis occupati ſunt. Quid facis homo? Nō promiſiſti ſacerdoti, qui dixit: Surſum
Surſum corda. mentem & corda; & dixiſti: Habemus ad Dominum? Non reuerēris & erubeſcis? Pa-
Agnus Dei immolatur in Miſſa. pæ, mēſa myſterijs inſtructa eſt, & Agnus Dei pro te immolatur, ſacerdos pro te angitur, ignis ſpiritualis ex ſacra menſa refluit, Seraphim ad ſtant ſex alis faciem tegentia, omnes incorporeæ virtutes pro te cum ſacerdote intercedūt, ignis ſpiritualis è cœlo deſcendit, ſanguis in cratêre in tuā purificationem ex immaculato latere hauſtus eſt, & non erubeſcis, reuerēris, & confunderis, neque Deum tibi propitiū facis?

39 IDEM in Acta Apoſtolorū, Hom. 21. Non fruſtra oblationes pro defunctis
Nō fruſtrà oblationes fiūt pro defunctis. fiunt, non fruſtrà preces, non fruſtra eleemoſynæ. Hęc omnia Spiritus diſpoſuit, volens vt nos mutuum iuuemus. Vide enim vtilitatem: accipiet ille per te, & tu per illum, contemptis opibus inductus ad faciendum aliquid generoſum: & tu illi ſalutis, ipſe verò tibi eleemoſynæ factus eſt author. Ne dubita quia erit aliquis fructus ſuauis. Nō ſimpliciter miniſter clamat, Pro his qui defuncti ſunt in Chriſto, & pro his qui illorum memoriam faciunt. Non Diaconus eſt qui talem illam vocē emittit, ſed Spiritus: nō ſanctus inquā, ſed donū. Quid dicis? In manib⁹ eſt hoſtia, & omnia propo-
In Miſſa adſtant Angeli, Archangeli, & Dei Filius. ſita ſunt bene ordinata, adſunt Angeli, adſunt Archāgeli, adeſt Filius Dei, cum tāto horrore adſtāt omnes, adſtant illi clamātes omnibus ſilētibus, & putas ſimpliciter hęc fieri? Igitur & alia ſimpliciter, & quæ pro Eccleſia, & quæ pro ſacerdotibus offeruntur, & quæ pro plenitudine ac vbertate? Abſit: ſed omnia cum fide fiunt. Quid putas pro martyribus offerri, quòd vocantur in illa hora? Licet martyres ſint, etiam pro
Horrendum ſacrificium, & ineffabile Sacramentum. martyribus magnus honor nominari Domino præſente, dum mors illa perficitur, & horrendum ſacrificium & ineffabilia Sacramenta.

40 IDEM tomo. 4. in Epiſt. ad Hebr. Homil. 17. Quid opus erat medicamentis, non exiſtentibus vulneribus? Propter hoc imperauit (inquit) ſemper offerri propter infirmitatem, vt & memoria peccatorum
Idem ſacrificium quod Chriſtus obtulit, offerimus quotidiè. fieret. Quid ergo nos? Non'ne per ſingulos dies offerimus? Offerimus quidem, ſed ad recordationem faciētes mortis eius. Et vna eſt hæc hoſtia, non multæ. Quomodò vna eſt, & non multæ? Quia ſemel oblata eſt, oblata eſt in Sanctaſanctorum: hoc autem ſacrificium exēplar eſt illius, idipſum ſemper offerimus. Nec nūc quidē alium Agnū, craſtina alium, ſed ſemper eundē ipſum. Proinde vnū eſt hoc ſacrificiū, hac ratione. Alioquin quoniam in multis locis offertur, multi Chriſti ſunt? Nequaquàm, ſed vnus vbique eſt Chriſtus, & hic plenus exiſtēs, & illic plenus, vnum corpus. Sicut enim qui vbique offertur, vnum corpus eſt, & nō multa corpora: ita etiam & vnum ſacrificium. Pontifex autē noſter ille eſt, qui hoſtiam mundantem nos obtulit: ipſam offerimus & nunc, quæ tunc oblata quidem, conſumi non poteſt. Hoc autem quod fa-
Luc. 22. cimus, in commemorationem quidem fit eius quod factum eſt. Hoc enim facite (inquit) in meam commemorationem. Non aliud ſacrificium, ſicut Pontifex, ſed idipſum ſemper facimus: magis autem recordationem ſacrificij operamur.

41 IDEM tom 5. de Sacerdotio, Lib. 3. Dum conſpicis Dominum immolatum, ſacerdotem ſacrificio incūbentē ac preces fun-

Sacrificium dum offert ſacerdos, quid agere conueniat.

fundentem, tùm verò turbam circũfuſam pretioſo illo ſanguine intingi, & rubefieri, etiam'ne te inter mortales verſari, atque in terra conſiſtere cẽſes? An non potius è veſtigio in cœlos transferreris? An nõ carnis cogitationem omnem abijciens, nudo animo, mente puta, circunſpicis quæ in cœlo ſunt? *Et mox.* Adeſt enim ſacerdos non ignẽ geſtans, ſed Spiritum ſanctum. Is preces diuturnas fundit, non quò flamma cœlitus dilapſa, ſacra apposita abſumat, ſed vt gratia in ſacrificium influens, per illud ipſum omnium animos inflãmet, & puriores reddat argento igni excocto purgatoq; *Et vide ſup. Lect. 12. lit. C. auth. 11.*

Orat ſacerdos vt gratia in ſacrificium influat.

42 IDEM in Liturgia, *in initio*. Domine Deus noſter, emitte manũ tuam de ſancto habitaculo tuò, & corrobora me ad propoſitum miniſterium tuũ, vt citra cõdemnationem aſsiſtã metuendo altari, & immaculatum ſacrificium peragam, & nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum, amen. *Et paulò pòſt.* Fac nos dignos, vt offeramus tibi deprecationes, & ſupplicationes, & ſacrificia immaculara pro populo tuo. *Et rurſus.* Miniſtrarẽ tibi, magnum ac formidãdũ etiã ſupercœleſtibus virtutibus. Attamẽ propter ineffabilem & immenſam tuam humanitatem, intrepidè & irreuocabiliter factus es homo, & Summus Pontifex noſter. Sacrificiorum ritum inſtituiſti, ac ſolẽnis huius & immaculati ſacrificij celebrationem nobis tradidiſti tãquàm Dominus omniũ. Reſpice ad me peccatorem, &c. Vt aſsiſtã ſanctæ tuæ huic menſæ, conſecrem ſanctũ & immaculatũ tuum corpus, & pretioſum ſanguinẽ. Ad te enim accedo inflexa mea ceruice, & precor te, &c. Tu enim es qui offers & offerris, & accipiens, & dans, Chriſtus Deus noſter. *Et poſt pauca.* Dñe Deus Omnipotens, ſolus Sãctus, qui ſuſcipis hoſtiam laudis ab his qui te inuocant in toto corde: ſuſcipe preces noſtras & offer ſancto altari tuo, & fac nos dignos offerre tibi dona & ſacrificiũ ſpirituale pro noſtris peccatis, atque ignorantijs populi: & præſta vt inueniamus gratiam in cõſpectu tuo, vt fiat acceptabile ſacrificium noſtrum, & inhabiter Spiritus gratiæ tuæ bonus ſuper nos, & ſuper hæc appoſita Sacramẽta, & ſuper omnem populum.

Immaculatum ſacrificium.

Ritum ſacrificij Chriſtus inſtituit.

Sacrificium ſpirituale pro peccatis.

43 BASILIVS Magnus, Lib. De Spiritu ſancto. Cap. 27. Inuocationis verba cũ oſtẽditur panis Euchariſtiæ, & poculũ benedictionis, quis Sanctorum in ſcripto nobis reliquit? Nec enim his contenti ſumus, quæ cõmemorat Apoſtolus, aut Euangelium, verùm alia quoq; & antè & pòſt dicimus tanquàm multũ habentia momẽti ad myſteriũ, quæ ex traditione citra ſcriptum accepimus.

Oſtenditur Euchariſtia.

Rit⁹ Miſſæ.

44 IDEM in Liturgia ſua. Da Domine & pro omnibus noſtris peccatis, & populi tui ignorantia, acceptabile & ſuſceptibile fieri ſacrificium noſtrum in cõſpectu tuo. *Et iterum.* Suſcipe nos appropinquantes ſancto altari tuo, ſecundùm multitudinem miſericordiæ tuæ, vt ſimus digni offerre tibi rationabile illud, & abſque ſanguine ſacrificiũ, pro noſtris peccatis & populi ignorantia.

Acceptabile et incruẽtum & rationabile ſacrificium.

45 HIERONYM. tom. 1. Epiſt. 5. ad Heliodorum. Vide ſup. Lect. 10. lit. A. authorit. 11.

46 IDEM tom. 2. Aduerſus Vigilantium. Malè facit ergò Romanus Epiſcopus, qui ſuper mortuorum hominum Petri & Pauli, ſecundùm nos oſſa veneranda, ſecundùm te vilem puluiſculum, offert Domino ſacrificia, & tumulos eorum Chriſti arbitratur altaria?

Offertur Domino ſacrificium.

47 IDEM, tomo. 1. Epiſtola. 17. ad Marcellam, ſub nomine Paulæ & Euſtochij. Recurre ad Geneſim, & Melchiſedech Regem Salem, huius principem inuenies ciuitatis, qui iam tunc in typo Chriſti, panem & vinum obtulit, & myſterium chriſtianum in Saluatoris ſanguine & corpore dedicauit.

Melchiſedech figura Chriſti.

48 IDEM tom. 2. In dialogo Orthodoxi & Luciferiani. Sacerdos quippe pro laico offert oblationẽ ſuam, imponit manũ ſubiecto, reditum ſancti Spiritus inuocat: atque ita eum qui traditus fuerat Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fieret, indicta in populum oratione, altario reconciliat.

Sacerdos offert pro laico.

49 IDEM tom. 3. Epiſt. 150. ad Hedibiam. q. 2. Nec Moyſes dedit nobis panem verum, ſed Dominus Ieſus, ipſe conuiua & conuiuium, ipſe comedens & qui comeditur: illius bibimus ſanguinem, & ſine ipſo potare non poſſumus. Et quotidie in ſacrificijs eius de genimine vitis veræ, & vineæ Sorec, quæ interpretatur electa, rubentia muſta calcamus.

Chriſtus cõuiua et cõuiuium.

Quotidie ſacrificiũ offertur ſanguinis Chriſti.

50 IDEM tom. 3. Epiſtola. 126. ad Euagrium. Omnes penè Sancti & Patriarchæ & Prophetæ, in aliqua re figuram expreſſerunt Saluatoris: ſic & Melchiſedech, eò quòd

Patriarchæ & Prophetæ, figura fuerunt Saluatoris.

Pſal. 109. Melchiſedech figura Chriſti.

Panum ſacrificiũ panis & vini.

quòd Chananæus fuerit, & non de genere Iudæorum, in typum præceſsiſſe ſacerdotis Filij Dei, de quo dicitur in. 109. Pſalm. Tu es ſacerdos in æternum ſecũdùm ordinem Melchiſedech. Ordinem autem eius multis modis interpretãtur: quòd ſolus & Rex fuerit & ſacerdos, & ante ſacerdotiũ functus ſacerdotio, vt nõ Gẽtes ex Iudæis, ſed Iudæi à Gẽtibus ſacerdotium acceperint: neq; vnctus oleo ſacerdotali, vt Moyſi pręcepta conſtituunt, ſed oleo exultationis, & fidei puritate: nec carnis & ſanguinis victimas immolauerit, & brutorum animalium ſanguinẽ dextra ſuſceperit, ſed pane & vino ſimplici puroq; ſacrificio, Chriſti dedicauerit Sacramentũ, & multa alia quæ epiſtolæ breuitas non recipit.

Chriſtus hoſtia & ſacerdos.

Matth. 26. Luc. 17. Sacramẽta corporis & ſanguinis Chriſti cognoſci nõ poſſunt.

Offerre ſacrificium ſemper Deo. Pſal. 109.

51 IDEM tomo. 4. in Ezechiel. Cap. 44. Ipſe eſt princeps & Pontifex, ſecundùm ordinem Melchiſedech, & hoſtia, & ſacerdos, qui in conſpectu Patris nobiſcum cœleſtem comedit panem, & vinum bibit, de quo loquitur in Euangelio: Non bibam de genimine vitis huius, niſi cùm bibero illud nouum in regno Patris mei. In illo videlicet regno, de quo & ipſe alibi ait: Regnum Dei intra vos eſt. Clauſaq; erit porta. Nemo enim poteſt paſsionis Domini, corporisq; eius & ſanguinis, pro maieſtate rei, Sacramenta cognoſcere. *Et prope finem.* Qui autem talis extiterit, vt miniſtret in ſanctuario, & atrium ingrediatur interius, & offerat ſemper Deo ſacrificium, ita vt verus ſacerdos ſit, imò imitator eius de quo ſcriptum eſt: Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech: iſte nullã habebit hæreditatem niſi Deum, qui eſt hæreditas eius.

Chriſtus cur ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech.

Ioan. 6.

52 IDEM tom. 7. in Pſal. 109. Hoc ſolùm dicamus, quare dixerit, ſecundùm ordinem. Secundùm ordinem, nequaquàm ſacerdos eris ſecũdùm victimas Iudaicas, ſed eris ſacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech. Quomodò enim Melchiſedech Rex Salẽ obtulit panẽ & vinũ: ſic & tu offeres corpus tuũ & ſanguinẽ, verũ panẽ, & verũ vinũ. Iſte Melchiſedec, iſta myſteria quæ habemus, dedit nobis. Ipſe eſt qui dixit: Qui manducauerit carnẽ meã, & biberit ſanguinem meum. Secundùm ordinem Melchiſedech tradidit nobis Sacramentum ſuum.

53 IDEM tom. 6. in Matth. Cap. 26. Vt ſup. Lect. 10. lit. D. auth. 30.

54 GREGOR. Nyſſenus, de Vita Moyſi. Vt ſup. Lect. 10. lit. B. auth. 3. & 4.

Sacerdotiũ Melchiſedech.

Ioan. 6.

55 EPIPHANIVS Hęreſi. 55. Melchiſedechianorum. Quãdoquidem ex ipſo ex circuncisione futurum erat ſacerdotiũ, vt omnis altitudo quæ ſe effert contra cognitionem Dei, per cognitionẽ Dei deſtrueretur, ad hoc vt ne ſe iactans circuncisio de ſacerdotio, contradicere poſsit ſacerdotio ſanctæ Eccleſiæ: Abrahã enim obtulit ipſi Melchiſedech decimã: qui verò ab Abraham deſcẽderũt, ipſi Leui offerũt & Aarõ. Poſt tempus autem cùm rurſus eſſet ſacerdotium ex circuncisione per Aaron & filios ipſius, cõſequẽter Scriptura dicit per Dauidẽ, poſt generationes duodecim à generatione Leui, ſeptimam verò à ſucceſsione Aaron: natura viſum eſt, vt in veteri ſacerdotio ſacerdotalis dignitas ne cõſtituatur, verùm ad id quod ante Leui & ante Aaron fuit, ſecundùm ordinem Melchiſedech ſacerdotium transferatur: quod ſanè nũc in Eccleſia viget, à Chriſto & hucuſq;, dum non amplius ſemen ſecundùm ſucceſsionem eligitur, ſed forma iuxta virtutem quæritur. Primum enim ſacerdotiũ in pręputio per Abel perficitur, ſed & deinceps per Noe. Tertium verò per Melchiſedech. *Et poſt pauca.* Quando Abraham fuit annorum octoginta octo, aut nonaginta plus minus, tũc Melchiſedech ipſi obuiã venit, & propoſuit ipſi panes & vinum, myſteriorũ ænigmata præfigurans & exemplaria: cùm Dominus noſter dicat: Ego ſum panis viuens: & exemplar ſanguinis ipſius, qui ex latere ipſius cõpuncto, fluxit ad purgationem inquinatorum, & reſperſionem ac ſalutem animarum noſtrarum.

Defunctorũ nomina non ſine fructu proferuntur in Miſſa.

56 IDEM Hæreſi. 75. cõtra Aërium. De eo verò quòd proferantur nomina vita defunctorum, quid hoc magis fuerit vtile? Quid cõmodius & magis admiratione dignum? Quòd credũt præſentes, quòd hi qui deceſſerunt, viuunt, & non ſunt nulli, ſed ſunt & viuunt apud Dñm. Et vt pientiſſimam prædicationem recenſeam, quòd ſpes eſt orãtibus pro fratribus velut qui in peregrinatione ſint. Proſunt autem & preces pro ipſis fientes, etiam ſi totam culpam nõ abſcindant. Verùm enimuèro, eo quòd nos ſæpe, dùm in mundo ſumus, fallimur & erramus, tùm inuiti, tùm voluntariè, quo id quod perfectius eſt, ſignificetur, & pro iuſtis, & pro peccatoribus memoriam facimus: pro peccatoribus quidem miſericordiam Dei implorantes: pro iuſtis verò & Patri-

Patribus, & Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis, Euangeliſtis, martyribus, ac confeſſoribus, Epiſcopiſq; & anachoretis, & pro vniuerſo ordine, vt Dominum Ieſum Chriſtum ab hominum ordine ſeparemus, per honorem quem ipſi exhibemus: & vt adorationem ipſi præſtemus, illud mente voluentes quòd Dominus non eſt alicui homini adæquatus, etiamſi millies & vltrà, in iuſtitia degat vnuſquiſque homo. *Et mox.* Deinde verò rurſus ad propoſiti argumenti conſequentiam deueniam, quòd Eccleſia neceſſariò hoc perficit traditione à patribus accepta. Quis autem poterit ſtatutum matris diſſoluere, aut legem patris? Velut Salomon dicit: Audi fili ſermones patris tui, & ne repudies ſtatuta matris tuæ. Oſtẽdẽs per hoc, quòd & in ſcriptis, & ſine ſcripto, docuit pater, hoc eſt, Deus, & vnigenitus, & Spiritus ſanctus. Mater autem noſtra Eccleſia, habet ſtatuta in ſe poſita, quæ diſſolui non poſſunt. Cùm itaq; ordinata ſint in Eccleſia ſtatuta, & benè ſe habeant, & omnia mirabiliter fiant, confutatus eſt rurſus etiam hic ſeductor.

Prouerb. 1.

Multa Deus docuit etiã ſine ſcripto.

57 IDEM in Epiſtola ad Ioannẽ Epiſcopum Hieroſolymitanum. Cùm vidiſſem quia multitudo Sanctorum fratrum in monaſterio conſiſteret, & ſancti presbyteri, Hieronymus & Vincentius, propter verecundiam & humilitatem, nollent debita nomini ſuo exercere ſacrificia, & laborare in hac parte miniſterij, quæ Chriſtianorum præcipua ſalus eſt, inuenire autem & comprehendere ſeruum Dei non poſſes, qui te, eo quòd graue onus ſacerdotij nollet ſuſcipere, ſæpe fugiebat, ſed nec alius quis Epiſcoporum facilè eum reperiret. Vnde & ſatis miratus ſum quomodò diſpenſatione Dei ad nos venerit cum diaconis monaſterij & cæteris fratribus, vt mihi ſatisfaceret: quia neſcio quid aduerſùm eos habebam triſtitiæ. Cùm igitur celebraretur collecta in Eccleſia villæ, quæ eſt iuxta monaſterium noſtrum, ignorantem eum, & nullam penitus habentẽ ſuſpicionem, per multos diaconos apprehendi iuſſimus, & teneri os eius, ne fortè, liberari ſe cupiens, adiuraret nos per nomen Chriſti. Et primùm diaconum ordinauimus, proponentes ei timorem Dei, & compellẽtes vt miniſtraret: valde quippe obnitebatur, indignum ſe eſſe conteſtans. Vix ergo compulimus eũ, & perſuadere potuimus teſtimonijs Scripturarum, & propoſitione mandatorum Dei. Et cùm miniſtraret in ſanctis ſacrificijs, rurſus eũ ingenti difficultate, tento ore eius, ordinauimus presbyterũ, & iiſdem verbis quibus anteà ſuaſeramus, impulimus vt ſederet in ordine presbyterij.

D. Hieronymus recuſabat exercere ſacrificia.

58 THEODORETVS Cyrenſis Epiſcopus, Dialogo. 3. ex ſancti Ignatij Epiſtola. Euchariſtias & oblationes non admittunt, (*Hæretici*) quòd non confiteantur Euchariſtiam eſſe carnẽ Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, quæ pro peccatis noſtris paſſa eſt, quam Pater ſua benignitate ſuſcitauit.

Hæretici ſunt qui negant carnẽ Chriſti eſſe in Euchariſtia.

59 ATHANAS. Lib. variarũ. qq. ad Antiochũ Principem. quæſt. 34. Num ſentiũt aliqua beneficia etiã peccatorũ animę, cùm ſuper illis fiunt cõuẽtus, & per actiones bonorum operũ & oblationũ? *Reſponſio.* Si non aliquo beneficio participarent ex illo, non vtiq; in cura & exequijs, fieret cõmemoratio. At ſicut vitis floreſcit extrà in agro, & odorẽ eius ſentit in vaſe vinum recluſum, ſicq; conflorescit etiã ipſum: ita intelligimus peccatorum animas participare aliqua beneficia ab exangui immolatione & gratificatione pro ipſis facta, ſicut ſolus ordinat & præcipit, qui viuorum & mortuorum poteſtatem gerit, Deus noſter.

Exanguis immolatio pro defunctis.

60 ET Quæſtione. 38. Sicut omnes qui per ſanguinem irrationalium animalium putantes Deo immolationem eſſe offerendam, Chriſti exangue ſacrificium corrumpunt, & abominabile faciũt: ita omnes qui carnem circuncidunt, ſpiritalem circunciſionem, ſcilicet, ſanctũ Baptiſma, vilipendunt & euertunt.

Exangue ſacrificium Chriſti.

61 AVGVST. tomo. 1. retractationum, Lib. 2. Cap. 11. Hilarius quidam vir tribunicius laicus Catholicus, neſcio vnde aduerſùs Dei miniſtros, vt fieri aſſolet, irritatus, morem qui tũc eſſe apud Carthaginẽ cœperat, vt Hymni ad altare dicerentur de Pſalmorũ libro, ſiue ante oblationem, ſiue cùm diſtribueretur populo quod fuiſſet oblatũ, maledica reprehẽſione vbicunq; poterat, lacerabat, aſſerens fieri non oportere. Huic reſpõdi iubẽtibus fratribus, & vocabatur liber ipſe, Contra Hilarium.

Hymni & Pſalmi dicebantur ad altare ante & poſt oblationem.

62 IDEM Lib. 9. Confeſſionum, Cap. 12. Nam neq; in eis precibus quas tibi fudimus, cùm offerretur pro ea ſacrificium pretij noſtri, iam iuxta ſepulcrum poſito cadauere, priuſquàm deponeretur, ſicut

Pro ſancta Monica defuncta oblatum eſt Deo ſacrificium.

illic fieri ſolet, nec in eis precibus ego fleui, &c.

63 IDEM tom.2.Epiſt.23. ad Boniſacium. Vide ſuprà, Lectione. 11. litera. G. authorit. 12.

64 ET Epiſt. 57. ad Dardanum. Vt ibidem, auth. 14.

65 ET Epiſt. 59. ad Paulinum. Vide ibidem, auth. 15.

66 ET Epiſt. 95. ad Innocentium Papam. Inde Melchiſedech prolato Sacramento menſæ Dominicæ, nouit æternum eius ſacerdotium figurare.

Figura Melchiſedech.

67 ET Ep.ſt.86. ad Caſulanum. Neq; enim Dominicus dies ſine ſacrificio, quod Deo charum eſt, peragitur, quia non ieiunatur. *Et poſt pauca.* Nam dies Reſurrectionis Domini, prima Sabbathi à Matthæo, à cæteris autem tribus vna Sabbathi dicitur: quem cõſtat eum eſſe, qui Dominicus poſteà appellatus eſt. Aut poſt peractum diẽ Sabbathi, noctis initio fuerant congregati, quæ vtiq; nox iam ad diem Dominicum, hoc eſt, ad vnam Sabbathi pertinebat: & ita eadem nocte fracturus panẽ ſicut frangitur in Sacramento corporis Chriſti, produxit ſermonem vſque ad medium noctis, vt poſt Sacramenta celebrata, rurſus vſque ad diluculum alloquens congregatos, quoniam multùm feſtinabat, luceſcente proficiſceretur Dominico die.

Die Dominico ſacrificium offertur.

68 ET Epiſt. 120. ad Honoratum, Cap. 27. Neque enim fruſtra ita diſtincti ſunt, vt de pauperibus ſuprà diceretur: Edent pauperes & ſaturabuntur: hîc verò, Manducauerunt & adorauerunt omnes diuites terræ. Et ipſi quippe adducti ſunt ad menſam Chriſti, & accipiunt de corpore & ſanguine eius: ſed adorant tantùm, non etiam ſaturantur, quia non imitantur. *Et ſtatim.* Sed quia ergo Deus excitauit eum à mortuis & donauit ei nomẽ quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum: fama celſitudinis eius, & gloria nominis eius in Eccleſia vſquequaque diffuſa, permoti & ipſi veniunt ad menſam, manducant & adorant, non tamen ſaturantur, quia non eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam.

Pſalm. 21. Suſcipitur corpus & ſanguis Chriſti. Philip. 2. Matth 5.

69 IDEM tom.3. De Trinitat. Lib. 3. Cap. 10. Vide ſup. Lectio. 10. litera. B. authorit. 11.

70 IDEM Lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus, Cap. 75. In Euchariſtia non debet pura aqua offerri, vt quidam ſobrietatis falluntur imagine, ſed vinum cum aqua mixtum: quia & vinum fuit in redemptionis noſtræ myſterio cùm dixit: Non bibam amodo de hoc genimine vitis. Et aqua mixtum, non quòd poſt Cœnam dabatur, ſed quòd de latere eius lãcea perfoſſo, aqua cum ſanguine egreſſa, vinum de vera eius carnis vite cum aqua expreſſum oſtenditur.

In Euchariſtia miſcẽda eſt aqua vino. Matth. 16. Ioann. 19.

71 IDEM Lib. De Fide ad Petrum, Cap. 19. Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites, ipſum vnigenitũ Deũ Verbũ carnẽ factũ, ſe pro nobis obtuliſſe ſacrificium & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis: cui cũ Patre & Spiritu ſancto, à Patriarchis, & Prophetis, & ſacerdotibus, tempore veteris Teſtamenti, animalia ſacrificabantur: & cui nunc, id eſt, tempore noui Teſtamenti, cum Patre & Spiritu ſancto (cum quibus illi eſt vna diuinitas) ſacrificium panis & vini, in fide & charitate, ſancta Eccleſia Catholica per vniuerſum orbem terræ offerre non ceſſat.

Chriſtus ſe Deo obtulit ſacrificium et hoſtiam: & id etiã nunc offert Eccleſia.

72 IDEM tom. 5. De Ciuit. Dei, Lib. 10, Cap. 4. *in initio.* Huic nos ſeruitutem, quæ latria Græcè dicitur, ſiue in quibuſq; Sacramentis, ſiue in nobis ipſis debemus. *Et in fine.* Sacrificium certè nullus hominũ eſt qui audeat dicere, deberi niſi Domino ſoli.

Sacrificium ſoli Deo debetur.

73 ET Cap. 19. Sicut orãtes atq; laudãtes ad eũ dirigimus ſignificantes voces, cui res ipſas in corde, quas ſignificamus, offerimus: ita ſacrificantes, non alteri viſibile ſacrificium offerẽdum eſſe nouerimus, quàm illi cuius in cordibus noſtris inuiſibile ſacrificium nos ipſi eſſe debemus.

Viſibile ſacrificium ſoli Deo offerendum.

74 ET Cap. 20. Verus ille Mediator in quantum formam ſerui accipiens, Mediator effectus eſt Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus, cùm in forma Dei ſacrificium cum Patre ſumat, cum quo & vnus eſt Deus: tamen in forma ſerui ſacrificium maluit eſſe, quàm ſumere, ne vel hac occaſione quiſquàm exiſtimaret cuilibet ſacrificandum eſſe creaturæ. Per hoc & ſacerdos eſt ipſe offerens, ipſe & oblatio. Cuius rei Sacramentum quotidianum eſſe voluit Eccleſiæ ſacrificium, cùm ipſius corporis ipſe ſit caput, & ipſius capitis ipſa ſit corpus, tam ipſa per ipſum, quam ipſe per ipſam ſuerit offerri. Huius veri ſacrificij multiplicia variaque ſigna & erant ſacrificia priſca ſanctorum, cùm

1. Tim. 2. Philip. 2. Chriſtus ſacerdos & hoſtia voluit vt idem ſacrificium in Eccleſia quotidie offeretur.

cùm hoc vnum per multa figuraretur, tanquàm verbis multis res vna diceretur, vt ſine faſtidio multum cōmendaretur. Huic ſummo veroq; ſacrificio, cuncta ſacrificia falſa ceſſerunt.

Sacrificia antiqua, figuræ fuerunt ſacrificij Miſſæ.

75 E T Lib.16.Cap.22.Tūc benedictus eſt(*Abraham*) à Melchiſedech, qui erat ſacerdos Dei excelſi, de quo in Epiſtola quæ inſcribitur ad Hebręos(quam plures Apoſtoli Pauli eſſe dicunt, quidam verò negant) multa & magna conſcripta ſunt. Ibi quippe primùm apparuit ſacrificium quod nunc à Chriſtianis offertur Deo toto orbe terrarum, impleturque illud, quòd longè poſt hoc factum per Prophetam dicitur ad Chriſtū, qui fuerat venturus in carnem: Tu es ſacerdos in æternum ſecūdùm ordinem Melchiſedech. Non ſcilicet ſecundùm ordinem Aaron, qui ordo fuerat auferendus, illuceſcentibus rebus quę illis vmbris prænotabantur.

In toto orbe offertur Deo ſacrificium præfiguratū in Melchiſedech.
Hebr. 7.
Pſal. 109.

76 E T Lib.17.Cap. 17. Iam nuſquàm eſt ſacerdotium & ſacrificium ſecundùm ordinem Aaron, & vbique offertur ſub ſacerdote Chriſto, quod protulit Melchiſedech quando benedixit Abraham.

77 E T Cap.20. Nā & in alio libro qui vocatur, Eccleſiaſtes, vbi ait: Non eſt bonū homini, niſi quod manducabit, & bibet: quid credibilius dicere intelligitur, quàm quod ad participationem menſę huius pertinet, quam Sacerdos ipſe Mediator Teſtamenti noui exhibet, ſecundùm ordinem Melchiſedech, de corpore & ſanguine ſuo? Id enim ſacrificium ſucceſſit omnibus illis ſacrificijs veteris Teſtamenti, quę immolabantur in vmbra futuri.

Eccleſ. 3.
Sacrificium Miſſę ſucceſſit omnibus ſacrificijs veteris Teſtamenti.

78 E T Lib.18.Cap. 35. Hoc ſacrificiū per ſacerdotiū Chriſti ſecūdū ordinē Melchiſedech, cū in omni loco à Solis ortu vſq; ad Occaſum Deo iā videam⁹ offerri, &c.

79 E T Lib.22. Cap.8. Vir tribunicius. Heſperius, qui apud nos eſt, habet in territorio Fuſſalenſi fundum, Cubedi, appellatum, vbi cùm afflictione animalium & ſeruorum ſuorum, domum ſuam ſpirituū malignorum vim noxiam perpeti cōpiſſet, rogauit noſtros, me abſente, presbyteros, vt aliquis eorum illò pergeret, cuius orationibus cederent. Perrexit vnus, obtulit ibi ſacrificium corporis Chriſti, orans quantum potuit, vt ceſſaret illa vexatio: Deo protinus miſerante, ceſſauit.

Domus liberatur à dęmonijs, oblato ibi ſacrificio corporis Chriſti.

80 E T Cap.10. Vt ſup. Cap.2. Lectio. 2.lit.B.autho.18.

81 I D E M tom.6. contra aduerſarium Legis & Prophetarū, Lib.1. Cap. 19. Si ſacrificia, quæ in illo tēplo ſecūdùm veterem Legem offerebātur Deo, tāquàm idolorum ſacrificia dānarētur, vel tāquàm dæmonijs immolata, nullo modo ipſe Dn̄s Chriſtus leproſo quem mundauerat, diceret: Vade oſtende te ſacerdoti, & offer munus quod præcepit Moyſes in teſtimoniū illis. Nondum enim dederat pro ſacrificijs illis omnibus, ſui corporis ſacrificium, nondū ſuſcitauerat ſui corporis templum.

Matth. 8.
Sacrificium corporis Chriſti ſucceſſit ſacrificijs veteris Legis.

82 E T Cap. 20. Hæc quippe Eccléſia eſt Iſraël ſecundùm ſpiritum, à quo diſtinguitur ille Iſraël ſecūdùm carnem, qui ſeruiebat in vmbris ſacrificiorū, quibus ſignificabatur ſingulare ſacrificium, quod nūc offert Iſraël ſecūdùm ſpiritum, &c. *Et longè pòſt*. Ad cōmēdandū ſacrificiū ſalutare, in quo pro nobis ſacer ſanguis effuſus eſt, cuius vmbræ fuerāt ſacrificia, quæ de pecoribus immaculatis iuſſa ſunt immolari.

83 I D E M contra Fauſtū Manichæū, Lib.6.Cap.5. Et audetis tamen etiā ſacrificia Teſtamēti veteris execrari, & idololatria nominare, & in huiuſmodi ſacrilegium nos quoque ſociare. Vnde pro nobis prius reſpōdemus, ſic illa iam nō eſſe in operibus noſtris, vt ea tamē in myſterijs diuinarum Scripturarū ad intelligēda quæ his prænūciata ſunt, amplectamur: quia & ipſa figuræ noſtræ fuerunt, & omnia talia multis & varijs modis vnum ſacrificium, cuius nunc memoriā celebramus, ſignificauerunt. Vnde iſto reuelato, & ſuo tempore oblato, illa de agendi celebritate ſublata ſunt, ſed in ſignificandi authoritate manſerunt.

Sacrificia priſca fuerunt figura noſtri ſacrificij.

84 I T E M Lib.20. Cap. 18. Verum ſacrificium, quod vni vero debetur Deo, quo eius altare ſolus Chriſtus impleuit, in victimis pecorum imitata dæmonia, ſibi arroganter expoſcunt. Vnde dicit Apoſtolus: Quæ immolant Gentes, dæmonijs immolant, & non Deo, &c. Vnde iam Chriſtiani peracti eiuſdē ſacrificij memoriā celebrant ſacroſancta oblatione, & participatione corporis & ſanguinis Chriſti.

Verū ſacrificium ſoli Deo debetur.
1.Cor. 10.
Oblatio corporis & ſanguinis Chriſti.

85 E T Cap. 21. Vt ſup. Cap. 2. Lectio. 2.litera.B.authoritat.14. *Et deinde*. Longè quippe minoris peccati eſt ebrium redire à martyribus, quàm vel ieiunum ſacrificare martyribus. Sacrificare martyribus dixi, non dixi ſacrificare Deo in memorijs martyrum: quod frequentiſſimè facimus illo dūtaxat ritu, quo ſibi ſacrificari

Sacrificatur Deo, nō ſanctis.

noui Teſtamenti manifeſtatione præcepit: quod pertinet ad illum cultum, quæ latria dicitur, & vni Deo debetur. Sed quid agam? Et tantæ cæcitati iſtorum hæreticorum quando demonſtrabo quã vim habeat quod in pſalmis cauitur: Sacrificiũ laudis glorificabit me, & illic via eſt, vbi oſtendum illi ſalutare meum? Huius ſacrificij caro & ſanguis ante aduentum Chriſti per victimas ſimilitudinũ promittebatur, in Paſsione Chriſti per ipſam veritatem reddebatur: poſt aſcenſum Chriſti per Sacramentum memoriæ celebratur.

Pſal. 49.

86 IDEM tom. 8. in Pſal. 109. *Verſu, Tu es ſacerdos in æternum, &c.* Secundùm id quod natus eſt de Patre, Deus apud Deum, coæternus gignenti, non ſacerdos: ſed ſacerdos propter carnem aſſumptam, propter victimam quàm pro nobis offerret à nobis acceptam. *Et paulò pòſt:* Sed ſacerdos ſecundùm quid? Nunquid erunt iſtæ hoſtiæ victimæ oblatæ à Patriarchis, aræ ſanguinis, & tabernaculum, & illa prima Teſtamenti veteris Sacramenta? Abſit. Iam illa ſublata ſunt, euerſo iam templo, remoto illo ſacerdotio, pereunte victima eorum & ſacrificio. Hæc nec Iudæi habent, vident periſſe iam ſacerdotium ſecundùm ordinem Aaron, & non agnoſcunt ſacerdotium ſecundùm ordinem Melchiſedech.

Victimam à nobis acceptam pro nobis obtulit Chriſtus.

87 ET in Pſalm. 110. *Verſu: Eſcam dedit timentibus ſe.* Eſcam quæ non corrumpitur, panem qui de cœlo deſcendit, quem nullis meritis dedit. Etenim Chriſtus pro impijs mortuus eſt. Nemo ergo talem eſcã daret, niſi miſericors & miſerator Dominus. Quòd ſi tãtam dedit huic vitæ, ſi Verbum carnem factum peccator iuſtificãdus accepit, quid in futuro ſeculo glorificatus accipiet?

Ioan. 6.
Rom. 5.
Verbũ carnem factum accipimus in Euchariſtia.

88 OPTATVS Afer, Mileuitanus Epũs, de ſchiſmate Donatiſtarũ, Lib. 6. *in initio.* Quid.n. eſt tam ſacrilegũ, quàm altaria Dei (in quibus & vos aliquando obtuliſtis) frãgere, radere, remouere? In quibus vota populi, & mẽbra Chriſti portata ſunt: quo Deus Omnipotens inuocatus ſit: quo poſtulatus deſcẽdit Spiritus ſanctus, vnde à multis pignus ſalutis æternæ, & tutela fidei, & ſpes reſurrectionis accepta eſt. Quid eſt enim altare, niſi ſedes & corporis & ſanguinis Chriſti? *Et mox* Si liuôris iudicio nos vobis ſordidi videbamur, quid vobis fecerat Deus, qui illuc inuocari conſueuerat? Quid vos offẽderat Chriſtus, cuius illic per certa momenta, corpus & ſanguis habitabat? Quid vos offendiſtis etiam vos ipſi, vt illa altaria frangeretis, in quibus ante nos per longa temporum ſpacia ſanctè (vt arbitrabamini) obtuliſtis? Dum impiè perſequimini manus noſtras illic vbi corpus Chriſti habitabat, feriſtis & veſtras. Hoc modo Iudæos eſtis imitati: Illi iniecerũt man⁹ Chriſto in Cruce, à vobis percuſſus eſt in altari. Si Catholicos illic inſectari voluiſtis, vel veſtris illic antiquis oblationibus parceretis. Ibi modò ſuperbus inuẽtus es, vbi iã dudum humilis offerebas. Ibi libenter peccas, vbi pro multorũ peccatis orare cõſueueras.

Altare eſt ſedes corporis & ſanguinis Chriſti.
Quam multa beneficia hominibus in altari cõferantur.

89 PRIMASIVS, Lib. 1. In Cap. 2. Apocalyp. Qui vincet, dabo ei de Manna illo abſconſo, id eſt, de pane inuiſibili qui de cœlo deſcẽdit: qui ideò factus eſt homo, vt panem Angelorũ manducaret homo. In cuius figura illud in eremo Mãna præceſſit quod qui manducauerunt, ideò mortui à Domino perhibentur, quia increduli permanentes, de hoc abſcondito & ſpiritali ſingulariter Manna, quod immortalitatem fidelibus pollicetur, non manducauerunt, cùm dicit: Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam æternam in vobis. Nam qui etiam illo tunc cibo potuerunt ſpiritualiter paſci, eâdẽ meruerunt immortalitate potiri, vt Moyſes, & cęteri. Eundẽ enim cibũ ſpiritalem, docente Apoſtolo, manducauerunt: quia non eis obfuit Manna viſibile ſpiritualiter vtentibus cibo corporeo, ſicut nec hominib⁹ pręſentis tẽporis proderit ſpiritalis corporis Dominici Manna, ſi illud indignè ſuſcipiant, quia iudicium ſibi manducant & bibunt.

Apoca. 2.
Ioan. 6.
Pſal. 77.
Exod. 16.
Num. 11.
Ioan. 6.
Ioan. 6.
1. Cor. 10.
1. Cor. 11.

90 ET Lib. 3. in Cap. 11. Et vrnam auream habentem Manna, quia ſpirituale pabulum intra corpus ſapientię fulgôre decôrum gerit intellectum alijs prærogandum. Panis enim Dei eſt, qui de cœlo deſcendit, & dat vitam mundo.

Hebr. 9.
Ioan. 6.

91 CYRILLVS Hieroſolymitanus, Catecheſi. 5. myſtagogica. Vide ſup. Lect. 11. litera. B. auth. 5.

92 LEONTIVS Eutholius in Cap. 26. Matthæi. Demittens ſe ad noſtras infirmitates, in propoſita, ſcilicet panem & vinũ, immittit virtutẽ vitæ: & trãſmutat ea ad energiã ſuæ carnis, vt habeamus illa in viuificam participationem, & tanquàm ſemen viuificum inueniatur in nobis corpus vitæ.

In Euchariſtia fit trãſmutatio: & ineſt corpus vitæ.

93 LEO Magnus, Epiſt. 81. ad Dioſcorum. Vt autem in omnibus obſeruãtia noſtra concordet, illud quoq; volumus cuſtodiri, vt cùm ſolennior feſtiuitas conuentũ populi numeroſioris indixerit, & ad eam tanta multitudo conuenerit, quam recipere Baſilica ſimul vna non poſsit, ſacrificij Oblatio indubitanter iteretur, ne his tantùm admiſsis ad hanc deuotionem, qui primi aduenerint, videãtur hi qui poſtmodùm confluxerint, non recepti: cùm plenũ pietatis atq; rationis ſit, vt quoties Baſilicam, in qua agitur, præſentia nouæ plebis impleuerit, toties ſacrificium ſubſequens offeratur. Neceſſe eſt autem vt quædam pars populi ſua deuotione priuetur, ſi vnius tantum Miſſæ more ſeruato, ſacrificiũ offerre non poſsint, niſi qui prima diei parte conuenerint.

Sacrificij Oblatio quã do iterãda.

94 IOANNES Damaſcenus, de Fide orthodoxa, Lib. 4. Cap. 14. Vide ſuprà, Lect. 11. lit. A. authorit. 30.

95 THEOPHYLACT. in Luc. Cap. 22. Dicendo autem: Quod pro vobis datur, & effunditur: non pro ſolis Apoſtolis ſignat corpus eius eſſe datum, & ſanguinem eius eſſe effuſum: ſed pro humano genere. Quando igitur dicit: Quod pro vobis datur: intellige, pro veſtro hominum genere. Vetus enim Paſcha perficiebatur ob liberationem ſeruitutis ex Ægypto, & ſanguis agni propter ſeruata primogenita: nouum autem Paſcha propter remiſsionem peccatorum, & conſeruationem cogitationum ſanctificatarum, & cõſecratarũ Deo.

Pro omnib⁹ effuſus eſt Chriſti ſanguis.

96 CONCILIVM Nicænũ primũ, Canon. 14. Vide ſuprà, Lect. 12. litera. C. authorit. 4.

97 CONCILIVM Ancyranum, Cap. 1. (*tom. 1.*) Presbyteros qui ſacrificarunt, deinde contrà reluctati ſunt, nõ fraudulẽter & inſidioſè, ſed verè, nec hoc prius machinati ſunt, nec cõſultò ac de induſtria id fecerunt, & perſuaſerunt, vt tormentis ſubijci viderẽtur, cùm ea, ſpecie & opinione tantùm inferrentur: viſum eſt eos cathedræ quidem honoris eſſe participes, non licere autem ipſis offerre, ſeu ſermonẽ conferre, vel omnino ſacerdotale aliquod munus obire.

Sacerdotes ob quale peccatũ prohibeantur offerre.

98 CONCIL. Neocæſarien. Cap. 9. Si presbyter, qui corpore prius peccauerat, promotus fuerit, & ſi ante ordinationẽ peccaſſe cõfeſſus fuerit, ne offerãt, manens in alijs, propter aliud eius bonæ vitæ ſtudium.

99 ET Cap. 13. Presbyteri ruris, in Eccleſia ciuitatis Epiſcopo pręſente, vel preſbyteris vrbis ipſius, offerre nõ poſſunt, nec panẽ ſanctificatũ dare, calicẽq; porrigere.

Presbyteri in alienis Eccleſijs, nec Miſſam celebrẽt, nec dẽt Euchariſtiã.

100 CONCIL. Carthaginen. 3. Cap. 24. Vt in Sacramentis corporis & ſanguinis Domini, nihil amplius offeratur, quàm ipſe Dñs tradidit, hoc eſt panis & vinum aquæ mixtum. Nec amplius in ſacrificijs offeratur, de vuis & frumentis.

In Sacramẽtis corporis et ſanguinis Chriſti nihil offeratur niſi panis, & vinum aqua mixtum.

101 ET Cap. 29. Vt Sacramenta altaris non niſi à ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno die anniuerſario, quo Cœna Domini celebratur.

Sacramẽtum altaris à ieiunis ſumendum.

102 CONCILIVM Epheſinum. 1. Vide ſup. Lect. 10. lit. C. autho. 1.

103 SEXTA Synodus Conſtantinopol. Can. 29. (*tom. 2.*) Carthaginẽſis Synodi Canon dicit: Vt ſancta altaris non niſi à ſobrijs hominibus peragantur, excepto vno die in anno, in quo Cœna Domini peragitur: tunc fortaſſe propter aliquas in ijs locis occaſiones Eccleſiæ vtiles, Patribus hac diſpenſatione vſis.

Conc. Carthag. 3. cap. 29.

104 ET Cap. 32. Quoniam ad noſtram cognitionem peruênit, quòd in Armenorũ regione vinum tantùm in ſacra menſa offerunt, aquã illi non miſcentes, qui incruentum ſacrificium peragunt: adducentes Eccleſię Doctorem Ioannem Chryſoſtomum hæc dicentem in interpretatione Euangelij ſecundùm Matthæum: Quamobrem nõ aquam bibit cùm ſurrexit, ſed vinum: improbam aliam hæreſim radicitus extirpãs. Quoniam enim nõnulli aqua in myſterijs vſi ſunt, oſtendens quòd & quando myſteria tradidit, & quando poſtquàm reſurrexiſſet abſque myſterijs ſolam ac nudam menſam appoſuit, vſus eſt (inquit) vino ex genimine vitis: Vitis autem, vinum, non aquam generat: & ex eo, aquæ in ſacro ſacrificio adiunctionẽ, Doctorem ſubuertere exiſtimant: vt non ab hoc tempore in poſterum ignorãtia teneantur, Patris ſententiam orthodoxè aperimus. Cùm enim improba Hydroparaſtatarum, hoc eſt, eorũ qui aquæ defenſionem ſuſcipiebant, antiqua eſſet hæreſis, qui pro vino, ſola aqua in proprio ſacrificio vſi ſunt, refellens hic vir diuinus iniquam eiuſmodi hæreſis ſucceſsionem, & oſtendens quòd directè Apoſtolicæ traditioni aduerſatur, id quod iam dictum eſt, confirmauit. Quoniam autem & ſuæ Eccleſiæ, vbi eſt illi paſtoralis adminiſtratio tradita, aquam vino

Incruentum ſacrificium.

Aqua vinò miſcenda in ſacrificio.

miſcendam tradidit, quando incruentum peragi ſacrificium oportet, ex pretioſo ac honorando noſtri Redemptoris latere ex ſanguine & aqua cõtemperationem oſtendens, quæ in totius mundi viuificationem effuſa eſt, & peccatorum redemptionem, & in omni etiam Eccleſia, vbi ſpiritalia lumina refulſerunt, hic ordo diuinitus traditus ſeruatur. Nam & Iacobus Chriſti Domini noſtri ſecundùm carnem frater, cui Hieroſolymitanæ Eccleſiæ thronus primùm eſt creditus: & Baſilius Cæſareenſium Eccleſiæ Archiepiſcopus, cuius gloria omnem terrarum orbem peruaſit, myſtico nobis in ſcriptis tradito ſacrificio, ita tradendum in ſacro miniſterio ex aqua & vino ſacrũ calicem, ediderunt. Et qui Carthagine conuenerũt ſancti Patres, adeò apertè & præcisè mentionem fecere, vt in ſanctis nihil plus quàm corpus & ſanguis Domini offeratur, vt ipſe Dominus tradidit, hoc eſt, panis & vinum aqua mixtum. Si quis ergò Epiſcopus vel presbyter, non ſecũdùm traditum ab Apoſtolis ordinem facit, & aquã vino miſcens ſic immaculatum offert ſacrificium, deponatur, vt imperfectè, ac ſimpliciter myſterium enuncians, & quæ tradita ſunt, innouans.

Conc. Carthag. 3. c. 24.

LECTIO XIIII.

DOCTOR.

VERA planè ſunt hæc: ac proinde Miſſa non erit hominũ quædã inuentio, imò certiſsimum Ieſu Chriſti inſtitutum. Sed quid tu vocas Miſſam?

ADOLESCENS.

Oblationem ſpontaneam, qualem ſemel in Cruce Chriſtus pro nobis perfecit, qualemq́ue nos quotidie etiamnum in Eccleſia, ex eius inſtitutione, offerimus. Etſi autem Miſſæ nomen, cùm ſit peregrina dictio, ab Euangelij ſcriptoribus non fuerit vſurpata, ſatis eſt tamen quòd rei ipſius inſtitutio diligenter ab eis ſit explicata, & à Diuo Luca etiam Liturgia nominata.

DOCTOR.

Atqui ſcriptum eſt tamen, Ieſum ſemel in omnium noſtrûm ſalutem eſſe mortuum, & hac vna nos oblatione ſanctificaſſe. Quid ergò? nullane fit iniuria vnico illi ſacrificio hac tua tam frequenti oblatione ac Miſſa?

ADOLESCENS.

Minimè: tùm quòd nihil hîc à nobis fiat ſine diſerta ac expreſſa eius præceptione: tùm quòd hac vera, ſed tamen myſtica, cruenti illius holocauſti in Cruce perfecti recordatione, nihilo magis mortis eius virtutem ac vim debilitamus, quàm ille ipſe dum Patri ſemetipſum quotidie pro nobis offert.

DO-

DOCTOR.

Verùm quot Miſſæ celebrantur, tot videntur ſubinde noua offerri ſacrificia.

ADOLESCENS.

Nequaquàm: ſed vnum idemq́ eſt cum ſummo Crucis holocauſto, tametſi ratio ſit offerendi magnoperè diuerſa. [a] Alterum enim ſemel in Cruce cum viſibili ſanguinis profuſione, morteq́ue violenta, oblatum eſt:[b] Alterum verò quotidie fit, nulla eiuſmodi cæde, ſacerdotum opera ac miniſterio. Prius illud Aaronij [c] ſacerdotij ritum aboleuit, antiquauitq́; hoc alterum verò recèns inſtitutum eſt ad perpetuitatem ſacerdotij, ſecundùm ordinem Melchiſedech, in finem vſque ſeculi retinendam.

a Heb. 4. 7. & 13.

b Matth. 26. Iren. lib. 4. c. 34. Hiero. quæſt. 1. ad Hedib. Euſeb. Emiſſ. Orig. tract. 35. in Matth. Ambr. de Sacra. lib. 4. c. 5. Chryſoſt. de prodi. Iudæ. & in 2. Timot. 1. homil. 2. Nicol. Cabaſ. in Liturg.

c Gen. 14. Hebr. 7. Pſalm. 109. Martial. ad Burdega. c. 3. Iren. li. 4. c. 32. Cyp. cont. Iuda. lib. 1. c. 16. & 17. Euſeb. de demonſt. Euang. li. 1. c. 10. & lib. 5. c. 3. Hieron. in quæſt. ad Euag. & in Pſal. 109. Aug. de Ciuit. Dei lib. 18. c. 35.

DOCTOR.

Quidnam igitur commodi ex hoc ad nos Miſſæ ſacrificio redit?

ADOLESCENS.

Hoc ſanè nos donorum ac omnium gratiarum beneficio cumulat, quæ ex cruenta illa oblatione ſemel promanarunt. Nam omnis illius ferè vis ac efficientia, in nobis hac ratione diffunditur, ſi ritè ad tam præclarã Chriſti liberalitatem præparamur.[d]

d Matth. 26. Luc. 22. Mar. 14. 1. Corinth. 11.

DOCTOR.

Alterum igitur, quantùm ex oratione tua intelligo, ad veteris illius holocauſti vmbram ritè refertur, Alterum verò ad propitiatorij ſignũ: vt nimirùm credamus Chriſti quidem vnica [e] in Cruce oblatione Redemptionis noſtræ pretium ſemel fuiſſe perſolutum, Miſsæ verò ſacrificio, illius ipſius in Cruce facti, fructum ac efficientiam nobis ritè comparatis, exhibere.

e Hebr. 7. 10. & 13. 1. Petr. 1. Apoc. 1. 1. Ioan. 1. Aug. epiſt. 23. ad Boniſa.

ADOLESCENS.

Ita eſt, ac proinde quælibet Miſsa cenſeri non debet vel noua quædam præuaricationum noſtrarũ Redẽptio,

vel

vel nouum aliquod teſtamentum,perinde ac ſi teſtatoris cædem quandam, cruentamq́; ſanguinis effuſionem hîc oculis intueremur.

DOCTOR.

Rectè. Sed à quo eæ preces ac ceremoniæ reliquæ, quarum tam celebris eſt vſus in Miſſa,profectæ ſunt?

ADOLESCENS.

Partim quidem ab ipſis vſque Apoſtolis,partim verò ab [f] antiquiſsimis Eccleſiæ proceribus, vt hac tanquàm viua quadam rei geſtæ imagine, animi omnium in officio continerentur,& facilius ad veritatis contemplationem,veluti manu,ducerentur.

[f] *Dionyſ.Eccleſ.hier.c.3. Iacob.in Liturg.Clemen.Rom.lib.8.Conſt. Apoſt.Cypr. de can. Dom.Aug. epiſt.57.ad Dard. & epiſt.59. ad Paul.Baſi.ad Amphilo.c.17. & in Liturg.Cyril.Hieroſol.Catech.5.Chryſo.ho.14. ad Epheſ. & hom.3.ad Coloſ.& homil.36. in.1.ad Cor.& hom.de Adã & Eua.& ho.14.in Act.Apoſt.& hom.4 de Dei natu & ho. 14. &.41.in.1.ad Cor.& hom.51. ad popu.Antioch.& hom.17.ad Hebr.Canones veteres.*

AVTHORIT. SCRIPT.

A AD HEBR. Cap. 4. Vt ſup. Cap.1. Lect.8.lit.B.

ET Cap.7.Vt ſup. Cap.1.Lect. 4.lit. G. *Et deinde.* Talis enim decebat vt nobis eſſet Pontifex,Sanctus,Innocens, Impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cœlis factus: qui non habet neceſsitatem quotidie(quemadmodùm ſacerdotes) prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit ſemel ſe offerendo.

ET Cap. 13. Habemus altare de quo edere non habent poteſtatem qui tabernaculo deſeruiunt.Quorum enim animalium infertur ſanguis pro peccato in ſancta per Pontificem,horum corpora cremantur extra caſtra.Propter quod & Ieſus,vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum,extra portam paſſus eſt. Exeamus igitur ad eum extra caſtra, improperium eius portantes.

B MATTH. Cap.26.Vt ſup.Lect.10. litera.B.

C GENES. Cap.14.At verò Melchiſedech Rex Salem proferens panem & vinum (erat enim ſacerdos Dei Altiſsimi) benedixit ei,& ait: Benedictus Abraham Deo excelſo,qui creauit cœlum & terrã, & benedictus Deus excelſus, quo protegente,hoſtes in manibus tuis ſunt.

AD HEBRÆ. Cap. 7. Hic enim Melchiſedech Rex Salẽ ſacerdos Dei ſummi, qui obuiauit Abrahæ regreſſo à cæde Regum,& benedixit ei:cui & decimas omnium diuiſit Abraham: primùm quidem, qui interpretatur Rex iuſtitiæ:deinde autem,& Rex Salem,quod eſt,Rex pacis, ſine patre,ſine matre,ſine genealogia,neque initium dierum,neque finem habens, aſsimilatus autem Filio Dei,manet ſacerdos in perpetuum.

PSAL. 109. Iurauit Dominus & non pœnitebit eum: tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech.

D MATTH. Cap.26.
MARC. Cap.14.
LVC. Cap.22.
PRI. ad Cor.Cap.11.
} Vide ſup. Lect.10. lit.B.

E AD HEBR. Cap.7. Vide ſuprà, litera.B.

ET Cap. 10. Impoſsibile enim eſt ſanguine taurorũ & hircorum auferri peccata. Ideò ingrediens mundum dicit: Hoſtiam & oblationẽ noluiſti,corpus autem aptaſti mihi. Holocauſtomata & pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi:Ecce venio. In capite libri ſcriptum eſt de me, vt faciam Deus volũtatem tuã. Superius dicẽs:Quia hoſtias & oblationes,& holocauſtomata,& pro peccato noluiſti, nec placita ſunt tibi, quæ ſecundùm legem offeruntur, tunc dixi,Ecce venio vt faciam Deus voluntatem tuam.In qua voluntate ſanctificati ſumus per oblationẽ corporis Ieſu Chriſti ſemel.

Et vt ſuprà, Cap. 1. Lectione. 4. litera. G.

ET Cap. 13. Vt ſuprà litera. A.

PRIO. Petri, Cap. 1. Vt ſuprà, Cap. 1. Lect. 5. lit. I.

APOCALYP. Cap. 1. Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

PRIO. Ioan. Cap. 2. Vt ſuprà, Cap. 1. Lect. 4. lit. H.

AVTHORIT. PATR.

B 1 IRENÆVS aduerſùs hæreſes, Lib. 4. Cap. 34. Vide ſup. Lect. 10. lit. D. auth. 3.

2 HIERONYM tom. 3. Epiſt. 150. ad Hedibiam. q. 2. Vide ſup. Lect. 10. lit. A. auth. 10. & Lect. 13. auth. 49.

3 EVSEB. Emiſſenus, Homilia. 5. de Paſchate. Vide ſup. Lect. 10. lit. A. auth. 13. *Et deinde.* Ad cognoſcendum & percipiendum ſacrificiũ veri Dominici corporis, ipſa te roboret potentia conſecratoris. Et qui tunc latuit præfiguratus in Manna, ſit tibi nunc manifeſtatus in gratia. *Et mox.* Melchiſedech genealogia vel origo notitiam illius temporis latuit: & oblatione panis & vini, hoc Chriſti ſacrificium præfigurauit: de quo Propheta pronunciat: Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech.

Sacrificium veri Dominici corporis.

Pſal. 109.

4 ORIGEN. tomo. 2. in Matth. tractat. 35. Vide ſup. Lect. 10. Litera. D. auth. 18. &. 20.

5 AMBROS. tom. 4. De Sacramẽtis, Lib. 4. Cap. 5. Vide ſup. Lect. 10. lite. B. auth. 9.

6 CHRYSOST. tom. 3. Homilia de Proditione Iudæ. Vide ſupra, Lect. 10. lit. A. auth. 15.

7 IDEM tom. 4. in poſte. ad Timoth. Hom. 2. Vide ſup. Lectio. 10. litera. A. authorit. 16.

8 NICOLAVS Cabaſilas in Liturgia, Cap. 28. (*Habetur in Bibliotheca SS. PP. tom. 4.*) Et quænã eſt fides? Ipſe dixit: Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus. Ipſe etiam iuſſit Apoſtolis, & per illos vniuerſæ Eccleſiæ hoc facere. Hoc enim (inquit) facite in meam recordationem. Non iuſſiſſet autem facere, niſi eſſet poteſtatem daturus vt poſſent hoc facere. Et quænam eſt poteſtas? Spiritus ſanctus qui ex alto Apoſtolos armauit, ſicut à Domino ipſis dictum eſt: Sedete in ciuitate Hieruſalem, donec induamini virtute ex alto. Hoc eſt opus illius deſcẽſus. Nõ enim ſemel deſcendit, deinde nos reliquit, ſed eſt & erit ſemper nobiſcum. Propterea enim eum miſit Seruator, vt nobiſcum maneat in ęternum. Et alium (inquit) aduocatum mittam vobis, vt maneat vobiſcum in ęternum, Spiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere, quia non videt ipſum, nec cognoſcit ipſum: Vos autẽ cognoſcitis ipſum, quia apud vos manet, & eſt in vobis. Is per manum & linguam ſacerdotum myſterium peragit. Neque verò Spiritum ſolum miſit ad nos Dominus, vt maneat nobiſcum, ſed ipſe etiam pollicitus eſt ſe nobiſcum manſurum vſque ad conſummationem ſeculi. Sed paralitus quidem adeſt inuiſibiliter, quia ipſe corpus nõ geſtauit: Dominus autem videtur, & contrectatur per veneranda & ſacra myſteria, vt qui noſtram naturam & ſuſceperit & ferat in æternum. Hæc eſt ſacerdotij poteſtas, hic eſt ſacerdos. Etenim qui ſeipſum ſemel obtulit & ſacrificauit, à ſacerdotio non ceſſauit, ſed perpetuum hoc ſacrificij munus nobis obit, per quod etiã eſt aduocatus pro nobis ad Deũ in æternũ. Qua de cauſa ei dictũ eſt: Tu es ſacerdos in æternũ. Propterea nulla eſt fidelibus de donorũ ſanctiſicatione dubitatio, nec de alijs myſterijs, ſi ſecundùm propoſitũ & ſacerdotum preces peragantur.

Matth. 26.

Sacerdotum poteſtas quę eſt.

Luc. 14.

Ioan. 14.

Matth. 18.

Chriſtus ſemel ſe ſacrificauit, & adhuc ſacrificat.

C 1 MARTIALIS, Epiſt. ad Burdegalenſes, Cap. 3. Vide ſup. Lectio. 10. lit. D. auth. 14. & Lect. 13. auth. 29.

2 IRENÆVS aduerſùs hæreſes, Lib. 4. Cap. 32. &. 34. Vide ſup. Lect. 10. lit. D. auth. 1. &. 3.

3 CYPRIANVS aduerſùs Iudæos, Lib. 1. Cap. 16. Quòd ſacrificium vetus euacuaretur, & nouũ celebraretur: apud Iſaiã: Quid mihi multitudinem ſacrificiorum veſtrorum? Dicit Dominus: plenus ſum. Holocauſta & pinguamina agnorum, & ſanguinem taurorum & hircorum nolo: quis enim exquiſiuit iſta de manibus veſtris? Item in Pſal. 49. Non edam carnes taurorum, aut ſanguinem hircorũ bibam: ſacrifica Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua: inuoca me in die preſſuræ, & eruam te, & clarificabis me. Item in pſalm. eodem: Sacrificium laudis clarificabit me, & illic via in qua oſtendã illi ſalutare Dei. Item in pſal. 4. Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, & ſperate in Deum. Item apud Malachiam: Non eſt voluntas mihi circa vos, dicit

Iſai. 1.

Sacrificium vetus abolitũ, & nouũ celebratur.

Pſalm. 49.

Pſal. 4.

Malac. 1.

dicit Dominus, & ſacrificium acceptũ non habebo ex manibus veſtris: quoniam à Solis Ortu & vſq; in Occaſum, clarificatum eſt nomen meum apud gentes, & in omni loco odores incenſi offerẽt nomini meo, & ſacrificium mundum: Quoniam magnũ eſt nomen meum apud Gentes, dicit Dominus.

4 ET Cap. 17. Quòd ſacerdotiũ vetus ceſſaret, & nouus ſacerdos veniret, qui in æternum futurus eſſet: in Pſalmo, Ante Luciferum genui te. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, Tu es ſacerdos in ęternum ſecũdùm ordinem Melchiſedech. Item in Regum primo, Deus ad Heli ſacerdotẽ. Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, qui omnia quæ ſunt in corde meo faciet, & ædificabo ei domum fidelẽ, & trãſibit in cõſpectu Chriſtorum meorum omnibus diebus: & erit, qui remanſerit in domo tua, veniet adorare in obolo pecuniæ & pane vno.

Pſal. 109.

1. Reg. 2.

5 EVSEBIVS Cæſarienſis, demonſtrationis Euangelicæ, Lib. 1. Cap. 10. Dum nulla præſtantior, neque maior, neque pretioſior, neque cõuenientior victima hominibus aderat, ſacrificia interim ex animalibus, pro ſua ipſorum vita redimenda, & quoddam quaſi naturæ propriæ animatum pretium, ipſi Deo reddere illos conuenienter oportebat, ſicut etiã Dei veteres amici & cultores faciebant. Qui venerabilẽ quandam, Deoq; acceptam, & magnam hoſtiã vẽturam olim ad homines, diuino indicante Spiritu, tantò antè didicerant, quæ totius mundi expiatio exiſteret. Cuius etiam ſigna quædam & notas ipſi intereà obirẽt, atque perficerent, quippe qui & Prophetæ eſſent, & eius quod futurum expectaretur, figuram in ſe quandam antè gerentes. Vbi autem quod perfectũ erat aduênit, quemadmodùm vaticinia Prophetarum prædixerant, priora illa deſierũt, & præſtantiore verioreque ſacrificio illico ſublata ſunt. *Et mox.* Quando igitur ſecundùm teſtimonia Prophetarum inuentum eſt magnum, magniq; æſtimandum, pro redimendis & Iudæis pariter & Græcis pretium, illud videlicet pro toto mundo piaculum, illud pro anima cũctorum hominum ſacrificium, illa pro omni macula & peccato puriſsima hoſtia, ille vtiq; Agnus Dei, illa Deo accepta & mũdiſsima Ouis, ille Agnus de quo Prophetæ tam multa dixerunt, per cuius diuinam ac myſticam doctrinã, omnes nos qui de Gentibus aſſumpti ſumus, remiſsionem priorum peccatorum inuenimus: Ex quo etiam Iudæorum, quicunque in illo ſpem habuerint, à Moyſi execratione liberãtur: meritò ſanè, quando illius memoriam corporisq; eiuſdem & ſanguinis recordationẽ quotidie celebrant, & ad longè pręſtantius & ſacrificiũ & munus, aſſumpti ſunt, quàm illud antiquius fuerit. *Et poſt pauca.* Itaque poſt omnia quaſi mirabilem quandam victimam, ſacrificiumq; eximium Patri ſuo operatus pro noſtra omnium ſalute obtulit, eiuſq; rei memoriam vt nos ipſi Deo pro ſacrificio offerremus, inſtituit. *Et ſub finem.* Hæc igitur omnia quæ ab initio diuinitus prædicta ſunt, in præſenti tẽpore per Euãgelicam Saluatoris noſtri doctrinam, ab omnibus Gentibus celebrantur, propheticę voci teſtimonium afferente veritate, per quam vocem Deus, Moſaycis reiectis ſacrificijs, quod futurum erat noſtrum ipſorum inſtitutum, diuinitus nunciat, dicens: Quoniam ab Ortu Solis vſq; ad Occaſum nomen meum glorificatum eſt in Gentibus, & in omni loco incenſum offertur nomini meo, & hoſtia munda. Sacrificamus igitur Deo Altiſsimo ſacrificium laudis: ſacrificamus Deo plenum, & odorem afferens, & ſacroſanctum ſacrificiũ: ſacrificamus nouo more, ſecundùm nouum Teſtamentum, hoſtiam mundam.

Præſtantiore ac veriore adueniẽte ſacrificio, omnia antiqua ſublata ſunt, quæ figuræ tantũ erãt.

Sacrificium corporis & ſanguinis Chriſti, reliquis antiquæ Legis præſtãtius.

Inſtituit Chriſtus vt ſacrificium offeratur.

Moſayca ſacrificia reiecta.

Malach. 1.

Sacrificam⁹ Deo ſacroſanctum ſacrificium.

6 ET Lib. 5. Cap. 3. Diligenter attendendum eſt illud, Tu es ſacerdos in æternum. Non enim eris, ait, qui olim non fueris: ac ne fuiſti quidem anteà, nunc autem non es. Sed ab eo qui dixit: Egu ſum, qui ſum: Tu es, & ſacerdos in æternum permanes. Quoniam igitur neque à tempore ſacerdotij initium accepit, neque de tribu ſacerdotum exortus eſt Chriſtus, neque artificioſè inſtructo corporalique oleo inunctus, neque finem quidem vllum ſacerdotij eſt habiturus: neque item ſolis Iudæis, ſed omnibus Gentibus conſtituendus: Propter hæc omnia meritò illum à miniſterio Aarõ liberat, quod figuram gerebat, & ſecundũ ordinẽ Melchiſedech ſacerdotem futurũ affirmat. Et ſanè oraculi exit⁹ admirabilis, ei qui contempletur quemadmodùm Saluator noſter Ieſus, qui eſt Chriſtus Dei, ipſius Melchiſedech ritu, ea quæ ad ſacerdotium in hominibus gerendum ſpectant, per ſuos miniſtros perficiat. Nam quemadmodum ille qui ſacerdos Gentiũ erat, nuſquàm videtur ſacrificijs corporalibus functus, ſed vino ſolo & pane, dũ ipſi Abrahã bene-

Pſal. 109.

Exod. 3.

Sacerdotiũ Aaron & Melchiſedech.

benedicit: ita ſanè primus ipſe Saluator ac Dominus noſter, deinde qui ab ipſo profecti ſunt ſacerdotes, in omnibus Gentibus ſpirituale, ſecūdùm Eccleſiaſticas ſanctiones, ſacerdotij munus obeuntes, vino ac pane & corporis illius & ſalutaris ſanguinis myſteria repræſentāt. *Et vide ſup. Lect. 13. auth. 19. & 20.*

7 HIERONY. tomo. 3. Epiſtola 126. ad Euagrium. Vide ſup. Lectio. 13. auth. 50.

8 IDEM tomo. 7. In Pſal. 109. Vt ſuprà, Lect. 13. auth. 52.

9 AVGVSTINVS tomo. 5. De Ciuit. Dei, Lib. 18. Cap. 35. Vide ſup. Lect. pręcedenti, auth. 78.

E 1 AVGVSTINVS tomo. 2. Epiſtola. 23. ad Bonifacium. Vt ſup. Lectione. 11. litera. A. auth. 2.

F 1 DIONYSIVS Areopagita. Lib. de Eccleſiaſtica Hierarchia, Cap. 3. Incipiamus per ſingula myſterij ſanctiſsimi ritum, exactiſsimamq́, cōfectionem: & quod ſpiritaliter ſignet, indagare pergamus.

Ritus celebrandi Miſſam.

Altare incenſatur.

Itaq; Pontifex quidem vbi orationem ſanctam ſupra diuinum altare peregit, ex ipſo incenſum adolere inchoans, omnem fani ambitum circuit. Demum ad ſanctū altare iterum rediens, pſalmorum incipit melos, concinentibus ſecum ſacra carmina omnibus Eccleſiaſtici ordinis gradibus.

Pſalmi canuntur.

Lectio Scripturarum.

Deinde miniſtrorū officio ſanctarū Scripturarum lectio ſuo ordine recitatur, poſthæc extra delubrum catechumeni fiūt, & cū ipſis energumeni, & ij quoq; qui in pœnitētia ſunt. Manēt autē intus ſoli, qui diuina ſpectare merentur atq; percipere. Porrò miniſtrorum alij quidem pro clauſis tēpli foribus adſtant: alij proprij aliquid muneris agunt: qui verò ipſius ordinis præcipui ſunt, vnà cum ſacerdotibus, ſanctum panem, & benedictionis calicem ſacroſanctis altaribus imponunt, cùm antè præceſſerit ab omni clero vniuerſalis laus atq; cōfeſsio.

Vniuerſalis confeſſio.

Pax datur.

Ad hæc venerandus Antiſtes orationem ſanctiſsimam peragens, Pacem ſanctam omnibus nunciat, & cùm ſe mutuò omnes ſalutauerint, myſtica ſanctorū recitatio fit. Vbi verò manus tùm Antiſtes, tùm ſacerdotes aqua lauerunt, Pontifex ad mediū diuini aſsiſtit altaris: circunſtant autē ſoli cum ſacerdotibus, electi quiq; ex miniſtrorū numero. At verò Pōtifex cū diuina munera laude proſecutꝰ fuerit, ſacroſancta & auguſtiſsima myſteria conficit, & quæ antè laudauerat, venerandis operta atq; abdita ſignis, in conſpectum agit, diuinaq, munera reuerēnter oſtendens, ad ſacram illorum cōmunionē & ipſe conuertitur, & reliquos, vt cōmunicēt, hortat. Sūpta demum, atq; omnibus tradita cōmunione diuina, gratias referens, finem myſterijs imponit. *Et vide ſup. Lectione. 10. litera D. auth. 13.*

Oſtenditur Euchariſtia.

Communio in Miſſa.

2 IACOBVS Apoſtolus in Liturgia, *In initio.* Deus ſis mihi peccatori propitius, peccaui in cœlum & coram te, neq; dignus ſum qui oculos obuertam huic ſacræ & ſpiritali menſę, in qua vnigenitus filius tuus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus, mihi qui peccator ſum & omnibꝰ maculis labefactatus, myſticè proponitur in ſacrificium. Proinde hanc orationem & gratiarum actionē tibi offero, vt mihi Spiritus tuus Paraclitus mittatur, fortificans ac inſtaurans me ad hanc Miſſam, &c.

Oratio ante Miſſam.

Varij ritus in celebratione Miſſa.

Deinceps vtitur thure accenſo ad altare: cantatur Hymnus ter ſanctus: legūtur Lectiones ex vtroq; teſtamento: varię fundūtur preces; & Sancti inuocantur: catechumeni excluduntur: recitatur ſymbolum Apoſtolorū: datur pacis oſculū: oratur pro defunctis: Crucis ſignum effingitur: fit cōmixtio corporis & ſanguinis Domini: multæq; aliæ adhibentur ceremoniæ & ritus.

3 CLEMENS Papa martyr, conſtitutionum Apoſtolicarum, Lib. 8. Cap. 16. Ponit præfationē ante cōſecrationem. Deinde variæ ponuntur orationes. Et cap. 20. ponitur Hymnus Angelorum. Demum cap. 23. dimittitur populus à diacono dicente; Ite in pace.

Gloria in excelſis, Pręfatio.

4 CYPRIANVS Sermone de Cœna Domini. Finem igitur legalibus ceremonijs impoſiturus, parari ſibi voluit Paſcha, & ex cōſuetudine Legis ea quæri, quę ſolennitas exigebat, agnum aſſum, panes azymos & lactucas agreſtes. Non oportet eſſe fermētarios noui Teſtamēti miniſtros, puras ſynceraſq; mentes ſanctum quærit cōuiuium, in veru Crucis boni odoris aſſatio, omnem excoquat carnalium ſenſuum cruditatem, & induret ſolidetq; mentis affectus, nec in Eccleſiæ ſanctæ ſacrificio vlla ſit macula, ſed pura ſimplicitas & innocentia vitæ in vna Eccleſiæ Catholicæ domo à fidelibus de Ægypto egredičtibus, tranſito mari rubro, lotis Chriſti ſanguine affectibus, offeratur. Cœna itaq; diſpoſita, inter ſacramentales epulas obuiarunt

Quales ſacerdotes requirit Chriſtus.

ſibi

ſibi inſtituta antiqua & noua,& cōſumpto agno quę antiqua traditio proponebat, inconſumptibilem cibum Magiſter apponit diſcipulis:nec iam ad elaborata impenſis & arte conuiuia populi inuitātur, ſed immortalitatis alimonia datur,à communibus cibis differens, corporalis ſubſtantiæ retinēs ſpeciem, ſed virtutis diuinæ inuiſibili efficientia probans adeſſe præſentiam. Significata olim à tempore Melchiſedech prodeunt Sacramēta,& filijs Abrahæ facientibus opera eius, ſummus ſacerdos panem profert & vinum. Hoc eſt(inquit) corpus meum. Manducauerant & biberant de eodem pane,ſecundùm formam viſibilem,ſed ante verba illa cibus ille communis tantùm nutriendo corpori commodus erat,& vitæ corporalis ſubſidium miniſtrabat: ſed ex quo,&c.*Vt ſup Lect.10.lit.A.auth.2. Et longè poſt.* Sed Hierarcha pius,quem Spiritus ſanctus compungit, excitat,inhabitat, & ſanctificat, eleuatione manuū Crucis myſteriū repræſentans, confidenter orat pro ſua & populi ignorantia, recolēs pudibūdè & conſtituti animi confeſſione , quòd aliquando præualente aduerſùm ſe peccato, fuerit derelictus.

Differentia cænæ Iudaicæ,& Cænæ Dominicæ.

Matth. 26. Marc. 14.

Sacerdos celebrans, manus eleuat, confeſſionēque facit.

5 AVGVST. tomo.2.Epiſtola.59.ad Paulinum. Vide ſup.Lectione.11. litera.A. authorit.15.

6 ET Epiſt.57.ad Dardanū.Vide ſup. Lect.11.lit.A.authorit.14.

7 BASILIVS Lib. de Spiritu ſancto,ad Amphilochium,Cap.27. Vide ſup. Lect.13.auth.43.

8 IDEM in Liturgia plurimas habet ceremonias quibus nūc vtitur Eccleſia.

9 CYRILLVS Hieroſolymitanus, Catecheſi.5.myſtagogica. Vide ſup . Lect. 11.litera.B.auth.5.

10 CHRYSOST. tom.4.ad Epheſios,Hom.14.Perpende cum quibus tempore myſteriorum adſtes , nempe cū Cherubim,cum Seraphim. Seraphim neminē vituperant, ſed vnus & idem vſus ora illorum adimplet,nempe benedicendi & glorificandi Deum. Quomodò potes ergo cū illis dicere,Sanctus,Sanctus,Sanctus, qui ore tuo ad vituperiū abuteris ? *Et mox.* Tu verò cum Cherubim apud Thronum Regis conſtitutus, conuiciaris fratrem ? Non vides ſacra illa vaſa?Non ad vnum illa ſemper vſurpantur ? Audet'ne quiſquàm illis ad aliud quicquam vti ? Iam tu vaſis iſtis ſanctior es,idq; multò. Cur igitur teipſum ſordidum reddis & pollutū? In cœlis conſiſtis,& vituperas?Cum Angelis conuerſaris,& vituperas? Tot ac tantis rebus os tuū adornauit Deus,vtpote hymnis Angelicis, cibo non tantùm Angelico,ſed Angelicam etiam dignitatē ſuperanti,oſculo ſuo, complexibus etiam ſuis, & vituperas?

Adſtant Cherubim in Miſſa.

Sanctus,Sanctus, Sanctus, in Miſſa.

Vſus ſacrorum vaſorū in Miſſa.

11 IDEM ad Coloſſen.Hom.3.Si ergo Angelos habemus,ſobrij ſimus,tanquàm ſi pædagogi quidam nobis adeſſent. Adeſt nanque & dæmon,propterea oramus,ac dicimus petentes Angelum pacis : & vbique pacem petimus. Nihil enim illi adæquari poteſt. In Eccleſijs pacē,in precationibus, in ſupplicationibus,in præfationibus,& ſemel,atque iterum,ac tertiò,& ſæpe eandē, qui Eccleſiæ præeſt,impertit, dicens : Pax vobis.*Et paulo poſt.*Mox atq; præſul Eccleſiæ ingreditur,dicit:Pax omnibus. Quādo cōcionatur:Pax omnibus. Quādo benedicit,Pax omnibus.Quādo ſalutē eptare iubet,Pax(inquit)omnibus. Quando ſacrificiū abſoluitur: Pax omnib*9*:& intereà rurſus,Gratia vobis & pax.Quomodò ergo ab ſurdū nō eſt,quòd cùm toties pacē habēdū nobis audiamus, nihilominus hoſtiliter inuicē alius alium impugnamus?Accipientes pacem,& reddētes,ei qui pacem affert inimicamur? Dicis: Et ſpiritui tuo : & extra Eccleſiam illum traducis?

Pax in Miſſa datur ſæpius.

12 IDEM in Pri.ad Corinth.Hom.36. Vbi igitur nos cœpimus loqui: Cum ſpiritu tuo,Plebs reſpondet:ita quondā ſcilicet, locutos ſignificare volens , nempe non ſapiētia propria,ſed Spiritu Dei inſtinctos. *Et mox.* Pacem & nunc Epiſcopus, velut paternam domū ingreſſus,omnibus optat: ſed pacis eius nomen frequens quidem extat,res prorſus nulla.*Et poſt pauca.* Num & hîc cœlum dubitas? Menſam iſtam vide, cuius gratia conſtituta ſit, & quapropter. Cogita quis hic ſit progreſſurus, ante progreſſum certè horrebis. Nam & Thronum modò Regis videns,animo conſurgit quiſquis egreſſum Regis expectat. Et tu igitur ante illud horrendum tempus, animo tremiſce,animo commoueare,priuſquàm vela reducta , & chorum Angelorum progreſſum vides, in ipſum vltrò cœlum aſcende.

Reſpondet populus: Et cum ſpiritu tuo.

13 IDEM tomo.1. Homil. de Adam & Eua.Cùm enim ſanctæ plebis Sacerdotes per mandata ſibimet data, legatione funguntur apud diuinam clementiam,humani generis cauſam , totamq; ſecum Eccleſiam aggregantes,atq; congemiſcentes, poſtulāt

ac

Celebratur ſacerdos pro varijs hominũ ſtatibus orat.

ac precantur vt infidelibus donetur fides, vt ab idololatria & impijs erroribus liberẽtur: vt Iudæis ablato cordis velamine, lux veritatis appareat: vt hęretici, Catholicę fidei perceptione reſipiſcant: vt ſchiſmatici ſpiritũ rediuiuæ charitatis accipiãt: vt lapſis pœnitẽtię remedia conferãtur: catechumenis ad regenerationis Sacramẽta perductis, cœleſtis miſericordię aula reſeref. Hęc nõ inaniter à Dño peti, rerũ ipſarũ monſtrat effectus. *Et vide ſup. Lect. 5. lit B. auth. 5.*

Miſſæ quomodo adſtãdum.

14 IDEM tom. 3. in Acta Apoſtolorũ, Hom. 24. Iterum alios video ſtare, & nugari dum preces fiunt, & quidã ex illis adhuc meliores ſcilicet, idẽ faciẽtes non ſolũ dum fiunt preces, ſed etiã dũ ſacerdos benedicit. O audaciã. *Et mox.* Et hoc profectò terribile, quòd non venis huc vt ſaltes in ludo, & chorea, & ſtes ſine ordine: neſcis quòd cum Angelis ſtas, cum illis cantas, cũ illis hymnos dicis, & ſtas ridens?

Oratio dæmones fugat.

Surſum corda.

55 IDEM tom. 5. de Incõprehenſibili Dei natura, Hom. 4. Nihil autem eſt quòd tã excurſionẽ eius (*Dæmonis ſcilicet*) aduerſùs nos arcêre, ac repellere valeat, quàm orandi ac deprecandi intentũ ſtudiũ. Haud enim illa Diaconi exhortatio erecti cõſtãtisq; frustra & ſine cauſa inſtituta ſancitáque eſt, ſed vt noſtras repẽtes humi cogitationes, erigeremus: vt noſtrum animũ preſſum, demiſſum, fatigatũ rerũ humanarum cura, reiecta omnî eiuſmodi ſolicitudine, erectũ, leuatum, recreatum Deo immortali repręſentaremus. Animũ igitur iubemur erigere.

1. Cor. 10. Fractio hoſtiæ. Exod. 12. Ioan. 19.

16 IDEM tom. 4. in Pri. ad Cor. Hom. 24. Sed quare addit: Quẽ frãgimus? Hoc in Euchariſtia videlicet. In Cruce autẽ minimè, ſed omnino contrà. Os enim (inquit) eius nõ cõteretur. Sed quod in Cruce paſſus non eſt, id in oblatione patitur, & propter te frangi permittit. *Et vide ſuprà Lect. 10. lit. B auth. 14.*

Non fruſtra in Miſſa fit memoria defunctorum.

57 ET Hom. 41. Abierit mortuus peccator ſanè, gaudere decet, peccata impedita eſſe, & non accumulatũ malũ, nitiq; quantùm fieri poteſt vt iuuetur nõ lacrymis, ſed prece, ſupplicationibus, eleemoſynis, oblationibus. Non eſt temerè hoc excogitatũ, nec fruſtra memoriã mortuorũ inter ſacra myſteria celebramus, aut accedimus pro iſtis Agnum illũ iacentẽ & peccata mundi tollentem, deprecantes: ſed vt his conſolatio hinc aliqua fiat. Nec temerè qui altari aſſiſtit, inter horrẽda myſteria clamat: Pro omnibus in Chriſto dormientibus, & pro his qui memoriã celebrant illorũ. Nã nunquàm iſta fiant, neq; hæc dicãtur, ſi pro illis cõmemorationes non fierẽt. Neq; enim ſcena iã amplius noſtra ſunt, ſed Spiritus ordinatione fiunt. Opitulemur igitur his, fratres, memoriã pro ipſis faciamus. Nã ſi Iobi illius liberos, patris victima purgauit, quid dubites, è nobis quoq, ſi pro dormientibus offeramus, ſolatij quiddã illis acceſſurum? Gratificari Deus propter alios alijs ſolet, quod Paulus hic oſtendit: vt ex multis (inquit) perſonis pro dono in nos collato, per multos gratiæ pro nobis agantur. Ne defatigemur mortuis auxilium ferendo, preces pro illis offerendo. Cõmunis totius orbis victima preces ſunt. Hinc pleni fiducia pro toto etiã orbe ſupplicamus, inter martyres, inter confeſſores, inter ſacerdotes, mortuos recenſemus. Vnũ eñ corpus omnes ſumus, ſint mẽbra licet alia alijs illuſtriora. Vndiq; veniã ipſis impetrare licet, precibus pro ipſis effuſis, muneribus datis, cõſortio eorũ inter quos velut cõmune corpus referũtur. Quid ergò doles? Quid lacrymaris? Cũ impetrandæ mortuo venię tot extẽt rationes?

Iob. 1.

1. Corin. 1.

In Miſſa alter alterum amplectitur. Oratur pro ægrotis, & pro fructibus.

18 IDEM tomo. 5. Ad populũ Antiochenũ, Hom. 51. Propterea & in myſterijs alter alterũ amplectitur, vt vnũ multi fiamus: & ſuper nõ ſacratis cõmunes facimus preces, pro ægrotantibus orantes, & mũdi fructibus tam terræ quàm maris.

Frequens Cõmunio.

Sancta Sanctis.

19 IDEM tomo. 4. Ad Hebræos, Homilia. 17. Hæc dicens, non ab vna in anno perceptione vos veto, ſed volo ſemper vos accedere: ſanctis hæc conceſſa ſunt. Hoc etiam diaconus inſonat in illa hora ſanctos vocans, & per hanc vocem veluti maculas inſpiciens. *Et paulò pòſt.* Stat igitur nũc etiã preco noſter, non caput vnius cuiuſque continens & producens, ſed omnia ſimul capita interiora continens, & nõ eis conſtituit alios accuſatores, ſed ipſos ſibi. Non enim dicit: Si quis fortè hunc accuſat. Sed quid? Si quis ſeipſum accuſat. Quando enim dicit: Sancta, ſanctis: hoc dicit. Si quis non eſt Sanctus, non accedat. Non ſimpliciter dicit: A peccatis mundus: ſed, Sanctus. Sanctum enim non mundatio peccati tantùm facit, ſed etiam præſentia Spiritus, & bonorum operum opulentia. Non enim (inquit) volo à cœno vos mundos eſſe, ſed etiam albos eſſe, & pulchros. *Vide ſup. Lect. 13. authorit. 40.*

LECTIO XV.

DOCTOR.

QVandoquidem ſuperius à te dictum eſt, ſacrificio Miſſæ defunctos iuuari, ſupereſt vt nobis illud probes.

ADOLESCENS.

Hoc ex diuinis literis pro cõperto habemus, [a] tẽporariã peccatorũ pœnã non vnà cũ eorundẽ reatu dimitti: ſimulq́; ex iiſdẽ hoc docemur, nihil ſorde peccati inquinatum, cœlo ſiſti poſſe.[b] Quòd ſi labes eiuſmodi non hîc in terris vel pœnitẽtia aliqua & corporis caſtigatione, vel indulgentiarũ virtute, quæ à ſummis Pontificibus authoritate [c] clauium exhiberi ſolent, vel aliqua deniq; alia ratione per purgantur, certum eſt locũ nobis aliquẽ poſt hanc vitam huic conquirendæ puritati ac innocentiæ deſtinatũ eſſe: & is eſt quem ritè ex oraculo Scripturæ, Patres omnes Purgatorium [d] nominarunt.

a *Nu.32. 1.Reg.34. Exod.32.*
b *Apocal.21.*
c *Matt.18. Ioan.10. 2.Cor.1. Coloſ.1. Tertul.li.2.ad vxor. Cypr.li.1 epiſt.3. Baſil.can.57. Chryſoſt. lib.3. de ſacerd.*
d *2.Maca.12. Matth. 5.& 12. 1.Cor.3. Tertu.de exhor.caſti. & de monoga. & ad vxo. Orige in Hiere. & ad Rom. lib. 8.c. 12. Cyp.li.1.epiſt. 9. & li 4.epiſt.5. Gregor.Nazi.orat.in Caſar. Dionyſ. Eccleſ. hier.c.7. Chryſ.hom. 3.ad Philipp. & ho. 4.ad Heb.et ho.41. in.1.ad Cor. Aug.li. 2.de Gene.cont. Manich.cap. 10. & in enchiri.c.110. & de cura pro mortu. c.4. & Confeſ.lib.9. cap. 11.& 12. & de Ciuit.Dei, lib. 20.c.9. & li.21.c.13. Ambr.de obitu fratris.et de Abel lib. 1. c. 9. Epiph.a.contr.Aeriũ.*

DOCTOR.

Sed quid huic intereà rei Miſſa prodeſſe poteſt?

ADOLESCENS.

Quàmplurimùm. Vis enim eius & efficientia, eos omnes pertingit, qui Baptiſmo tincti, & tãquàm quædam Chriſti membra defuncti ſunt, opis tamẽ adhuc egent nõnullius, vt eò quò aſpirant, peruenire poſſint, iis interim affecti pœnis, quibus hoc ſacrificio, aut ſtatim omnino liberãtur, aut certè non parum quotidiè leuantur. Adde quòd non parum Eccleſiæ preces iis proſunt, qui fide & charitate in eam, tanquàm in aliquod corpus, coaleſcunt.

DOCTOR.

Sed vnde iſtam indulgentiarum doctrinam nobis adfers?

ADOLESCENS.

Ex ea voce qua Chriſtus Ieſus Petro claues Regni cœlorum conſignauit, quarũ ea eſt authoritas, vt peccati nõ modò reatus, verũetiã pœna ipſa remittatur, & illa quidem tẽporalis, debito tñ eius ex Chriſti & Sanctorũ meritis ritè perſoluto, ſi modò ad hãc ſeſe gratiã recipiendã, peccator oratione, ieiunio, ac cæteris eiuſmodi pietatis officiis, ritè componat: quæ res ad mortuos etiam, licet ratione diuerſa, peruenire ſolent.

AVTHORIT. SCRIPT.

A NVMER. Cap. 12. Vt ſuprà, Cap. 1. Lectio. 14. lit. C.

LIB. 2. Reg. Cap. 24. Vt ſup. Cap. 3. Lect. 9. litera. C.

EXOD. Cap. 32. Vt ſuprà, Lectio. 8. litera. B.

B APOCALYP. Cap. 21. Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciẽs, & mendacium, niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ Agni.

C MATTH. Cap. 18. Vt ſup. Cap. 1. Lect. 13. lit. M.

IOAN. Cap. 20. Vt ſuprà. Lectio. 7. litera. E.

POSTER. Ad Cor. Cap. 2. Cui autẽ aliquid donaſtis, & ego: nã & ego quod donaui, ſi quid donaui, propter vos in perſona Chriſti: vt non circũueniamur a Satana: nõ enim ignoramus cogitationes eius.

AD COLOS. Cap. 1. Vt ſup. Cap. 1. Lect. 12. lit. A.

D LIB. 2. Machabæorũ, Cap. 12. Et facta collatione, duodecim millia drachmas argenti miſit Iudas Hieroſolymam, offerri pro peccato ſacrificium, benè & religioſè de reſurrectione cogitans: (niſi enim eos qui ceciderant reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum videretur & vanum orare pro mortuis.) & quia cõſiderabat quòd hi qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repoſitam gratiam. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio, pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur.

MATT. Cap. 5. Eſto conſentiens aduerſario tuo dum es in via cum eo, ne fortè tradat te aduerſarius iudici, & iudex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouiſsimum quadrantem.

ET Cap. 12. Vt ſuprà, Cap. 1. Lect. 10. litera. F.

PRIOR Ad Corinth. Cap. 3. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Si quis autem ſuperædificat ſuper fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretioſos, ligna, fœnum, ſtipulam, vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit. Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur: & vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. Si cuius opus manſerit quod ſuperædificauit, mercedem accipiet: ſi cuius opus arſerit, detrimentum patietur: ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.

AVTHORIT. PATR.

C 1 TERTVLLIANVS, Lib. 2. ad Vxorem. Cap. 3. & 4. Quæuis mulier fidelis, Dominum obſeruet neceſſe eſt. Et quomodò poteſt duobus dominis deſeruire, Domino, & marito, adde Gentili? Gentilẽ enim obſeruando, Gentilia exhibebit, formam, extructionem, mundirias ſeculares, blanditias turpiores, ipſa etiam matrimonij ſecreta maculoſa: non vt penes ſanctos officia ſexus, cum honore ipſius neceſſitatis, tanquàm ſub oculis Dei modeſtè & moderatè tranſiguntur. Sed viderit qualiter viro officia pendat. Domino certè non poteſt pro diſciplina ſatisfacere, habens in latere diaboli ſeruum, procuratorem domini ſui, ad impedienda fidelium ſtudia & officia. Vt ſi ſtatio facienda eſt, maritus de die condicat ad balneas: ſi ieiunia obſeruanda ſunt, maritus eâdem die conuiuium exerceat: ſi procedendum erit, nunquàm magis familiæ occupatio adueniat. Quis enim ſinat coniugem ſuam viſitandorum fratrum gratia, vicatim aliena & quidem pauperiora quæque tuguria circuire? Quis nocturnis cõuocationibus, ſi ita oportuerit, à latere ſuo eximi libenter feret? Quis deniq; ſolennibus Paſchę abnoctantem ſecurus ſuſtinebit? Quis ad conuiuium Dominicum illud, quod infamant, ſine ſua ſuſpicione dimittet? Quis in carcerem, ad oſculanda vincula martyris, reptare patietur? Iam verò alicui fratrum ad oſculum conuenire? Aquam ſanctorum pedibus offerre? De cibo, de poculo inuadere, deſiderare, in mente habere? Si & peregrè frater aduenia, quod in aliena domo hoſpitium? Si cui largiendum erit, horreum, proma, præcluſa ſunt.

Matt. 6. Vxor quomodò marito debeat obedire.

2 CYPRIANVS, Lib. 2. Epiſt. 3. ad Cæcilium. Vide ſup. Lectio. 10. lite. D. authori. 22.

3 BASILIVS Epiſt. ad Amphilochium, Can. 54. De inuoluntarijs cædibus ſcio me ante hoc tempus in octauo Canone, cuius eſt principium, Qui ſecuri ad ſuam pietatem, &c. ſcripſiſſe pro viribus, & nihil vltra illa poſſum dicere. Eſt autem tuæ prudentiæ pro circunſtantiæ proprietate, pœnas intendere, vel remittere.

Cuius ſit pœnas imponere vel remittere.

 4 CHRY-

4 CHRYSOST. tom.5.Lib.3. De Sacerdorio. Parenres nos in præſentem, ſacerdotes in vitam æternam generant. Atque illi certè ne corporalem quidem interitum à liberis amoliri poſſunt: neque ingruentem morbum propulſare, cùm hi laborantē, ac morti iamiam propinquā animam identidem ſeruarint, alijs remiſsiorem pœnam infligentes: alios prorſus labi non permittentes, non doctrinę ſolùm atq; commonitionis, ſed etiam precū præſidio: neque enim ſolùm cùm nos regenerāt, ſed posteà etiam condonādorum nobis peccatorum facultatem obtinent.

Sacerdotes pœnas imponunt, ac remittunt.

D 1 TERTVL. Lib. de Exortatione ad caſtitatem, Cap.11. Et iam repete apud Deum pro cuius ſpiritu poſtules, pro qua oblationes annuas reddas. Stabis ergo ad Deum cum tot vxoribus, quot illas oratione cōmemoras, & offeres pro duabus, & commemorabis illas duas per ſacerdotē de monogamia ob priſtinum de virginitate ſancitum, circūdatum virginibus ac vniuiris, & aſcendet ſacrificiū tuum libera fronte: & inter cæteras voluntates bonæ mentis, poſtulabis tibi & vxori caſtitatem.

Orationes & oblationes pro defunctis.

2 IDEM Lib. de Monogamia, Cap.10. Ipſam denique interrogo fœminam: Dic mihi ſoror, in pace præmiſiſti virum tuum? Quid reſpondebit? An in diſcordia? Ergo hoc magis ei iuncta eſt, cū quo habet apud Deum cauſam. Non diſceſsit, quæ tenetur. Sed in pace. Ergo perſeueret in ea cum illo neceſſe eſt, quem iam repudiare nō poterit, ne ſic quidem nuptura, ſi repudiare potuiſſet. Enimuerò, & pro anima eius oret, & refrigerium interim adſpoſtulet ei, & in prima reſurrectione conſortium, & offerat annuis diebus dormitionis eius.

Orandū pro defunctis.

3 IDEM Lib.2. Ad vxorē. Vide ſup. lit.C.auth.1.

4 ORIGEN. tom.1.in Hierem. Homil.12. Et vide ſi non vera ſit ratio. Quis.n. peccata non recipit? Nēpe ille qui poſt credulitatem aut Baptiſmum audierit Dñm dicentem, Dimiſſa ſunt tibi peccata: nec vltrà peccauerit. Si autem poſt lauacrum & veniam delictorum, rurſus ad priſtinas ſordes fuerimus reuerſi, & adhuc imperfecto ſenſu ab Apoſtolorū veſtigijs recedentes, aut iniuſta geſſerimus aliqua, aut certè in ipſa iuſtitia ſint aliqua nata peccata, quid nobis fiat conſideremus: vtrum'ne egredientes de præſenti ſeculo, ſi habuerimus vitia vel virtutes, recipiemus pro virtutibus præmia, & dimittētur nobis ea quæ ſciēter peccauimus: an plectemur pro delictis, neque recipiemus præmia pro virtutib⁹. Sed neutrum hoc verū eſt, quia & pro peccatis torquebimur, & pro iuſtitia recipiemus præmia, quæ meremur. Si enim poſt fundamentū Ieſu Chriſti non ſolùm in tuo corde aurum & argentū & lapidem pretioſum (ſi tamē habes aliquid auri vel argenti) ſuperędificaueris, verùm & ligna, fœnum, & ſtipulam, quid tibi vis fieri, cùm anima ſeiuncta fuerit à corpore? Vtrum'nam ingredi vis in ſancta cū lignis tuis, cum fœno & ſtipula, & polluas regnū Dei? An propter lignum, fœnum, & ſtipulam foris reſidere, & pro auro, argento, & lapide pretioſo nihil mercedis accipere? Sed neque hoc ęquum eſt. Quid igitur ſequitur, niſi vt primùm propter ligna ignis tibi detur, qui cōſumat fœnū, lignū, vel ſtipulamē &c. *Et poſt pauca.* Primùm quidem propter iniuſtitias tormēta perpetimur: deinde propter iuſtitiam, coronamur.

Poſt mortē, iuſti pręmia percipient, iniuſti torquebuntur.

1.Cor.3.

Ignis Purgatorij.

Prius tormenta dantur, deinde corona.

5 ET Hom.13. Et quomodò ſunt quędā vulnera quæ malagmatibus, & oleo, & alligaturis, redduntur priſtinę ſanitati: alia verò ſunt iſtiuſmodi de quibus dicatur, Non eſt malagma imponere, neque oleum, neque alligaturas; ſed terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ igne exuſtæ: ſic ſunt quædam peccata, quæ animam ſordidant, & indigent homine qui habeat proā, nitrique ſermonē: alia verò talia ſunt, vt non poſsint ſupradicti ſermonis virtute curari. Neq;.n. ſordibus cōparantur. Idcirco ſciēs differentias peccatorū, per Iſaiā Dñs dicit: Lauabit Dñs ſordes filiorū & filiarū Siō in ſanguine: emūdabit de medio eorū ſpiritu iudicij, & ſpiritu cōbuſtionis ſordes & ſanguinem. Sordes Spiritu iudicij, ſanguinē Spiritu cōbuſtionis. Si peccaſti, & peccatorum ſorde pollutus es, Lauabit Dñs ſordes filiorū & filiarū Sion, & ſanguinē emūdabit de medio eorū. Si autē mortale peccatū eſt, nō poſſumus nitro proaq; mūdari, ſed Spiritu iudicij, Spiritu cōbuſtionis & pœnitētię. Forſitan & Ieſus Baptizat Spiritu ſancto & igne, nō quia eundē in Spiritu ſancto atque igne Baptizet: ſed quo ſanctus Baptizetur Spiritu ſancto: & is qui poſt fidem & magiſterium Dei, rurſum ad ſcelera conuerſus eſt, cruciatu purgetur incendij. Beatus qui lauacrum accepit Spiritus ſancti, & ignis lauacro non indiget. Miſerabilis autem & omni fletu dignus, qui poſt lauacrum Spiritus,

Iſai.5.

Sap.16.

Quædā peccata curari poſſūt, quædā verò nō.

Iſai.4.

Purgatoriū incēdium.

Iſai. 1 1. Deut. 4. Ioann. 8. Apoca. 20.

Spiritus, Baptizandus eſt igni. Vtrunq; ſiquidẽ habet Baptiſma Ieſu. Exijt nanque virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendit. Virga peccatoribus, flos iuſtis. Sic Deus & Ignis conſumens, & lumẽ in Scripturis dicitur. Ignis peccatoribus, lumẽ ſanctis. Et Beatus qui habet partem in reſurrectione prima. Si quis ſeruauerit lauacrum Spiritus ſancti, iſte in reſurrectionis primę parte communicat. Si quis verò in ſecũda reſurrectione ſeruatur, iſte peccator eſt, qui ignis indiget baptiſmo, qui combuſtione purgatur, vt quidquid habuerit lignorum, fœni, & ſtipulæ, ignis abſumat.

6 IDEM tomo. 2. Lib. 8. in Epiſt. ad Roman. Cap. 12. *Verſus finem*. Qui verò verbi Dei & doctrinæ Euangelicæ purificationes ſpreuerit, triſtibus & pœnalibus purificationibus ſemetipſum reſeruat, vt ignis gehennæ in cruciatibus purget, quem nec Apoſtolica doctrina, nec Euangelicus ſermo purgauit: ſecundùm illud quod ſcriptũ eſt, Et purificabo te igni ad purificationẽ. Verùm hæc ipſa purgatio quæ per pœnam ignis adhibetur, quantis temporibus, quantiſ'ue ſeculis, de peccatoribus exigat cruciatus ſolus ſcire poteſt ille, cui Pater omne iudicium tradidit.

Ignis purgans. Num. 3 1.

Quãdiu duret purgatorij pœna ſolus nouit Chriſtus.

7 CYPRIA. Lib. 1. Epiſt. 9. Vide ſup. Lect. 13. auth. 22.

8 ET Lib. 4. Epiſt. 5. Sacrificia pro eis ſemper, vt meminiſtis, offerimus, quoties martyrũ paſsiones, & dies anniuerſaria cõmemoratione celebramus.

Sacrificia pro defunctis.

9 GREGOR. Nazianzenus, Oratione. 10. in laudem Cęſarij. Atq; alia quidem perſoluimus, alia verò daturi ſumus, anniuerſarios honores, & commemorationes offerentes, ij quidem certè qui ſuperſtites relinquẽtur. *Et prope finem*. Id autẽ continget, ſi pro noſtra erga ipſum charitate & ſpe, omnia feramus, omnia ſuſtineamus. Si pro omnibus rebus, tàm dextris quàm ſiniſtris, hoc eſt, tàm iucundis quàm triſtibus, gratias agemus. (Quandoquidem hæc plerunq; ſalutis arma eſſe, Scriptura teſtatur) ſi & noſtras & eorum qui tanquàm in cõmuni via paratiores, ad hoſpitium prius peruenerunt, animas ipſi commendemus. *Et vide eundem oratione. 4. in ſanctum Baptiſma, longè poſt medium.*

Oratio pro defunctis.

10 DIONYSIVS Areopag. Lib. de Eccleſiaſtica Hierarch. Cap. 7. Coacto ſancto cœtu, venerandus Antiſtes (ſiquidẽ ſacerdotalis ordinis fuerat, qui obdormiuit) ante ſanctum altare inclinans eum, orationem ad Deum inchoat, & gratiarũ actionẽ. Si autem aut honeſtiſsimis monachis, aut ſanctæ plebi inſertus erat, ad venerandum ſacrarium ipſum ante ſacerdotum reclinat ingreſſum, deinde precem cum gratiarum actione peragit Præſul. Deinceps verò miniſtri, diuinis inſerta eloquijs, veriſsima de noſtra reſurrectione promiſſa recitantes, conſentanea, tantundemq; valentia canũt pſalmorum cantica: deinde miniſtrorũ primus dimittit catechumenos, ſanctosq; iam defunctos concelebrat cum quibus & nuper vita functum pari laudatione proſequitur: hortaturq; omnes vt ſibiipſis identidem poſtulent beatam in Chriſto conſummationem. Poſteà accedens venerabilis Præſul, precem ſuper eo ſacratiſsimã peragit: & poſt orationem ipſe quoq; Pontifex defunctum ſalutat, & poſt illum, qui adſtant omnes. Vbi verò cuncti conſalutauerũt, ſuper defuncto fundit oleum Pontifex, & oratione pro omnibus facta, honeſto in loco ponit corpus, cum æqualibus alijs corporibus ſanctis. *Et longè poſt*. Precatur oratio illa diuinam clementiam, vt cuncta dimittat per infirmitatem humanã admiſſa peccata, defuncto: eumque in luce ſtatuat, & regione viuorum, in ſinibus Abrahæ, Iſaac, & Iacob, in loco vnde aufugit dolor, & triſtitia, & gemitus. *Et poſt pauca*. Ac fortaſſe (inquies) iſta quidem rectè à nobis dici, verùm ambigere cuius rei gratia Præſul diuinam precatur clementiam; defuncto peccatorum veniam poſtulans, & æqualem ſanctis ac lucidiſsimam ſortem. Si enim eorum, quæ in vita geſsit, bonorum aut malorum, à diuina iuſtitia percipiet præmia: perfecit autem actiones ſuas in vita iſta defunctus, quænam hunc oratio Præſulis ad aliam (præter illam quam meruit vitæ hîc actæ reſpondentem) transferet requiem? Non ignoro quidem & ego diuinis eloquijs accedens, ſingulis reddendam pro meritis ſortem: Quòd autem & iuſtorum preces, etiam in vita iſta, & nedum poſt mortem, ijs ſolis proſint qui digni ſunt, Scripturæ nos edocet ſacroſancta traditio. *Et mox*. Itaque Scripturæ ſacræ acquieſcens, vtiles in hac vita eſſe dixerim Sanctorũ preces, hoc modo ſcilicet, ſi quis ſanctorũ munerũ deſiderio incenſus, ad eaque percipienda piè affectus, paruitatis tamen propriæ conſcius, quẽpiam ſanctorum virorum adeat,

Exequiæ defunctorum quales.

Precatio pro defuncto.

Iuſtorũ preces defunctis proſunt.

Nedũ, id eſt, quanto magis. Teſte Damaſc. ſermo. de defunctis.

oretq; ſibi adintorem & precatorem accedere, capiet ex hoc omnino vtilitatē commoda cuncta excedentē. *Et iterum*. Hanc ſi quis ſpernat ſacroſanctā diſciplinā, atque infelici elatione ſeductus, dignū ſe diuina arbitretur familiaritate, ſanctosque deſpiciat: hic certè ſi petitiones indignas Deo, neque ſacras poſtularit, intentoque careat diuinorum deſiderio, ſibiq; ipſi conſentaneo, imperita poſtulatione per ſeipſum nunquàm potietur. Quænam verò de huiuſmodi prece, quā ſuper defuncto peragit Præſul, ex diuinis ducibus noſtris traditio peruenit ad nos, operæpretium eſt vt dicamus: Didicit igitur de Scripturis diuinitus traditis, vt his qui piè vixerunt, lucidiſsima diuinaq; vita pro merito ab æquiſsimis lancibus redditur, non recordante Diuina bonitate per Summam clementiam, maculas, quæ illis ex humana infirmitate adhæſerunt. Nullus enim (inquit) eſt mundus à labe. Iſta quidem nouit Pontifex promiſſa à ſanctis eloquijs: petit autem ea fieri donariq; eis qui piè vixerunt, præmia ſacra, &c. *Et mox*. Neq; vnquàm peteret Pontifex diuinæ iuſtificationis prædicator, quæ Deo ſciret non eſſe gratiſsima, & quæ largiturū ſe ille nequaquàm promiſiſſet. Quocirca profanis vita functis non iſta imprecatur.

Apoſtoli intelliguntur.
Hierem. 25.
Matth. 16.
Iob. 40.
Iuxta ſeptuaginta.

51 CHRYSOST. tomo. 4. ad Philippen. Homil. 3. Deplorato eos qui in diuitijs mortui ſunt, & nihil conſolationis ſuis ipſorum animabus ex diuitijs ſuis procurarunt: eos qui cùm poteſtatem abluēdorum peccatorum habuiſſent, noluerūt. Hos defleamus & priuatim & communiter omnes, ſed cum modeſtiæ decoro, ſed cū grauitate, ſed non velut ludibrio nos ipſos exponētes. Hos inquàm, nō vnum aut alterū deploremus diem, ſed omnem noſtram vitam. Non ſunt abſurdi affectus hæ lacrymæ, ſed magni amoris. Aliæ verò abſurdo & irrationabili affectu fiunt, atque ideò mox etiam deſinunt. Quando verò ex timore Dei naſcuntur, ſemper durant. Defleamus iſtos, iuuemus eos pro viribus, procuremus illis aliquid auxilij, modici quidem: attamen iuuemus eos. Quo modo, qua'ue ratione? Precātes, adhortemur & alios, vt pro illis orēt, pauperibusq; indeſinēter pro illis eleemoſynas demus. Habet res iſta nōnihil conſolationis. Audi quippe quid Deus dicat: Protegā ciuitatē iſtam propter me, & propter Dauid ſeruum meū. Si memoria duntaxat iuſti, tantùm valuit, quādo & opera pro tali fiunt, quid non poterunt? Non fruſtra ab Apoſtolis ſancitum eſt, vt in celebratione venerandorum myſteriorum, memoria fiat eorum qui hinc diſceſſerunt. Nouerūt illis multum hinc emolumenti fieri, multum vtilitatis. Stante ſiquidē vniuerſo populo, manus in cœlum extendente: cœtu item ſacerdotali, verēdoq; poſito ſacrificio, quomodò Deū nō placaremus pro iſtis orantes? Verùm iſtud quidem de illis dicimus qui in fide abſceſſerūt. Catechumenos verò nec iſto ſolatio dignamur, ſed omni huiuſmodi deſtituti ſunt auxilio, vno quodam dempto. Quonam illo? Pauperibus illorum nomine dare licet vnde illis nōnihil refrigerij accedit. Nam ita vult Deus vt nos inuicem mutuò iuuemus.

Qui mortui deplorandi, et quomodò.
Orationes et eleemoſynæ pro defunctis.
4. Reg. 19.
Apoſtoli ſanxerunt vt in Miſſa oretur pro mortuis.

52 ET Ad Hebr. Homil. 4. Dic mihi, quid ſibi volunt iſtæ lampades tam ſplendidæ? Non'ne ſicut athletas mortuos comitantur? Quid etiam hymni? Non'ne vt Deum glorificemus, & ei gratias agamus, quòd iam coronauit diſcedentem, quòd à laboribus liberauit, quòd à morte liberatū apud ſe habet? Non'ne propter hoc Hymni? Non'ne propter hoc Pſalmodia? *Et poſt pauca*. Contingat quidem nos omnes ſine luctu ex hac vita migrare, & ſecūdùm competentē naturæ Legem patres à filijs ſenes deduci, & matres a filiabus, & nepotibus, & pronepotibus, in pingui ſenectute, & nuſquàm contingere immaturam mortē. Contingat quidē hoc, & hoc opto: & præſidentes, & omnes vos rogo, vt alius pro alio Deum precemini, votumq; iſtud commune faciatis.

Lampades, Hymni, et Pſalmi, in exequijs defunctorum.
Orādum pro defunctis.

13 ET in Pri. ad Corinth. Hom. 41. Vt ſup Lect. 14. lit. F. auth. 17.

14 AVGVSTINVS tomo. 1. De Geneſi contra Manichæos, Lib. 2. Cap. 20. Qui coluerit agrum ſuum interius, & ad panem ſuum, quāuis cum labore, peruenerit, poteſt vſque ad finem vitæ huius hunc laborem pati: poſt hanc autem vitam nō eſt neceſſe vt patiatur. Sed qui fortè agrum nō coluerit, & ſpinis eum opprimi permiſerit, habet in hac vita maledictionem terræ ſuæ in omnibus operibus ſuis, & poſt hanc vitā habebit vel ignem purgationis, vel pœnam æternam. Ita nemo euadit iſtam ſententiā quæ prolata eſt in Adamū, Maledicta terra, &c. Sed agendum eſt, vt ſaltem in hac tantum vita ſentiatur.

Ignis purgatorius.
Gen. 3.

15 IDEM tomo. 3. In Enchiridio ad Lauren-

Laurentium, Cap. 110. Neque negãdum eſt defunctorum animas pietate ſuorum viuentium releuari, cùm pro illis ſacrificiũ Mediatoris offertur, vel eleemoſynæ in Eccleſia fiunt. Sed eis hæc proſunt, qui cùm viuerent, vt hæc ſibi poſteà prodeſſe poſſent, meruerunt. Eſt enim quidã viuẽdi modus, nec tã bonus, vt non requirat iſta poſt mortem: nec tam malus, vt ei non proſint iſta poſt mortem. Eſt verò talis in bono, vt iſta non requirat: & eſt rurſus talis in malo, vt nec his valeat, cùm hæc vita tranſierit, adiuuari. Quocirca hìc omne meritum comparatur, quo poſsit poſt hanc vitam releuari quiſpiam, vel grauari. Nemo autẽ ſe ſperet, quod hìc neglexerit, cùm obierit, apud Deum promereri. Non igitur iſta quæ pro defunctis commẽdandis frequentat Eccleſia, illi Apoſtolicæ ſunt aduerſa ſententiæ, qua dictum eſt: Omnes enim adſtabimus, &c. Quia & hoc meritum ſibi quiſq;, cùm in corpore viueret, cõparauit, vt ei poſsint iſta prodeſſe. Non enim omnibus proſunt. Et quare nõ omnibus proſunt, niſi propter differentiam vitæ quã quiſq; geſsit in corpore? Cùm ergo ſacrificia ſiue altaris, ſiue quarũcunq; eleemoſynarum, pro Baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro valde bonis, gratiarum actiones ſunt: pro non valde malis, propitiationes ſunt: pro nõ valde malis, etſi nulla ſunt adiumẽta mortuorũ, qualeſcunq; viuorum conſolationes ſunt. Quibus autem proſunt, aut ad hoc proſunt vt ſit plena remiſsio, aut certè tolerabilior fiat ipſa damnatio. *Hæc eadem habet iterum Auguſt. tom. 4. Lib. de octo quæſt. Dulcitij q. 2. & tom. 5. de Ciuit. Dei. Lib. 21. Cap. 24.*

Defunctis proſunt eleemoſynæ, & ſacrificium Miſſæ.

1. Cor. 15.

Quibus defunctis ſacrificia proſint, et quomodò.

16 IDEM tom. 4. Lib. de Cura pro mortuis gerenda, Cap. 4. Prouiſus ſepeliendis corporibus apud memoriam Sanctorũ, locus, bonæ affectionis humanæ eſt erga funera ſuorum: quoniam ſi nõnulla religio eſt, vt ſepeliantur, non poteſt nulla eſſe, quando vbi ſepeliantur, attenditur. Sed cùm talia viuorũ ſolatia requirũtur, quibus eorum pius in ſuos animus appareat, non video quæ ſint adiumenta mortuorum: niſi ad hoc, vt dum recolunt vbi ſunt poſita eorum quos diligunt, corpora, eiſdem Sanctis illos tãquàm patronis ſuſceptos apud Dominum adiuuandos, orando commendent. Quod quidẽ facere poſſunt etiãſi talibus locis eos humare nõ poſſent. *Et poſt pauca.* Cũ itaque recolit animus vbi ſepultum ſit chariſsimi corpus, & occurrit locus nomine martyris venerabilis; eidem martyri animam dilectam commendat recordantis & precantis affectus. Qui cùm defunctis à fidelibus chariſsimis exhibetur, cũ prodeſſe non dubium eſt ijs, qui cùm in corpore viuerent, talia ſibi poſt hanc vitam prodeſſe meruerunt. Verùm & ſi aliqua neceſsitas, vel humari corpora, vel in talibus locis humari nulla data facultate permittat, non ſunt prætermittendæ ſupplicationes pro ſpiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in Chriſtiana & Catholica ſocietate defunctis, etiã tacitis nominibus, quorumq; ſub generali cõmemoratione ſuſcepit Eccleſia: vt quibus ad iſta deſunt parẽtes, aut filij, aut quicunq; cognati, vel amici, ab vna eis exhibeantur pia matre communi. Si autem deeſſent iſtæ ſupplicationes, quæ fiunt recta fide ac pietate pro mortuis, puto quòd nihil prodeſſet ſpiritibus eorũ, quamlibet in locis ſanctis exanima corpora ponerentur.

Sepultura in Sanctorum Eccleſijs eligenda.

Oratio pro defunctis.

Quid defunctis cõferat ſepultura Eccleſiaſtica.

17 IDEM tom. 1. Lib. 9. Confeſsionũ, Cap. 11. Et mox ambobus, (*mihi ſcilicet & fratri meo*) Ponite (*inquit Monica*) hoc corpus vbicunq;, nihil vos eius cura cõturbet. Tãtùm illud vos rogo, vt ad Dñi altare memineritis mei vbi fueritis.

Orat moritura S. Monica vt eius fiat memoria in Miſſa.

18 ET Cap. 12. Vide ſuprà, Lectio. 13. authorit. 62.

19 IDEM tom. 5. De Ciuit. Dei, Lib. 20. Cap. 9. Neq; enim piorum animæ mortuorum ſeparantur ab Eccleſia, quæ etiam nunc eſt regnum Chriſti. Alioquin nec ad altare Dei fieret eorum memoria in communione corporis Chriſti: neque aliquid prodeſſet ad eius in periculis Baptiſmum recurrere, ne ſine illo finiatur hęc vita: nec ad recõciliationem, ſi fortè per pœnitentiã malam'ue cõſciẽtiã quiſq; ab eodẽ corpore ſeparatus eſt. Cur enim fiunt iſta, niſi quia fideles, etiam defuncti, membra eius ſunt?

Defuncti pij, membra Eccleſiæ ſũt: & in Miſſa fit memoria eorum.

20 ET Lib. 21. Cap. 13. Platonici quidẽ quamuis impunita nulla velint eſſe peccata, tamen omnes pœnas emendationi adhiberi putant, vel humanis inflictas legibus, vel diuinis, ſiue in hac vita, ſiue poſt mortem: ſi autem parcatur hìc cuiquàm, aut ita plectatur vt hìc non corrigatur. Hinc eſt Maronis illa ſententia, vbi cùm dixiſſet de terrenis corporibus, moribundiſq; membris, quòd animæ,

Platonici putarũt etiã poſt mortem emendationi locũ eſſe per pœnas.

Hinc metuũt, cupiuntq;, dolent, gaudentq;, nec auras
Suſpiciunt, clauſæ tenebris & carcere cæco. — *Æneid. 6.*

Sequutus adiunxit, atque ait;

Quin & ſupremo cum lumine vita reliquit,
(Ideſt,cùm die nouiſſimo relinquit eas iſta vita)
Non tamẽ omne malum miſeris, nec funditus omnes
Corporeæ excedunt peſtes,penitusq; neceſſe eſt
Multa diu concreta modis inoleſcere miris.
Ergò exercentur pœnis,veterumq; malorum
Supplicia expendunt. aliæ panduntur inanes
Suſpenſæ ad ventos:alijs ſub gurgite vaſto
Infectum eluitur ſcelus,aut exuritur igni.

Qui hocopinantur,nullas pœnas niſi purgatorias volunt eſſe poſt mortem: vt quoniam terris ſuperiora ſunt elementa, aër, aqua,ignis,ex aliquo iſtorum mũdetur per expiatorias pœnas,quod terrena contagione cõtractũ eſt,&c. *Et mox.* Sed tẽporarias pœnas alij in hac vita tãtùm, alij poſt mortem,alij & nunc,& tunc,veruntamen ante iudicium illud ſeueriſſimũ nouiſſimumq;, patiuntur. Non autem omnes veniunt in ſempiternas pœnas, quæ poſt illud iudiciũ his ſunt futuræ,qui poſt mortem ſuſtinent temporales. Nam quibuſdam, quod in iſto non remittitur,remitti in futuro ſeculo, id eſt,ne futuri ſeculi æterno ſupplicio puniantur,iam ſuprà diximus.

21 AMBROS. tom.3. Oratione funebri de obitu fratris. *in fine.* Tibi nunc Omnipotens Deus, innoxiam commendo animam, tibi hoſtiam meam offero,cape propitius ac ſerenus fraternum munus,ſacrificium ſacerdotis: hæc mei iam liba præmitto.

Pro defuncto,orat & offert hoſtiã D.Ambr.

22 IDEM tomo.4. de Cain & Abel, Lib. 1. Cap. 9. Orandum autem præcipuè & pro populo docêris,hoc eſt,pro toto corpore, pro membris omnibus matris tuæ,in quo mutuæ charitatis eſt inſigne.

Orandũ pro omnibus Eccleſiæ membris.

23 EPIPHANIVS hæreſi. 75. contra Aërium. Vide ſuprà,Lectio.13.authorith.56.

LECTIO XVI.

DOCTOR.

CVM non ita multò antè dixeris,Sacramentum hoc panis ac vini, diſtincta ſpecie confici, qui fit vt non niſi altera plebi ac vulgo Chriſtianorum,(quos laicos vocamus) in communione porrigatur?

ADOLESCENS.

Illud in primis compertum nobis eſſe debet, Sacramentum hoc idcirco fuiſſe inſtitutum,vt Chriſto maximè coaliti, [a] caro de carne,& os de oſſibus eius fieremus. Iam ergo cùm in hoc eum Sacramento integrum, neque per quaſdam partes diſſectum eſſe, ſed æquè vna ac vtraque ſpecie totum contineri credamus, fateri omnino neceſſe eſt, ab eo tam Chriſtum totum accipi, qui ſolam panis ſpeciem, quàm qui etiam vini abſumit(diuidi enim nullo modo poteſt, aut per partes diſtrahi) neque eum minus diuina carne nutriri, cum ipſaq; ad ſalutem coaleſcere.

a Epheſ.5. Iren.lib.5. Hilar. lib.8. de Trinitat.

DOCTOR.

Atqui eius hæc verba ſunt: [b] Bibite ex hoc omnes. An non omnibus æquè dicta fuerunt?

b Matt.26. Marc.14. Luc.22. 1.Cor.11. Iuſtin.apolog.2.

ADO-

ADOLESCENS.

Omnibus quidẽ:ſed ijs tamẽ ſolùm omnibùs qui tùm in cœna cùm ipſo conſederãt,(& ij certè ſtatim audientes dicto:omnes ex eo [e] biberunt.) eorumq́; deinceps authoritatem retinerent,quos omnes,vt idem ipſi perpetuò facerent,hac lege conſtrinxit. *e Mar.14.*

DOCTOR.

Hoc verò quî tandem?

ADOLESCENS.

Dixi non ita multò antè,myſterium hoc ſacroſanctum, non Sacramenti ſolùm,ſed veri etiam ſacrificij loco nobis eſse.Iam verò non ita omnes ſacrificandi ius habent veluti percipiendi Sacramenti, ſed cùm iſtud ſit omnium, illud certè [d] Apoſtolis & eorum vicarijs ſolùm debetur. Cùm ergo Chriſtus illis edixit,vt ex hoc omnes biberent, hac illos lege perpetuò deuinxit, vt & diſtinctè offerrent, & oblata etiam diſtinctè abſumerent,in viuam eius necis recordationem, quæ ſanguinis à corpore ſeparatione perfecta eſt. Populares verò,& ij quibus nullum tale munus incumbit, ſatis ſibi eſse putent ad ſalutẽ, ſi per manus ſacerdotum ac eorum miniſterio, ſacrificio communicent,quæcunque tandem ex duabus,pro more Eccleſiæ,ſpeciebus,illis porrigatur.

d Matt.16. Ioã.10. Iren.lib.4.c.34.Iuſti.Apolog.2.Chryſ. lib.3.de ſacer.Amb. lib.4.de Sacra. Dionyſ. vbi ſup. Hieron. cont.Luciſ.& contr. Pelag.Greg.Nazian. Orat.fune.pro patre.

DOCTOR.

Nullam ergo populo fieri cenſes iniuriam, ſi altera tantùm ſpecie Sacramentum præbeatur?

ADOLESCENS.

Nullam planè: neque enim vnius [e] magis quàm vtriuſque communicatio ſacris literis præcipitur: & in tota adminiſtrandæ Euchariſtiæ ratione,iudicio ac ſententiæ Catholicæ Eccleſiæ,quæ quid ſit in quouis rerum genere optimum, rectè diſpicit,aſſentiri debemus.

e Ioan.6. 1.Cor. 10. Actor.2. Luc.24. Concil.Epheſi.1.Tertul.de coro. mil. & lib. 1. ad vxor. Euſeb.Eccleſ.hiſt.li. 6. cap.34. Amb.de obi. Saty.Cyp.ſerm.de lapſis.Aug. de conſen. Euang. Concil. Conſtant. Tridentin. ſeſſ.21.

AVTHORIT. SCRIPT.

A ADEPHES. Cap. 5. Vt ſup. Cap.1. Lect.8.lit.D.

B MATT. Cap. 26. Vt ſuprà, Cap.1. Lect.3.lit.G.

MAR. Cap.14. Vt ſuprà, Lectio. 10. litera.B.

LVC. Cap.22. Et cùm facta eſſet hora, diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cũ eo, & ait illis, Deſiderio deſideraui hoc Paſcha mãducare vobiſcũ ántequàm patiar. Dico enim vobis quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Et accepto Calice, gratias egit, & dixit, Accipite & diuidite inter vos.

PRI. Ad Cor. Cap.11. Vt ſuprà, Cap.1. Lect.3. lit.G.

C MARC. Cap.14. Vt ſup. litera. B.
D MATTH. Cap.26. Vt ſup.lit.B.
IOAN. Cap 20. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis, ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Hoc cùm dixiſſet, inſufflauit,& dicit eis: Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis,& quorum retinueritis,retenta ſunt.
E IOAN. Cap. 6. Vt ſuprà, Lectio.10. litera.D.
PRIOR. Ad Corint.Cap.10. Vt ſup. Cap.1.Lect.14.lit.A.
ACTO. Cap.2. Erant autem perſeuerãtes in doctrina Apoſtolorũ, & cõmunicatione fractionis panis, & orationibus.
LVC. Cap.24. Et factum eſt dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit,ac fregit,& porrigebat illis.

AVTHORIT. PAT.

A 1 IRENÆ. Aduerſus hæreſes, Lib.5. Cap.2. Vide ſup.Lectio.10.litera. A. authorit.4.
2 HILARIVS, Lib. 8. de Trinita. Vide ſup.Lect.10.lit.A.auth.5.
B 1 IVSTINVS Martyr, Apolog.2. pro Chriſtianis. Vide ſup. Lect.10.lite.A. authorit.1.
D 1 IRENÆ. Aduerſ.hæreſ.Lib.4.Cap. 34. Vide ſup.Lect.10.lit.D.auth.3.
2 IVSTI. Mart. Apolog.2.pro Chriſtianis. Vide ſup.Lectio. 10. litera. D. authoritate.15.
3 CHRYSOST. tom.5. de Sacerdotio, Lib.3. Vide ſup.Lect.12.lit.C. auth. 11.& Lect.13.auth.41.
4 AMBROS. tom.4. De Sacramẽtis Lib.4. Cap.4.&.5. Vide ſup. Lect. 10. lit.A.auth.6.& lit.B.auth.9.
5 DIONYSIVS Areopagit. Lib. de Eccleſiaſtica Hierarchia. Cap. 3. Vide ſup.Lect.10.lit.D. authorit.13. & Lect.14. litera.F.auth.1.
6 HIERONYM. tomo.2. in Dialogo Orthodoxi & Luciferiani. Quamobrẽ oro te,vt aut ſacrificandi ei(*ſcilicet Epiſcopo Ariano*)licentiam tribuas, cuius baptiſma probas:aut reprobes eius Baptiſma, quem non exiſtimas ſacerdotẽ. *Et vide ſup.Lect.13. authorit.* 48.
7 IDEM aduerſus Pelagianos, Lib. 1. Quæ ſunt rogo, inimicitiæ contra Deum ſi tunicam habuero mundiorem? Si Epiſcopus,Presbyter,& Diaconus, & reliquus *Epiſcopi & ſacerdotes, miniſtri ſacrificij.* ordo Eccleſiaſticus, in adminiſtratione ſacrificiorũ cum candida veſte proceſſerint?
8 GREGOR. Nazianz. Oratione funebri patris ſui. Vide ſup.Lect.13. auth. 27.
E 1 CONCIL. Epheſinũ.1. Vide ſup. Lect.10.lit.C.auth.1.
2 TERTVLL. Lib. de Corona militis. Vide ſup.Lect.10.lit.D.auth.9.
3 IDEM Lib.2. ad vxorem. Vide ibidẽ, authorit.10.
4 EVSEB. Cæſarienſ. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ,Lib.6.Cap.34.*aliàs*.36. Erat quidã Serapion apud nos fidelis ſenex, qui licet magnam vitæ partẽ integrè & incorruptè tranſegiſſet, tempore tamen perſecutionis præ imbecillitate animi lapſus eſt. Hic ſæpenumero in Eccleſiam denuò recipi ſupplex poſtulabat:ſed nemo,quia idôlis ſacrificaſſet, eius poſtulationi aliquando auſcultauit. Qui in grauem morbum delàbens,triduo deinceps mutus & abſque ſenſu vixit. Quarto autẽ die paululũ releuatus, nepotẽ ad ſe accerſit,ſicq; alloquitur: Quouſq; fili,me detinetis? Propetate obſecro,& me ocyus dimittite. Aliquem ex presbyteris aduoca ad me. Quæ cùm dixiſſet,iterum fit mutus. Puer currit ad Presbyterũ,nox iam erat. Ille fortè morbo vexatus accedere ad eum non poterat, ſed tamen quoniam à me (inquit Dionyſius Alexandrinus qui hæc ſcribit ad Fabium Antiochenum) quidem mandatum dabatur,vt qui iam eſſent vita emigraturi, Sanctorum myſteriorum (dum modò peterent,& vel maximè ſi antea dum integra valetudine erant, ſupplices petiuiſſent) participes fierent: ſicq; cũ pace dimiſſi,& bona ſpe confirmati ex hac luce decederent, puero exiguam quandam Euchariſtiæ partem dedit, præcipiens vt eã madefactam in os ſenis infunderet: quã puer ſecum adferẽs rediit. Cui iam appropinquanti, priuſquàm cum eo quod geſtabat, intraret ædes, Serapiõ denuò recuperata voce, dixit: Veniſti Fili? Tametſi preſbyter non poteſt venire, tu tamen præſta quod tibi in mandatis dederit, & dimitte me abire. Particulam igitur puer, quam apportabat, madefactam in os ſenis infundit. Atque ille ſimulatque eam pedetentim per fauces dimiſerat, illico extremum ſpiritum edidit. *Morituri communicabant.* *Cõmunicat Serapiõ ſub vna ſpecie.*
5 AMBROS. tomo.3. Oratione funebri de exceſſu fratris ſui Satyri. Vt ſup. Lect.11.auth.30.
6 CYPRIA. ſermone. 5. de Lapſis.

Et cùm quædam arcam ſuam, in qua Domini Sanctum fuit, manibus indignis tentaſſet aperire, igne inde ſurgente deterrita eſt, ne auderet attingere. Et alius, qui & ipſe maculatus, de ſacrificio à ſacerdote celebrato, partem cum cæteris auſus eſt latenter accipere, Sanctum Domini edere & contrectare non potuit, cinerem ferre ſe apertis manibus inuênit. Documento vnius oſtenſum eſt, Dominum recedere cùm negatur: nec immerentibus ad ſalutem prodeſſe quod ſumitur, quando gratia ſalutaris in cinerem, ſanctitate fugiente, mutetur.

Euchariſtia ſub vna ſpecie olim data, & demum delata.

7 AVGVSTINVS tomo. 4. De Conſenſu Euangeliſtarum, Cap. 25. Oculis eorum acciderat aliquid, quod ita manere permiſſum eſt vſque ad fractionem panis, certi myſterij cauſa, vt eis in illo alia oſtenderetur effigies, & ſic eum non niſi in fractione panis agnoſcerent, ſicut Luca narrante monſtratur. Pro merito quippe mentis eorum adhuc ignorantis, quod oportebat Chriſtum mori & reſurgere, ſimile aliquid eorum oculi paſſi ſunt, non veritate fallente, ſed ipſis veritatem percipere non valentibus, & aliud quàm res eſt opinantibus: ne quiſquàm ſe Chriſtum agnouiſſe arbitretur, ſi eius corporis particeps nõ eſt, id eſt, Eccleſiæ, cuius vnitatem in Sacramento panis commendat Apoſtolus, dicens: Vnus panis, vnũ corpus multi ſumus: vt cùm eis benedictum panẽ porrigeret, aperirẽtur oculi eorum & cognoſcerent. *Et paulò poſt.* Non autem incongruenter accipimus hoc impedimentum in oculis eorum à Satana factum fuiſſe, ne agnoſceretur Ieſus, ſed tamẽ à Chriſto eſt facta permiſsio vſque ad Sacramentum panis, vt vnitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentum inimici, vt Chriſtus poſsit agnoſci.

Luc. 24.

1. Cor. 10.

Euchariſtia ſub vna tantum panis ſpecie à Chriſto data.

8 CONCILIVM Conſtantienſe, Seſsione. 13. Cùm in nonnullis mundi partibus quidã temerariè aſſerere præſumant, populum Chriſtianum debere Sacramentum Euchariſtiæ ſub vtraque panis & vini ſpecie ſuſcipere; & nõ ſolùm ſub ſpecie panis, ſed etiam ſub ſpecie vini populum laicum paſsim communicent etiam poſt cœnam, vel aliàs non ieiuni, & communicandum eſſe pertinaciter aſſerant, contra laudabilem Eccleſiæ conſuetudinem rationabiliter approbatam, quã tanquàm ſacrilegã damnabiliter reprobare conantur. Hinc eſt quod hoc præſens Concilium ſacrum Generale Conſtantienſe, in Spiritu ſancto legitimè congregatum, aduerſus hunc errorem ſaluti fidelium prouidere ſatagẽs; matura plurium Doctorum tam diuini quàm humani iuris deliberatione præhabita, declarat, decernit, & definit, quòd licet Chriſtus poſt cœnam inſtituerit, & ſuis diſcipulis adminiſtrauerit ſub vtraque ſpecie panis & vini hoc venerabile Sacramentum: tamen hoc non obſtãte, ſacrorum Canonũ authoritas, laudabilis & approbata conſuetudo Eccleſiæ, ſeruauit & ſeruat quòd huiuſmodi Sacramentum non debet confici poſt cœnam, neque à fidelibus recipi non ieiunis, niſi in caſu infirmitatis, aut alterius neceſsitatis, à iure vel Eccleſia conceſſu vel admiſſo. Et ſic hæc conſuetudo ad euitandum aliqua pericula & ſcandala, eſt rationabiliter introducta, quòd licet in primitiua Eccleſia huiuſmodi Sacramentum reciperetur à fidelibus ſub vtraque ſpecie, poſteà à cõficiẽtibus ſub vtraq;, & à laicis tantummodò ſub ſpecie panis ſuſcipiatur, cùm firmiſsimè credendum ſit & nullatenus dubitandum, integrum Chriſti corpus & ſanguinem tam ſub ſpecie panis, quàm ſub ſpecie vini, veraciter contineri. Vnde cùm huiuſmodi conſuetudo ab Eccleſia & ſanctis Patribus rationabiliter introducta, & diutiſsimè obſeruata ſit, habenda eſt pro lege, quam non licet reprobare, aut ſine Eccleſiæ authoritate pro libito mutare. Quapropter dicere quòd hanc conſuetudinem aut legem obſeruare ſit ſacrilegum, aut illicitum, cenſeri debet erroneum: & pertinaciter aſſerentes oppoſitum præmiſſorum, tanquàm hæretici arcendi ſunt, & grauiter puniendi per diœceſanos locorum, ſeu officiales eorum, aut inquiſitores hæreticæ prauitatis in regnis ſeu prouincijs in quibus contra hoc decretum aliquid fuerit forſan attentatum, aut præſumptum, iuxta canonicas & legitimas ſanctiones in fauorem Catholicæ fidei contra hæreticos & eorum fautores ſalubriter adinuentas.

Sacramentũ Euchariſtiæ à ieiunis ſuſcipi debet, niſi in caſu neceſſitatis.

Communio ſub vna panis ſpecie tantum laicis & alijs nõ conficiẽtibus dãda eſt.

9 CONCILIVM Tridentinum, Seſsione. 21. Cùm de tremendo & Sanctiſsimo Euchariſtiæ Sacramento varia diuerſis in locis errorũ monſtra, nequiſsimi dæmonis artibus circũferantur, ob quę in nõnullis prouincijs multi à Catholicæ Eccleſiæ fide

fide atque obedientia videantur diſceſsiſſe, cenſuit ea Sacroſancta Synodus, quæ ad communionem ſub vtraque ſpecie & paruulorum pertinēt, hoc loco exponēda eſſe. Quapropter cūctis Chriſti fidelibus interdicit ne poſthàc de ijs aliter vel credere, vel docere, vel prædicare audeant, quàm eſt his decretis explicatum atque definitum.

10 ET Cap. 1. Itaq; ſancta ipſa Synodus à Spiritu ſancto, qui Spiritus eſt ſapiētiæ & intellectus, Spiritus cōſilij & pietatis, edocta, atque ipſius Eccleſiæ iudicium & conſuetudinem ſecuta, declarat ac docet, nullo diuino præcepto laicos, & clericos nō conficientes, obligari ad Euchariſtię Sacramētum ſub vtraque ſpecie ſumendum. neque vllo pacto, ſalua fide, dubitari poſſe quin illius alterius ſpeciei communio, ad ſalutem ſufficiat. Nam etſi Chriſtus Dominus in vltima cœna venerabile hoc Sacramētum in panis & vini ſpecieb[9] inſtituit, & Apoſtolis tradidit, non tamē illa inſtitutio & traditio eō tendunt, vt omnes Chriſti fideles ſtatuto Domini ad vtranque ſpeciem accipiendam adſtringantur. Sed neque ex ſermone illo apud Ioann. 6. rectè colligitur vtriuſq; ſpeciei communionem à Domino præceptam eſſe, vtcunq; iuxta varias Sanctorum Patrum & Doctorū Interpretationes, intelligatur. Nanque qui dixit: Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: Dixit quoque: Siquis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.

Nullus præter presbyteros conficientes, tenetur communicare ſub vtraque ſpecie: et altera tantū, nempe panis, ſufficit ad ſalutem.

Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11.

Ioan. 6.

11 ET Cap. 2. Agnoſcens ſancta mater Eccleſia ſuā in adminiſtratione Sacramentorum authoritatem, licet ab initio Chriſtianæ religionis non infrequens vtriuſque ſpeciei vſus fuiſſet, tamen progreſſu temporis latiſsimè iam mutata illa cōſuetudine, grauibus & iuſtis cauſis adducta, hanc conſuetudinem ſub altera ſpecie cōmunicandi approbauit, & pro lege habendam decreuit: quam reprobare, aut ſine ipſius Eccleſiæ authoritate, pro libito mutare non licet.

12 ET Cap. 3. Inſuper declarat, quanuis Redemptor noſter, vt anteà dictum eſt, in ſuprema illa Cœna hoc Sacramentum in duabus ſpeciebus inſtituerit, & Apoſtolis tradiderit: tamen fatendum eſſe etiam ſub altera tantùm ſpecie totum atque integrū Chriſtum, verūq; Sacramentum ſumi: ac propterea, quòd ad fructum attinet, nulla gratia neceſſaria ad ſalutem defraudari, qui vnam ſpeciem ſolam accipiunt.

13 ET Cano. 1. Siquis dixerit, ex Dei præcepto vel neceſsitate ſalutis, omnes & ſingulos Chriſti fideles, vtranq; ſpeciē ſanctiſsimi Euchariſtiæ Sacramēti ſumere debere; anathema ſit.

14 ET Can. 3. Siquis negauerit, totum & integrum Chriſtum, omnium gratiarum fontem & authorem, ſub vna panis ſpecie ſumi, quia (vt quidam falſò aſſerunt) nō ſecundùm ipſius Chriſti conſtitutionem ſub vtraque ſpecie ſumatur; anathema ſit.

LECTIO XVII.

DOCTOR.

AGE verò, quid cenſes de ſacræ Euchariſtiæ adoratione?

ADOLESCENS.

Sanè cum ex fide Certò nobis conſtet, in hoſtia ritè conſecrata, verè Chriſtum eſſe, neceſſe eſt eum omnino Deum ac hominem [a] ibi ſanctè adorari: neque enim alio ſpectat illa hoſtiæ publica & ſolennis oſtentatio.

a Dionyſ. Eccleſ. Hier. c. 3. Chryſoſt. li. 3. de ſacerd. & ho. 24. in 1. ad Cor. & ho. 61. ad pop. & in Liturg. Auguſt. li. 20. cont. Fauſt. cap. 13. & in Pſalm. 98. & epiſt. 120. Baſil. de Spiri. ſancto c. 27. & in Liturg. Ambr. li. 4. de Sacram. c. 5. & pſal. 71. et ibi omnes fere Rabbini, verſu; Erit firmamentū in terra in ſummis montium.

DOCTOR.

Cur verò in templis illum adſeruamus?

ADO.

ADOLESCENS.

Id ob ſummam tùm vtilitatẽ, tùm etiam neceſsitatem: in primis quidem vt fideles Chriſti hac inuiſibili certè,[b] ſed tamen ſuaui ac cœleſti Domini ac Dei ſui præſentia recreentur: deinde vt in prõptu habeant ægroti[c] viaticum ex hac vita in cœlum emigraturi.

[b] *Sic figura, Manna Exod. 16. & panes propoſitionis, Leui. 24.*

[c] *Iuſti. apolog. 2. Tertul. lib. 2. ad vxo. Dionyſ. ad Demophi. Euſeb. Eccleſi hiſt. lib. 6. c. 34. Cyp. ſermo. 5. de lapſis. Niceph. lib. 13. c. 19. & 37. Chryſoſ. epiſt. ad Innoc. 1. Aug. de viſit. infirmorum.*

DOCTOR.

Non illum ergo arculis, ac penetralibus tãquàm quodam carcere incluſum tenemus.

ADOLESCENS.

Minimè: tam enim liber eſt in Sacramẽto ad omnium noſtrum alimoniam, quàm eſt in cœlo, licet alio modo, ad noſtram gloriam.

DOCTOR.

Cenſes igitur Chriſtum re ipſa ac verè, ſacris elementorum ſpeciebus contineri, vel extra ipſius vſum Sacramenti?

ADOLESCENS.

Cenſeo maximè: propterea quòd cùm huius veritas Sacramenti non in vſu, veluti cætera, ſed in ipſius elementorum ſubſtantiæ mutatione conſiſtat, conſequens eſt vt tandiu externis illis ſpeciebus diuinũ corpus contineatur, quandiu ſanas ibi ac integras ſpecies intuemur.[d]

[d] *Chryſoſt. hom. 61. ad popul. & hom. 3. ad Epheſ. & hom. 17. ad Hebr. & hom. 28. in 1. Cor. & canones veterum conciliorum.*

DOCTOR.

Non poteſt ergò hæc veritas vel interire, vel aliqua alteratione immutari?

ADOLESCENS.

Non. Eſt enim ea ipſa Chriſti caro, immortalis, Diuina, nulli iã mutationi aut interitui obnoxia.[e] Species quidem ac ſigna Sacramenti mutari poſſunt, & interire: ſed tùm dicemus ſub ijs neque corpus Chriſti latêre, neque vllam rationem Sacramenti ibi amplius habendam eſſe.

[e] *1. Cor. 15. Cyril. in Ioan. & Auguſt. ibid. & de verbis Dom. Hiero. in epiſt. ad Epheſ. cap. 1.*

DOCTOR.

Sunt'ne omnes omnis generis homines citra diſcrimen ad hoc cœleſte myſterium admittendi?

ADOLESCENS.

Non ſanè. Nam neq; Lege noſtra, infantes pueri, cæteriq; [f] ratione non vtentes, neque Ethnici, [g] hæretici, ac ne ipſi quidem Catholici vel flagitijs infames, vel legitimis Eccleſiæ cenſuris conſtricti, admitti poſſunt.

f 1.Cor.11. Concil.Trid.
g 1.Cor.5. Tertul. apolog.c. 39. Chryſoſ.hom.51.&.60.ad pop. & in Matth.ho.16.37.&.51. & ad Heb.hom.17.Soter.can.4. Cypria.paſsim.

DOCTOR.

Nulla'ne animi conſcientiæq; diſquiſitio eſt ijs conſtituta, qui ad hoc diuinum corpus accedunt?

ADOLESCENS.

Eſt. Fide in primis [h] certa ac minimè hæſitanti. Deindè dolore animi ac peccatorũ contritione vehementi opus eſt. Tertiò perfectam atque modeſtam exigimus cum ſacerdote confeſsionem: ſed & precibus [i], ieiunijs, ac cæteris eiuſmodi pietatis officijs, quæ nobis ritè noſtra æſtimantibus occurrent, veluti conſtipamur.

h 1.Cor.11.Heb.11.Amb.Orat.pro fratre ſatyro.
i Cyp.lib.3. epiſt.14. & de Cœna Dom.Baſil.in regu. Nicepho. lib. 11.c.34.Aug.lib.de fide & operib.c.6.& de Bap.cont.Dona.li. 5.c.8.& tractat. 50.in Ioan & ſerm.2.216.&. 151 . de temp. Chryſoſ.in Matt.ho.51.&. 83. & ho.60.&.61.ad pop. & ho. 30.in Geneſ.& hom.24.17.& 28.in.1.ad Corinth.

DOCTOR.

Et quoties hac cœleſti alimonia veſci debemus?

ADOLESCENS.

Sanè ſi quis rectè intellexerit theſaurum hunc eſſe bonorum ac diuitiarum omnium [k] ſpiritualium, cibum itẽ [l] hominem in ſpe ſalutis alentem: nouerit etiam nullã nobis certiorem eſſe in aduerſis fiduciam, nullum ad ignorantiæ caliginem diſcutiendam lumen præſtantius, nihil nos æquè in [m] pugna hac hoſtili animare, nullum deniq; præclarius animorũ noſtrorũ inter ſe vinculũ, eum fateri neceſſe, nihil eſſe eximius frequentiſsimo Sacramẽti huius vſu. Nam etſi non amplius quàm ſemel eo veſci lege teneamur, veteris tamẽ & Apoſtolicæ illius Eccleſiæ [n] mos longè fuit vtilior, & magis commendatus.

k Ioan.6. Cyp.de cœn.Dom.
l Chryſo. vbi ſup. paſsim.in Ioã.6. et in Pſal.11.Aug.in Ioan.tractat.26.
m 3.Reg.19. 1.Cor. 10. Iuſtin. q.44.Cyp.de dupli.mar. & lib. 2.epiſt.3.& ſer.de Nat.Chriſti. & de Cœna Dom. Chryſoſ.lib. 6. de ſacerd & hom.60.&.61. ad popul. Diony.de Eccleſ. hierar. c.7.Baſil.in Liturg.Aug.in Ioã. & Cyril.ibid. Iren.lib.5.
n Act.2. Iuſti.apolog. 2. Tertul. in apolog.c.39.Aug epiſt.118. & de Eccleſ.dogmat.c. 53.Hieron.epiſt.ad Lucin.Chryſoſ.hom. 61.ad pop.& ho.17.ad Heb. & hom.3.ad Ephe.& ho.18.in. 1. Cor.De hoc ſacrificio vide Hypo. de conſumma.Pauli.epiſt.9.Theodo.dialo.3.œcume.in.c.5.ad Hebr.Euthy.in.c.26.Matt.

AVHORIT. SCRIPT.

B EXOD. Cap.16. Dixit autẽ Moyſes: Iſte eſt ſermo quem præcepit Dñs. Imple Gomor ex eo, vt cuſtodiatur in futuras retro generationes: vt nouerint panẽ quo alui vos in ſolitudine quãdo educti eſtis de terra Ægypti. Dixitq; Moyſes ad Aarõ: Sume vas vnum, & mitte ibi Man, quãtum poteſt capere Gomor, & repone corã Dño ad ſeruandum in generationes veſtras, ſicut præcepit Dominus Moyſi. Poſuitque illud Aarõ in tabernaculo reſeruandũ. Filij autẽ Iſrael comederunt Man quadraginta annis

annis, donec venirent in terram habitabilem. Hoc cibo aliti ſunt vſquequò tangerent fines terræ Chanaan.

L E V I T. Cap.24. Accipies quoque ſimilam & coques ex ea duodecim panes, qui ſinguli habebunt duas decimas: quorũ ſenos altrinſecus ſuper menſam puriſsimã corã Dño ſtatues, & pones ſuper eos thus lucidiſsimum, vt ſit panis in monimentum N oblationis Dñi. Per ſingula Sabbatha mutabũtur coram Dño ſuſcepti à Filijs Iſrael fœdere ſempiterno: erunrq; Aarõ & filiorum eius, vt comedant eos in loco ſancto, quia ſancta ſanctorũ eſt de ſacrificijs Dñi iure perpetuo.

E P R I. Ad Corint. Cap. 15. Inſipiens tu quod ſeminas, nõ viuificatur, niſi prius moriatur: & quod ſeminas, non corpus, quod futurum eſt, ſeminas, ſed nudum granum, vt putà, tritici, aut alicuius cæterorum.

F P R I. Ad Corinth. Cap.11. Probet autẽ ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de Calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi mãducat & bibit, non diiudicans corpus Dñi. Ideò inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiũt multi. Quòd ſi nosmetipſos diiudicaremus, non vtique iudicaremur.

G P R I. Ad Cor. Cap. 5. Si is qui frater nominatur, eſt fornicator, aut auarus, aut idôlis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum eiuſmodi nec cibũ ſumere. Quid enim mihi de ijs qui foris ſunt iudicare? Nonn'ne de ijs qui intus ſunt vos iudicatis? Nam eos qui foris ſunt, Deus iudicabit.

H P R I. ad Cor. Cap. 11. Vt ſup. lit. F.

A D H E B. Cap.11. Sine fide impoſsibile eſt placêre Deo.

K I O A N. Cap.6. Vt ſup. Lect. præced. litera. E.

M L I B. 3. Reg. Cap.19. Timuit ergo Elias, & ſurgens abijt quocunq; eum ferebat voluntas. venitq; in Berſabee Iuda, & dimiſit ibi puerum ſuum, & perrexit in deſertũ viam vnius diei. Cùmq; veniſſet, & ſedêret ſubter vnam iuniperum, petiuit animæ ſuæ ut moreref, & ait: Sufficit mihi Dñe, tolle animã meã: neq; enĩ melior ſum quã Patres mei. Proiecitq; ſe, & obdormiuit in vmbra iuniperi, & ecce Angelus Dñi tetigit eum, & dixit illi: Surge & comede. Reſpexit, & ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis, & vas aquæ. Comêdit ergo & bibit, & rurſum obdormiuit. Reuerſusque eſt Angelus Domini ſecundò, & tetigit eum, dixitq; illi; Surge, comede: grãdis enim tibi reſtat via. Qui cum ſurrexiſſet, comêdit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vſq; ad montem Dei Horeb.

P R I. Ad Cor. Cap.10. Vide ſup. Lect. præced. lit. E.

A C T. Cap.2. Vide ſup. Lect. præced. lit. E. *Et deinde*. Quotidie quoq; perdurantes vnanimiter in templo, & frãgentes circa domos panem, ſumebant cibum cum exultatione & ſimplicitate cordis, collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem.

AVTHORIT. PATR.

A 1 DIONYS. Areopagita, Lib. de Eccleſiaſtica Hierarchia, Cap.2. *in fine*. In fine autem omnium, Pontifex ita perfectum ad ſacratiſsimam Euchariſtiam vocat, atque conſummantiũ illi Sacramenmentorum communionem Deificã tradit.

2 CHRYSOS. tom.5. De Sacerdotio, Lib.3. Vide ſup. Lect.12. litera. C. authorit.11.

3 IDEM tomo.4. in.1. ad Corinth. Homil.24. Vide ſuprà, Lectio.10. litera. B. authorit.14.

4 IDEM tomo.5. ad populum Antiochenum, Homil.61. Quotquot igitur huius participes corporis efficimur; quotquot ſanguinem deguſtamus, cogitemus, quòd illum ſurſum ſedentẽ, qui ab Angelis adoratur, incorruptibili vicinus virtuti, hunc deguſtamus. *Et poſt aliquantulum*. Conſidera, quæſo, mẽſa regalis eſt apposita, Angeli menſæ miniſtrantes, ipſe Rex adeſt, & tu adſtas oſcitans. Sordeſcũt tibi veſtimenta, & nihil eſt tibi curæ. At pura ſunt; Igitur adora, & communica. *Adoranda Euchariſtia, & percipienda.*

5 E T in Liturgia. Vide ſup. Lectio. 13. authorit.42.

6 AVGVSTINVS tom.6. contrà Fauſtum, Lib.20. Cap.13. Vide ſup. Lect.10. lit. B. authorit.2.

7 IDEM tom.8. In Pſal.98. Vide ſuprà Lectio.11. litera. B. Autho.2.

8 IDEM tom.2. Epiſt.120. ad Honoratũ, Cap. 27. Vide ſup. Lect. 13. auth. 68.

9 BASILIVS Magnus lib. de Spiritu Sancto cap. 27. Vide ſup. Lectione. 13. autho.43.

10 IDEM In Liturgia, litania. 4. Dñe,

Adm̄at Euchariſtiam, ſuſcepturis ol[?]eam.

Domine, Pater miſerationū, & Deus omnis conſolationis, inclinantes tibi ſua capita, cuſtodi, muni, conforta: ab omni opere malo diſcedere fac, in omni autem opere bono coadiuua, & idoneos fac indamnabiliter accipere intaminata & viuifica myſteria in remiſsionem peccatorum, & Spiritus ſancti communionem, &c.

11 AMBROS. tom.4. De Sacramentis, Lib.4. Cap.5. Vide ſup. Lect.10.lit.B. auth.9.

C

1 IVSTIN. Mart. Apolog. 2. pro Chriſtianis. Vt ſup.Lect.10.lit. A.auth.1. & lit.D.auth.15.

2 TERTVL. Lib.2.ad vxorem. Vide ſuprà, Lect.15.lit.C.auth.1.

3 DIONYS. Areopagita. Epiſt.8. ad Demophilum. Vnde & ſacrorum ſanctus ordo, ſacerque principatus, eos diuina percipere ſacrè inſtituit: alijs quidē qui intra adytorum valuas ſunt, ſacrorum adminiſtrationem concedens. Nam hi qui diuinum (vt expreſsius dixerim) altare circunſtant, diuina intuentur, atque audiūt apertè ſibi reuelata, procedentesq; benigniſsimè ad exteriora ſacrorum velaminum ſubiectis cultoribus, & ſacro populo, & ijs qui purgātur ordinibus, ſacra myſteria pro meritis pandunt. Quæ profectò ritè immaculata tandiu ſeruata ſunt, quoad ipſe tyrānicè nimium in ea irrupiſti, ſancta ſanctorum, & quidem nolentia, tibi publicari coëgiſti. Et poſt hęc haberi abs te ſacra, atque ſeruari dicis: cùm ea neque videre, neque audire merueris, neq; aliquid habeas ſacerdotio dignum. *Et longè pòſt.* Cùm aliquando in Cretam veniſſem, ſanctus Carpus me ſuſcepit hoſpitio, vir ob eximiam animi munditiam, ad Dei ſpeculationem vltra fermè omnes, aptiſsimus. Denique nunquàm ſancta myſteria celebrare cœpiſſet, niſi prius inter eas preces (quæ anteà conſummantur) ſacra illi ac propitia viſio apparuiſſet.

Sacra Euchariſtia aſſeruatio.

Sanct[?] Carpus non celebrabat niſi prius ſacra viſione apparente.

4 EVSEBIVS Cæſarienſis, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, Lib.6.Cap.34. *aliâs*. 36. Vide ſup. Lect.præced.lit.E.auth.4.

5 CYPRIANVS, ſerm.5.de lapſis. Vide ſup.Lect.præced.lit.E.auth.6.

6 NICEPHORVS, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, Lib.13.Cap.19. Vbi ſanctū repoſitum eſt, illuc milites ingreſsi, quorū nonnulli (ſicuti accepimus) Chriſtianis ſacris initiati non erant, penitus omnia perluſtrarunt, & ſanctiſsimus Chriſti ſanguis in tāto ſcilicet tumultu, in eorū qui dicti ſunt militū veſtimēta effuſus, omnia deniq; perinde atque in barbara captiuitate, per audaciam acta ſunt.

Sacra Euchariſtia in templo aſſeruata.

7 ET Cap.37. Cùm iam ad Deū migraturus eſſet. (*Videlicet D. Ioānes Chryſoſtomus*) noctu ei oranti, qui vitæ eius duces fuerāt, & Petrus & Ioannes aſsiſtentes, perquàm amicè cum eo ſunt collocuti: eiq; cùm aduerſùs dæmones victoriam, tum poſtremò migrationem ad Deum, & quę eum exceptura eſſent, bonorum perceptionem, cū lętitia annunciarunt. Deinde cœleſti & ineffabili eum eſca pauerunt: ex quo tempore nihil poſteà cibi ſumpſit. *Et poſt pauca.* Itaq, cùm res ſuas diſpoſuiſſet, linguā ad docendum mouiſſet, lætius ſe, ita vt calceos quoq; indueret, veſtibus ſuis ornaſſet, & per cōmunionem diuinam ſanctificationem percepiſſet: Gloria tibi (inquit) Domine de rebus omnib⁹. Et ſeipſo, ſigno Crucis ſub qua vixerat, obſignato, beatam illam ingreſſus eſt profectionem cum Chriſto viuens & regnans.

D.Chryſoſt. morituro viaticum tribuunt Apoſtoli Petrus & Ioannes.

8 CHRYSOSTOMVS tomo.1. ad Innocentium. Nam & ſanctuaria ingreſſi ſunt milites, quorum aliquos ſcimus nullis initiatos myſterijs, & viderūt omnia quę intus erant. Quin & ſanctiſsimus Chriſti ſanguis, ſicut in tali tumultu contingit, in prædictorum militum veſtes effuſus eſt.

Aſſeruata Euchariſtia in templo.

9 AVGVST. tom.9. de Viſitatione infirmorum, Lib.1.Cap.2. Per Chriſtū viā, vadis ad Chriſtum veram vitam. Chriſtus via eſt, tu Viator: Chriſtū viaticū porta, cōducet te ad ſeipſum Via, Veritas, & Vita.

Viaticū ſumendū morituris.

10 ET Lib.2.Cap.4. Illud etiam viuificum Dominici corporis ſupplementū ſuſcipere fili mi non renuas, quin potius illud auidiſsimè quæras, fideliter comedas. Cibus ille etenim incomparabilis, ineffabilis, viaticum tibi erit ſaluberrimum, redēptionis tuæ pretiū, redemptionis monimentū, & redempti munimentum.

Sumpti in morte viatici, vtilitas.

D

1 CHRYSOST. tom.5. Ad populum Antiochenū, Hom.61. Vide ſup.Lect. 11.lit.F, auth.10.

2 IDEM tom.4. ad Epheſ.Hom.3. Vt ſup.Lect.11.lit.A.auth.9.

3 IDEM ad Heb. Homil.17. Vide ſuprà, Lectione.13.authorit.40.& Lect. 14. authorit.vltim.

4 IDEM in. 1. ad Corinth.Homil.28. Non diiudicans corpus Domini, hoc eſt, nō inueſtigans, non conſiderans vt oportet, magni- *1.Cor. 11.*

magnitudinem propoſitorum, non reputás muneris magnitudinē. Si enim didiceris diligenter, qui ſit propoſitus, & qui cui ſeipſum exhibet, nullius alterius indigebis ratione, ſed hoc tibi ad omnem ſobrietatem ſufficiet, niſi ſis ignauiſsimus.

Euchariſtia magnitudinem non diſcutiendam.

5 CONCILIVM Nicænū. 2. Vide ſuprà, Lect. 10. lit. B. auth. 5.

6 CONCILIVM Epheſinum primum. Vide ſup. Lect. 10. lit. C. auth. 1.

7 CONCILIVM Lateranēſe magnum ſub Innocentio. 3. Cap. 1. Vna eſt fidelium vniuerſalis Eccleſia, extra quam nullus omnino ſaluatur, in qua idem ipſe ſacerdos & ſacrificium Ieſus Chriſtus, cuius & corpus & ſanguis in Sacramento altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continentur, tranſubſtantiatis pane in corpus & vino in ſanguinem, poteſtate diuina, vt ad perficiendum myſterium vnitatis accipiamus ipſi de ſuo, quod accepit ipſe de noſtro.

Chriſtus ſacerdos & ſacrificium.

Trāſubſtantiatio panis & vini.

G

8 CONCILIVM Florentinum. Forma Sacramēti Euchariſtię, ſunt verba Saluatoris quibus hoc conficitur Sacramentū. Sacerdos enim in perſona Chriſti loquēs, hoc conficit Sacramentum. Nam ipſorum verborum virtute, ſubſtantia panis in corpus Chriſti, & ſubſtantia vini in ſanguinem conuertuntur: ita tamen, quòd totus Chriſtus cōtinetur ſub ſpecie panis, & totus ſub ſpecie vini: ſub qualibet quoque parte hoſtiæ conſecratæ, & vini conſecrati, ſeparatione facta, totus eſt Chriſtus.

Forma Sacramēti Euchariſtia.

Tranſubſtātiatio.

Totus Chriſtus ſub qualibet ſpecie, & particula.

E

1 CYRILLVS Alexandrinus. Vide ſuprà Lect. 10. lit. A. auth. 19. & lit. B. auth. 12. & 13. & Lect. 11. lit. A. auth. 22. 23. 24. 25. 26. 27. & 28.

2 AVGVSTINVS tom. 9. in Ioan. Vt ſupra Lect. 11. lit. B. authori. 5. & lit. F. author. 4.

3 IDEM tom. 10. de Verbis Domini. Vide ſuprà Lect. 10. lit. B. auth. 1.

4 HIERO. tom. 6. in Cap. 1. Epiſtolæ ad Epheſ. Dupliciter ſanguis Chriſti & caro intelligitur, ſpiritualis illa atque diuina, de qua ipſe dixit: Caro mea verè eſt cib⁹, & ſanguis meus verè eſt potus. Et: Niſi mādu caueritis carnem meam, & ſanguinē meū biberitis, non habebitis vitam in vobis. Vel caro & ſanguis, quæ crucifixa eſt, & qui militis effuſus eſt lancea.

Dupliciter intelligitur caro & ſanguis Chriſti.

Ioan. 6.

F

1 CONCILIVM Tridentinum ſeſſione. 21. cap. 4. Denique eadem Sancta Synodus docet, paruulos vſu rationis carentes, nullus obligari neceſsitate ad ſacramentalem Euchariſtiæ communionem: ſiquidem per Baptiſmi lauacrū regenerati, & Chriſto incorporati, adeptam iam filiorum Dei gratiam, in illa ætate amittere nō poſſunt. Neque ideò tamen damnanda eſt antiquitas, ſi eum morem in quibuſdam locis aliquando ſeruauit. Vt enim Sanctiſsimi illi Patres ſui facti probabilē cauſam, pro illius temporis ratione, habuerunt: ita certè eos nulla ſalutis neceſsitate id feciſſe, ſine controuerſia credendum eſt.

Paruuli nō egent perceptione Euchariſtia.

2 ET Cano. 4. Si quis dixerit paruulis, antequàm ad annos diſcretionis peruenerint, neceſſariam eſſe Euchariſtiæ cōmunionem; anathema ſit.

G

1 TERTVLLIANVS In Apologetico, Cap. 39. Vide ſup. Cap. 1. Lect. 13. lit. H. auth. 1.

2 CHRYSOSTOMVS tomo. 5. ad populum Antioche. Homil. 51. Propterea domum vnam nobis Deus dedit, mundum: omnibus vnum Solem accēdit, vnum extendit tectum, vnam appoſuit menſam, terram. Dedit et aliam, hac multò maiorem menſam, verùm & hanc vnam: myſteriorum conſortes norunt quod dicitur. Et *poſt pauca*. Quam igitur excuſationem habebimus, in regijs conſtituti, & in adyta vocati, & liberantium ſacri myſteriorum participes, ſi Gentilibus, qui nihil horum habuerunt, peiores inueniamur.

Vna eſt mēſa Diuinorum myſteriorum.

3 ET Homil. 60. Igitur accedat nemo cum nauſea, nemo reſolutus: omnes accenſi, omnes feruētes & excitati. Nam ſi Iudęi ſtantes, & calceamenta manibus geſtantes & baculos, agnum cum feſtinatione comedebant: te multò magis oportet eſſe ſolertem. Nam illi quidem in Palęſtinam erant produituri, & proptereà viatorum figuram habebant: tu verò debes in cœlum migrare, quapropter in omnibus oportet te vigilare. Nec enim parua pœna proponitur indignè ſumentibus. Conſidera quantum aduerſùs proditorem indignaris, contra eos qui crucifixerunt: itaque conſidera, ne tu quoque ſis reus corporis & ſanguinis Chriſti: illi ſanctiſsimum corpus iugularūt, tu verò polluta ſuſcipis anima poſt tot beneficia. Nec enim ſatis fuit homo fieri, colaphis cædi, & iugulari. verùm & ſemetipſum nobis commiſcet, & non fide tātùm, verùm & ipſa re nos ſuum efficit corpus. Quo non oportet igitur eſſe puriorem, tali fruētem ſacrificio? Quo Solari radio nō

Ad Euchariſtiā quomodo accedendum.

ſplendidiorem manum, carnē hanc diuidē-
tem? Os, quod igne ſpirituali repletur? Lin

Qui repellē-di à percep-tione Eucha-riſtia.

guam, quæ tremēdo nimis ſanguine rubeſ-
cit? *Et paucis interiectis*. Nullus itaque Iudas
aſsiſtat, nullus auarus. Siquis eſt diſcipulus,
adſit. Nam tales menſa non ſuſcipit: ait
enim: Cum diſcipulis meis facio Paſcha.

Matth. 16.

Hæc eſt illa menſa, & minus nihil habet.
Non enim illam quidem Chriſtus, hanc au-
tem homo perficit: verùm & hàc ipſe quo-
que. Hoc illud cœnaculum vbi tunc erant.
Hinc in oliuarum montem illi prodierunt,
prodeamus & nos ad manus pauperum.
Hic enim mons oliuarum locus: oliuæ
ſunt etenim plantatæ in domo Dei, paupe-
rum multitudo, diſtillantes oleum illic no-
bis vtile quod quinque Virgines habuerūt:

Matt. 25.

aliæ verò hic non capientes, perierunt. Hoc
ſumentes introeamus, vt luminoſis lampa-
dibus ſponſo occurramus: hoc ſumētes hinc

Viaticum in morte ſumē-dum.

exeamus. Inhumanus accedat nemo, nemo
crudelis & immiſericors, nemo prorſus im
mūdus. Hęc ad cōmunicātes dico, & ad vos
miniſtrantes. Nam & ad vos ſermonē con-
uertere neceſſarium eſt, vt multo cum ſtu-

Indignis mi-nime danda Euchari-ſtia.

dio hæc dona diſtribuatis. Non parua vobis
imminet vltio, ſi quem cuiuſpiam conſcium
nequitię huius menſæ participem eſſe con-
cedatis: ſanguis eius de manibus veſtris ex-
quiretur. Siue quis dux militię ſit, ſiue Pręfectus,
ſiue princeps diademate coronatus,
indignè autē accedat, prohibe: maiorē illo
poteſtatē habes. Tu verò, ſi tibi quidē fons
aquæ traditus fuiſſet purus gregi cuſtodiē-
dus, & pecudem multum ore fimum ha-
bentem vidiſſes, deorſum inclinari nō per-
miſiſses, & fluentum turbare: nunc verò
non aquę, ſed ſanginis & Spiritus fontē ha-
bens creditū, & cœno fœdius habētes pec-
catum videns accedentes, non indignaris,
nec arces? Et quam conſequêris veniam?
Proptereà vos Deus hoc inſigniuit honore,
vt talia diſcernatis. Hoc veſtra dignitas eſt,
hoc ſecuritas, hoc omnis corona, non vt al-
bam & ſplendentem tunicam circumeatis
induti. Et vnde (inquit) noui illum, & illum?
Non de ignotis, ſed de notis loquor. Dicam
aliquid terribilius. Non tam graue energu-

Heb. 10.

menos intus eſſe, quàm iſtos, vt ait Paul., vt
Chriſtum conculcent, & ſanguinem teſta-
menti communem exiſtiment, & gratiam

Dæmoniaco peior eſt, qui cum peccato ſumit Eu-chariſtiam.

Spiritus afficiant contumelia. Dæmonium
enim patiēti pejor eſt, qui poſtquàm pec-
cauit, accedit. *Et iterum*. Hoc myſterium nō
à rapina tantùm, verùm & ab omni vel
tenui inimicitia purum eſſe penitus iubet.
Eſt enim pacis. *Et mox*. Nullus igitur Iudas

Euchari-ſtia quibus deneganda.

hanc menſam petat, nullus Simon. Hi nan-
que duo propter auaritiam perierunt. Hoc
igitur bararrum fugiamus. *Et vide eundem
latè tom. 2. in Matth. hom. 83.*

4 IDEM tomo. 2. in Matthæ. Cap. 5.

Matt. 6.

Homilia. 16. *Et tunc veniens offer munus
tuum*. Per omnia iſta ſignificans, quia per

Inimicitias gerens ar-cendus eſt à communione.

aliquas inter ſe inimicitias diſsidentes, ne-
quaquàm menſa illa ſuſcipiat. Audiant hi
qui ſacris certè myſterijs initiati, cum ini-
micitijs ad communionem altaris accedūt.
Audiant etiam illi qui nōdum initiati ſunt:
nam ad ipſos quoque habet aliquid ſermo
iſte commune.

5 ET Homil. 37. Sunt enim & vobis cer-

Qui indignè communi-cat, cædis Dominicæ reus eſt.

tè peccata, non duabus aut tribus, ſed mille
digniſsima mortibus. Et vt alia prætermit-
tam, recordemur quoties indignè corpus
Chriſti ſuſcipimus, cùm non ignoremus hu
iuſmodi homines, corporis atque ſanguinis
Chriſti reos eſſe. Ita cùm de homicida
quidquam dicis, tui ipſius veniat in men-
tem, & conſidera, illum quidem nudum
hominem interfeciſſe, te autem cædis Do-
minicæ reum eſſe.

6 ET Homil. 51. Nullus ergo Iudas, nul-
lus Simon hanc menſam adeat, quorum
vterque æris cupiditate perijt.

7 IDEM tom. 4. in Epiſt. ad Hebræos,
Hom. 17. Vide ſuprà Lect. 14. in fine.

8 SOTER Papa martyr, decreto. 4.

Pro grauio-ribus crimi-nibus dene-ganda Eu-chariſtia.

(*Habetur tom. 1. Conciliorum, & de conſecra-
tione, diſt. 2. Can. in cœna.*) In cœna Domini
perceptio Euchariſtiæ negligitur, quæ
quoniam in eadem die ab omnibus fideli-
bus (exceptis his, quibus pro grauibus cri-
minibus inhibitum eſt) percipienda ſit,
Eccleſiaſticus vſus demonſtrat, cùm etiam
pœnitentes eâdem die ad percipienda cor-
poris & ſanguinis Dominici Sacramenta,
reconcilientur.

9 CYPRIANVS Serm. 5. de lapſis.
A diaboli aris reuertentes, ad Sāctum Do-
mini ſordidis & infectis nidôre manibus
accedunt. Mortiferos idolorum cibos ad
huc penè ructantes, exhalantibus etiam-
num ſcelus ſuum faucibus, & contagia ſce-

Idololatra prorſus in-dignus Eu-chariſtia.

leſta redolentibus, Domini corpus inua-
dvt, cùm occurrat Scriptura diuina, & cla-
met, & dicat: Omnis mundus manducabit
carnem, & anima quæcunque manduca-

Leuit. 22.

uerit carnem ſalutaris ſacrificij, quod eſt
Domini, & immunditia eius ſuper ipſum; &
peribit,

peribit anima illa de populo ſuo. Apoſtolus item teſtetur, & dicat: Non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum: non poteſtis menſæ Domini communicare, & menſæ dæmoniorum. Idem contumacibus & peruicacibus comminetur, & denunciet, dicens: Quicunque ederit panem, aut biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Spretis his omnibus atque contemptis, vis infertur corpori eius, & ſanguini eius. Plus modò in Dominum manibus atque ore delinquunt, quàm cùm Dominum negauerunt. *Et longe poſt.* Præſente ac teſte meipſo accipite quid euenerit. Parentes fortè fugientes, dum trepidi minus conſulunt, ſub nutricis alimento paruulam filiam reliquerunt, relictam nutrix detulit ad Magiſtratus. Illi ei apud idôlum, quò populus cōfluebat, quòd carnem necdum edere poſſet per ætatem, panem mero mixtum (quod tamen & ipſum de immolatione pereuntium ſupererat) tradiderunt. Recepit filiam poſtmodùm mater, ſed facinus puella commiſſum, tam loqui & indicare non potuit, quàm nec intelligere prius potuit, nec arcêre. Ignoratione igitur obreptum eſt, vt ſacrificantibus nobis, eam mater ſecum inferret. Sed enim puella miſta cum ſanctis, precis noſtræ & orationis impatiens, nunc ploratu concuti, nunc mentis æſtu fluctuabunda iactari, velut tortôre cogente, quîbus poterat indicijs conſcientiam facti in ſimplicibus adhuc annis, rudis anima fatebatur. Vbi verò ſolennibus adimpletis, calicem Diaconus offerre præſentibus cœpit, & accipientibus cæteris locus eius aduênit, faciem ſuam paruula inſtinctu diuinæ maieſtatis auertere, os labijs obturantibus premere, calicem recuſare. Perſtitit tamen Diaconus, & reluctanti licèt, de Sacramento calicis infudit. Tunc ſequitur ſingultus & vomitus. In corpore atque ore violato, Euchariſtia permanêre non potuit. Sanctificatus in Domini ſanguine potus, de pollutis viſceribus erupit: tanta eſt poteſtas Domini, tanta maieſtas. Secreta tenebrarum ſub eius luce detecta ſunt, ſacerdotē Dei, nec occulta crimina fefellerunt. Hoc circa infantem quæ ad loquendum alienum circa ſe crimen, necdum habuit ætatem. At verò ea quæ ætate prouecta, & in annis adultioribus conſtituta, ſacrificantibus latenter obrepſit, non cibum ſed gladium ſibi ſumens, & velut quædam venena lethalia intra fauces & pectus admittens, angi & anima exæſtuante concludi poſtmodùm cœpit, & preſſuram non iam perſecutionis, ſed delicti ſui paſſa, palpitans & tremens concidit. Impunitum diu non fuit, nec occultum diſsimulatæ conſcientiæ crimen: quæ fefellerat hominem, Deum ſenſit vltorem. Et cùm quædam arcam ſuam, &c. *Vt ſup. Lect. 16. lit. E. auth. 6.*

1. Cor. 10. — *1. Cor. 11.* — *Puella vſu carens, cum de idololythis percepiſſet, Euchariſtiā accipere non potuit.* — *Pœna indigne ſumentiū corpus Chriſti.*

10 IDEM, Sermo. De Cœna Domini. Verùm his qui verbotenus, corde ſicci, & mente aridi, ſacris interſunt, vel etiam participant donis, lambunt quidem petram, ſed inde nec mel ſugunt, nec oleum, qui nec aliqua charitatis dulcedine, nec Spiritus ſancti pinguedine vegetantur, nec ſe iudicant, nec Sacramenta diiudicant: ſed ſicut cibis communibus, irreuerenter ſacris vtuntur muneribus, & Dominicæ menſæ veſte lutulenta ſe ingerunt impudenter, quibus melius erat mola aſinaria collo alligata mergi in pelagus, quàm illota conſcientia de manu Domini buccellam accipere, qui vſque hodie hoc veraciſsimum & ſanctiſsimum corpus ſuú creat, & ſanctificat, & benedicit, & piè ſumentibus diuidit.

Quanta puritate accedendum ad Euchariſtiam. — *Matth. 18.*

H 1 AMBROSIVS tom. 3. Oratione funebri de exceſſu fratris ſui Satyri. Vt ſuprà, Lect. 13. auth. 30.

I 1 CYPRIANVS, Lib. 3. Epiſto. 14. Cùm in minoribus peccatis agant peccatores pœnitentiam iuſto tempore, & ſecundùm diſciplinæ ordinem ad exomologeſin veniant, & per manus impoſitionem Epiſcopi & cleri ius communicationis accipiant: nunc crudo tempore, perſecutione adhuc perſeuerante, nondum reſtituta Eccleſiæ ipſius pace, ad communicationem admittūtur, & offertur nomen eorum, & nondum pœnitentia facta, nōdum exomologeſi finita, nondum manu eis ab Epiſcopo aut clero impoſita, Euchariſtia illis datur: cùm ſcriptum ſit: Qui ederit panem, aut biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini.

Abſq; pœnitentia & cōfeſſione nemini eſt dā da Euchariſtia. — *1. Cor. 11.*

2 IDEM SERMO. De Cœna Domini. Vt ſuprà, Lectione. 1. litera. A. auth. 1. *Et deinde.* Ideòque alijs ſunt hæc munera odor vitæ in vitā, alijs odor mortis in mortē: quia omnino iuſtum eſt, vt tanto pri-

Sacramentū Euchariſtiæ quibus proſit, quibus obſit. — *2. Cor. 2.*

priuentur beneficio gratiæ contemptores, nec indignis tantæ gratiæ puritas ſibi faciat manſionem.

3 BASILIVS Magnus in regulis breuioribus. quæſtio. 172. *Quomodo affectus eſſe debeat Euchariſtiam percepturus.* Quanto cum timore, qualiue cum animi perſuaſione, affectione'ue, corpus & ſanguinem Chriſti communicemus? *Reſpon.* De timore quidem habemus Apoſtolum qui dicit: *1. Cor. 11.* Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. Fidem autem faciunt verba Domini, qui dixit: *Luc. 11.* Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam cõmemorationem. Et teſtimonium etiam Ioannis, qui cùm gloriam Verbi prius poſuiſſet, poſt conſeſtim modum aſſumptæ humanitatis adiecit cùm dixit: *Ioan. 1.* Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriã quaſi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis. Itemque Apoſtoli, apud quem ſcriptum eſt; *Philip. 2.* Quod cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſemetipſum exinaniuit, formã ſerui accipiẽs, in ſimilitudinẽ hominũ factus, & habitu inuentus vt homo: humiliauit ſemetipſum factus obediens vſq; ad mortem, mortem autem Crucis. *Fides ante communionem eſt in primis neceſſaria.* Quotieſcunque igitur animus fide his atque huiuſmodi verbis adhibita, qua quidem in cognitionem venerit maieſtatis tantæ gloriæ, qua verò incredibilem magnitudinẽ humilitatis & obediẽtiæ admiratus fuerit, quòd videlicet ille talis ac tantus Patri obediens fuerit vſque ad mortẽ pro vita noſtra: *Charitas vnde excitetur.* prorſus in eo charitatem arbitror excitari aduerſùs Deũ Patrẽ qui proprio Filio nõ pepercerit, ſed pro nobis omnibꝰ illũ tradiderit: *Rom. 8.* ſimiliterq; impelli ad diligendũ vnigenitũ Filiũ, qui obediens fuerit vſque ad mortem pro Redemptione & ſalute noſtra: atque ita aſſentiri Apoſtolo poteſt, qui quidẽ ijs qui ſani ſunt, quandam veluti regulam exponit, eam videlicet quæ in his bona eſt conſcientia, cùm ait: *2. Cor. 5.* Charitas Chriſti vrget nos, æſtimãtes hoc, quoniã ſi vnus pro omnibꝰ mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt, & pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, vt qui viuunt, nõ iam ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. Hoc modo animo affectus & paratus eſſe debet, qui panem & calicem communicat.

4 NICEPHO. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, Lib. 11. Cap. 34. Vt ſup. Lect. 8. lite. A. autho. 26.

5 AVGVS. tom. 4. Lib. de Fide & operibus. Cap. 6. Videamus vtrum ad percipiendum Baptiſmũ ſic admittẽdi ſunt homines, vt nulla ibi vigilet diligentia, ne Sanctum canibus detur, vſq; adeo vt nec apertiſsimi adulterij perpetratores, & eius perſeuerantiæ profeſſores, à Sacramento tantæ ſanctitatis videantur arcendi. *Ante Baptiſmũ ieiunandum.* Quò ſine dubio non admitterentur, ſi per ipſos dies, quibus eãdem gratiam percepturi, ſuis nominibus datis, abſtinentia, ieiunijs, exorciſmiſque purgantur. *Et poſt pauca.* Quid autẽ aliud agit totum tẽpus, quo catechumenorum locum et nomem tenent, niſi vt audiãt quæ fides, & qualis vita debeat eſſe Chriſtiani, *Quales debeant eſſe acceſſuri ad Euchariſtiã.* vt cùm ſeipſos probauerint, tunc de menſa Domini manducent, & de calice bibant? Quoniam qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. *1. Cor. 11.*

6 IDEM tom. 7. de Baptiſmo contra Donatiſtas, Lib. 5. Cap. 8. Sicut enim Iudas, *Ioan. 13.* cui buccellam tradidit Dominus, non malum accipiendo, ſed malè accipiendo locum in ſe diabolo præbuit: ſic indignè quiſque ſumens Dominicum Sacramẽtum, non efficit, vt quia ipſe malus eſt, malum ſit, aut quia non ad ſalutẽ accipit, nihil acceperit. *Male ſumẽtes corpus Dñi, dant locum diabolo.* Corpus enim Domini, & ſanguis Dñi nihilominus erat etiã illis quibus dicebat Apoſtolus; Qui manducat indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. *1. Cor. 11.*

7 IDEM tom. 9. in Ioan. tracta. 50. Qui aliquid de Eccleſia furatur, Iudæ perdito comparatur. Talis erat Iudas, & tamen cum Sanctis diſcipulis vndecim intrabat & exibat, *Pœna malè communicantis.* ad ipſam Dominicam cœnam pariter acceſsit: conuerſari cum eis potuit, eos inquinare non potuit. De vno pane & Petrus, & Iudas accepit, & tamen quæ pars fideli cum infideli? *1. Cor. 6.* Petrus enim accepit ad vitam, Iudas ad mortẽ. Quomodò enim ille *2. Cor. 2.* odor bonus, ſic ille cibus bonus: ſicut ergo odor bonus, ita & cibus bonus, bonos viuificat, malos mortificat. Qui enim manducauerit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. *1. Cor. 11.*

8 IDEM tom. 10. Serm. 2. de tempore. *Qua præparatione ſit opꝰ ad Chriſti Natalẽ.* Nam licet Chriſtus Dominus noſter poſt paſsionem reſurrexerit, & in cœlum aſcenderit, conſiderat tamen (vt credimus) & diligenter attendit, qualiter ſe vnuſquiſque ſeruorum eius ſine auaritia, ſine ira, ſine ſuperbia atque luxuria, ad celebrandã eius natiuitatẽ ſtudeat præparare atq; com-

componere,& ſecundùm quod vnũquenq; ornatum bonis moribus viderit,ita illi gratiam ſuæ miſericordiæ diſpenſabit. Si enim viderit charitatis luce veſtitum, iuſtitiæ vel miſericordiæ margaritis ornatum, caſtum, humilem, miſericordem benignum, ac ſobrium: ſi talem agnouerit, corpus & ſanguinem ſuum ei non ad iudicium, ſed ad remedium per ſacerdotum ſuorum miniſterium diſpenſabit. Si verò aliquem viderit adulterum, ebrioſum, cupidum, & ſuperbum, timeo ne hoc illi dicatur, quod in Euãgelio Dominus ipſe dixit: Amice quomodò huc intraſti non habẽs veſtem nuptialem? Et (quod Dominus auertat) fiat illud quod ſequitur: Ligate illi manus & pedes, & proijcite in tenebras exteriores, vbi fletus & ſtridor dentium. Ecce qualem ſentẽtiam in die iudicij excipiet, qui ſine remedio pœnitentiæ ad feſtiuitatem Domini, vitiorũ ſordibus inquinatus, acceſſerit. *Et mox.* Cogitemus ad quales nuptias, conſideremus ad qualem ſponſum, vel ad quale conuiuium inuitati ſumus. Inuitati enim ſumus ad menſam vbi non inuenitur cibus hominum, ſed panis ponitur Angelorũ. Et ideò videamus ne fortè intus in anima, vbi deberemus bonorum operum margaritis ornari, ibi appareamus vitiorũ pannis veteribus inuoluti. Et quando eos qui boni ſunt in oculis Dei, caſtitas reddet candidos, tunc eos qui mali ſunt, reddat luxuria ſordidatos. Et ideò quotieſcunq; aut dies Natalis Domini, aut reliquę feſtiuitates adueniunt, ſicut frequenter admonui, ante plures dies non ſolùm ab infelici concubinarum conſortio, ſed etiam à proprijs vxoribus abſtinete, ab omni iracundia vos alienos efficite, peccata præterita per eleemoſynam & pœnitentiam redimãtur, contra nullum hominũ odium in corde teneatur: quod ſolebat vanitas per gulam perdere, incipiat iuſtitia per miſericordiã pauperibus erogare. Quod luxuria vel gula diſſipauit in mundo, pietas reponat in cœlo. *Et rurſum.* Sed vt hæc quæ ſuggeſsimus, ſenſibus veſtræ charitatis tenacius inhæreant, breuiter quæ dicta ſunt iteramus. Hoc enim admonuimus fratres, vt quia Natalis Domini imminet, tãquâm ad nuptiale & cœleſte conuiuium ab omni luxuria alieni, & bonis operibus adornati, nos per Chriſti adiutorium præparemus. Eleemoſynas pauperibus erogemus, iracundiam vel odium velut venenum de cordibus noſtris reſpuamus. Caſtitatẽ fideliter conſeruate, ad conuiuia veſtra frequentius pauperes reuocate, ad vigilias maturius ſurgite. In Eccleſia ſtantes aut orate, aut pſallite, verba ocioſa aut ſecularia, nec ipſi proferte, & eos qui proferre voluerint caſtigate. Pacem cum omnibus cuſtodite, & quos diſcordes agnoſcitis, ad concordiam reuocate. Hæc ſi fideliter Chriſto adiuuante volueritis implere, & in hoc ſeculo ad altare Dominicum ſecura conſcientia poteritis accedere, & in futuro ad ęternam beatitudinẽ feliciter peruenire, præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

Euchariſtia quibus danda.

Matth. 22.

In feſtiuitatibus deuitanda peccata.

Ad altare Dominicum quomodo accedendum.

9 ET Sermo. 216. Ille bonus Chriſtianus eſt, qui quoties ſanctæ ſolennitates veniunt, vt ſecurius communicet, ante plures dies caſtitatem cum propria vxores cuſtodit, vt ſyncera & ſecura cõſcientia ad altare Dñi caſto corpore & mundo corde præſumat accedere.

Caſto corpore & mundo corde ſumenda Euchariſtia.

10 ET Sermo. 252. Vnuſquiſque conſideret conſcientiam ſuam, & quando ſe aliquo crimine vulneratum eſſe cognouerit, prius orationibus, ieiunijs, vel eleemoſynis, ſtudeat emundare conſcientiam ſuam, & ſic Euchariſtiam præſumat accipere. *Et mox.* Rogo vos fratres diligenter attendite, ſi ad menſam cuiuſcunq; potentis hominis nemo præſumit cum veſtibus conſciſsis & iniquitatibus accedere, quantò magis à conuiuio æterni regis, id eſt, ab altari Domini, debet ſe vnuſquiſque inuidiæ, vel odij veneno percuſſus, iracundiæ furore repletus, cum reuerentia & humilitate ſubtrahere, propter illud quod ſcriptum eſt, Vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Et iterum; Amice quomodò huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? Ecce qualem ſententiã merebitur audire, qui ad conuiuium nuptiale, id eſt, ad altare Domini, aut ebrioſus, aut adulter, aut odium in corde retinens, præſumit accedere. Auertat hoc Deus à nobis fratres chariſsimi, & concedat vt mala iſta aut nunquàm velimus admittere, aut ſi admiſſa fuerint, ſine vlla mora, pœnitentia vel pace ſtudeamus ſanare, & largioribus eleemoſynis feſtinemus abluere, ne fortè ſi cum peccatorũ vulneribus ante tribunal æterni iudicis venerimus, ab illa ęterna Eccleſia, & ab illa cœleſti Hieruſalẽ, perpetua excõmunicatione ſeparemur. *Et poſt pauca.* Hæc ergo

Ante ſuſceptionem Euchariſtiæ emũdetur cõſcientia, & vacetur orationibus, ieiunijs, eleemoſynis.

Matt. 5.

Matth. 22.

Pœna indigne communicantium.

ergo cogitantes fratres chariſsimi, tã caſti, & tam ſobrij, & tam pacifici ad iſtud altare, Deo auxiliante, ſtudeamus accedere, vt ab illo æterno altari non mereamur excludi. Qui enim ad iſtud altare caſto corpore, & mundo corde, cum munda & ſecura cõſciẽtia venit, ad illud altare, quod in cœlis eſt, felici trãſmigratione perueniet. Ad extremum fratres chariſsimi non eſt graue nec laborioſum quod ſuggero, hoc dico quod vos frequẽter facere aſpicio. Omnes viri quando communicare deſiderant, lauant manus ſuas: & omnes mulieres nitida exhibẽt linteamina vbi corpus Chriſti accipiãt. Nõ eſt graue quod dico fratres, quomodò viri lauant aqua manus ſuas, ſic eleemoſynis lauent conſcientias ſuas. Similiter & mulieres, quomodò nitidum exhibent linteolum vbi corpus Chriſti accipiant, ſic corpus caſtum & cor mundum exhibeant, vt cum bona conſciẽtia Chriſti ſacramenta ſuſcipiant. Rogo vos fratres, nũquid eſt aliquis qui in arca ſordibus plena velit mittere veſtem ſuam? Et ſi in arca ſordibus plena veſtis non mittitur pretioſa, qua fronte in anima, quæ peccatorum ſordibus inquinatur, Chriſti Euchariſtia ſuſcipitur?

Qua puritate opus ſit ſumpturis Euchariſtiam.

Ut nitido linteolo olim corpus Chriſti ſuſcipiebatur.

11 CHRYSOST. tom.2. in Matth. Homil.51. Tangamus ergo etiam nos fimbriam veſtimenti eius, imò verò totum. Ipſum enim ſi volumus, non veſtis ſolùm, ſed corpus ipſius nobis propoſitum eſt, non vt tangamus ſolummodò, ſed vt comedamus & ſaturemur. Adeamus igitur Chriſtũ ſinguli ægrotãtes magna cum fide. Nam ſi qui fimbriam veſtimenti eius tunc tetigerunt, rectè omnes conualuerunt, quantò magis corroborabimur ſi totum in nobis habebimus? Cùm fide autem accedere, non eſt vt tantummodò propoſitum corpus recipias, verumetiam multò magis, vt mundo corde tangas, vt ſic adeas quemadmodùm ad ipſum Chriſtum. *Et mox.* Audiamus igitur tã ſacerdotes, quã alij, quàm magna, quàm admirabilis res nobis conceſſa eſt. Audiamus oro, & perhorreſcamus: carnes ſuas nobis tradidit, ſeipſum immolatum propoſuit. Quam igitur ſatisfactionẽ offeremus, cùm tali pabulo nutriti peccemus? Cùm agnum comedẽtes in lupos cõuertimur? Cùm ouinis carnibus ſaturati, vt leones rapiamus? preſertim cùm id Sacramẽtum non à rapina ſolùm, verumetiam ab omni ſuſpicione inimicitiarum mundum ſemper ſeruare iubeamur? Pacis enim Sacramentũ eſt hoc Sacramentum, inquiſitioni pecuniarum & ſimoniæ non conuenit. Nam ſi ipſe ſibi gratia noſtri non pepercit, quo ſupplicio nõ erimus digni, ſi animæ non parcimus, pro qua Chriſtus ſeipſum tradidit, & pecunijs parcimus? *Et vide ſuprà, litera. G. authoritate.6.*

Matth. 9.

Cum fide & mundo corde accedendum ad corpus Chriſti.

12 ET Hom.38. Vide fermè eadẽ ſup. lite.G.auth.3.

13 IDEM tom.5. Ad Populum Antiochenum, Hom.60. Vidè ſuprà litera.G.authori.3.

14 ET Hom.61. Sicut eſt magnum & admirabile, ita ſi cũ puritate quidem acceſſeris, ad ſalutem acceſſiſti. Si verò mala conſcientia, ad pœnam & vltionem. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. Nam ſi regiam contaminãtes purpuram, ſimiliter puniuntur, ſicut & diſcindentes: non eſt vero diſsimile, Domini corpus impura mẽte ſuſcipientes, eandem ſubire vindictam cum his qui clauis ipſum diſciderunt. *Et paulò pòſt.* Cogita qui ſacrificij participes veteris erant, quãta vtebantur continentia. Quid non faciebant? Quid nõ agebant? ſemper expiabantur. Tu verò petẽs ſacrificium quod horrẽt & Angeli, temporum circulis rem definis. Et quomodò Chriſti aſsiſtes tribunali, ſceleſtis manibus & labijs ipſum corpus impetens? Et fœtente quidem ore tuo regem oſculari non eligeres, regem verò cœli fœtẽte anima deoſcularis? Factum hoc eſt contumelia. Dic mihi, immundis'ne manibus ad ſacrificiũ eligeres accedere? Non, vt ipſe puto. Sed nec omnino malles accedere, quàm manibus illotis: ita in paruo quidem eſt tam reuerẽs: ſordidam autẽ habens, animam, accedis, & audes tangere? *Et vide ſup. lit.A.authorit.4.*

1.Cor. 11.

Impura mẽte ſumentes Chriſti corpus, eádem pœna pleſtentur qua crucifixores.

Quanta puritate accedẽdũ ad Euchariſtiam.

15 IDEM tomo.1. In Geneſ. Homil.30. Quia in magnam hanc Hebdomadam peruenimus, Dei gratia, nunc maximè & ieiunij curſus intendendus, & magis cõtinuandę ſunt preces, facienda que diligens & pura peccatorum cõfeſsio, & in bonis operibus ſedulitas, eleemoſyna larga, æquitas, manſuetudo, aliæque virtutes: vt talibus ornati virtutibus, vbi in diem Dominicum venerimus, Domini liberalitate fruamur.

In hebdomada ſancta ante perceptionem Euchariſtiæ ſecũdũ, orãdũ, ieiunãdum, &c.

16 IDEM tom.4. In.1.Corinth.Homil. 24. Vide ſuprà, Lectione. 10. lite. B. authoritate.14.

17 ET

17 ET Homil.27.Conſidera cûm ſacras illas cœnas Apoſtoli accipiebãt,quid tũ faciebant?Non'ne in preces conuertebantur & Hymnos? Non'ne in ſanctas vigilias? Non'ne in longam illam doctrinam & multæ plenam philoſophiæ? Magna enim & admirabilia tunc eis narrabat & annunciabat Ieſus, cùm Iudas diſcederet vocatum qui eum erant crucifixuri. Non audiſti quomodò tria millia ſimul communicantes, ſemper vehementiores erant in orationibus, & doctrina, non in ebrietatibus & comeſſationibus? Tu autem prius quàm accipias, ieiunas vt aliquo modo dignus communicatione videaris: cùm autem acceperis, & oportet et in continentia perſeuerare, omnia perdis. Quanquam ęquum eſt ante & poſt communicationem ieiunare. Oportet enim vtroque tempore continentem eſſe, ſed maximè poſt acceptũ Spiritum. Antè, vt dignus fias accipiendi: poſtmodùm, vt non indignus videaris qui acceperis. *Et mox.* Conſidera quo tempore accedis, & cùm ſenſibilem menſam apponas, ad illam menſam, Cœnam Dominicam, ad Diſcipulorum vigiliam in illa ſancta nocte animum dirige. Nam ſi diligenter præſentia inquiremus, præſentia nox ſunt potius. Vigilemus igitur cum Domino, compungamur cum Diſcipulis, orationum tempus eſt, non ebrietatis.

Qua puritate Apoſtoli & alij Chriſtiani accedebant ad Euchariſtiam.

Act. 2.

Ante et poſt communionem quid agendum.

Pœnitētia, vigilia, & oratione opus eſt ad communicandū.

18 ET Hom.28. Prrobet autem ſeipſum homo. Non quemadmodùm nunc facimus, tẽporis gratia accedentes, magis quàm animi ſtudio: neque vt præparati ad vitia noſtra expurganda, compunctionis pleni accedimus, ſed vt in ſolennitatibus ſimus, quando omnes adſunt, conſideramus. Sed non ita Paulus præcipit, ſed vnum tempus nouit quo accederemus, communicationis & conſcientiæ puritatem. Nam ſi ſenſibili nunquàm communicaremus mẽſa, ſi febre laboramus, & malis humoribus abũdamus, ne perderemur: longè magis hanc tangere nefas eſt, abſurdis cupiditatibus impediti, quæ febribus grauiores ſunt. Cùm autem abſurdas dico cupiditates, etiam corporum dico, & pecuniarum, & iræ, & ſuccenſionis, & omnes ſimpliciter abſurdas. Quæ omnia accedentem exhaurire oportet, & ita purum illud attingere ſacrificiũ, non pigrè diſponi, & miſerè cogi, propter ſolennitatem accedere. Nec rurſum cõpunctum & præparatũ impediri, eo quòd non ſit ſolennitas. Solennitas enim bonorum operum eſt demonſtratio, animæ puritas, vitę certitudo: quę ſi habueris, ſemper celebrare poteris ſolennitatẽ, ſemper accedere. *Et vide ſuprà, lit. D. auth. 4.*

1. Cor. 11.

Qua probatione vti debeat Euchariſtiã ſumpturus.

K 1 CYPRIANVS, ſerm. de Cœna Domini. Vt ſup. Lectio. 10. lit. A. auth. 2. *Et deinde.* Ipſe enim & panis, & caro, & ſanguis, idem cibus, & ſubſtantia, & vita factus eſt Eccleſiæ ſuę, quam corpus ſuum appellat, dans ei participationem. *Et mox.* Panis itaque hic azymus cibus verus & ſyncerus, per ſpeciem & Sacramentum nos tactu ſanctificat, fide illuminat, veritate Chriſto conſormat. *Et paucis interpoſitis.* Nobis itaque, pro quibus ſanguis Chriſti oblatus eſt in cruce, & quos reconciliauit Deo, omnes excedens victimas hoc ſacrificium ſingulare, ipſe Chriſtus pincerna porrexit hoc poculum, & docuit vt non tantùm exterius hoc ſanguine liniremur, ſed & interius aſperſioue omnipotẽti anima muniremur, & penetrans omnia tanti medicamenti virtus, quidquid eſſet intus ibi durum effugaret, & renouaret, ſanaretque quidquid morbi carni vel ſpiritui veteris vitæ adlinierat corruptela. *Et rurſus.* Qui manducat ex hoc pane vltrà non eſurit: qui bibit, vltrà non ſitit, quoniam myſterij huius ſic ſufficit gratia, ſic reficit intelligentia, vt cuicunque tantæ rei innotuerit plenitudo, omnis conſummationis fine inuento, Chriſti baiulus ipſum ferat in pectore, ipſum gerat in mente, & omni tempore habitatori ſuo dicta & facta iubilatione conſona laudes reſonent, & gratiarum actiones decantent. Hæc ebrietas non accendit, ſed extinguit peccatum; in hoc vino non eſt luxuria, nec mouetur ad ludum poſt hunc potum laſciuia. Cùm ſopiuit obliuio cuncta carnis ludibria, mira ſunt quæ ſentit, magna quæ videt, inaudita quæ loquitur quem Agnus iſte paſchalis inhabitat, cuius animam meri huius fortitudo hilaritate inexplicabili lætificat & delectat. *Et iterum.* Vident hæc Sacramenta pauperes ſpiritu; & hoc vno contenti ferculo, omnes mundi huius delitias aſpernantur, & poſſidentes Chriſtum, aliquam huius mundi poſſidere ſupellectilem dedignantur.

L 1 CHRYSOSTOMVS tomo. 2. in Matth. Homilia. 51. Vide ſuprà, litera. I. authorit. 11.

2 ET Homil. 83. Singulis enim fidelibus per hoc myſterium ſe (*Chriſtus*) coniungit:

& quoſ

Chriſt⁹ vni tur fidelib⁹ ſe ſuſcipien tibus.

& quos peperit, non alij nutriendos tradit, ſed ipſe ſtudioſiſsimè alit, hac etiam re tibi perſuadens, carnem illum tuam aſſumpſiſſe. Tanta igitur charitate atque honore affecti, non torpeamus.

3 IDEM tomo.5. ad populum Antiochenum, Homilia.60. Vt ſup. litera. G. authorit.3.

4 IDEM tomo.4. in.1. ad Corint. Homil.24. Vide ſuprà, Lectio.10. litera. B. authorit.14.

5 IDEM tom.3. in Ioan. Homilia.45. Ab illa igitur menſa tanquàm leones ignē ſpirantes ſurgamus diabolo formidoloſi: & caput noſtrum intelligamus, & quā in nos præ ſe tulit charitatem. Parentes ſæpenumerò liberos ſuos alijs alendos dederūt, ego autem mea carne alo, me his exhibeo, omnibus faueo, omnibus optimam de futuris ſpem præbeo. *Et mox.* Hic ſanguis pulchritudinem atque nobilitatem animæ, quam ſemper irrigat & nutrit, langueſcere non ſinit. Sanguis enim à cibo non fit repentè, ſed prius aliud quiddā: hic quàm primū irrigat animā, eamq; vi quadam magna imbuit. Hic myſticus ſanguis dæmones procul pellit, Angelos & Angelorum Dominum ad nos allicit. *Et rurſum.* Hic ſanguis ſacerdotes faciebat. Hic ſanguis in figura peccata purgabat, in qua ſi tantam habuit vim, ſi vmbram ita mors horruit, quantoperè quæſo ipſam formidabit veritatē? Hic noſtrarum animarum ſalus eſt, hoc lauatur anima, hoc ornatur, hoc incēditur. Hic igne clariorem noſtram mentem reddit, & auro ſplendidiorē. Huius ſanguinis effuſio, cœlum peruium fecit. Admiranda ſanè Eccleſiæ myſteria, admirabile ſacrarium. Ex paradiſo fons ſcaturijt, à quo ſenſibiles fluuij emanarent: à menſa hac prodijt fons, qui fluuios ſpirituales diffundit. Iuxta hūc fontem non ſteriles ſalices germināt, ſed quercus cœlum ipſum attingentes, quæ fructus tempeſtiuos & ſolidos ſemper producunt. Si quis æſtuat, ad hunc fontem ſe conferat, & recreabitur. Mundat ſqualorē & ſordes, æſtus mitigat, non ſolares, ſed quos ignitæ ſagittæ imprimunt.

Eucharistia præbet ſpem gloriæ.

Sanguinis Chriſti inſignes effect⁹.

Pſalm. 22.

6 ET tom.1. in Pſal. 22. *Paraſti in conſpectu meo menſam, &c.* Iſta menſa agnoſcitur altaris Domini conſecratio. Nam vide quid dicit Sapientia: Sapientia ædificauit ſibi domum, ſuppoſuit columnas ſeptem, parauit menſam ſuā, miſit ſeruos ſuos conuocans omnes, & dicens: Venite, & edite de panibus meis, & bibite vinū quod miſcui vobis. Et quia iſtam menſam præparauit ſeruis & ancillis in conſpectu eorum quotidie in ſimilitudinem corporis & ſanguinis Chriſti, panem & vinum ſecundùm ordinem Melchiſedech, nobis oſtenderet in Sacramento: ideò dicit; Paraſti in cōſpectu meo menſam aduerſùs eos qui tribulāt me. Qui ſunt iſti qui nos tribulant? Suggeſtiones inimici, exagitationes, cupiditates, delectationes, ſeculi honores. Iſti tribulant, quia huiuſmodi qui ita viuunt, tribulationes carnis habent, ſed veniunt ad menſam potentis, conſiderantes ea quæ apponuntur eis, accipere cum timore & tremore, & tribulationes efficiuntur cōſolationes. Auferuntur ea quæ ſunt carnis, infunduntur ea quæ ſunt Spiritus, & ex menſa præparata, proficiunt contra eos qui tribulant eos.

Prouer. 9.

Sumentes dignè Eucharistiam, quid lucrē-tur.

7 AVGVSTINVS tom.9. in Ioā. tract.26. Norunt fideles corpus Chriſti, ſi corpus Chriſti non negligant eſſe. Fiant corpus Chriſti, ſi volunt viuere de Spiritu Chriſti. De Spiritu Chriſti non viuit niſi corpus Chriſti. Intelligite fratres mei quid dixerim. Homo es, & ſpiritum habes, & corpus habes: ſpiritum dico, quæ anima vocatur, qua conſtas quòd homo es: conſtas enim ex anima & corpore. Habes enim ſpiritum inuiſibilem, corpus viſibile. Dic mihi, quid ex quo viuat? Spiritus tuus viuit ex corpore tuo, an corpus tuum ex ſpiritu tuo? Reſpōdet omnis qui viuit: nam qui hoc non poteſt reſpondere, neſcio ſi viuit. Quid reſpondet omnis qui viuit? Corpus vtique meum viuit de ſpiritu meo. Vis ergo & tu viuere de Spiritu Chriſti? In corpore eſto Chriſti. Nunquid enim corpus meum viuit de ſpiritu tuo? Meum viuit de ſpiritu meo, & tuum de ſpiritu tuo. Non poteſt viuere corpus Chriſti, niſi de Spiritu Chriſti. Inde eſt quòd exponens nobis Apoſtolus Paulus hūc panem; Vnus panis (inquit) vnum corpus multi ſumus. O Sacramentum pietatis, ô ſignum vnitatis, ô vinculum charitatis. Qui vult viuere, habet vbi viuat, accedat, incorporetur vt viuificetur. Non abhorreat à compage membrorum, non ſit putre membrum quod reſecari mereatur, non ſit diſtortum, de quo erubeſcatur: ſit pulchrum, ſit aptum, ſit ſanum, hæreat corpori, viuat Deo, de Deo: nunc laboret in terra, vt poſteà regnet in cœlo.

Eucharistiæ fructus.

1. Cor. 10.

M s IV.

M 1 IVSTINVS martyr, in quæſtionibus Gētilium, quæſt. 44. Quando Iſaias & Ezechiel animalium, quæ multos oculos habebant, viſionem viderunt, num vtroque aliquid pateſactum eſt, an altero alterum demonſtrabatur? Quid verò etiam oſtendebatur? *Reſponſio.* Viſione quidem ea, quæ Iſaię oſtenſa eſt, Chriſti myſteriū enunciabatur, qui in ſolio gloriæ ſedet, eſuq; ſanctę carnis ſuæ, peccata impiorū ſceleſtorumq; hominum expiat. Qui in omni terra ſanctā eiuſdemq; honoris participem Trinitatem honore afficiunt, eiq; gratias agūt pro diuinorū munerū magnitudine. Cuius nomine ſancto lauacro expiati, iuſti effecti ſunt, concepta ſpe, fore vt cœleſtia æternaque bona conſequantur. Carbo enim quē Propheta vidit immundis ſuis labris adhærentem, ad iniquitatū peccatorumq; expiationē ſignificationē habebat Dominicæ carnis, quæ conſcientiam eorū, qui ipſam edunt, ab omni ſcelere expiat.

Iſai. 6.
Ezech. 1.
Euchariſtia delet peccata.

2 CYPRIANVS, Lib. de Duplici martyrio. Quin idem ſanguis, quoniam à nobis bibitur, ſi modò dignè bibitur, clamat in cordibus noſtris verba pacifica & ſolatij plena. *Et mox.* Si non eſt maius eximiæ beneuolentiæ teſtimonium, quàm ſi quis vitam impartiat amico: grauius eſt Dominici ſanguinis teſtimonium, qui pro inimicis effuſus eſt. Effuſus pro inimicis, fecit amicos ac filios Dei: atq; vt conſideremus hanc fore perpetuā amicitiā, reliquit nobis edendā carnē ſuā, reliquit bibendū ſanguinem, vt per eadē aleremur, per quæ ſumus redempti.

Sāguis Chriſti pacem tribuit.
Corporis & ſanguinis Chriſti, quis fructus.

3 IDEM, Lib. 2. Epiſtola. 3. ad Cœcilium. (*quæ eſt* 63.) Sed quia ębrietas Dominici calicis & ſanguinis, non eſt talis qualis ebrietas vini ſecularis: cùm diceret Spiritus ſanctus in Pſal. Calix tuus inebriās: addidit, Quàm peroptimus: q[uod] ſcilicet calix Dominicus ſic bibentes inebriet, vt ſobrios faciat, vt mentes ad ſpiritalē ſapientiā redigat, vt à ſapóre iſto ſeculari ad intellectum Dei vnuſquiſq; reſipiſcat. Et quemadmodùm vino iſto cōmuni mens ſoluitur, & anima relaxatur, & triſtitia omnis exponitur: ita epoto ſanguine Domini, & poculo ſalutari, exponatur memoria veteris hominis, & fiat obliuio priſtinę conuerſationis ſecularis, & mœſtū pectus ac triſte, quod prius peccatis angentibus premebatur, diuinę indulgentiæ lætitia reſoluatur. Quod tunc demū poteſt lætificare in Eccleſia Domini bibētem, ſi quod bibitur, Dominicā teneat veritatem.

Pſalm. 22.
Sumptę Euchariſtiæ effectus.

4 IDEM Serm. de Natiuitate Chriſti. *prope finem.* Defectui carnis noſtræ, quæ à primitiuis fęcibus originalis mali infecta languerat, ex Chriſti carne redditur fortitudo: & Sacramentorum communicatio, per quā illius corporis ſynceritati vnimur, nos in tantum corroborat, vt de mundo, & de diabolo, & de nobis ipſis victoria potiamur, & Sacramētali guſtu viuificis myſterijs inhærentes, vna caro & vnus ſpiritus ſimus, dicēte Apoſtolo: Qui adhæret Dño, vnus Spiritus eſt.

1. Cor. 6.

5 IDEM Sermo. de Cœna Domini. Vt ſup. lit. K.

6 CHRYSOST. tom. 5. de Sacerdotio, Lib. 6. Cùm autē ille (*ſacerdos*) & Spiritū ſanctū inuocauerit, ſacrificiumq; illud horrore ac reuerētia pleniſſimū perfecerit, cōmuni omniū Dño manibus aſsiduè pertractato, quæro ex te, quoto illum in ordine collocabimus? Quantam autem ab eo integritatem exigemus? Quantā religionē? Conſidera enim quales manus illas adminiſtrātes eſſe oporteat. Qualē linguā, quæ verba illa effundat: qua denique re non puriorem ſanctioremve conueniat eſſe animam, quæ tantum illum, tamque dignum Spiritum receperit. Per id tempus & Angeli ſacerdoti aſsident, & cœleſtium poteſtatum vniuerſus ordo clamores excitat, & locus altari vicinus in illius honorem, qui immolatur, Angelorum choris plenus eſt. Id quod credere abundè licet, vel ex tanto illo ſacrificio quod tum peragitur. Ego verò & commemorantem olim quendam audiui, cum diceret ſenem quendam virum admirabilem, ac cui reuelationum myſteria multa diuinitus fuiſſent detecta, ſibi narraſſe, ſe tali olim viſione dignum habitum à Deo eſſe: ac per illud quidem tempus repentè Angelorum multitudinem cōſpexiſſe (quatenus humanus aſpectus ferre poterat) fulgētibus veſtibus indutorum, altare ipſum circūdantiū: deniq; ſic capite inclinatorū, vt ſi quis milites præſente rege ſtantes videat: id quod facilè mihi ipſe perſuadeo. Itē & alius quidā mihi narrauit, nō ille quidē ab alio edoctus, ſed dignus habitus qui & vidiſſet ipſe & audiſſet, quòd qui de vita hac emigraturi ſunt, ſi myſteriorū huiuſmodi cum pura & munda conſcientia fuerint participes, ſpiritū efflaturi, ab Angelis illorū corpora ſatellitū more ſtipātib[us],

Sacrificium altaris horrore & reuerentia pleniſsimum.
Sacerdos celebrans qualis eſſe debeat.
Sacrificio Miſſæ adeſt ingens Angelorū multitudo.
Viſio de Angelorū præſentia.
Altera viſio.

propter aſſumptum illud ſacrum, hinc rectà in cœlum abducuntur.

7 IDEM tom. 5. ad populum Antiochenum, Hom. 60. Vide ſup. Lect. 10. lit. A. auth. 17. prope finem: ſunt nanque vtrobiq; eadem verba.

8 ET Homil. 61. Vide ſup. Lect. 11. lit. F. authorit. 10.

9 DIONYS. Areopagita, Lib. De Eccleſiaſt. Hierarch. Cap. 7. Vide ſuprà, Lect. 10. lit. D. auth. 12.

10 BASIL. Magnus in Liturgia. Vt ſup. lit. A. auth. 10.

11 AVGVST. tomo. 9. in Caput. 6. Ioannis, tracta. 26. Vide ſuprà, Lectio. 11. lit. F. authorit. 4. & in hac Lectio. litera. L. authoritate. 7.

12 ET TRACTA. 27. *in fine.* Sed quid eſt quod ait: Qui manet in me & ego in illo? Quid? Niſi quod martyres audiebat: Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Quomodò manſit in illo ſanctus Laurentius? (cuius hodie feſtum diem celebramus.) manſit vſque ad tentationem, manſit vſque ad tyrannicam interrogationem, manſit vſque ad acerrimam comminationem, manſit vſque ad peremptionem: parum eſt, vſque ad immanem excruciationem manſit. Non enim occiſus eſt citò, ſed cruciatus eſt in igne: diu viuere permiſſus eſt, imò non diu viuere permiſſus eſt, ſed tardè mori compulſus eſt. In illa ergò longa morte, in illis tormentis, quæ bene manducauerat, & bene biberat, tanquàm illa eſca ſaginatus, & illo calice inebriatus, tormenta non ſenſit. Ibi enim erat qui dixit: Spiritus eſt qui viuificat. Caro enim ardebat, ſed ſpiritus animam vegetabat. Non ceſsit, & in regnum ſucceſsit.

Ioan. 15.
Matth. 10.
Eucharistiæ eximia virtus.
Ioan. 6.

13 CYRILLVS Alexādrinus, Lib. 4. in Ioan. Cap. 17. Pias quæſu cogitationes ſuſcipias, ſtudioſè ſanctèq; viuas, & benedictione participes, quæ (mihi crede) non mortem ſolùm, verùmetiam morbos omnes depellit. Sedat enim, cùm in nobis maneat Chriſtus, ſæuientem membrorum noſtrorum legem, pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit. *Et vide ſuprà, Lect. 10. lit. B. authorit. 12. & Lect. 11. lit. A. auth. 23. 24. & 25.*

14 IRENÆVS aduerſùs hæreſes, Lib. 5. Cap. 2. Vide ſuprà, Lectio. 10. lit. A. authoritate. 4.

N 1 IVSTINVS martyr, Apologia. 2. pro Chriſtianis, prope finem. Vide ſuprà. Lectio. 10. litera. A. authorit. 1. litera. D. authorit. 15.

2 TERTVLLIANVS. in Apologeticu, Cap. 39. Vide ſuprà, litera. G. authoritate. 1.

3 AVGVSTINVS. tom. 2. Epiſt. 118. Ad Ianuarium, Cap. 2. Alij quotidie communicant corpori & ſanguini Dominico, alij certis diebus accipiunt. *Et Cap. 3.* Dixerit aliquis, non quotidie accipiendam Euchariſtiam. Quæſieris, quare? Quoniam (inquit) eligendi ſunt dies quibus purius homo continentiuſque viuit, quò ad tantum Sacramentum dignius accedat. Qui enim manducauerit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. Alius contrà, imò (inquit) ſi tanta eſt plaga peccati, atque impetus morbi, vt medicamenta talia differenda ſint, authoritate Antiſtitis debet quiſque ab altario remoueri ad agendam pœnitentiam, & eâdem authoritate reconciliari. Hoc eſt enim indignè accipere, ſi eo tempore accipiat quo debet agere pœnitentiam, non vt arbitrio ſuo cùm liber, vel auferat ſe communioni, vel reddat. Cæterum ſi peccata tanta non ſunt, vt excommunicādus quiſquam homo iudicetur, non ſe debet à quotidiana medicina Dominici corporis ſeparare.

Quotidie cōmunicare debeẽt peccato graui carentes.
1. Cor. 11.

4 IDEM tomo. 3. Lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus, Cap. 53. Quotidie Euchariſtię Communionem percipere, nec laudo, nec reprehendo: omnibus tamen Dominicis diebus communicandum ſuadeo & hortor: ſi tamen mens ſine affectu peccandi ſit. Nam habentem adhuc voluntatem peccandi, grauari magis dico Euchariſtiæ perceptione, quàm purificari. Et ideò quamuis quis peccato mordeatur, peccandi non habeat de cætero voluntatem, & communicaturus ſatisfaciat lacrymis & orationibus, & confidens de Domini miſeratione, qui peccata pię confeſsioni donare conſueuit, accedat ad Euchariſtiam intrepidus & ſecurus. Sed hoc de illo dico quem capitalia & mortalia peccata non grauant: nam quem mortalia crimina poſt Baptiſmum commiſſa premunt, hortor prius publica pœnitentia ſatis facere, & ita ſacerdotis iudicio reconciliatum communioni ſociari, ſi vult non ad iudicium & condemnationem ſui, Euchariſtiam percipere.

An communicandum quotidie.

5 HIERONY. tomo. 1. Epiſtol. 28.

Romani & Hiſpani quotidie cōmunicare ſolebant.

ad Lucinium. De Sabbatho quod quæris, vtrum ieiunandum ſit: & de Euchariſtia, an accipienda quotidie: quod Romanæ Eccleſiæ & Hiſpaniæ obſeruare perhibentur: ſcripſit quidem, & Hippolytus vir diſertiſsimus, & carptim diuerſi ſcriptores è varijs authorib⁹ edidere. Sed ego illud te breuiter admonendum puto, traditiones Eccleſiaſticas, (præſertim quæ fidei non officiant) ita obſeruandas vt à Maioribus traditæ ſunt: nec aliorum cōſuetudinem, aliorum contrario more ſubuerti. Atque vtinam omni tēpore ieiunare poſsimus, quod

Actor. 13. 20. & 27.

in Actibus Apoſtolorum diebus Pentecoſtes, & die Dominico Apoſtolum Paulum, & cum eo credentes, feciſſe legimus. Neq; tamē Manichææ hæreſeos accuſandi ſunt, cùm carnalis cibus præferri non debuerit ſpirituali. Euchariſtiam quoque abſq; condemnatione noſtri, & pungente conſcientia ſemper accipere, & Pſalmiſtam audire

Pſalm. 33. Pſal. 44.

dicentem: Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt Dominus. Et cū eo canere, Eructauit cor meum verbum bonum.

6 CHRYSOST. tom. 5. Ad populū Antiochenum, Homilia. 61. Multos video Dominici corporis participationem temerè ſumentes, vt à caſu & conſuetudine potius & lege, quàm cogitatu & mente. Si ſuperueniet (inquit) ſanctæ tempus Quadrageſimæ, qualiſcunq; ſit aliquis, myſteria ſumit. Si ſuperuenerit Epiphaniorum dies. Licèt tempus Aduentus, vel Epiphania, vel quadrageſimæ, dignos accedere non

Cū puritate frequenter communicandū: ſine ea, nunquam. Arguit raro cōmunicantes.

facit: Sed animæ ſynceritas ac puritas. Cū hac igitur ſemper accede, ſine hac nunquā. *Et poſt pauca.* Multam video rerum inæqualitatem. In alijs quidem temporibus, cùm puri frequenter ſitis, non acceditis. In Paſcha verò, licet ſit aliquid à vobis patratum, acceditis. O conſuetudinem, ô præſumptionem: Sacrificium fruſtra quotidianum. Incaſſum aſsiſtimus altari, nullus qui communicetur. *Et adhuc poſteà.* Dic mihi, ſi quis Rex ſtatuiſſet atque dixiſſet: Si quis hoc facit, menſæ meæ ſit particeps: non'ne propter hoc omnia feciſſetis? In cœlum vos vocauit ad magni Regis menſam & admirabilis, & retrocedimus, & ceſſamus, & non feſtinamus, nec ad tem accurrimus: & quæ nobis eſt ſalutis ſpes? Nō vacat imbecillitatem accuſare, non naturam, ſola nos negligentia facit indignos.

7 IDEM tom. 4. In Epiſt. ad Hebr. Homilia. 17. Plurimi ex hoc ſacrificio ſemel accipiūt in toto anno, alij bis, alij ſæpius. Ad omnes ergò nobis ſermo eſt, non ad eos qui hic ſunt tantùm, ſed etiam ad eos qui in eremo ſedēt. Illi enim ſemel in anno participantur, fortaſsis enim & poſt duos

Qui mundā habent conſcientiā, cōmunicēt frequenter.

annos. Quid ergo eſt? Quos magis acceptabimus? eos'ne qui ſemel, an eos quia ſæpius, an illos qui raro accipiūt? Neq; illos qui ſemel, neq; qui ſæpius, neq; qui raro, ſed eos qui munda conſciētia, qui cū mūdo corde, cum vita irreprehenſibili: iſti ſemper accedāt. Qui verò tales non ſunt, neq; ſemel. *Et vide ſup. Lect. 14. authorit. vltim.*

8 ET in Epiſt. ad Epheſ. Hom. 3. Vide ſup. proximè, authorit. 6. in princip. ſunt enim eadem verba vtrobique.

9 ET in. 1. ad Corinth. Homil. 28. Vide ſup. lit. I. authorit. 18.

10 HIPPOLYTVS Epiſcopus & & martyr, Oratione de conſummatione mundi, & Antichriſto. Lugebūt etiam Eccleſiæ luctum magnum, quia nec oblatio, nec ſuffitus fiat, nec cultus Deo gratus. Sed Eccleſiarum ædes ſacræ tugurij inſtar erūt,

Tēpore Antichriſti ceſſabit ſacrificium, Pſalmodia, et ſacra lectio.

pretioſumq; corpus & ſanguis Chriſti non extabit in diebus illis: Liturgia extinguetur, Pſalmorū decantatio ceſſabit, Scripturarū recitatio non audietur, ſed erunt apud homines tenebræ, lamentatio ſuper lamentationem, væ ſuper væ.

11 PAVLINVS Nolanus Epiſcopus, Epiſtola. 9. ad Seuerum. Si igitur in hoc domus & mens noſtra fundetur, & digna tanto fundamento ſuperædificetur operatio, erit nobis in adytum ciuitatis

Pſalm. 25.

ſuæ, porta, ipſe qui reget nos in ſecula, & in in loco paſcuæ collocabit nos, quos iam per aquam refectionis ſibi genuit, & nutrit epulis ſalutaribus, in eam menſam quam præparauit nobis aduerſùs eos qui

Luc. 14.

Chriſtus nobis eſt regnum & panis.

tribulant nos: de qua dicit, Beatus qui manducabit panem in regno Dei. Quia Chriſtus idem & regnum & panis eſt, quo nos ſaginamur, & ſerpens tabeſcit, cuius fames & pœna eſt cibus vitæ noſtræ Chriſtus Ieſus, qui factus eſt nobis in eſcam, vt eo pane viuentes, & ſecundùm eum ambulantes,

Philipp. 3.

poſsimus iuxta Apoſtolum dicere: Noſtra conuerſatio in cœlis eſt.

12 IDEM, in vita ſancti Ambroſij. Honoratus ſacerdos Eccleſiæ Vercellenſis, cū in ſuperiore domo ſe ad quietē compoſuiſſet, tertiò vocem vocātis ſe audiuit, dicentiſq; ſibi: Surge, feſtina, quia modò eſt receſſurus. Qui deſcendens, obtulit ſancto

D. Ambroſ. morituro datur viaticũ.

(*Ambroſio*) Domini corpus. Quod vbi accepit, emiſit ſpiritum, bonum viaticum ſecum ferens, vt in virtute eſcæ anima refectior, Angelorum nunc conſortio (quorum vitam vixit in terris) & Heliç ſocietate lætetur.

13 THEODORETVS Cyrenſis Epiſcopus, Dialogo. 3. Vide ſup. Lect. 13. authori. 58.

14 OECVMENIVS in Cap. 5. Epiſt. ad Hebræ. Tu es ſacerdos in æternũ, &c. Neque enim de ea quæ ſemel facta eſt oblatio & hoſtia, dixiſſet, In æternum: ſed reſpiciens ad præſentes ſacrificos, per quos medios Chriſtus ſacrificat, & ſacrificatur: qui etiam in myſtica cœna modũ illis tradidit huiuſmodi ſacrificij.

Per ſacerdotes Chriſtus ſacrificat & ſacrificatur.

15 EVTHYMIVS in Cap. 26. Matthæ. Cap. 63. Dicitur hoc myſterium, etiam Participatio: quia participamus hæc Sacramenta. Dicitur & Communio, quia communicamus Chriſto, & nobis inuicem per ea: & incorporamur Chriſto, & membra inter nos inuicem efficimur. *Et mox.* Primùm autem lauit pedes diſcipulorum: deinde eos miniſterij huius fecit eſſe participes, vt diſcamus quòd prius purificari eos oporteat, deinde participare. *Et rurſum.* Quemadmodùm ſupernaturaliter aſſumptam carnem Deificauit, (ſi ita loqui liceat) ita & hęc ineffabiliter tranſmutat in ipſum viuificum corpus ſuum, & in ipſum precioſum ſanguinem ſuum, & in gratiam ipſorũ. Habent autem ſimilitudinẽ quandam, panis ad corpus, & vinum ad ſanguinem. Nam & panis & corpus, terræ ſunt: Vinũ autem & ſanguis, aërea & calida. Et quemadmodùm panis confortat, ita & Chriſti corpus hoc facit, ac magis etiam corpus & animam ſanctificat. Et ſicut vinum lætificat, ita & ſanguis Chriſti hoc facit, & inſuper præſidium efficit?

Euchariſtia cur dicatur participatio et cõmunio.

Purificari oportet eos qui ſunt cõmunicaturi.

Tranſmutatio panis & vini in corpus & ſanguinẽ Chriſti.

LECTIO XVIII.

DOCTOR.

AGE iam veniamus ad Sacramentum quod quinto, tu loco poſueras, quo nomine illud appellari ſolet?

ADOLESCENS.

Extremæ Vnctionis, aut ſi mauis, Olei ſancti.

DOCTOR.

Cedo eius definitionem.

ADOLESCENS.

Eſt in hoc inprimis (Hæc enim viam nobis ad definitionem ſternent) Sacramento, ſignum illud exterius & aſpectabile [a] ſacræ Vnctionis à Chriſto Ieſu inſtitutum: ad huius veró perfectionem Sacramenti, Verbum quoque habemus à ſacerdote diſertè expreſſum.

a Marci. 6. Iacob 5. Iſidor. lib. 1. de offic.

DOCTOR.

Quis tandem eſt horum omnium effectus?

ADO-

ADOLESCENS.

Is eſt duplex. Nam & anima peccatorum ſuorũ onere, ac vitiorum morbo leuatur, & ægro quoque [b] corpori vel abſcedit omnino languor, ſalute, ſi profutura eſt ſpiritui, reſtituta: vel certè accedunt vires ad vim ac moleſtias morbi conſtantius perferendas.

[b] Tertul. ad Scapul. Hieron. in cap. 6 Marc. Auguſt. de viſit. infirm. lib. 2. c. 4. Chryſoſt. lib. 3. de ſacerdo.

DOCTOR.

Quid prætereà?

ADOLESCENS.

Magnum inde robur accreſcit ſpiritui, vt aduerſus ſalutis ſuæ hoſtem fortius poſsit dimicare.

DOCTOR.

Solis ergo ægrotis debet hoc Sacramentum adhibêri?

ADOLESCENS.

Planè. Nã ea fuit in primis [c] Apoſtolorũ cõſuetudo, tametſi non eò debeat vſq; hæc cœleſtis medicina differri, dũ nulli amplius in homine ſenſus vigeant, eorumq; nihil poſsit percipere, quæ illi ſuggeruntur. Sed multò ſatius eſt magis, tempus aliquod anteuertere, vt ipſi tùm rem ipſam intelligenti, tùm ijs quę à ſacerdote proponũtur auſcultanti, hæc tota res vtilior eſſe poſsit.

[c] Marc. 6. Iacob 5.

DOCTOR.

At cùm non ſemper ægro ſalus hoc Vnctionis Sacramento reſtituatur, imò vitam etiam cum morte aliquando piè vnctus commutet, quo pacto effectum & vim ſuam ſemper exerit?

ADOLESCENS.

Probè. Nam cùm hoc in ægro pœnitente ſit præcipuum, vt peccatis, ſi quibus vinctus ſit, [d] ſoluatur, eorũ fit hìc illi in primis remiſsio. Et licet non ita ſalus repentè redeat corpori, ſenſim ſaltem & ſuo tempore ſæpè reſtituitur, dolore, ac moleſtia ægritudinis non parùm quotidiè imminutis.

[d] Innocen. 1. epiſt. ad Decentium. Auguſt. de vera. Catho. conuer.

DOCTOR.

Cenſes ergo nullo ad vim ac naturã Sacramenti huius conſtituendam, exteriori ac viſibili ſanitatis miraculo opus eſſe, quòd primus ac maximus fructus qui ſpiritui conſertur, in eo ſit ſpectandus.

ADOLESCENS.

Ita omnino, præſertim cùm gratia, quæ Sacramentorum vſu conferri ſolet; [e] animos in primis pertingat, tametſi & ad ipſa vſque corpora iam olim in [f] veteri Eccleſia, fidei ſtabiliendæ ergò, perueniret. Quod etiam fieri hoc tempore ſolet nõnunquam, iis præſertim in locis ac populis, vbi religionis noſtræ fundamenta iaciuntur.

e Aug. lib. 19. contra Fauſt. cap. 11. & tract. 80. in Ioan.
f Iacob. vbi ſup. Hiero. vbi ſup. Ruffin. Eccleſ. Hiſt. lib. 2. cap. 4. Sulp. in vita S. Martini. c. 2. dialogo. 3.

DOCTOR.

Præclarè: ac ex his proinde huius definitio Sacramẽti minimo [g] negotio elicitur. Eſt enim Sacramentum quo Deus, ſigno Vnctionis exteriore, corpori ſalutem, & animæ gratiam elargiri ſolet.

g Concil. Florent. gene. & Innocent. ibidem.

ADOLESCENS.

Sic eſt.

AVTHORIT. SCRIPT.

A MARC. Cap. 6. Et exeuntes prędicabant vt pœnitentiam agerent, & dæmonia multa eijciebant, & vngebant oleo multos ægros, & ſanabant.

IACO. Cap. 5. Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum vngentes eum oleo in nomine Domini. Et oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuabit eum Dñs: & ſi in peccatis ſit, remittentur ei.

C MARC. Cap. 6. Vt ſup. lit. A.
IACOB. Cap. 5. Vt ſup. lit. A.

AVTHORIT. PATR.

A 1 ISIDO. Lib. 1. de officijs Eccleſiaſticis. Chriſmatis Sacramẽtum Moyſes in Exodo, iubente Domino, compoſuit, & confudit, quo primi Aaron & filij eius in teſtimoniũ ſacerdotij & ſanctitatis, perũcti ſunt. Denique & reges eodẽ Chriſmate ſacrabantur, vnde & Chriſti nuncupabantur, ſicut ſcriptum eſt: Nolite tangere Chriſtos meos. Eratq; eodem tempore in regibus & ſacerdotibus tãtùm myſtica vnctio, qua Chriſtus figurabatur, vnde & ipſum nomen à Chriſmate dicitur. Sed poſtquàm Dñs noſter verus Rex & ſacerdos æternus, à Deo Patre cœleſti, myſtico vnguento eſt delibutus, iam non ſoli Pontifices & Reges, ſed omnis Eccleſia Vnctione Chriſmatis conſecratur pro eo quòd membrũ eſt æterni ſacerdotis & regis. Ergo quia genus regale & ſacerdotale ſumus, ideò poſt lauacrum vngimur, vt Chriſti nomine conſecremur.

Exo. 30.
Pſal. 104.
Chriſmatis vſus.
1. Pet. 2.

B 1 TERTVLL. Lib. ad Scapulam, Cap. 4. Et quanti honeſti viri (de vulgaribus enim non dicimus) aut à dæmonijs, aut valetudinibus remediati ſunt? Ipſe etiam Seuerus pater Antonini, Chriſtianorum memor fuit. Nam & Proculum Chriſtianũ, qui Torpaciõ cognominabatur, Euhodeæ procuratorem, qui eum per oleum aliquando curauerat, requiſiuit, & in palatio ſuo habuit vſque ad mortem eius: quem & Antoninus optimè nouerat, lacte Chriſtiano educatus.

Per oleum Vnctionis ſanãtur aliqui.

2 HIERONYM. tom. 6. in Marc. Cap. 6. Mittũtur deinde duodecim Apoſtoli, & datur eis poteſtas præcepta docendi, vt comitetur verbum ſimul & factum, & cum promiſsis inuiſibilibus viſibiles virtutes micent: & cùm vngebant oleo ægros, infirmitatem fidei virtute corroborant.

Vnctio ſacri olei ægros roborat.

3 AVGVST. tomo. 9. De Viſitatione infirmorum. Lib. 2. Cap. 4. Nec prætermittendum eſt illud Apoſtoli Iacobi præceptum: Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Eccleſiæ, vt orent ſuper eum, vngentes

Iacob. 5.

vngentes eum Oleo ſancto in nomine Ieſu, & oratio fidei ſaluabit infirmum. Ergò ſic roges de te & pro te fieri, ſicut dixit Apoſtolus Iacobus, imò per Apoſtolũ ſuum Dñs: Ipſa videlicet Olei ſacrati delibutio, intelligitur Spiritus ſancti typicalis vnctio.

Quid ſignificat Olei ſacrati Vnctio.

4 CHRYSOST. tom.5. De Sacerdotio, Lib.3. Sacerdotes non ſolùm cùm nos regenerant, ſed poſteà etiam condonandorum nobis peccatorum facultatem obtinent. Infirmatur (inquit) inter vos aliquis? Accerſat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo, &c.

Sacerdotum poteſtas quãta.

Iacob. 5.

D

1 INNOCENT. Papa primus, Epiſt.6. ad Decentium Eugubinũ Epiſcopum. Cap. 8. Sanè quoniam de hoc ſicuti de cæteris conſulere voluit dilectio tua, adiecit etiam filius meus Cœleſtinus Diaconus in epiſtola ſua, eſſe à tua dilectione poſitum illud, quod in Beati Iacobi Apoſtoli Epiſtola conſcriptũ eſt: Si infirmus aliquis in vobis eſt, vocet presbyteros, & orent ſuper eum, vngentes eum Oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit laborãtem, & ſuſcitabit illum Dominus: ſi peccata fecit, remittet ei. Quod non eſt dubium de fidelibus ægrotantibus accipi vel intelligi debere, qui ſancto Oleo Chriſmatis perungi poſſunt, quo ab Epiſcopo confecto, non ſolùm ſacerdotibus, ſed omnibus vti Chriſtianis licet in ſua aut ſuorum neceſsitate inungendo. Cæterum illud ſuperfluum videmus adiectum, vt de Epiſcopo ambigatur, quod presbyteris licere non dubiũ eſt. Nam idcirco de presbyteris dictũ eſt, quia Epiſcopi occupationibus alijs impediti, ad omnes languidos ire nõ poſſunt. Cæterum ſi Epiſcopus aut poteſt, aut dignum ducit, aliquem à ſe viſitandum & benedicere, & tangere Chriſmate, ſine cũctatione poteſt, cuius eſt ipſum Chriſma cõficere. Nam pœnitentibus iſtud infundi non poteſt, quia genus eſt Sacramenti. Nam quibus reliqua Sacramenta negantur, quomodò vnum genus putatur poſſe concedi?

Iacob. 5.

Omnibus Chriſtianis dãda eſt ſacra Vnctio Olei, quod ſolus Epiſcopus conſecrare poteſt.

Sacra Vnctio eſt Sacramentum.

2 AVGVS. tom.9. Tractatu. De Rectitudine Catholicæ cõuerſationis. Quoties aliqua infirmitas occurrerit alicui, non quærantur præcantatores, non diuini, non ſortilegi, non carcarij: neque per fontes, aut arbores, aut biuia, phylacteria exerceantur, ſed qui ægrotat in ſola Dei miſericordia confidat, & Euchariſtiam cum fide & deuotione accipiat, Oleumque benedictum fideliter ab Eccleſia petat, vnde corpus ſuũ vngatur, & (ſecundùm Apoſtolum) oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: nõ ſolùm corporis, ſed & animæ ſanitatem accipiet, complebiturque in illo quod Dñs in Euangelio promiſit dicens: Omnia quæcunq; petieritis Patrem in nomine meo in oratione, credentes accipietis.

Ægroti accipiant Sacramẽta Euchariſtiæ & Extremæ vnctionis.

Iacob. 5.

Matth. 15.

3 CONCIL. Cabilonenſe ſecundum, Cap.48. Secundùm B. Iacobi Apoſtoli documentum, cui etiam decreta Patrum conſonant, infirmi Oleo, quod ab Epiſcopis benedicitur, à presbyteris vngi debent. Sic enim ait: Infirmatur quis in vobis, &c. Non eſt itaq; paruipendenda huiuſmodi medicina, quæ animæ corporiſque medetur languoribus.

Iacob. 5.

Extrema Vnctio.

4 CONCIL. Aquiſgranẽſe ſecundũ, Cap.2. Can.8. Statutum etiam, vt vel ſemel in anno, ideſt, in quinta feria quę eſt in Cœna Domini, vnctio ſancti Olei in quo ſaluatio infirmorum creditur, per omnes ciuitates ab Epiſcopis non negligatur, ſicut nũc vſq; neglecta eſt, ſed omni deuotione iuxta traditionem Apoſtolicam ac ſtatuta decretalium, in quo de eadem re præcipitur, peragatur.

Oleum infirmorum conſecrandũ feria quinta in Cœna Domini.

5 CONCIL. Mogũtinum. 2. Cap. 26. Et ideò ſecũdùm Canonicam authoritatẽ, ne illis (*infirmis*) ianua pietatis clauſa videatur, orationibus & cõſolationibus Eccleſiaſticis ſacra cum vnctione Dei animati, ſecundùm ſtatuta ſanctorum Patrum, communione viatici reficiantur.

E

1 AVGVST. tom.6. contra Fauſtum Manichæũ, Lib.19. Cap.11. Vt ſup. Lect. 1. lit. D. authorit. 2.

2 IDEM tom.9. in Ioan. tractat. 80. Vt ſup. Lect. 1. lit. D. authorit. 3.

F

1 HIERONYM. tomo. 6. in Marc. Cap.6. Vide ſup. lit. B. auth. 2.

2 RVFFINVS Aquileienſis, Eccleſiaſticæ Hiſtor. Lib.2. (*Qui eſt apud Euſebiũ, Lib.11. Cap.4.*) Quæ præſens vidi loquor, & eorum geſta refero, quorum in paſsionibus ſocius eſſe promerui. Hi ducebant exercitũ Domini, non mortalibus telis, ſed fide religionis armatum, exercitum moriendo vincentem, & qui ſanguinis ſui profuſione victor Chriſtum ſequeretur ad cœlum: quiq; dum in tabernaculis poſiti, & orantes, expectarent interfectores ſuos, delatus eſt ad eos homo olim membris omnibus, & præcipuè pedibus, aridus. Sed cùm ab eis in nomine Domini oleo fuiſſet perunctus, ſtatim confirmatæ ſunt plantæ eius.

Claudus ſacro oleo perunctus, ſanatur.

3 SEVERVS Sulpitius in vita ſancti Martini, dialog.3. Cap.2. Res in Carnotena geſta eſt ciuitate. Pater filiam duodenem ab vtero mutam puellam Martino cœpit offerre, poſcens vt linguam ligatam meritis ſuis Sanctus abſolueret. Ille cedens Epiſcopis qui tùm fortè latus illius ambiebant, Valentiniano atque Victricio, imparem ſe eſſe tantæ moli, ſed illis quaſi ſanctioribus, nihil impoſsibile fatebatur. At illi pias preces vnà cũ patre ſupplici voce iungentes, orare Martinum, vt ſperata præſtaret. Nec cunctatus vltrà (vtrunq; præclarũ, & oſtendendo humilitatem, nec differendo pietatem) iubet circunſtantis populi multitudinem ſubmoueri, Epiſcopis tantùm & puellæ patre aſsiſtentibus, in orationẽ ſuo illo more proſternitur: dein pauxillum olei cum exorciſmi præfatione benedicit, atque ita in os puellæ ſanctificatum liquorem, cùm & linguam eius digitis teneret, infudit. Nec fefellit Sanctũ virtutis euentus. Patris nomen interrogat, mox illa reſpondet. Proclamat pater cũ gaudio pariter & lacrymis, Martini genua complexus, & hanc primam ſe filiæ audiſſe vocẽ, cunctis ſtupentibus fatebatur.

Puellam mutam vnctione reſtituit D. Martinus Olei ſacri Vnctione.

G 1 CONCIL. Florentinum Generale, in doctrina de Sacramentis. Quintum Sacramentũ eſt Extrema Vnctio, cuius materia eſt oleum oliuæ per Epiſcopum benedictum. Hoc Sacramentum niſi infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet. Qui in his locis vngendus eſt, in oculis propter viſum: in auribus, propter auditũ: in naribus, propter odoratum: in ore, propter guſtum, vel locutionem: in manibus, propter tactũ: in pedib⁹, propter greſſum: in renibus, propter delectationẽ ibidem vigentem. Forma huius Sacramenti eſt hæc: Per iſtam Vnctionem, & ſuam pijſsimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid peccaſti per viſum, &c. Et ſimiliter in alijs mẽbris. Miniſter huius Sacramẽti eſt ſacerdos. Effectus verò eſt mentis ſanatio: in quantum autem expedit, ipſius etiã corporis. De hoc Sacramento inquit. B. Iacobus Apoſtolus: Infirmatur quis in vobis, &c.

Sacramenti Extremæ vnctionis materia, forma, miniſter, & effectus & quibus ac quomodo dãdum.

Iacob.5.

LECTIO XIX.

DOCTOR.

IAM vt de Matrimonio diſſeramus, quid illud eſt?

ADOLESCENS.

Eſt Sacramentum, quo communi conſenſu data, mutuò acceptaq; fide, vir & mulier cohabitant, vt prolem ad Dei gloriam ſuſcipiant.

DOCTOR.

Vnde verò oſtendis eſſe Sacrãmentum?

ADOLESCENS.

Eſt in eo inprimis ceremonia à Deo inſtituta, pactum videlicet ac promiſsio quædam inter virum ac mulierem (ſeruata perpetuò affinitatis ac conſanguinitatis diſtinctione) [a] data & accepta inuicem, tùm corporum, tùm etiã bonorũ facultate, adhibito ſacerdotis etiã miniſterio.

a Geneſ.2. Matth.19. Marc.10. Epheſ.5. 1.Cor.7. Hebr.13. Aug de Gene. ad lit & de bon. coniug.c.24. & de peccat. merit. lib.1.c.29. & de nupt. & concu.lib.1.c.10. & 11. Amb. in epiſt. ad Ephe. cap. 5. & in.1. ad Cor.c.7 Hieron. ad Ocea. in epitaph. Fabio. Chryſoſt. hom. 17. & 63. in Matth. Origen. in. 19. Matth. Leo epiſt. 92. ad Narbo. Epiſco. Concil. Trid. ſeſſ.24.

DOCTOR.

Ecquis erit effectus deinde verbo ac promiſsione Diuina confirmatus?

ADO-

ADOLESCENS.

Ea ipſa, quæ ibi intercedit, gratia, tùm ad [b] mutuam inter coniuges fidem conſeruandam, tùm ad prolem prudenter inſtituendam, tùm etiam ad pacem ac dilectionem inter ſe retinendam, & poſtremò ad vnionem Christi & Eccleſiæ arctiſsimam ſignificandam: quæ vt ſine ſingulari ac magna gratia fieri non potuit, ita ſine hac quoque diuinitus infuſa, ſi ſibi ipſis non deſint, Matrimonium inter fideles, iniri non poteſt.

b *Epheſ. 5. Hilar. lib. 8. de Trinit. Cyril. in Ioan. lib. 2. cap. 22.*

DOCTOR.

Rectè: Sed debet'ne eſſe perpetuum hoc tam præclaræ coniunctionis vinculum?

ADOLESCENS.

Debet, atque ita ſanè, vt eo iam omni ex parte conſummato, [c] nulla vnquàm ratione alter ab altero inuitus dimitti poſsit, excepta fornicationis cauſa, quæ tamen non eos ita dirimit ac diſtrahit, vt alter, altero ſuperſtite, coniugium recens inire queat legitimè. Sed vel inter ſe mutuò concilientur, vel certè perpetuò cœlibes [d] permaneant.

c *Matt. 19. Marc. 10. 1. Cor. 7. Luc. 16. Roman. 7. Auguſt. de b. n. coniug. cap. 7. 15. 18. & 24. & de fide & operi. cap. 7. & de nupt. & concup. lib. 1. cap. 10. & de adult. coniu. lib. 2. cap. 5. & 9. Tertul lib. 4. contra Marcio. Orig. tract. 7. in Matth. Hieron. in epitaph. Fabio. Can. Apoſt. 48. Innoc. 1. epiſt. 3. & 9. Leo. epiſt. 77. 92. & 93. Concil. Eliber. cap. 10. Concil. Milenit. c. 17. Concil. Conſtan. 6. c. 87.*

DOCTOR.

Erit'ne igitur Matrimoniũ inter infideles ipſos ac hæreticos mutuò contractum, Sacramentum?

d *1. Corinth. 7.*

ADOLESCENS.

Verum quidem erit ac legitimè cõtractum matrimonium, non tamen Sacramentum. Neq; verò cum viro hæretico mulier Catholica, aut contrà [e], ſine ſummo ſcelere poteſt copulari. Quòd ſi fortè alter coniugum, qui hoc vinculum dum infideles eſſent, inierunt, ac diu vnà vixerunt, ad fidem Christi accederet, ab altero quidem poteſt diſtrahi, ſi aut ſine ſuæ ſalutis periculo ei cohabitare nõ queat, aut ille ipſe velit ab eo diſcedere. Sed ſi neq; vlla iactura animorum ex hac conſuetudine timeretur, & ſpes aliqua infidelis Christo lucrifaciendi affulgêret, debet, qui fidelis eſt, libenter [f] in eo vitę genere permanêre.

e *Tertul. de Monoga. Aug. de ſer. Dom. lib. 1. c. 27. & de adult. coniu. lib. 1. cap. 13. & Concil. Eliber. cap. 15. & 16. Concil. Trid. ſeſſ. 24. can. 5. & 7. Hiero. lib. 1. aduerſus Iouin.*

f *1. Corinth. 7.*

V A

Quod-

Quodcunq; tamen inter hæreticũ atq; Catholicum, fidei ac religionis ergò, diuortium fiat, neuter coniugũ, altero ſuperſtite, ad nouas nuptias tranſire poteſt.

DOCTOR.

Vna ergo ſimul vxore virum, & vno vxorẽ viro, contentũ eſſe oportet?

ADOLESCENS.

Maximè. [g] Alioqui ſanè noui Teſtamenti myſterio ac dignitati fieret iniuria.

[g] Epheſ. 5. Tertul. de exhort. caſti. Concil. Tolet. 1. Aug. de Ciuit. lib. 16. c. 38 et de bono coniug. c. 18. Hierony. in. 19. cap. Matth. & cont Iouin. li. 1 & Theophylac. Chryſoſt. hom. 63. in Matth.

DOCTOR.

Eſt'ne porrò vna ineũdi Matrimonij lex omnibus impoſita?

ADOLESCENS.

Minimè: eſt enim eorũ ſtatus præſtantior, qui virginitatem ac cælibatum profitentur.

DOCTOR.

Licet ergò cuiuis Matrimonio, vel vti, vel abſtinêre?

ADOLESCENS.

Licet, modò ne votũ aliquod, aut quippiã eiuſmodi, libertatẽ nuptiarũ interceperit: eſſet enim tum per ſummũ ſacrilegij [h] facinus, fidem cum Deo initam, frangere ac labefactare.

[h] 1. Cor. 7. 1. Tim. 5. Aug. de bo. vid. c. 8. 9. & 11. Coc. Ancyra. c. 18. Coc. Eliber. c. 13. Concil. Valen. c. 2. Concil Chalced. c. 16. Cyp. lib. 1. epiſt. 11. Orig. in Luc. homil. 17. Auguſt. de adult. coniug. lib. 1. cap. 24. & 15.

DOCTOR.

Sed cũ eiuſmodi vota maiora ſint viribus humanis, nunquid temeraria cenſeri debent?

ADOLESCENS.

Non planè: quòd is qui continentem ac cœlibem vitam Deo vouet, id auſpicatur non viriũ ſuarũ ac labilis ope naturæ fretus, ſed ipſa Dei gratia, [i] ac Chriſti Ieſu liberalitate ac beneuolẽtia confirmatus.

[i] Eccli. 23. 1. Cor. 10. Ambr. ad Virg. Lup. cap. 5. Hiero. aduerſ. Iouin. & ad Deme. Chryſoſt. in. 1. Cor. 7. & de lib. rep. Grego. Nazian. Greg. Nyſſe. lib. de Virgi. c. 8. 9. & vlt. Cyril. Hieroſ. cate. 12. et. 16. Epipha. cont. Catharos et Apoſtolicos.

DOCTOR.

Quid igitur fieri debet, carne ad malũ prouocante? Nunquid tum melius eſt nubere, quàm vri?

ADOLESCENS.

Non eſt ille dicendus vri, qui incenſos concupiſcentiæ æſtus, ieiunio, eleemoſyna, oratione, ac cæteris virtutum rerumq; cœleſtium ſtudijs, reſtinguit: vti iam alibi dictum eſt.

AVHORIT. SCRIPT.

A GENES. Cap 2. Immiſit ergo Dominus Deus ſoporem in Adam. Cùmque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnẽ pro ea. Et ædificauit Dominus Deus coſtam quam tulerat de Adam, in mulierem, & adduxit eam ad Adam. Dixitq; Adam: Hoc nunc os ex oſsibus meis, & caro de carne mea. Hæc vocabitur virago, quoniam de viro ſumpta eſt. Quamobrem relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.

MATT. Cap.19. Et acceſſerunt ad Ieſum Phariſæi tentantes eum, & dicẽtes: Si licet homini dimittere vxorem ſuam quacunq; ex cauſa? Qui reſpondens, ait eis; Nõ legiſtis, quia qui fecit ab initio, maſculum & fœminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrẽ, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Itaq; iam nõ ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet, &c. *Vt ſup. Cap.1. Lect.13. lit. N.*

MARC. Cap.10. Et accedentes Phariſæi interrogabãt eum: Si licet viro vxorẽ dimittere? Tentantes eum. At ille reſpondens, dixit eis: Quid vobis præcepit Moyſes? Qui dixerunt, Moyſes permiſit libellũ repudij ſcribere, & dimittere. Quibus reſpondens Ieſus, ait: Ad duritiam cordis veſtri ſcripſit vobis præceptum iſtud: ab initio autem creaturæ, maſculum & fœminam fecit eos Deus. Propter hoc relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit ad vxorem ſuam, & erunt duo in carne vna. Itaq; iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet. Et in domo iterum diſcipuli eius de eodem interrogauerunt eum: & ait illis; Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit, adulterium committit ſuper eam: & ſi vxor dimiſerit virum ſuum, & alij nupſerit, mœchatur.

AD EPHES. Cap. 5. Qui ſuam vxorẽ diligit, ſeipſum diligit. Nemo enim vnquàm carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiã: quia membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſsibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Sacramẽtum hoc magnũ eſt, ego autẽ dico in Chriſto & in Eccleſia. Veruntamẽ & vos ſinguli vnuſquiſq; vxorẽ ſuam ſicut ſeipſum diligat: Vxor autem timeat virum ſuum.

PRIO. ad Corinth. Cap.7. Vxori vir debitum reddat: ſimiliter autem & vxor viro. Mulier ſui corporis poteſtatem non habeat, ſed vir. Similiter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier. *Et mox.* Ijs autem qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere, quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari: & vir vxorem non dimittat.

AD HEBRÆ. Cap. 13. Vt ſuprà, Cap.2. Lect. 12. lit. F.

B AD EPHE. Cap. 5.
C MATT. Cap.19.
MARC. Cap.10.
PRI. ad Cor. Cap.7.
} Vide ſup. litera. A.

LVC. Cap. 16. Omnis qui dimittit vxorem ſuam, & alteram ducit, mœchatur; & qui dimiſſam à viro ducit, mœchatur.

AD ROM. Cap. 7. An ignoratis fratres, (ſcientibus enim Legẽ loquor) quia Lex in homine dominatur quanto tempore viuit? Nam quæ ſub viro eſt mulier, viuente viro alligata eſt legi: ſi autem mortuus fuerit vir eius, ſoluta eſt à lege viri. Igitur viuente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro: ſi autem mortuus fuerit vir eius, liberata eſt à lege viri, vt non ſit adultera ſi fuerit cum alio viro.

D PRI. Ad Corinth. Cap.7. Vide ſuprà, litera. A.

F PRI. Ad Corint. Cap.7. Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et ſi qua mulier habet virum infidelem, & hic conſentit habitare cum illa, non dimittat virum. Sanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierẽ fidelem, & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem: alioquin filij veſtri immundi eſſent, nunc autem ſancti ſunt. Quòd ſi infidelis diſcedit, diſcedat, non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater aut ſoror in huiuſmodi: in pace autem vocauit nos Deus. Vnde enim ſcis mulier ſi virum ſaluum facies? Aut vnde ſcis vir ſi mulierẽ ſaluam facies? Niſi vnicuique ſicut diuiſit Dominus, vnunquenq; ſicut vocauit Deus, ita ambulet. Et ſicut in omnibus Eccleſijs doceo.

G AD EPHE. Cap.5. Vide ſup. lit. A.

H PRI. Ad Corinth. Cap. 7. Vt ſuprà, Cap.2. Lect. 9. lit. N.

PRIO. Ad Timoth.Cap.5. Vt ſuprà, Cap.2.Lect.5.lit.L.

I ECCLESIASTICI, Cap. 23. Vt ſup.Cap.2.Lect.9.lit.M.

PRI. Ad Corinth. Cap. 10. Vt ſuprà, Cap.2.Lect.9.lit.A.&.Cap.1.Lect.3.lit.O.

AVTHORIT. PATR.

A 1 AVGVST. tomo. 3. de Geneſi ad literam, Lib.9.Cap.7. Denique vtriuſq; ſexus infirmitas propendens in ruinam turpitudinis, rectè excipitur honeſtate nuptiarum, vt quod ſanis poſsit eſſe officium, ſit ægrotis remedium. *Matrimonium eſt remedium infirmitatis.* Neq; enim quia incontinẽtia malum eſt, ideò connubium, vel quo incontinentes copulantur, non eſt bonum: imò verò non propter illud malum culpabile, eſt hoc bonum, ſed propter hoc bonum, veniale eſt illud malum. Quoniam id quod bonum habent nuptiæ, & quòd bonæ ſunt nuptiæ, peccatum eſſe nunquàm poteſt. *Triplex matrimonij bonum.* Hoc autem tripartitum eſt, fides, proles, Sacramentũ. In fide attenditur, ne præter vinculũ coniugale, cum altera vel altero concũbatur. In prole, vt amãter ſuſcipiatur, benignè nutriatur, religioſè educetur. In Sacramento autem, vt coniugium non ſeparetur, & dimiſſus aut dimiſſa, nec cauſa prolis alteri coniungatur. *Vinculum Matrimonij indiſſolubile.* Hæc eſt tanquàm regula nuptiarum, qua vel naturę decoratur fœcunditas, vel continentię regitur prauitas. Vnde quia ſatis diſſeruimus in eo libro quem de bono coniugali nuper edidimus, vbi etiã continentiã vidualem, & excellentiàm virginalem, pro ſuorum graduum dignitate diſtinximus, diutius hic noſter ſtylus non eſt occupandus.

2 IDEM tomo.6. Lib. De bono coniugali. Cap.24. Bunum igitur nuptiarũ per omnes gentes atque omnes homines, in cauſa generandi eſt, & in fide caſtitatis. *Coniugij nexus omnino indiſſolubilis, niſi per mortem.* Quod autem ad populum Dei pertinet, etiam in ſanctitate Sacramenti, perquam nefas eſt, etiam repudio intercedente, alteri nubere dum vir eius viuit, nec ſaltem ipſa cauſa pariendi: quæ cùm ſola ſit, qua nuptiæ fiunt, neq; ea re non ſubſequente propter quam fiunt, ſoluitur vinculum nuptiale, niſi coniugis morte. Quemadmodùm ſi fiat ordinatio Cleri ad plebem cõgregandam, *Cõfertur cũ Sacramento Ordinis.* etiam ſi plebis congregatio non ſubſequatur, manet tamen in illis ordinatis Sacramentum Ordinationis: & ſi aliqua culpa quiſquã ab officio remoueatur, Sacramẽto Domini ſemel impoſito non carebit, quanuis ad iudicium permanente. Generationis itaque cauſa fieri nuptias Apoſtolus ita teſtis eſt: Volo (inquit) iuniores nubere. *1.Timot. 5. Proles.* Et quaſi eis diceretur, Vt quid? Continuò ſubiecit: Filios procreare, matresfamilias eſſe. Ad fidem autem caſtitatis illud pertinet: Vxor non habet poteſtatem ſui corporis, *1.Cor.7. Fides.* ſed vir: ſimiliter & vir non habet poteſtatem corporis ſui, ſed mulier. Ad Sacramenti ſanctitatem, illud: *Sacramẽtũ.* Vxorem à viro non diſcedere, quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari: & vir vxorem non dimittat. Hæc omnia bona ſunt, propter quæ nuptiæ bonæ ſunt, proles, fides, Sacramentum. Nec prolem autem carnalem iã hoc in tempore quærere, ac per hoc ab omni tali opere immunitatẽ quãdam perpetuam retinere, atq; vni viro Chriſto ſpiritualiter ſubdi, melius eſt vtiq; & ſanctius: ſi tamen ea vocatione ſic vtantur homines, quomodò ſcriptum eſt: *1.Cor.7.* Vt cogitent quæ ſunt Dei, quomodò placeant Deo.

3 IDEM tomo.7. De peccatorum meritis & remiſsione Lib.1. Cap. 29. Bonum ergo coniugij non eſt feruor concupiſcentiæ, *Bonum coniugij quod ſit.* ſed quidam licitus & honeſtus illo feruore vtendi modus, propagandæ proli, non explendæ libidini, accommodatus. Voluntas iſta, non voluptas illa nuptialis eſt. Quod igitur in mẽbris corporis mortis huius inobedienter mouetur, totumq; animũ in ſe deiectum conatur attrahere, & neq; cùm mens voluerit exurgit, neq; cum mens voluerit conquieſcit, hoc eſt malum peccati in quo naſcitur omnis homo. Cum autem ab illicitis corruptionibus refrænatur, & ad ſola generis humani ſupplementa ordinatè propaganda permittitur, hoc eſt bonum coniugij per quod ordinata ſocietate naſcitur homo. Sed nemo renaſcitur in Chriſti corpore, niſi prius naſcatur in peccati corpore. Sicut autem bono vti malè, malum eſt: ſic malo bene vti, bonum eſt. *Quatuor differentia boni & mali, vſus boni et vſus mali.* Duo igitur hæc, bonum & malum: & alia duo, vſus bonus & vſus malus, ſibimet adiuncta, quatuor differentias faciunt. Bene vtitur bono, continentiam dedicans Deo. Malè vtitur bono, continentiam dedicans idôlo. Malè vtitur malo, concupiſcentiam relaxans adulterio. Bene vtitur malo, concupiſcentiam reſtringẽs connubio. Sicut ergo melius eſt bene vti bono, quàm bene vti malo, cùm ſit vtrunq; bonum: ita qui dat

virginem

1.Cor.7. virginem ſuam nuptui, bene facit, & qui non dat, melius facit. De qua quæſtione multò vberius, & multò ſufficiētius in duobus libris, vno de bono coniugali, altero de ſancta virginitate, quantùm Dominus dedit, pro mearum virium exiguitate diſſerui.

4 IDEM tom.7. De nuptijs & concupiſcentia, Lib. 1. Cap.10. Quoniam ſanè non rantùm fœcunditas, cuius fructus in prole eſt: nec rantùm pudicitia, cuins vinculum eſt fides: verùmetiam quoddam *Sacramentū nuptiarum.* Sacramentum nnptiarum, commendatur fidelibus coniugatis. Vnde dicit Apoſto- *Ephes. 5.* lus: Viri diligite vxores veſtras, ſicut & *Coloſ. 3.* Chriſtus dilexit Eccleſiam: huius proculdubio res eſt, vt mas & fœmina connubio copulati, quandiu viunnt, inſeparabiliter perſeuêrent, nec liceat, excepta cauſa *Matrimonij* fornicationis, à coniuge coniugem dirimi. *definitio, et* Hoc enim cuſtoditur in Chriſto & Ec- *vis.* cleſia, vt viuens cum viuente in æternum nullo diuortio ſeparetur. Cuius Sacramen- *Pſal.47.* ti ranta obſeruantia eſt in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius, hoc eſt, in Eccleſia Chriſti, quibuſque fidelibus coniugatis, qui ſine dubio membra ſunt Chriſti, vt cùm filiorum procreandorum cauſa vel nubant fœminæ, vel ducantur vxores, nec ſterilem coniugem fas ſit relinquere, vt alia fœcunda ducatur. Quòd ſi quiſquam fecerit, non lege huius ſeculi (vbi interueniente repudio, ſine crimine conceditur cum alijs alia copulare connubia, *Matth. 19.* quod etiam ſanctū Moyſen Dominus propter duritiam cordis illorum, Iſraeliris permiſiſſe teſtatur) ſed lege Euangelij, reus eſt adulterij, ſicut etiam illa ſi alteri nupſerit. Et vſque adeò manent inter viuentes ſemel inita iura nuptiarum, vt potius ſint inter ſe coniuges, qni ab alterutro ſeparati ſnnt, quàm cum his quibus alijs adhæſerunt. Cum alijs qnippe adulteri non eſſent, niſi ad alterutrum coniuges permanêrent. Denique mortuo viro cum quo verum connubium fuit, fieri verum connubium non poteſt cum quo prius adulterium fuit. Ita inter viuentes maner quoddam vinculum coniugale, quod nec ſeparatio, nec cum altero copulatio poſsit auferre. Manet autem ad noxam criminis, non ad vinculum fœderis: ſicut apoſtata anima velut de coniugio Chriſti recedens, etiā fide perdira Sacramētū Fidei nō amittit, quod lauacro regenerationis accepit, Redderetur enim proculdubio redeunti, ſi amiſiſſet abſcedens. Habet autem hoc qui receſſerit, ad cumulū ſupplicij, non ad meritum præmij.

5 ET Cap. 21. Reſpondebit etiam connubij Sacramentum: De me ante peccatum dictum eſt in paradiſo; Relinqnet *Gene.2.* homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Quod *Ephes.5.* magnum Sacramentum dicit Apoſtolus in *Matrimonij* Chriſto & in Eccleſia. Quod ergo eſt in *Sacramentū* Chriſto & in Eccleſia magnum, hoc in ſin- *inſeparabile.* gulis quibuſq, viris atque vxoribus minimum, ſed tamen coniunctionis inſeparabile Sacramenrum.

6 AMBROS. Tomo. 5. in Cap.5. ad Epheſ. Myſterij Sacramentum grande in vnitate viri ac fœminæ eſſe ſignificat. Nec *Matrimoniū* hoc prodit, ſed aliam cauſam, quæ non diſ- *eſt Sacramē-* cordet à memoraro myſterio, flagitat, qnā *tum.* ſcit ad profectū humani generis pertinere, hor eſt, Eccleſiæ & Saluatoris: vt ſicut relictis parentibus homo vxori ſuæ adhæret, ita & relicto omni errore Eccleſia adhæreat & ſubijciatur capiti ſuo, quod eſt Chriſtus.

7 IDEM in Cap. 7. Prio. ad Cor. Non enim permittitur mulieri vt nubat, ſi virū *Separatio* ſuum cauſa fornicationis dimiſerit, ant apo- *cōiugū quā-* ſtaſiæ, aut ſi illiritè, impellente laſciuia, *do facienda.* vſum quærat vxoris: ſi tamen apoſtatet vir, aut vſum quærat vxoris inuertere, nec alij poteſt nubere mulier, nec reuerti ad illnm.

8 HIERONYM. Tomo.1. Epiſt.30. ad Oceanum, Epitaphium Fabiolæ. Præ- *1.Cor.7.* cepit Dominus vxorem nō debere dimitri, *Matth.5.* excepta cauſa fornicationis: & ſi dimiſſa fuerit, manere innuptā. Quidquid viris iubetur, hoc cōſequēter redūdat in fœminas: neq; enim adultera vxor dimittenda eſt, & vir mœchus retinendus. Si, qui meretriri, iungitur, vnū corpus facit: ergo & quę ſrortatori impuroq; ſociatur, vnū cū eo corpus *1.Cor.6.* efficitur. Aliæ ſunr leges Cæſarū, alię Chriſti. Aliud Papinianus, alind Paulus noſter prę̨cipir. Apud illos, viris impudicitię fręna *Eadem eſt* laxātur, & ſolo ſtupro atq; adulterio con- *lex mariti* dēnato, paſsim per lupanaria & ancillulas *quæ et vxo-* libido permittitur: quaſi culpā dignitas fa- *ris.* ciat, non voluntas. Apud nos, quod nō licet fœminis, æquè nō licet viris: & eadē ſeruitus pari cōditione cēſetur. *Et poſt pauca.* Igitur & Fabiola, quia perſuaſerar ſibi, & putabat à ſe virū iure dimiſſum, nec Euangelij

vigorem nouerat, in quo nubendi vniuerſa cauſatio, viuentibus viris, fœminis amputatur: dum multa diaboli vitat vulnera, vnũ incauta vulnus accepit. Sed quid ego in abolitis & antiquis moror, quærens excuſare culpã, cuius pœnitentiam ipſa confeſſa eſt? Quis hoc crederet, vt poſt mortẽ ſecũdi viri in ſemetipſam reuerſa, quo tẽpore ſolẽt viduę negligẽtes iugo ſeruitutis excuſſo, agere ſe liberius, adit e balneas, volitare per plateas, vultus circunferre meretricis: ſaccũ indueret, vt errorem publicè fateretur: & tota vrbe ſpectante Romana, ante diẽ Paſchę in Baſilica quondam Laterani, qui Cęſareano truncatus eſt gladio, ſtaret in ordine pœnitentiũ, Epiſcopo, Presbyteris, & omni populo collacrymantibus, ſparſum crinem, ora lurida, ſqualidas manus, ſordida colla ſubmitteret?

Publicã pœnitentiam agit Fabiola, quod à viro ſuo dimiſſa, alteri nupſerat.

9 CHRYSOST. tom. 2. in Matth. Homil. 17. Qui dimiſerit vxorem ſuam, &c. Ille quidem ſi alteram duxerit, tunc ſe conſtituit criminis reum, qui adulteram fecit ex coniuge: hic verò accipiendo alienam, adulter effectus eſt. Nequaquàm enim mihi referas, quia illam alter eiecit. Nam expulſa quoque vxor eſſe eius, qui eam expulit, perſeuerat. Deinde ne totum in eijcientem referens, magis ſuperbam faceret vxorem, poſt hæc etiam ſuſcipientis ei ianuam claudit, dicendo: Qui autem dimiſſam duxerit, adulterat. Per quod certè mulierem facit nolentem pudicam, ad omnes illi aditum claudens, neque permittens vt aliqua viro impatiẽtiæ occaſio miniſtretur.

Matth. 5.

Vinculum matrimonij nequit diſſolui.

10 ET Homil. 63. Deus à principio maſculum & fœminam fecit eos. Hæc ergò lex, et ſi modò à me promulgari videatur, diligentiſsimè à principio temporum ſancita eſt. Hac etiam non ſimpliciter mulierem viro collocari videtis, ſed patrẽ, & matrem dimittendos iuberi; nec ad mulierem accedere vitũ ſimpliciter voluit, verùmetiã conglutinari, poteſtate dictionis oſtẽdens, minimè illos eſſe ſeparandos. Nec illud ſibi ſolùm ſufficit, ſed maiorem coniunctionem oſtendit cùm dicit: Et erunt duo in carne vna. *Et mox.* Quemadmodùm igitur ſcelus eſt in duo diuidere vnam carnem, ſic & mulierem à viro ſuo diripere, iniquiſsimũ eſt. Nec in hoc ſtetit, ſed demum quoque attulit, dicens: Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet. Ita oſtendit & præter naturam, & contra legem eſſe repudium: præter naturam quidẽ, quia caro inciditur; contra legem autem, quia cùm Deus coniunxerit, ac iuſſerit non ſeparare, ipſi cõtra præcepta Dei facere auſi eſtis.

Matth. 19.

Præter naturam & contra legẽ eſt repudium.

11 ORIGENES tomo. 2. in Cap. 19. Matth. tracta. 7. Scio quoſdam qui præſunt Eccleſijs, extra Scripturã permiſiſſe aliquã nubere, viro priore viuente: & cõtra Scripturam quidem fecerunt, dicentem: Mulier ligata eſt quanto tempore viuit vir eius. Itẽ, Viuente viro, adultera vocabitur ſi fuerit cum altero viro. *Et paulò poſt.* Qua enim ratione adultera eſt mulier, quanuis legitimè nubere videatur, viro viuẽte: eâdem ratione & vir quanuis legitimè accipere videatur dimiſſam ab aliquo viro, non accipit legitimè ſecundùm ſentẽtiam Chriſti, ſed magis mœchatur, quaſi alienam accipiens.

Cõtra Scripturã eſt, ma trimonium cõtrahere viuẽte coniuge. Rom. 7.

Chriſto aduerſatur, qui alterius viuẽtis vxorem ducit.

12 LEO Magnus, Epiſt. 92. ad Ruſticum Epiſcopum Narbonenſem, Cap. 4. Non omnis mulier iuncta viro, vxor eſt viri: quia nec omnis filius hæres eſt patris. Nuptiarum autem fœdera inter ingenuos ſunt legitima, & inter æquales: multò prius hoc ipſum Domino conſtituente, quàm initium Romani iuris exiſteret. Itaq; aliud eſt vxor, aliud concubina: ſicut aliud ancilla, aliud libera. Propter quod etiam Apoſtolus ad manifeſtandam harum perſonarum diſcretionem, teſtimoniũ ponit ex Geneſi, vbi dicitur Abrahæ: Eijce ancillam & filium eius: non enim hęres erit filius ancillæ, cũ filio meo Iſaac. Vnde cùm ſocietas nuptiarũ ita ab initio cõſtituta ſit, vt pręter ſexuũ coniunctionẽ, haberet in ſe Chriſti & Eccleſiæ Sacramentum, dubium non eſt eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale nõ fuiſſe miniſterium.

Nuptiarum fœdera legitima.

Gala. 4.

Gen. 21.

13 CONCIL. Tridentinum, Seſſ. 24. Matrimonij perpetuum indiſſolubilemq; nexum, primus humani generis Parens, diuini Spiritus inſtinctu pronũciauit, cùm dixit: Hoc nunc os ex oſsibus meis, & caro de carne mea. Quamobrem relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhęrebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Hoc autẽ vinculo duos tãtùmodò copulari & cõiungi, Chriſtus Dñs apertius docuit, cũ poſtrema illa verba tanquàm à Deo prolata referens, dixit: Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro. Statimq; eiuſdem nexus firmitatem ab Adamo tãtò antè pronũciatam his verbis, confirmauit; Quod ergo Deus cõiunxit, homo non ſeparet. Gratia verò quæ naturalem illum amorẽ perficeret, & indiſſolubilẽ vnitatem

Matrimonij perpetuus et indiſſolubilis nexus. Gene. 2.

Matth. 19. Marc. 10.

vnitatem confirmaret, coniugesq; ſanctificaret, ipſe Chriſtus venerabilium Sacramentorum inſtitutor atque perfector, ſua nobis paſsione promeruit. Quod Paulus Apoſtolus innuit, dicens; Viri diligite vxores veſtras ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiã, & ſeipſum tradidit pro ea: mox ſubiũgens; Sacramentum hoc magnum eſt; ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia. Cùm igitur matrimonium in lege Euangelica veteribus cõnubijs per Chriſtum gratia præſtet, meritò inter nouæ Legis Sacramenta annumerandum ſancti Patres noſtri, Concilia, & vniuerſalis Eccleſiæ traditio ſemper docuerunt.

Ephe/. 5.

Matrimoniũ eſt Sacramẽtũ nouæ Legis, gratiam conferens.

14 ET Can. 1. Si quis dixerit, matrimonium non eſſe verè & propriè vnũ ex ſeptẽ legis Euangelicæ Sacramentis, à Chriſto Domino inſtitutum: anathema ſit.

Qui negant matrimoniũ eſſe Sacramentũ, anathema.

15 ET Canon. 2. Si quis dixerit licere Chriſtianis plures ſimul habere vxores, & hoc nulla Lege diuina eſſe prohibitum: anathema ſit.

Plures vxores ſimul habere vetat lex Diuina.

16 ET Can. 5. Si quis dixerit, propter hereſim, aut moleſtam cohabitationem, aut affectatam abſentiam à coniuge, diſſolui poſſe matrimonij vinculum: anathema ſit.

Quibus ex cauſis nequit diſſolui matrimonium.

17 ET Can. 7. Si quis dixerit Eccleſiã errare cùm docuit & docet, iuxta Euangelicam & Apoſtolicam doctrinam, propter adulterium alterius coniugum, matrimonij vinculum non poſſe diſſolui: & vtrũque, vel etiam innocentem qui cauſam adulterio nõ dedit, non poſſe altero coniuge viuẽte aliud matrimonium contrahere, mœchariq; eum qui dimiſſa adultera, aliam duxerit, & eam quæ dimiſſo adultero, alij nupſerit: anathema ſit.

B 1 HILARIVS Lib. 8. De Trinitate. Docet Apoſtolus ex natura Sacramentorũ eſſe hanc fidelium Dei vnitatem, ad Galatas ſcribẽs: Quotquot enim in Chriſto Baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Nõ ineſt Iudæus neque Græcus: non ineſt ſeruus, neq; liber: non ineſt maſculus, neq; fœmina: omnes enim vnum vos eſtis in Chriſto Ieſu. Quòd vnum ſunt in tanta gentiũ, conditionum, ſexuum diuerſitate, nũquid ex aſſenſu voluntatis eſt, aut ex Sacramenti vnitate. quia his & Baptiſma ſit vnum, & vnum Chriſtum induti omnes ſunt? Quid ergò hic animorum concordia faciet, cùm per id vnum ſint, quòd vno Chriſto per naturam vnius Baptiſmi induantur?

Gala. 3.

Sacramenta inducunt fidelium vnitatem.

2 CYRILL. Alexãdrinus in Ioan. Lib. 2. Cap. 22. Exponẽs illud Ioan. 2. Nuptiæ factæ ſunt, &c. Honeſtè celebratis nuptijs, tam mater, quàm ipſe cum diſcipulis inuitatus adeſt, miraculi potius quod acturus erat, quàm conuiuij gratia profectus: & ad hæc, vt natiuitatis noſtræ principium, quantùm ad carnem attinet, ſanctificaret. Oportebat certè, quoniam totam naturam hominis ad melius reſtaurabat, non ſolùm natis iam hominibus benedicere, verùm etiam naſcituris gratiam præparare, & aditum illorum ad hanc vitam, authoritate miraculi, & præſentia ſua Sanctum efficere. Præterea in doloribus parere filios ad mulierẽ propter peccatum dictum fuit. Quomodò igitur aliter depellenda maledictio erat, ne condemnata nuptiarum ſanctimonia videretur, quàm Saluatoris præſentia? Qui cùm ſit verũ gaudium, priſcum nuptiarum mœrorem, præſentia ſui depulit.

Ioan. 2.

Nuptijs cur interfuerit Chriſtus.

Gene. 3.

C 1 AVGVST. tomo. 6. Lib. De Bono coniugali, Cap. 7. Vſqueadeò fœdus illud initum nuptiale cuiuſdam Sacramenti res eſt, vt nec ipſa ſeparatione irritũ fiat: quandoquidem viuente viro, à quo relicta eſt, mœchatur ſi alteri nupſerit: & ille huius mali cauſa eſt qui reliquit. *Et paucis interiectis.* Tantùm valet illud ſociale vinculum coniugum, vt cùm cauſa procreandi colligetur, nec ipſa cauſa procreandi ſoluatur. Poſſet enim homo dimittere ſterilem vxorem, & ducere de qua filios habeat: & tamen non licet, & noſtris iam quidem temporibus ac more Romano nec ſuperducere, vt amplius habeat quàm vnã viuam: & vtiq; relicta adultera, vel relicto adultero, poſſet plures naſci homines ſi vel illa alteri nuberet, vel ille alteram duceret. Quod tamen ſi nõ licet, ſicut diuina regula præſcribere videtur, quem nõ faciat intẽtũ, quid ſibi velit tanta firmitas vinculi coniugalis? Quod nequaquàm puto tantum valere potuiſſe, niſi alicuius rei maioris ex hac infirma mortalitate hominum quoddam Sacramentum adhiberetur, quod deſerentibus hominibus atque id diſſoluere cupientibus, inconcuſſum illis maneret ad pœnam. Siquidem interueniente diuortio, non aboletur illa confœderatio nuptialis, ita vt ſibi coniuges ſint etiã ſeparati: cum illis autem adulteriũ cõmittãt, quibus etiam fuerint poſt ſuum repudium copulati, vel illa viro, vel ille mulieri: nec tamen niſi in ciuitate Dei noſtri, in monte

Nec ipſa ſeparatione ſoluitur vinculum.

Nec prolis cauſa licet priore viuente contrahere aliud matrimonium.

ſancto eius, talis eſt cauſa cum vxore.

2 ET Cap. 15. Semel autẽ initũ cõnubiũ in ciuitate Dei noſtri, vbi etiam ex prima duorum hominum copula, quoddam Sacramentum nuptiæ gerunt, nullo modo poteſt niſi alicuius eorum morte diſſolui. Manet enim vinculum nuptiarum etiamſi proles, cuius cauſa initum eſt, manifeſta ſterilitate non ſubſequatur: ita vt iam ſcientibus coniugibus non ſe filios habituros, ſeparare ſe tamen vel ipſa cauſa filiorũ, atque alijs copulare, non liceat.

Matrimoniũ minime ſoluitur etiãſi proles non ſuſcipiatur: niſi per mortem.

3 ET Cap. 18. Itaque ſicut duobus pluribus'ue ſeruire, ſic à viro viuo in alterius trãſire cõnubium, nec tunc licuit, nec nunc licet, neque vnquã licebit. Apoſtatare quippe ab vno Deo, & ire in alterius adulterinam ſuperſtitionem, ſemper eſt malũ. Nec cauſa ergò numeroſioris prolis fecerũt ſancti noſtri, quod Cato dicitur feciſſe Romanus, vt traderet viuus vxorem, etiam alterius domum filijs impleturam. In noſtrarũ quippe nuptijs, plus valet ſanctitas Sacramenti, quàm fœcunditas vteri.

Nunquam licuit nec licebit viuente viro alij nubere.

Damnatur factum Catonis Romani.

4 ET Cap. 24. Vide ſuprà, Litera. A. authoritate. 2.

5 IDEM tomo. 4. Lib. de Fide & operibus, Ca. 7. Quid ſi (inquiunt) virgo neſciẽs viro nupſerit alieno? Hoc ſi ſemper neſciat, nunquàm ex hoc erit adultera: ſi autem ſciat, iam ex hoc eſſe incipiet, ex quo cum alieno viro ſciens cubauerit. Sicut in iure prædiorum, tandiu quiſque bonæ fidei poſſeſſor rectiſsimè dicitur, quandiu ſe poſsidere ignorat alienum: cùm verò ſcierit, nec ab aliena poſſeſsione receſſerit, tunc malæ fidei perhibebitur, tunc iuſtè iniuſtus vocatur. Abſit ergò, vt ſenſu non humano, ſed planè vano, ſic doleamus cùm flagitia corriguntur, tanquàm connubia dirimantur; maximè in ciuitate Domini, in monte ſancto eius, hoc eſt, in Eccleſia, vbi nuptiarum non ſolùm vinculum, verùmetiam Sacramentum ita commendatur, vt non liceat viro vxorem ſuam alteri tradere? quod in Republica tunc Romana non ſolùm minimè culpabiliter, verùmetiam laudabiliter Cato feciſſe perhibetur.

Quæ neſciẽs, nubit viro alieno, non eſt adultera.

6 IDEM tomo. 7. de Nuptijs & concupiſcentia, Lib. 1. Cap. 10. Vide ſup. Lit. A. authorit. 4.

7 IDEM tom. 6. De Adulterinis coniugijs. Lib. 2. Cap. 5. Sicut manente in ſe Sacramento regenerationis, excommunicatur quis reus criminis: nec illo Sacramento caret, etiãſi nunquàm reconcilietur Deo: ita manente in ſe vinculo fœderis coniugalis, vxor dimittitur ob cauſam fornicationis, nec carebit illo vinculo, etiamſi nunquàm reconcilietur viro: carebit autẽ ſi mortuus fuerit vir eius. Reus verò excommunicatus ideò nunquàm carebit regenerationis Sacramento etiam non reconciliatus, quoniá nunquàm moritur Deus. Remanet itaque, vt ſi ſapere ſecundùm Apoſtolum volumus, non dicamus virum adulterum pro mortuo deputandum, & ideò licere vxori eius alteri nubere. Quamuis enim ſit mors adulterium, non corporis, ſed (quod peius eſt) animæ, non tamen de iſta morte loquebatur Apoſtolus, cùm dicebat: Quòd ſi mortuus fuerit vir eius, cui vult nubat: ſed de illa ſola qua de corpore exitur. Quoniam ſi per coniugis adulteriũ, coniugale ſoluitur vinculum, ſequitur illa peruerſitas, quam cauendam eſſe monſtraui, vt & mulier per impudicitiam ſoluatur hoc vinculo, quæ ſi ſoluitur, libera erit à lege viri. Et ideò, quod inſipientiſsimè dicitur, non erit adultera ſi fuerit cum altero viro, quia per adulterium liberata eſt à priori viro. Quod ſi ita eſt à veritate deuium, vt nullus id, non dico Chriſtianus, ſed humanus ſenſus admittat, profectò mulier alligata eſt quandiu vir eius viuit. Quod vt apertius dicam, quandiu vir eius in corpore eſt. Pari ergò forma & vir alligatus eſt, quandiu mulier eius in corpore eſt. Vnde ſi vult dimittere adulteram, non ducat alteram, ne quod in illa culpat, ipſe committat. Similiter & mulier ſi dimittit adulterum, non ſibi copulet alterum: alligata eſt enim quandiu vir eius viuit, nec à lege viri niſi mortui liberatur, vt non ſit adultera ſi fuerit cum alio viro.

Non adulterium, ſed ſola mors naturalis matrimoniũ ſoluit.

1. Cor. 7.

8 ET CAP. 9. Et quid ad nos ſi non ſaltem diuina miſeratione mundata, marito reconcilietur à Deo adultera, dum tamen non reconciliatis adulteris, non alia fiant quaſi connubia, quæ conuincuntur eſſe adulteria? Mulier enim alligata eſt quandiu vir eius viuit. Ergò conſequenter & vir alligatus eſt, quandiu mulier eius viuit. Hæc alligatio facit, vt alijs cõiungi ſine adulterina copulatione non poſsint. Vnde neceſſe eſt ex duobus coniugibus, quatuor adulteros fieri, ſi & illa alteri nupſerit, & ille alteram duxerit. Quamuis enim ſceleratius mœchetur, qui non cauſa fornicationis vxore dimiſſa, alterã duxerit,

Matrimonij vinculũ nõ ſoluitur niſi morte.

quod

quod genus adulterij commemorauit Matthæus: Tamennon ſolùm ipſe mœchatur, ſed ſicut eſt apud Marcū, Quicūq; dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit, adulterium committit ſuper eam: & ſi vxor dimiſerit virum ſuum, & alij nupſerit, mœchatur. Et ſicuti eſt apud Lucam, Omnis qui dimittit vxorē ſuam, & ducit alteram, mœchatur: & qui dimiſſam à viro duxerit, mœchatur. De quibus teſtimonijs iam ſatis in lib. ſuperiore diſſerui.

Matth. 19. Marc. 10. Luc. 16.

9 TERTVL. aduerſùs Marcionem, Lib. 4. Cap. 34. Dico Chriſtum conditionaliter nunc feciſſe diuortij prohibitionem, ſi ideò quis dimittat vxorem, vt aliam ducat. Qui dimiſerit (inquit) vxorē, & aliā duxerit, adulteriū cōmiſit: & qui à marito dimiſſam duxerit, æquè adulter eſt. Ex eadē vtique cauſa, qua nō licet dimitti, vt alia ducatur. Illicitè enim dimiſſam pro indimiſſa ducens, adulter eſt. Manet enim matrimoniū quod non ritè diremptum eſt. Manēte matrimonio nubere, adulterium eſt.

Matth. 19.

Manēte matrimonio nubere, adulterium eſt.

10 ORIGENES. tom. 2. Tractatu. 7. in Matth. Vide ſuprà Litera. A. authorit. 11.

11 HIERONYM. tomo. 1. Epiſt. 30. ad Oceanum, Epitaphium Fabiolæ. Vide ſup. Lit. A. auth. 8.

12 CANON Apoſtolorū. 47. Si quis laicus vxorem propriam pellens, alteram, vel ab alio dimiſſam, duxerit, cōmunione priuetur.

13 INNOCENT. primus, Epiſt. 3. ad Exuperium Toloſanum Epiſcopū, Cap. 6. (*Habetur tom. 1. Conciliorum.*) De his etiā requiſiuit dilectio tua, qui interueniente repudio, alij ſe matrimonio copularunt, quos in vtraque parte adulteros eſſe manifeſtū eſt. Qui verò vel vxore viuente, quāuis diſſociatum videatur eſſe coniugium, ad aliam copulam feſtinarunt, neque poſſunt adulteri non videri, in tantum vt etiam hæ perſonæ quibus tales coniuncti ſunt, etiam ipſę adulterium commiſiſſe videantur, ſecundùm illud quod legimus in Euangelio: Qui dimiſerit vxorem ſuā, & duxerit aliā, mœchatur: ſimiliter & qui dimiſſam duxerit, mœchatur. Et ideò tales omnes à communione fidelium abſtinendos.

Qui ſecundas nuptias contrahunt viuēte priore coniūge, adulteri ſunt & excommunicādi.

Matt. 5. & 19.

14 ET Epiſt. 9. Ad Probum.. Conturbatio procellę Barbaricę, facultati legis intulit caſum. Nam benè conſtituto matrimonio inter Fortunium & Vrſam, captiuitatis incurſus fecerat nęuum, niſi ſancta religionis ſtatuta prouidērent. Cùm enim in captiuitate prædicta Vrſa mulier teneretur, aliud coniugium cū Reſtituta Fortunius memoratus iniſſe cognoſcitur. Sed fauore Domini reuerſa Vrſa nos adijt, & nullo diffitente vxorem ſe memorati eſſe perdocuit. Qua de re Dn̄e fili meritò illuſtris, ſtatuimus fide Catholica ſuffragante, illud eſſe coniugium quod primùtus erat gratia diuina fundatū: conuentumq; ſecundę mulieris priore ſuperſtite, nec diuortio eiecta, nullo pacto poſſe eſſe legitimum.

Etiā ſi vxor in captiuitate ſit, non licet viro alteram ducere.

15 LEO Magnus, Epiſt. 77. ad Nicetā Epiſcopum Aquileienſem, Cap. 5. Cùm per bellicam cladem, & per grauiſſimos hoſtilitatis incurſus, ita quædam dicatis diuiſa eſſe coniugia, vt abductis in captiuitatem viris, fœminæ eorum remanſerint deſtitutæ, quæ viros proprios aut interemptos putarint, aut nunquàm à dominatione crediderint liberandos, & ad aliorum coniugium ſolitudine cogente tranſierint. Cùmq; nunc ſtatu rerum, auxiliante Domino, in meliora conuerſo, nonnulli eorum qui putabantur perijſſe, remeauerint: meritò charitas tua videtur ambigere, quid de mulieribus, quæ alijs iunctæ ſunt viris, à nobis debeat ordinari. Sed quia nouimus ſcriptū, Quòd à Deo iungitur mulier viro: & iterum præceptum agnouimus, Vt quod Deus coniunxit, homo non ſeparet: neceſſe eſt, vt legitimarum fœdera nuptiarum redintegranda credamus, & remotis malis quæ hoſtilitas intulit, vnicuiq; hoc quod legitimè habuit, reformetur: omniq; ſtudio procurandum eſt, vt recipiat vnuſquiſque quod proprium eſt.

Etiam propter diuturnam captiuitatem nō eſt validū matrimonium ſequendum.

Prouer. 19. Matth. 19.

16 ET CAP. 4. Si autem aliquæ mulieres ita poſteriorum virorum amore ſunt captæ, vt malint his cohærēre, quàm in legitimum redire conſortium: meritò ſunt notandæ, ita vt etiam Eccleſiaſtica communione priuentur, quæ de re excuſabili contaminationem criminis elegerunt, oſtendentes ſibimet pro ſua incontinentia placuiſſe, quod iuſta remiſſio potuit excuſare. Redeant ergo in ſuum ſtatum voluntaria redintegratione coniugia, neque vllo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahatur, quod conditio neceſſitatis extorſit. Quia ſicut hę mulieres, quę reuerti ad viros ſuos nolunt, impiæ habendæ ſunt: ita illæ quæ in affectum, initum ex Deo, redeunt, meritò ſunt laudabiles iudicandæ.

Impiæ ſunt, & excommunicāda, quæ nolunt redire ad prius matrimonium.

17 IDEM Epiſt.91.ad Ruſticū, Cap.4. Vide ſup.lit.A.auth.12.

18 ET Epiſt.93.ad Turibium Aſturienſem Epiſcopū,Cap.7. Septimo loco ſequitur,quòd nuptias damnant, & procreationem naſcentium perhorreſcunt. In quo(ſicut penè in omnibus) cum Manichæorum profanitate concordant, ideò(ſicut ipſorū mores probant)coniugalem copulam deteſtantes,quia non eſt illic libertas turpitudinis, vbi & pudor matrimonij ſeruatur, & ſpes ſobolis.

Contra damnantes nuptias.

19 CONCILIVM Eliberinū, Cap. 10.(*Tomo.1.Conciliorum.*)Si ea quam catechumenus reliquit,duxerit maritum,poteſt ad fontem lauacri admitti. Hoc & circa fœminas catechumenas erit obſeruādū. Quòd ſi ducitur ab eo qui inculpatā reliquit vxorem,& eum ſcierit habere vxorem, quam ſine cauſa reliquit,placuit nec in fine huius dari communionem.

Baptizari poteſt quæ à marito catechumeno dimiſſa, alteri nupſit.

20 CONCIL. Mileuitanum,Cap.17. (*Tomo.1.Conciliorum.*) Placuit vt ſecundùm Euangelicam & Apoſtolicam diſciplinam, neque dimiſſus ab vxore, neque dimiſſa à marito,alteri coniungantur:ſed ita maneāt, aut ſibimet recōcilientur. Quòd ſi cōtempſerint,ad pœnitentiam redigantur. In qua cauſa legem imperialem petendam promulgari.

Non poſsūt qui ob fornicationē diſiūcti ſunt, aliud inire matrimonium.

21 SEXTA Synodus Conſtantinopolitana,Cano.87.(*Tomo.2.Conciliorum.*)Quę maritum reliquit,eſt adultera ſi venerit ad alium,vt vult ſacer & diuinus Baſilius, qui ex Hieremia Propheta hoc optimè collegit.Quòd ſi alij viro vxor fuerit,ad maritū ſuum non conuertetur,ſed polluta polluetur. *Et rurſus.* Qui autem detinet adulterā, eſt & inſipiens,& impius. Si ita præter rationē à marito receſsiſſe viſa ſit, ille quidē venia dignus eſt,hęc verò,pœna.Illi autem venia dabitur,vt Eccleſię communicet. Sed is qui legitimè ſibi datā vxorem relinquit, & aliam ducit,ex Domini ſentētia eſt adulterij iudicio obnoxius.A Patribus enim noſtris ſtatutum eſt,vt qui ſunt eiuſmodi, annum defleant,biennio audiāt, ſecūdo anno ſubſternantur,& ſeptimo cū fidelibus conſiſtant,& ſic oblatione digni habeantur, ſi cum lacrymis pœnitentiam egerint.

Hierem.3.
Prouer.18.
Pœna contrahentium ſecundas nuptias durante priori matrimonio.
Matth.5.
Can 57. Baſilij Magni.

E 1 TERTVLLIANVS, Lib. de Monogamia,Cap.11.Itaq; mulier ſi nupſerit,non delinquet, quia neq; hic ſecundus maritus deputabitur, qui eſt à fide primus: & adeò ſic eſt,vt propterea adiecerit: Tātū in Domino:quia de ea agebatur quæ ethnicum habuerat,& amiſſo eo crediderat, ne ſcilicet etiam poſt fidem,ethnico ſe nubere poſſe præſumeret: licet nec hoc Pſychici curent.

1.Corin.7.
Chriſtiana mulier ethnico ne nubat.

2 AVGVSTINVS. tomo. 4. De Sermone Domini in mōte,Lib.1.Cap.27. Aliud eſt quod iubetur, aliud quod monetur,aliud quod ignoſcitur. Iubetur mulier à viro non diſcedere,quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam,aut viro recōciliari. Aliter ergo non licet facere. Monetur autē vir fidelis, ſi habet vxorem infidelem conſentientem ſecum habitare,nō eam dimittere. Licet ergo & dimittere, quia non eſt præceptum Domini ne dimittat, ſed conſilium Apoſtoli: ſicut monetur virgo non nubere, ſed ſi nupſerit, conſilium quidem non tenebit,ſed contra præceptū non faciet.Ignoſcitur cùm dicitur,Hoc autem dico ſecūdùm veniam,non ſecundum imperiū.Quapropter ſi licet vt dimittatur coniunx infidelis, quamuis melius ſit non dimittere, & tamen non licet(ſecundùm præceptum Domini) vt dimittatur coniunx niſi cauſa fornicationis, fornicatio eſt etiam ipſa infidelitas. Quid enim tu dicis Apoſtole? Certè vt vir fidelis conſentientem ſecum habitare mulierem infidelem,non dimittat.Ita, inquit. Cùm ergo hoc & Dominus præcipiat, ne dimittat vir vxorem,niſi cauſa fornicationis,quare hic dicis,Ego dico,nō Dominus? Quia ſcilicet idololatria quam ſequūtur infideles,& quælibet noxia ſuperſtitio, fornicatio eſt. Dominus autem permiſit cauſa fornicationis vxorem dimitti:ſed quia permiſit,non iuſsit,dedit locum Apoſtolo monendi,vt qui voluerit, non dimittat vxorem infidelem, quo ſic fortaſſe poſsit fieri fidelis.

1.Cor.7.
Infidelitas eſt,etiā fornicatio,propter quā dimitti poteſt coniunx.

3 IDEM tom. 6. De Adulterinis cōiugijs.Lib.1. Cap.13.Iam nūc videamus quod ait Apoſtolus:Cæteris autem ego dico, non Dominus.Ad imparia ſcilicet,hoc eſt, vbi non ambo Chriſtiani fuerant, coniugia locuturus. Quod mihi viſum eſt eum monēdo dixiſſe.Quia enim cōiunx fidelis relinquere coniugem licitè potuit infidelem, ideò fieri hoc non Dominus,ſed Apoſtolus prohibet.Quod enim Dominus prohibet, fieri omnino non licet. Monet ergo Apoſtolus quò poſsit eſſe multorum occaſio lucrandorum,vt fideles coniuges in relinquendis infidelibus permiſſa licentia non vtantur. Tibi autem videtur, infideles quoque dimittī à fidelibus

1.Cor.7.

Conſiliũ eſt nõ præceptũ, vt coniux fidelis ab infideli ſeparari poſsit.

ã fidelibus non licere,quia hoc vetat Apoſtolus:cùm ego dicam licere , quia hoc non vetat Dominus,non tamen expedire , quia hoc vt non fiat monet Apoſtolus:qui reddit etiam rationem cur fieri nõ expediat,quanuis liceat.Quid enim ſcis(inquit) mulier ſi virum ſaluum facies? Aut vnde ſcis vir , ſi vxorem ſaluam facies?Cùm etiam ſuperius dixiſſet;Sanctificatus eſt enim vir infidelis in vxore,& ſanctificata eſt mulier infidelis in fratre,hoc eſt,in Chriſtiano.Alioquin filij veſtri(inquit)immundi eſſent, nunc autem ſancti ſunt.Sic ad lucrandos coniuges & filios Chriſto, etiam exemplis quæ iam prouenerant,videtur hortatus.Cur ergo nõ expediat infideles coniuges dimitti à fidelibus,cauſa euidẽter expreſſa eſt. Nõ enim propter vinculum cum talibus coniugalẽ ſeruandum,ſed vt acquirantur Chtiſto, recedi ab infidelibus coniugibus Apoſtolus vetat.

Chriſtianæ fœminæ non licet viro Gentili nubere.

4 CONCILIVM Eliberinũ, Cap. 15.(*Tomo. 1.Conciliorum.*) Propter copiam puellarum,Gentilibus minimè in matrimonium dandæ ſunt virgines Chriſtianæ , ne ætas in flore tumens,in adulterio reſoluatur animæ.

Inter Iudæos & hæreticos ac Chriſtianos non ſunt cõtrahẽda matrimonia.

5 ET Cap. 16. Hæreticis qui errant ab Eccleſia Catholica,nec ipſis Catholicas dãdas puellas:ſed neque Iudæis,neq; hæreticis dari placuit, eo quòd nulla poſsit eſſe ſocietas fidelis cum infideli.

6 CONCIL. Tridentinum, Seſſ. 24. Cano.5.&.7.Si quis dixerit, propter hæreſim aut moleſtam cohabitationem,aut affectatam, &c. *Vt ſup.lit.A.auth.13. in fine.*

7 HIERONY. tomo.2. Lib.1.contra Iouinia.At nunc pleræq; contemnentes Apoſtoli iuſsionem iunguntur Gentilibus, & templa Chriſti idôlis proſtituũt: nec intelligunt ſe corporis eius partem eſſe, cuius & coſtæ ſunt. Ignoſcit Apoſtolus infideliũ coniunctioni,quæ habẽtes maritos in Chriſtum poſteà crediderunt: non ijs quæ cùm Chriſtanæ eſſent,nupſerunt Gentilibus:ad quas alibi loquitur:Nolite iugum ducere cũ infidelibus.Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate?Aut quę ſocietas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial?Aut quæ pars fideli cũ infideli? Qui autem conſenſus templo Dei cum idôlis? Vos enim eſtis templum Dei viui. Licèt in me ſæuituras ſciam plurimas matronarum, licèt eâdem impudentia qua Dominũ contempſerũt, in me pulicem & Chriſtianorũ minimum debacchaturas, tamen dicã quod ſentio, loquar quod me Apoſtolus docuit, non illas iuſtitiæ eſſe, ſed iniquitatis : non lucis , ſed tenebrarum:non Chriſti,ſed Belial: non templa Dei viuentis , ſed fana & idôla mortuorũ. Vis apertius diſcere,quòd Chriſtianæ omnino non liceat ethnico nubere?Audi eundem Apoſtolum:Mulier(inquit) alligata eſt legi quanto tempore vir eius viuit : quòd ſi dormierit vir eius,liberata eſt:cui vult nubat,tantùm in Domino, id eſt Chriſtiano . Qui ſecundas tertiasq; nuptias concedit in Domino, primas cum ethnico prohibet. Vnde & Abraham adiurat ſeruum ſuum in fœmore ſuo, hoc eſt in Chriſto,qui de eius ſemine erat naſciturus, vt filio ſuo Iſaac alienigenam non adducat vxorem.Et Eſdras offenſam Dei huiuſcemodi vxorum repudiatione compeſcit . Et Malachias Propheta: Præuaricatus eſt,inquit,Iudas,& abominationẽ fecit in Iſraël, & in Hieruſalem:polluit enim ſanctũ Dñi, & dilexit & habuit filiam Dei alieni : diſperdet Dñs virũ qui fecerit hoc , magiſtrũ & diſcipulũ,de tabernaculis Iacob , & offerentem munera Domino virtutum.

1.Cor.7. Non licet fidelibus cũ infidelibus nuptias contrahere. 2.Corint.6. 1.Corint.7. Gen.24. 1.Eſdr.10. Malach. 2.

G 1 TERTVL. Lib. De Exhortatione ad caſtitatem,Cap. 5. Ad legem ſemel nubendi dirigam . Ipſa origo humani generis patrocinatur,conteſtans quid Deus ab initio conſtituerit,in formam poſteritatis recenſendum.Nam cùm hominem figuraſſet, eiq; parem neceſſariam proſpexiſſet,vnam de coſtis eius mutuatus , vnam illi fœminã finxit,cùm vtique nec artifex, nec materia defeciſſet.Plures coſtæ in Adam,& infatigabiles manus in Deo, ſed non plures vxores apud Deum.Et ideò homo Dei Adam, & mulier Dei Eua,vnis inter ſe nuptijs defuncti ſunt.Formam hominis Dei , de originis authoritate,& primam Dei voluntatẽ ſanxerunt.Erunt duo,inquit, in vnam carnem : non tres, neque quatuor. Alioquin iam non vna caro,nec duo in vnã carnẽ.

Gene. 2. Nũquã licuit viro ſimul plures vxores habere,nec mulieri plures maritos. Geneſ.2.

2 CONCIL. Toletanum.1. Can. 17. (*Tomo.1.Conciliorum.*) Si quis habens vxorẽ fidelem, & concubinam habeat, non communicet . Cæterum is qui non habet vxorem,& pro vxore cõcubinam habet,à communione non repellatur : tantùm vt vnius mulieris,aut vxoris, aut concubinæ , vt ei placuerit,ſit coniunctione contentus. Aliâs viuens abijciatur,donec deſinat , & ad pœnitentiam reuertatur.

Excõmunicatio qui plures vxores habuerit.

3 AVGVST. tomo. 5. de Ciuit Dei,

Geneſ. 19.

Lib. 16. Cap. 38. Perrexit autem Iacob in Meſopotamiam, vt inde acciperet vxorem. Vnde autem illi acciderit, quatuor habere fœminas, de quibus duodecim filios & vnã filiam procreauit, cùm earum nullã concupiſceret illicitè, diuina Scriptura indicat. Ad vnam quippe accipiendum venerat, ſed cùm illi altera pro altera ſuppoſita fuiſſet, nec ipſam dimiſit, qua neſciens vſus fuerat in nocte, ne ludibrio eam videretur habuiſſe. Et ex eo tempore, quoniã multiplicandę poſteritatis cauſa plures vxores lex nulla prohibebat, accepit etiam illam, cui vni iam futuri cõiugij fidem fecerat. Quæ cùm eſſet ſterilis, ancillam ſuam, de qua filios ipſa ſuſciperet, marito dedit. Quod etiam maior ſoror eius, quamuis peperiſſet, imitata, quoniam multiplicare prolem cupiebat, effecit. Nullam Iacob legitur petijſſe præter vnam, nec vſus pluribus niſi gignẽdæ prolis officio coniugali iure ſeruato; vt nec hoc faceret niſi vxores eius id fieri flagitaſſent, quæ corporis viri ſui habebant legitimam poteſtatem.

Iacob cur quatuor vxores habuerit.

4 IDEM tomo. 6. Lib. De Bono coniugali, Cap. 18. Vide ſuprà, litera. C. authoritate. 3.

5 HIERONYM. tom. 6. in Matth. Cap. 19. *Non legiſtis, quia qui fecit in initio maſculum & fœminam fecit eos?* Hoc in exordio Geneſeos ſcriptum eſt. Dicẽdo autem; Maſculum & fœminam, oſtendit ſecunda vitanda coniugia. Non enim ait, Maſculum & fœminas: quod ex priorũ repudio quærebatur: ſed, Maſculum & fœminã: vt vnius coniugis conſortia necterentur. Similiter ait, Adhærebit vxori ſuę, non vxoribus. Et, Erunt duo in carne vna. Præmium nuptiarum, è duobus vnam carnem fieri.

Matth. 19. Gene. 1. Secũda coniugia vnius no illicita viuente priore coniuge. Gene. 2.

6 IDEM tomo. 2. Aduerſùs Iouinianũ, Lib. 1. Siquidem & illa in Euangelio Ioannis Samaritana, ſextum ſe maritum habere dicens, arguitur à Domino quod non ſit vir eius. Vbi enim numerus maritorum eſt, ibi vir, qui propriè vnus eſt, eſſe deſijt. Vna coſta à principio in vnam vxorem verſa eſt: Et erunt (inquit) duo in carne vna: nõ tres, neque quatuor. Alioquin iam non duo, ſed plures. Primus Lamech ſanguinarius & homicida, vnam carnem in duas diuiſit vxores: fratricidium, & digamiam eâdem cataclyſmi deleuit pœna: De altero ſepties, de altero ſeptuagies ſepties vindicatum eſt.

Ioan. 4. Pœna ducentes ſimul plures vxores. Gen. 1. Gen. 4.

7 THEOPHYLACT. in Matth. Cap. 19. Quid igitur Chriſtus? Oſtẽdit opus & legiſlationem eius qui nos à principio formauit, eſſe monogamiã. Ab initio enim vnum coniunxit Deus vni: atque ita non oportet vnum virum coniungi multis mulieribus, neque mulierem vnam viris multis: ſed eos, ſicuti ab initio coniuncti fuerunt manêre, neque abſque cauſa cohabitationem diuellere.

Non licet plures vxores aut viros habere.

8 CHRYSOST. tomo. 2. in Matth. Homil. 63. Conſiderandum autem eſt, quia non authoritate ſolùm Scripturæ, verùmetiam rerum dignitate ſententiam ſuã corroborat. Non enim dixit, quia virũ & mulierem vnam ſolũmodo fecit, verùm etiam quia iuſſit vt vnus vni coniungatur. Nam ſi voluiſſet alteram etiam conduci vxorem, vni viro creato multas conformaſſet mulieres. Nunc verò vt creationis, & ſanctionis modo, vnam vni perpetuò cõiungi, & nunquàm reſcindi oportere perdocuit. *Et vide ſup. lit. A. authorit.* 10.

Vnius cum vno matrimonium licitum eſt, idq; perpetuum.

H 1 VGVST. tomo. 4. Lib. De Bono viduitatis, Cap. 8. Proinde quæ ſe nõ continent, nubant antequàm continentiã profiteantur: antequàm Deo voueant, quod niſi reddant, iure damnantur. Alio quippe loco de talibus dicit: Cùm enim in delitijs egerint, in Chriſto nubere volunt, habentes damnationem, quoniam primã fidem irritã fecerunt, id eſt, voluntatẽ ad nuptias à propoſito continentię deflexerũt. Irritã quippe fecerunt fidem qua prius vouerant, quod perſeuerantia implêre noluerunt.

Vouens caſtitatem, nõ poteſt matrimonium cõtrahere. 1. Timot. 5.

2 ET Cap. 9. Sed quoniã, ſicut ait Dominus: Non omnes capiũt verbum hoc: quæ poteſt ergò capere, capiat: quæ ſe non continet, nubat: quæ non cœpit, deliberet: quæ aggreſſa eſt, perſeuêret. Nulla aduerſario detur occaſio, nulla Chriſto ſubtrahatur oblatio. In coniugali quippe vinculo, ſi pudicitia conſeruatur, damnatio non timetur: ſed in viduali & virginali continentia, excellentia muneris amplioris expetitur, qua expetita & electa, & voti debito oblata, iam non ſolùm non capeſſere nuptias, ſed etiam ſi nõ nubatur, nubere velle damnabile eſt. Nam vt hoc demonſtraret Apoſtolus, non ait: Cùm in delitijs egerint, in Chriſto nubunt: ſed, Nubere volunt: habentes (inquit) damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt: etſi non nubendo, tamen volendo: non quia ipſæ nuptiæ vel talium damnandæ iudicantur, ſed damnatur propoſiti fraus, dãnatur fracta voti fides, damnatur non ſuſceptio à bono inferiore, ſed

Matth. 19. Votum habenti caſtitatis, nec licet nubere, nec velle nubere. 1. Timot. 5.

ruina

ruina ex bono ſuperiore. Poſtremò damnantur tales, non quia coniugalem fidem poſterius inierunt, ſed quia continentiæ primam fidem irritam fecerũt. Quod vt breuiter inſinuaret Apoſtolus, noluit eas dicere habere damnationem quæ poſt amplioris ſanctitatis propoſitum nubunt: nõ quia non damnentur, ſed ne in eis ipſæ nuptiæ damnari putarentur. Sed cùm dixiſſet: Nubere volunt: continuò addidit. Habentes damnationem: & dixit quare: Quoniã primam fidem irritam fecerunt. Vt voluntatẽ quæ à propoſito cecidit, appareat eſſe damnatam, ſiue ſubſequantur nuptiæ, ſiue deſint.

Non ſeruare votum caſtitatis, maius peccatũ eſt adulterio.

3 ET Cap. 11. Planè non dubitauerim dicere, lapſus & ruinas à caſtitate ſanctiore quæ vouetur Deo, adulterijs eſſe peiores. Si enim (quod nullo modo dubitandum eſt) ad offenſionem Chriſti pertinet cùm membrum eius fidem non ſeruat marito: quantò grauius offenditur, cùm illi ipſi nõ ſeruatur fides in eo, quod exigit oblatũ, qui non exegerat offerendum? *Et mox* Poſt voti profeſſionem perſeueranter frænandum & vincendum eſt quod libet, quia iam non licet.

Vouẽtes virginitatẽ & non ſeruantes, cẽſentur bigami.

4 CONCIL. Ancyranum, Cap. 18. *aliàs*. 19. (*Tomo. 1. Conciliorum.*) Quotquot virginitatem promittentes, irritam faciunt ſponſionem, inter bigamos cenſeantur.

Excommunicãtur, quæ promiſſam Deo virginitatem nõ ſeruant.

5 CONCILIVM Eliberinũ, Cap. 13. (*Tom. 1. Conciliorum.*) Virgines quę ſe Deo dedicauerunt, ſi pactum perdiderint virginitatis, atque eidẽ libidini ſeruierint, non intelligentes quid admiſerint, placuit nec in fine dandam eis eſſe Communionẽ.

Illicitæ ſunt earum nuptiæ quæ caſtitatem vouerunt.

6 CONCIL. Valentinum, Cap. 2. (*Tomo. 1. Conciliorum.*) De puellis verò quæ ſe Deo vouerũt, ſi ad terrenas nuptias ſpontè tranſierint, id cuſtodiendum eſſe decreuimus, vt pœnitentia his nõ ſtatim detur: & cùm data tamen fuerit, niſi plenè ſatis fecerint Deo, in quantùm ratio popoſcerit, earundem Communio differatur.

Excommunicãtur cõtrahẽtes matrimonium poſt votũ caſtitatis.

7 CONCIL. Chalcedonenſe Generale, Canon. 16. Si qua virgo ſe dedicauerit Deo, ſimiliter & monachus, non licere eis iungi nuptijs. Si verò inuenti fuerint hoc facientes, maneãt excommunicati. Statuimus verò poſſe eis fieri humanitatem, ſi ita probauerit loci Epiſcopus.

8 CYPRIANVS, Lib. 1. Epiſt. 11. Ad Pomponium. Legimus literas tuas frater chariſsime, quas per Paconium fratrem noſtrum miſiſti, poſtulans & deſiderans vt tibi reſcriberemus, quid nobis de ijs virginibus videatur, quę cùm ſemel ſtatum ſuum continenter & firmiter tenêre decreuerint, detectæ ſint poſteà in eodem lecto pariter manſiſſe cum maſculis, ex quibus vnũ Diaconum eſſe dicis. Planè eaſdem quæ ſe cum viris dormiſſe, confeſſæ ſunt, aſſeuerare nõ decet ſe integras eſſe. Circa quã rem, quoniam conſilium noſtrum deſideraſti, ſcias nos ab Euangelicis & Apoſtolicis traditionibus non recedere, quominus fratribus & ſororibus noſtris cõſtanter & fortiter conſulatur, & per omnes vtilitatis & ſalutis vias Eccleſiaſtica diſciplina ſeruetur. *Et poſt pauca*. Si ſuperueniẽs maritus ſponſam ſuã iacentem cum altero videat, nonne indignatur & fremit? Et per zeli dolorem fortaſſis & gladium in manum ſumit? Quid? Chriſtus Dominus & iudex noſter, cùm virginẽ ſuam ſibi dicatam, & ſanctitati ſuæ deſtinatam, iacẽte cũ altero cernat, quàm indignatur & iraſcitur? Et quas pœnas inceſtis eiuſmodi coniunctionibus comminatur? Cuius vt gladium ſpiritualem, & vẽturum iudicij diem, vnuſquiſq; fratrũ poſsit euadere, omni cõſilio prouidere & elaborare debemus. *Et adhuc poſteà*. Si autem de eis aliquæ corruptæ fuerint deprehenſæ, agant pœnitentiam plenam, quia quæ hoc crimen admiſit, non mariti, ſed Chriſti adultera eſt. Et ideò æſtimato iuſto tempore, poſteà exomologeſi facta ad Eccleſiam redeant. Quòd ſi obſtinatè perſeuerant, nec ſe abinuicem ſeparant, ſciant ſe cum hac impudica obſtinatione, nũquàm à nobis admitti in Eccleſiam poſſe, ne exemplum cæteris ad ruinas delictis ſuis facere incipiant.

Pœna in virgines caſtitatem vouẽtes, & non ſeruantes.

Vidua ſuadet vt continentiam voueat.

9 ORIGENES tom. 2. in Luc. Hom. 17. Bonum eſt & primum, ſi qua poteſt virginitatis gratiam poſsidêre. Si autem hoc non potuerit, ſed eueniat ei vt perdat virũ, vidua perſeuêret. Quod quidem non ſolùm poſt mortem viri, ſed etiam cùm ille viuit, debet habere in animo, vt etiam ſi non venerit, voluntas ipſius & propoſitum, à Domino coronetur, & dicat, Hoc voueo atque promitto, ſi mihi humanum aliquid, quod non opto, contigerit, nihil aliud faciã, quàm incontaminata viduaq; perſeuêrem.

10 AVGVST. tom. 6. De Adulterinis coniugijs, Lib. 1. Cap. 24. Non ſolùm autem mœchandum non eſt, quod facit non quidam, ſed omnis qui dimittit vxorem ſuã, & ducit alterã, & ſi propterea duxerit

vt faciat

Vouenti caſtitatem non licet vxorē ducere, etiā ſi illa velit fieri Chriſtiana.

vt faciat Chriſtianam: ſed etiam quiſquis non alligatus vxori, continentiam Deo vouerit, nullo modo debet iſta compenſatione peccare, vt ideò credat vxorem ſibi eſſe ducendam, quia promiſit, quæ nuptias eius appetit, futuram ſe eſſe Chriſtianam. Quod enim cuiq; antequàm vouiſſet, licebat, cùm id ſe nunquàm facturum vouerit, non licebit: ſi tamen id vouerit, quod vouendũ fuit: ſicut eſt perpetua virginitas, vel continentia poſt experta connubia ſolutis à vinculo coniugali, vel ex conſenſu viuentibus & carnalia debita ſibi inuicem relaxãtibus fidelibus caſtiſq; coniugibus: quod alterum ſine altera, vel alteram ſine altero vouêre fas nõ eſt. Hæc ergò etſi qua alia ſunt quæ rectiſſimè vouētur, cùm homines vouerint, nulla conditione rumpenda ſunt, quæ ſine vlla conditione vouerunt. Quia & hoc Dominũ præcepiſſe intelligendũ eſt vbi legitur: Vouête & reddite Domino Deo veſtro. Vnde Apoſtolus, de quibuſdam quæ contiuētiam vouent, & poſteà nubere volũt, quod eis antequàm vouiſsēt vtiq; licebat: Habētes (inquit) damnationem, quoniam primam fidē irritam fecerunt.

Coniugibus quando licebit continentiam vouêre.

Pſal. 75.

1. Timot. 5.

Votum ſine conditione & rectè factum, ſeruãdum.

11 ET Cap. 15. Illis qui ſe non continent, vtique expedit nubere: & quod licet, expedit. Quæ autem vouerint continentiam, nec licet, nec expedit. Porrò diſcedere ab infideli coniuge licet, ſed non expedit.

1 AMBROS. Tom. 1. Lib. ad Virginem lapſam. Cap. 5. Vide ſup. Cap. 2. Lect. 5. Lit. L. auth. 6.

2 HIERONYM. Contra Iouinian. Vide ſuprà, Cap. 2. Lectio. 5. Litera. L. authoritate. 14.

3 IDEM tom. 1. Epiſt. 8. Ad Demetriadem. Vt ſup. Cap. 2. Lect. 9. Lit. O. auth. 3. *Et deinde*. Quamobrem & Vas electionis, De virginibus ſe dicit Domini non habêre præceptum: quia contra naturam, imò vltra naturam eſt, non exercêre quod nata ſis: interficere in te radicem tuam, & ſola virginitatis poma decerpere; neſcire torum, omnem virorum horrêre contactum, & in corpore viuere ſine corpore.

1. Cor. 7.

Viuere in corpore ſine corpore.

4 CHRYSOST. tomo. 4. in. 1. ad Corin. Cap. 7. Hom. 19. Etſi nupſerit virgo, nõ peccauit. Multa huiuſmodi nuptias cõſequuntur, quæ hoc in loco & cùm de continentia verba fecit, ſignificauit. Illic enim inquit, quòd mulier ſui corporis poteſtatem nõ habet: hic autē: Alligatus es. Et, Si vxorem acceperis, non peccaſti. Neque de ea quę ſibi elegerit virginitatē, loquitur, quippe quæ iam peccauit. Nam ſi viduæ, quæ ſecundis ſe nuptijs alligarunt, iudicium ſubeunt ſi ſemel virginitatem elegerint, multò magis virgines.

1. Cor. 7.

Peccant caſtitatem vouentes, ſi nubant.

5 ET Homil. De Libello repudij, in dictum Pauli, Alligatus es vxori, &c. Etiamſi nupſerit virgo non peccauit. Virginem hîc dicens, non eam quæ renunciauit, ſed eam duntaxat quæ nondum coniugium experta eſt, & non factam obnoxiam perpetuæ virginitatis promiſsione.

1. Cor. 7.

6 GREGOR Nazianzenus, Oratione. 32. Habita in præſentia. 150. Epiſcoporum. Tum etiam in fœminis, tã quæ in matrimonij iugo, Deo magis quàm carni aſtrictæ ſunt: quàm quæ nuptiarum expertes & liberæ, Deo ſua omnia conſecrarunt.

Sũt fœminæ quæ ſua omnia cõſecrãt Deo.

7 IDEM In Exhortatione ad Virginē. Virgo ſponſa Chriſti, ſponſum tuum celebra. Purga te ipſam, tùm ſermone, tùm ſapientia, vt ſplendida cum ſplendido, ſempiternam vitæ conſuetudinem habeas. Hæc enim multò præſtantior eſt mortali corporum coniunctione & matrimonio. Spirituales virtutes imitata es, Angelicam vitæ rationem in terra conſectata es. *Et paulò poſt.* Hoc ſolùm cura virgo, vt totam caſtam & pudicam te ſerues, ne immaculatam Chriſti tunicam macules.

Virginitas matrimonio præſtantior.

8 GREGORIVS Nyſſenus, Lib. de Virginitate, Cap. 8. Et quoniam, prę naturæ imbecillitate, non cuiuſuis hominis eſt harum rerum moderationem aſſequi, periculoſumq; eſt, qui extra modũ poſiti ſunt, ne hi, (vt eſt in Pſalmorum authore) in materiam profundi impingantur: Illud maximè expedit, huiuſmodi vitæ genus, vti hæc oratio monet, minus experiri, ne rerum quę permiſſæ ſunt excuſatione adhibita, animi affectionibus aditus patefiat.

Non cuiuſuis eſt caſtitatem ſeruare.

Pſalm. 68.

9 ET Cap. 9. Vide ſup. Cap. 2. Lectio. 5. Litera. L. auth. 20.

10 ET Cap. vltim. Quomodò Dei ſacerdotio fungeris, qui ad hoc ipſum vt munus offerres, vnctus es? Munus ſanè nõ omnino alienum, neque ſuppoſitum ex his quæ tibi extrinſecus eueniunt, ſed re vera tuũ quod eſt, homo tuus interior, qui tanquàm agnus innocēs & perfectus eſſe debet, ab omniq; macula, ac à ſordibus remotus. Quomodò hæc ipſa Deo offeres, qui legi non obtemperes prohibenti ne ſacra impurus faciat? Ac ſi Deum tibi apparere expetis, quid cauſę eſt cur Moyſen nõ audias, qui populo

Deo miniſtraturus, abſtineat à nuptijs.

Exo. 19.

edicit

edicit, vt à nuptijs purus ſit, quo Dei aſpectum cõprehẽdat? *Et mox* Hoc Moyſes expetiuit, hoc multi Prophetæ, hoc & Reges videre cupiérunt, ſoli verò hi digni putantur, qui corde puri, qui ob hoc ipſum beati ſunt & habentur, quoniam ipſi Deum videbunt. Ex quibus te vnum fieri volumus, qui cum Chriſto vnà crucifixus, te purum ſacerdotem Deo exhibeas: quiue omni pura integritate ſacrificium purum factus caſtitatis, ipſius præſidio te ad aduentum Dñi pares, vt tu quoque puro corde Deum aſpicias.

Matth. 5.

11 CYRILLVS Hieroſolymitanus, Catecheſi. 12. Si enim qui apud Ieſum benè fungitur ſacerdotio, abſtinet à muliere: ipſe Ieſus quomodò ex viro & muliere proditurus eſſet?

Sacerdos abſtineat à mulieribus.

12 ET Catecheſi. 16. Quòd ſi fortè ſedenti tibi, de caſtitate aut virginitate ſubeat cogitatio, Spiritus ſancti eſt ea doctrina. Non'ne perſæpe puella iam ad ſponſi thalamum cõſtituta, effugit, Spiritu ſancto de virginitate eam docẽte? Non'ne iuuenis ſæpe videns pulchritudinem, compreſsit oculos, & ne amplius videret, aufûgit, pollutionemq; vitauit? Quæris vnde id contingat? Spiritus ſanctus certè ſic erudiuit animum adoleſcentis. *Et vide infrà, Lect. 20. Lit. V. authorit. 16.*

Caſtitas donũ Dei eſt.

13 EPIPHANIVS Hæreſi. 59. contra Catharos. Re vera non ſuſcipit ſancta Dei prædicatio poſt Chriſti aduentum, eos qui à nuptijs mortua ipſorũ vxore, ſecundis nuptijs coniuncti ſunt, propter excellentem ſacerdotij honorem ac dignitatem. Et hæc certò ſancta Dei Eccleſia cum ſynceritate obſeruat. Sed & adhuc viuẽtem & liberos gignentem vnius vxoris virum, non ſuſcipit, ſed eum qui ſe ab vna continuit, aut in viduitate vixit, Diaconũ, & Presbyterum, & Epiſcopum, & hypodiaconum: maximè vbi ſynceri ſunt Canones Eccleſiaſtici. At dices mihi, omnino in quibuſdam locis adhuc liberos gignere, & Preſbyteros, & Diaconos, & hypodiaconos. At hoc non eſt iuxta canonem, ſed iuxta hominum mentem, quæ per tempus elanguit, & propter multitudinem, cùm non inueniretur miniſterium. Nam quod decẽtius eſt, id ſemper Eccleſia per Spiritum ſanctum benè diſpoſita videns, ſtatuit apparari, vt cultus Diuini indiſtracti Deo perficerẽtur, & ſpirituales neceſsitates cum omni beneuola conſcientia peragerentur. Dico autem quod decorum eſt propter repentina miniſteria ac neceſsitates, vt Presbyter, & Diaconus, & Epiſcopus, Deo deditus ſit. Si enĩ etiam populo præcipit ſanctus Apoſtolus, dicẽs, Vt ad tempus vacent orationi: quãtò magis ſacerdoti idem præcipit, vt indiſtractus ſit, inquàm, ad vacandum ſecundùm Deum ſacerdotio, quod in ſpiritualibus neceſsitatibus ac vſibus perficitur?

Bigami irregulares ſunt.

Sacerdos ducere vxorem non poteſt.

1. Cor. 7.

14 IDEM Hæreſi. 61. contra Apoſtolicos. Aliqua in ſcripturis, aliqua in traditiooibus ſancti Apoſtoli tradiderũt, quemadmodùm dicit ſanctus Apoſtolus: Sicut tradidi vobis. Et alibi: Sic doceo, & ſic tradidi in Eccleſijs. Et; Si continetis, niſi fruſtra crediditis. Tradiderunt itaque ſancti Dei Apoſtoli, peccatum eſſe poſt decretam virginitatem ad nuptias conuerti. Et ſcripſit Apoſtolus; Si nupſerit virgo, non peccauit. Quomodò igitur hoc cum illo concordat? Imò etiam illam virginem dicit, quæ non eſt dedicata Deo, ſed propter penuriam raritatis in illo tempore eorum qui in Chriſtũ credebãt, neceſſariò ſic fiebat. Et quòd hæc ſic ſe habeant, docet nos idem Apoſtolus dicens: Iuniores viduas reijce: poſtquàm enim laſciuierunt cõtra Chriſtum, nubere volũt: habentes iudicium, quòd primam fidem reiecerunt. Si itaq; & ea quæ poſt mundi experientiam vidua fuit atque Deo dicata, & poſteà nupſit, iudiciũ atq; condemnationẽ habebit, quòd primam fidem reiecit: quãtò magis quæ citra mũdi experientiã Deo dicata virgo fuit, & nupſit, cõtra Chriſtũ laſciuijt, & maiorẽ fidem reiecit, & iudicium habebit, velut quæ proprium erga Deum propoſitum relaxauit?

1. Cor. 11. 14. & 15.

Poſt votum caſtitatis peccatũ eſt ad nuptias tranſire.

1. Corin. 7.

1. Timot. 5.

LECTIO XX.

DOCTOR.

SVpereſt modò vt de Ordine diſſeramus.

ADO-

ADOLESCENS.

Ita quem vltimo ideò loco numerauimus, [a] quòd cæteris fuerit Sacramentis adminiſtrandis à Chriſto in Eccleſia inſtitutus.

DOCTOR.

Habes'ne aliquam eius, quam proferas, definitionem?

ADOLESCENS.

Habeo. Eſt enim Sacramentum, quo ſuam Deus gratiam nonnullis in Eccleſia ad communem eius vtilitatem elargitur, cum ea, quæ in eo munere requiri ſolet, authoritate ac poteſtate.

DOCTOR.

Doce porrò hoc eſſe Sacramentum.

ADOLESCENS.

Habemus inprimis ceremoniā illam Chriſti aſpectabilem inſufflandi, [b] cum veteri illa & Apoſtolica [c] manuum impoſitione, ac nonnullis alijs rerum ſignis exterioribus, quæ gratiam ibi diuinam adumbrant: accedunt & verba concepta, quæ ab Epiſcopis expreſſa, verū conficiunt Sacramentum, quo ſacerdotes nanciſcuntur legitimam authoritatem, [d] tùm conſecrandi corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti, tùm peccata etiam remittendi, [e] retinendiq; : tùm denique nonnulla quædam alia Sacramenta adminiſtrandi, & diuinam populis legem [f] explicandi, pro cuiuſq; ordinis & gradus ratione.

DOCTOR.

Quid ergo? Plures'ne ſunt huius Ordinis gradus & ordines?

ADOLESCENS.

Sunt: omnium tamen prſtantiſsimus eſt ipſum quod vocamus Sacerdotium.

DOCTOR.

Quid ita?

ADO-

a Matth. 28. 1. Cor. 12. Ephe. 4. Ioan. 20. Clemens epiſt. 3. Leo epiſt. 81. Auguſt. contra Epiſ. Parm. lib. 2. cap 13. Chryſoſt. lib. 3. & 6. de ſacerd. Hiero. in Lucifer. Concil. Florent.

b Act. 6. 8. 13. & 19. 1. Tim. 4. & 5. 2. Tim. 1. Tit. 1.

c Matth. 26. Luc. 22. Marc. 14.

d Matth. 18. Ioan. 20.

e Matth. 28. Marc. 16. Act. 10. 1. Corinth. 4. & 22. Epheſ. 4. 1. Timot. 4.

f Matth. 16. & 18. Luca. 12. Marc. 14. Hebr. 5. Chryſoſt. lib. 3. de ſacerdo. et hom. 60. ad popul. & in Matth. hom. 51 & in 2. ad Timot. hom 2. Auguſt. vbi ſup. Hiero. in cap. 3. Sopho. Concil. Trid ſeſſ. 23.

ADOLESCENS.

Quòd ſacerdotum [g] ſit munus vnicũ ac ſingulare, tùm corporis ac ſanguinis Ieſu Chriſti ſacrificium perficere: [h] tùm etiam remiſsionem peccatorum impertiri.

DOCTOR.

Quem porrò cæteræ tùm maiores, tùm minores huius ordinis functiones, vſum habent in Eccleſia?

ADOLESCENS.

Maximum: ſic enim ſunt gradus quidam ac diſpoſitiones ad ſacerdotij ordinem, vt nemo in eam dignitatem tam excellentem aſſumi debeat, [i] niſi qui multùm diuq; in omni virtutum genere ſit verſatus.

DOCTOR.

Age hos iam nobis ordines pro cuiusq; dignitate & gradu, enumera.

ADOLESCENS.

Primus eſt [k] Ianitor, ſecundus Lector, [l] tertius [m] Exorciſta, quartus Acolytus, quorum præter alia multa hoc eſt etiam munus, fidelium ad ſacra conuenientium multitudinem [n] ordinare, & ſacerdotibus ac epiſcopis etiam multis in rebus, præſto eſſe.

DOCTOR.

Cæteri verò qui vocantur?

ADOLESCENS.

Subdiaconus, [o] & Diaconus: quorum eſt tùm ſacris Euchariſtiæ myſterijs adeſſe tanquam adminiſtros, tùm etiam populis Dei verbum prædicare, & quædam alia Sacramenta, vbi deeſt Sacerdos, quorum vltimus & maximus eſt gradus, porrigere.

DOCTOR.

Quid? Non'ne omnes inter ſe pares ſunt Eccleſiæ ſacerdotes?

[g] *Ignat epiſt. 8. & 9. Chryſoſt. ad popul. homil. 60. Ambroſ. epiſt. 33. & de pœnitent. lib. 1. c. 2. Dionyſ. Eccleſ. hierar. c. 3. Tertul. de præſcript.*

[h] *Cypria. lib. 1. epiſt. 1. & lib. 1. epiſt. 5. Socrat. lib. 1. cap. 10. Tertul. de præſcript.*

[i] *Concil. Carthag. 4. Concil. Trid. Caius. Aug. epiſt. 61. & 147. Author argum ad Theſſa. Greg. Nazian Monod. Zoſi. ad Heſych. Euſeb. lib. 6. c. 21. Epipha. haereſ. vltim.*

[k] [l] [m] *Cyp. lib. 2. epiſt. 10. & lib. 3. epiſt. 22. & 24. & li. 4. epiſt. 1.*

[n] [o] [p] *Act. 6. 1. Tim. 3. Clement. epiſt. 1. Orig. tracta. 15. & 25. in Matth. Chryſoſt. homil. contra Concubi. Cypr. lib. 1. epiſt. 8. Ambroſ. in epiſt. ad Epheſ. Concil. Trid. ſeſſ. 23.*

ADOLESCENS.

Sunt quidem ſacrificandi authoritate inter ſe pares,ſed in animarũ gubernatione ac iuriſdictione non item. Nam cùm in ſua Chriſtus Eccleſia varia functionum genera inſtituerit, nimirum Apoſtolos,Epiſcopos,Diaconos,& alios id genus,pro cuiuſq; ſtatu ac lege ad huius ſui operis perfectionem,æquum eſt vt hic ordo & hæc diſtincta ſeries diligenter vbiq; retineatur.

DOCTOR.

Qui'nam igitur tandem erunt illi,quos in authoritate Eccleſiæ gubernandæ cæteris omnibus anteponis?

ADOLESCENS.

Epiſcopi, qui tanquàm veri ac legitimi Apoſtolorum ſucceſſores, [q] reliquis Eccleſiæ ordinibus longè eminẽt. Quibus tamen omnibus antecellit [r] Romanus Epiſcopus, Chriſti, vt iam dictum eſt,in terris vices gerens, Petri Apoſtolorum Principis locum tenens,atq; dignitatem.

q r Ioã.10. 1.Cor.4. 1.Tim.3. 4.& 5. Act.10. Tit.1. & 2. Chryſoſt. lib.3. de ſacer. Ambr. in.1.ad Tim.c.5. Cyp.lib.3.epiſ. 9.& lib 4 epiſt.9. Hiero.contr. Lucif.& epiſt.ad Ruſti.& vide ſup.c.1.lect.11.

DOCTOR.

Rectè.Non omnes ergò Sacerdotes ſumus?

ADOLESCENS.

Non ſanè: ea ratione vt ex æquo omnes vel dona ac ſacrificia externa offerre, vel Sacramenta adminiſtrare poſsimus: id enim muneris eſt ac ſtatus à Deo in Eccleſia de induſtria collocati. Alioqui ſi ad ſpiritualia quidẽ ſacrificia,qualia Orationes, [s] Laudes,Gratiarũ actiones, ac corporis etiam mortem, & alia eiuſmodi quæ ab omnibus paſsim exhiberi poſſunt,reſpiciamus,rectè ſacerdotes nominamur omnes, [t] ac ſumus.

s Philip.2.& 4. Hebr.13. Ro.12.

t 1.Pet.2. Apoc.1.& 5. Baſil ſer. 2.de Bap.c.8. Aug.lib.10.de Ciuit.Dei.c.10.

DOCTOR.

Debet'ne Clerus omnis cœlebs eſſe, & caſtitatem obſeruare?

ADOLESCENS.

Debet: quãdo ea ſe lege Deo Op.Maximo,eoq; ſe vinculo ſponte obligauit, [v] vt dictum eſt.

v Tertul. de Monoga. Chryſoſt. lib 2. de pat.Iob & homil. 7. in Matt. Hiero.cont.Ioui. & ad Pãma. Ambr.lib.1.offic.c.40.& in epiſt.ad Timo. Hiſto. Trip. lib.9. c.35. Aug.confeſſ.lib.6.c. 3. & li.1.ad Pollen. c.14.& ad fra. ſer.37. Conc.Chalced.c.16. Euſeb.Euang. demonſt. lib.1. c. 9. Philo. Alex.lib.de ebriet. Cyril. Hiero.cate.16. Greg.Nyſſ.li. de Virgi. Epiph.cõt.Catha. Conc.Cartha.2.can.2.& Concil. Carth.3. can.25.

A V.

AVHORIT. SCRIPT.

A MATTH. Cap.28. Vt ſuprà, Cap.1. Lect.1. lit.I.

PRIO. Ad Corinth. Cap.12. Vt ſup. Cap.1. Lect.2. lit.C.

AD EPHES. Cap.4. Vt ſup. Cap. 5. Lect.2. litera.C.

IOAN. Cap.20. Vt ſup. Lect.7. lit.E.

B ACT. Cap.6. Hos ſtatuerũt ante conſpectum Apoſtolorum, & orantes impoſuerunt eis manus.

ET Cap.8. Vt ſup. Lect.6. lit.A.

ET Cap.13. Miniſtrantibus autem illis Domino, & ieiunãtibus, dixit Spiritus ſanctus; Segregare mihi Saulum & Barnabã in opus ad quod aſſumpſi eos. Tunc ieiunãtes & orantes, imponentesq; eis manus, dimiſerunt illos.

ET Cap.19. Vt ſup. Lect.6. lit.A.

PRIO. Ad Timoth. Cap.4. Vt ſup. Lect.2. lit.K.

ET Cap.5. Manus citò nemini impoſueris, neq; cõmunicaueris peccatis alienis.

POSTER. Ad Tim. Cap.1. Propter quam cauſam admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum.

AD TITVM Cap.1. Vt ſup. Cap. 1. Lect.12. lit.D.

C MATTH. Cap.26. Vt ſup. Lect.10. litera.A.

LVC. Cap.22. Vt ſup. Lect.10. lit.A.

MARC. Cap.14. Vt ſup. Lectio.10. litera.A,

D MATTH. Cap.18. Vt ſuprà, Cap.1. Lect.13. lit.M.

IOAN. Cap.20. Vide ſup. lit.A.

E MATTH. Cap.28. Vide ſup. lit.A.

MARC. Cap.16. Vt ſup. Lectio.2. litera.B.

ACT. Cap.20. Sed nihil horum vereor, nec facio animam meam pretioſiorem quàm me, dummodò conſummem curſum meum, & miniſterium quod recepi à Domino Ieſu teſtificari Euangeliũ gratiæ Dei. *Et vt ſup. Cap.1. Lect.12. lit.D.*

PRI. Ad Corinth. Cap.4. Vt ſuprà, Cap.1. Lect.12. lit.B.

ET Cap.12. Vide ſup. lit.A.

AD EPHES. Cap.4. Vide ſuprà, litera.A.

PRI. Ad Tim. Cap.4. Vide ſup. lit. B.

F MATTH. Cap.16. Vt ſuprà, Cap.1. Lect.12. lit.D.

ET Cap.18. Vt ſuprà, Litera. D.

LVC. Cap.22. Vide ſuprà, Litera. C.

MARC. Cap.14. Vide ſuprà, lit. C.

AD HEBR. Cap.5. Vt ſup. Cap.1. Lect.4. lit. G.

N ACT. Cap.6. Conuocantes autẽ duo-
O decim multitudinem diſcipulorum, dixe-
P runt: Non eſt æquum nos derelinquere Verbũ Dei, & miniſtrare mẽſis. Cõſiderate ergò fratres viros ex vobis boni teſtimonij, ſeptem, plenos Spiritu ſancto, & Sapientia, quos conſtituamus ſuper hoc opus, nos verò orationi & miniſterio Verbi inſtantes erimus. Et placuit ſermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum virum plenũ Spiritu ſancto: & Philippũ, & Prochorum, & Nicanorẽ, & Timonẽ, & Parmenã, & Nicolaũ aduenã Antiochenum. Hos ſtatuerunt, &c. *Vt ſup. lit. B.*

PRIO. Ad Timoth. Cap.3. Diaconos ſimiliter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrũ ſectantes, habentes myſterium fidei in conſcientia pura. Et hi autem probentur primùm: & ſic miniſtrent, nullum crimen habentes.

Q IOAN. Cap.20. Cucurrit ergò & ve-
R nit ad Simonem Petrũ, & ad aliũ diſcipulũ quem amabat Ieſus, & dicit illis: Tulerunt Dñm de monumento. Currebant autẽ duo ſimul, & ille alius diſcipulus præcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum. Et cùm ſe inclinaſſet, vidit poſita linteamina, non tamen introiuit. Venit ergò Simon Petrus ſequens eum, & introiuit in monumẽtum, & vidit linteamina poſita, & ſudarium quod fuerat ſuper caput eius, non cum linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim inuolutum in vnum locum. Tunc ergò introiuit & ille diſcipulus qui venerat primus ad monumentum.

PRIO. Ad Corinth. Cap.4. Vide ſup. litera E.

PRIO. Ad Timoth. Cap.3. Fidelis ſermo. Si quis Epiſcopatum deſiderat, bonũ opus deſiderat.

ET Cap.4. Vide ſup. Lit.B.

ET Cap.5. Seniorem ne increpaueris; ſed obſecra vt patrem.

ACT. Cap.20. Vide ſup. Lit.E.

AD TITVM, Cap.1. Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem. Non ſuperbum, non iracundum, non vinolentum, non percuſſorem, non turpis lucri cupidum: ſed hoſpitalem, benignum, ſobrium, iuſtum, Sanctum,

continentem:amplectentem eũ,qui ſecundùm doctrinam eſt,fidelem ſermonem, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt,arguere.

ET Cap.2.In omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate,in grauitate. Verbum ſanũ, irreprehenſibile: vt is, qui ex aduerſo eſt, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.

S AD PHILIPP. Cap.2. Sed etſi immolor, ſupra ſacrificium & obſequium fidei veſtræ,gaudeo & cõgratulor omnibus vobis.Idipſum autẽ & vos gaudete & congratulamini mihi,

ET Cap. 4. Vt ſuprà, Cap.3. Lect.7. litera.L. *Et rurſus.* Habeo autem omnia, & abũdo: repletus ſum, acceptis ab Epaphrodito,quæ miſiſtis,odorem ſuauitatis, hoſtiã acceptam,placentem Deo.

AD HEBR. Cap.13.Per ipſum ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo, id eſt,fructum labiorum cõfitentium nomini eius.

AD ROMAN. Cap.12. Obſecro itaque vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra, hoſtiã viuentem,ſanctam,Deo placẽtem,rationale obſequium veſtrum.

T I. PETRI,Cap.2.Et ipſi tanquàm lapides viui ſuperædificamini domos ſpirituales, ſacerdotium Sanctum, offerre ſpirituales hoſtias acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtum.

APOCALYP. Cap.1.Vt ſup.Cap. 1.Lect.4.lit.G.

ET Cap.5.Vt ſuprà,Cap.1.Lectio.13. litera.D.

AVTHORIT. PAT.

A 1 CLEMENS Romanus, Epiſt.3. *in initio.* Vos ergo, qui ſacerdotio Domini fuimini, & in ſpecula eſtis poſiti, plus ſcire oportet,vt ſubditos vobis populos plenius docere poſsitis, eiſq; ad regna cœlorum ducatum præbere, Deo annuente, valeatis. *Et poſt pauca.* Audire ergo Epiſcopum attentius oportet,& ab ipſo ſuſcipere doctrinam fidei: monita autem vitæ à Preſbyteris inquirere: à Diaconis verò ordinem diſciplinæ. *Et vide ſuprà, Lectione.* 13. *authorit.*2.

Sacerdotes plus laicis ſcire tenentur.

Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi.

2 LEO Magnus, Epiſt.81.(*aliàs.* 79.) ad Dioſcorum Alexãdrinum. Quod ergo à Patribus noſtris propenſiore cura nouimus eſſe ſeruatum,à vobis quoque volumus cuſtodiri,vt nõ paſsim diebus omnibus Sacerdotalis vel Leuitica Ordinatio celebretur, ſed poſt diem Sabbathi eius noctis, quæ in prima Sabbathi luceſcit,exordia deligãtur, hoc eſt,ſub Lege diuini officij ſubſtituãtur in quibus,his,qui conſecrandi ſunt, ieiunis, & à ieiunantibus ſacra benedictio conferatur.Quod eiuſdem obſeruantiæ erit, ſi manè ipſo Dominico die continuato Sabbathi ieiunio, celebretur,à quo tẽpore præcedentis noctis initia non recedunt: quam ad diem Reſurrectionis, ſicut etiam in Paſcha Domini declaratur, pertinere non dubium eſt. Nam præter authoritatem conſuetudinis, quam ex Apoſtolica nouimus venire doctrina, etiam ſacra Scriptura manifeſtat,quòd cùm Apoſtoli Paulum & Barnabam ex præcepto Spiritus ſancti ad Euangelium Gentibus mitterent prædicandum, ieiunantes,& orantes,impoſuerunt eis manus:vt intelligamus quanta & dantium & accipientium deuotione curandum ſit, ne tantę benedictionis Sacramentũ negligenter videatur impletum.

Ordines non conſecrantur niſi in Sabbatho, ieiunis,atque à ieiunis.

Act.13.

Ordinis Sacramentum.

3 AVGVST. tomo.7. contra Epiſtolam Parmeniani, Lib.2.Cap.13. Nam illud quod quidam eorum, veritate conuicti, dicere cœperant, Baptiſmum quidem non amittit qui recedit ab Eccleſia, ſed ius tamen dandi amittit: multis modis apparet fruſtra & inaniter dici. Primò, quia nulla oſtenditur cauſa, cur ille qui ipſum Baptiſmum amittere non poteſt, ius dandi amittere poſsit. Vtrunque enim Sacramentum eſt, & quadam conſecratione vtrunque homini datur: Illud,cùm Baptizatur:Iſtud,cùm Ordinatur:ideoq; in Catholica vtrunque non licet iterari. Nam ſi quando ex ipſa parte venientes etiam Præpoſiti, pro bono pacis, correcto ſchiſmatis errore, ſuſcepti ſunt: & ſi viſum eſt opus eſſe, vt eadem officia gererent, quæ gerebant,non ſunt rurſus ordinandi: ſed ſicut Baptiſmus in eis, ita Ordinatio manſit integra, quia in præciſione fuerat vitiũ,quod vnitatis pace correctum eſt, non in Sacramentis, quæ vbicunque ſunt,ipſa vera ſunt. Et cùm expedire hoc videatur Eccleſiæ, vt Præpoſiti eorum venientes ad Catholicam ſocietatem, honores ſuos ibi non adminiſtrent: non eis tamen ipſa Ordinationis Sacramenta detrahuntur, ſed manent ſuper eos. Ideòque non eis in populo manus

Baptiſmi & Ordinis Sacramentum nõ iteratur.

imponi-

imponitur, ne non homini, ſed ipſi Sacramento fiat iniuria. Et ſi quando ignoranter fit, nec animoſè defenditur factum, ſed corrigitur cognitũ, venia facilius impetratur. *1. Cor. 14.* Deus enim noſter nõ eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis. Nec Eccleſiæ eius Sacramenta, in eis qui ab Eccleſia receſſerunt, ſed ipſi qui receſſerunt, inimici ſunt. Sicut autem habent in Baptiſmo, quòd per eos dari poſſit: ſic in Ordinatione ius dandi, vtrunque quidem ad perniciem ſuam, quandiu charitatem non habent vnitatis. Sed tamen aliud eſt prorſus nõ habere, aliud pernicioſè habere, aliud ſalubriter habere. *Et paulò pòſt.* Sed ſi nos malè facimus, ipſi explicent quomodò Sacramentum Baptizati nõ poſſit amitti, & Sacramentum Ordinati poſſit amitti? Quoniam dicunt: Recedens ab Eccleſia Baptiſmum non amittit, ius dandi tamen amittit. Si enim vtrunq; Sacramentum eſt, quod nemo dubitat, cur illud non amittitur, & illud amittitur? Neutri Sacramento iniuria facienda eſt. *Baptiſmus et Ordo ſunt Sacramẽtũ.*

4 CHRYSOSTOMVS. tom. 5. De Sacerdotio, Lib. 3. Sacerdotium ipſum in terra quidem peragitur, ſed in rerum cœleſtium claſſem ordinemq; referendum eſt: atque id perquàm meritò. Quippe nõ mortalis quiſquã, non Angelus, nõ Archangelus, non alia quæuis creata potentia, ſed ipſe Paraclitus Ordinem huiuſmodi diſpoſuit: qui mortalibus hominibus etiamnum in carne manentibus, author fuit; vt Angelorum miniſterium animo conciperent. *Sacerdotij author eſt Spiritus ſanctus.* Idcircò neceſſe eſt ſacerdotem ſic eſſe purum, vt ſi in ipſis cœlis collocatus inter cœleſtes illas virtutes medius ſtaret. *Et paulò pòſt.* Nam ſi quis conſideret quantum id ſit myſterium, vt is ſcilicet qui homo ipſe ſit, carne ac ſanguine etiamnum conſtans, ijſque inuolutus, beatæ atque immortali naturæ illi fieri propior queat: tùm probè intelliget, quanto ſacerdotes honore, quanta dignitate Spiritus ſancti gratia dignata fuerit. *Sacerdotum quanta dignitas & poteſtas.* Operantibus enim illis tùm ſacra hæc, quæ dico, initiantur perficiunturq;, tùm etiam alia his nihilo inferiora, quæ ipſa ad dignitatis ſalutisque noſtræ rationem ſpectant. *Et vide ſuprà, Lectio, 7. lit. A. autho. 6. in initio. & deinde.* Pater omnifariam Filio poteſtatem dedit: cæterum video ipſam eandem omnifariam poteſtatem à Deo Filio illis traditam. *Ioan. 5.* Nam quaſi iam in cœlum tranſlati, ac ſupra humanam naturam poſiti, atque noſtris ab effectibus exempti, ſic illi ad principatum iſtum perducti ſunt. *Et poſt pauca.* Inſania enim maniſeſtaria, deſpicere tantum iſtum principatum, ſine quo neque ſalutis, neque promiſſorum bonorum cõpotes fieri poſſimus. *Ioan. 3. & 6.* Nam ſi non poteſt quis in regnum cœlorũ ingredi, niſi per aquam & Spiritũ ſanctum regeneratus fuerit. Et, qui non manducat carnem Domini, & ſanguinem eius non bibit, æterna vita priuatur: omnia autem hæc haud aliter quàm per ſacroſanctas illas manus perficiuntur: manus inquam Sacerdotum: quî fiet, vt citra illarum opem, aut gehennæ ignem euitare quis poſſit, aut repoſitæ in cœlo coronæ præmia aſſequi? *Sacerdotes ſunt miniſtri Baptiſmi & Euchariſtia.* Hi enim ſunt, hi ſunt inquàm quibus tum concreditæ ſunt ſpirituales parturigines, tùm etiam Baptiſmatis partus à Deo eſt commiſſus: per hos ipſos Chriſtum induimus, vnà cum Dei Filio ſepelimur: Beatæ carnis illius membra efficimur: *Rom. 6.* quo nomine Sacerdotes meritò non modò plus vereri debemus, quàm vel principes vel Reges, verùm etiam maiori honore quàm parentes proprios honeſtare. *Sacerdotes quanto honore digni.* Hi enim ex ſanguinibus & voluntate carnis nos genuerũt: *Ioan. 1.* illi verò authores nobis ſunt natiuitatis eius quam à Deo habemus, beatæ regenerationis illius, libertatis veræ, atque adeò adoptionis, qua nos per gratiam filij Dei ſumus effecti. *Et vide ſup. Lect. 7. lit. A. auth. 6. poſt medium.*

5 ET Lib. 6. Eum qui pro ciuitate: quid dico ciuitate? Imò verò pro vniuerſo terrarum orbe legatus intercedit, deprecatorque eſt apud Deum, vt hominum omnium, non viuentium modò, ſed etiam mortuorum, peccatis propitius fiat, qualem quæſo eſſe oportet? *Et vide ſup. Lectione. 17. lit. M. authorit. 6.*

6 HIERONYMVS tom. 2. Aduerſùs Luciferianos. Hilarius cùm Diaconus de Eccleſia receſſerit, ſoluſque, vt putat turba ſit mundi, neque Euchariſtiam conficere poteſt, Epiſcopos, & Presbyteros non habens: neque Baptiſma ſine Euchariſtia tradere. *Diaconus nec Euchariſtiam cõficere, nec ordines conferre poteſt.* Et cùm iam homo mortuus ſit, cum homine pariter interijt & ſecta, quia poſt ſe nullũ clericum Diaconus potuit ordinare. Eccleſia autem non eſt, quæ non habet ſacerdotes. *Eccleſia non eſt, qua Sacerdotes non habet.* Sed omiſſis paucis homunculis, qui ipſi ſibi & laici ſunt & Epiſcopi, auſculta quid de omni Eccleſia ſentiendum ſit.

7 CONCILIVM Florentinum, in

doctrina de Sacramentis. Sextum Sacramentum eſt Ordinis, cuius materia eſt illud per cuius traditionem confertur Ordo: ſicut Presbyteratus traditur per calicis cum vino, & patenæ cum pane, porrectionem. Diaconatus verò per libri Euangeliorum dationem. Subdiaconatus per calicis vacui cum patena vacua ſuppoſita, traditionem. Et ſimiliter de alijs per rerum ad miniſteria ſua pertinentium, aſsignationem. Forma ſacerdotij talis eſt: Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium in Eccleſia pro viuis & mortuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Et ſic de aliorum Ordinũ formis. Ordinarius miniſter huius Sacramenti eſt Epiſcopus.

Sacramenti Ordinis, materia forma & miniſter.

F 1 CHRYSOST. tomo. 5 De Sacerdotio, Lib. 3. Vide ſuprà, litera. A. authoritate. 4.

2 ET Ad Populum Antiochenum, Homilia. 60. Non ſunt humanæ virtutis opera propoſita: qui tunc ipſa fecit in illa cœna, idem ea nunc quoque facit. Nos miniſtrorum tenemus locum: qui verò ſanctificat ea, & immutat, ipſe eſt. *Et paulò poſt.* Verùm & tu laice, cùm Sacerdotem videris offerentem, ne vt Sacerdotem eſſe putes hoc facientem, ſed Chriſti manum inuiſibiliter extenſam. Sicut enim cùm Baptizaris, ipſe te non Baptizat, ſed Deus eſt, qui tuum caput inuiſibili potentia continet: & nec Angelus, nec Archangelus, nec vllus alius accedere & tangere audet: ita nunc quoque cùm Deus regenerat, ipſius eſt ſolius donum.

Sacerdotum dignitas.

3 IDEM tomo. 2. In Matthæ. Homilia. 51. Quando Sacerdotem corpus tibi præbere videris, noli Sacerdotis, ſed Chriſti manum ad te porrigi, arbitrari. Nam quemadmodùm in Baptiſmo, non à Sacerdote Baptizaris, ſed à Deo caput tuũ in virtute viſibili tenetur, non ab Angelo, nullus enim id facere poteſt: ita etiam nunc cùm homo regeneratur, ſolius Dei hoc munus eſt.

4 IDEM tomo. 4. In. 2. Ad Timoth. Homilia. 2. An ignoras quid ſit Sacerdos? Angelus vtique Domini eſt. Non ex ſeipſo loquitur: ſi deſpicis, non illum deſpicis, ſed Deum qui illum ordinauit. Sed vnde (inquies) conſtat Deum fuiſſe illius Ordinationis authorem? Nempe, niſi tu hanc habeas opinionem, ſpes tua inanis facta eſt. Nam ſi nihil per illum operatur Deus, neque lauacrum habes, neque myſteriorum particeps es, neq; benedictionibus frueris. Non ergo Chriſtianus es. *Et longè poſt.* Reuerere illum, quòd tibi diebus ſingulis diuina miniſtrat, Scripturas relegi facit, tui gratia exornat domum, propter te vigilat, tui cauſa preces exoluit, pro te apud illum religio, cultuſq; & obſequiũ eſt, pro te iſta omnia.

Quanto honore ſint digni Sacerdotes.

5 AVGVST. tomo. 7. contra Epiſtolam Parmeniani, Lib. 2. Cap. 13. Vide ſuprà litera A. authorit. 3.

6 HIERONYM. tom. 5. in Sopho. Cap. 3. Vide ſuprà, Lectione. 10. litera. A. authorit. 12.

7 CONCILIVM Tridentinũ, Seſſio. 23. Cap. 1. Sacrificium & ſacerdotium ita Dei ordinatione cõiuncta ſunt, vt vtrunque in omni lege extiterit. Cùm igitur in nouo Teſtamẽto, ſanctum Euchariſtiæ ſacrificium viſibile ex Domini inſtitutione Catholica Eccleſia acceperit: fateri etiam oportet in ea nouum eſſe, viſibile, & æternum ſacerdotium, in quod vetus tranſlatum eſt. Hoc autem ab eodem Domino Saluatore noſtro inſtitutum eſſe, atque Apoſtolis, eorumq; ſucceſſoribus in ſacerdotio, poteſtatem traditam conſecrandi, offerendi, & miniſtrandi corpus & ſanguinem eius, necnon & peccata dimittendi & retinendi, ſacræ literæ oſtendunt, & Catholicæ Eccleſiæ traditio ſemper docuit.

Sacrificium & ſacerdotium coniuncta ſunt.

8 ET Cap. 3. Cùm Scripturæ teſtimonio, Apoſtolica traditione, & Patrum vnanimi conſenſu perſpicuum ſit, per ſacram Ordinationem, quæ verbis, & ſignis exterioribus perficitur, gratiam conferri: dubitare nemo debet, Ordinem eſſe verè & propriè vnum ex ſeptem ſanctæ Eccleſiæ Sacramẽtis. Inquit enim Apoſtolus: Admoneo te vt reſuſcites gratiã Dei quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum. Non enim dedit nobis Deus Spiritum timoris, ſed virtutis, & dilectionis, & ſobrietatis.

Ordo eſt Sacramentum.

2. Timo. 1.

9 ET Cano. 1. Si quis dixerit, Non eſſe in nouo Teſtamento ſacerdotium viſibile & externum: vel non eſſe poteſtatẽ aliquã conſecrandi & offerendi verum corpus & ſanguinem Domini, & peccata remittendi & retinendi: ſed officium tantùm & nudum miniſterium prædicandi Euangelium: vel eos qui non prædicant, prorſus non eſſe Sacerdotes; anathema ſit.

10 ET Cano. 3. Si quis dixerit, Ordinẽ, ſiue ſacram Ordinationem, nõ eſſe verè & propriè Sacramentum à Chriſto Domino inſtitu-

inſtitutum: vel eſſe figmentum quoddam humanum, excogitatum à viris rerũ Eccleſiaſticarum imperitis: aut eſſe rantùm ritũ quendam eligendi miniſtros Verbi Dei & Sacramentorum; anathema ſit.

G 1 IGNATIVS Martyr, Epiſt. 8. Ad Philippenſes. Subiecti eſte Epiſcopo, Preſbyteris, & Diaconis. *Et mox.* Saluto ſanctũ Epiſcopum Vitalium, & ſacrũ Presbyterorum collegium, & cõſeruos meos Diaconos.

Epiſcopi, Presbyteri, et Diaconi.

2 ET Epiſtola. 9. Ad Philadelphenſes. Principes obediant Cæſari, milites principibus, Diaconi Presbyteris ſacrorum præfectis. *Et paulò pòſt.* Boni ſunt Sacerdotes, ſermonisq; miniſtri, ſed præſtãtior eſt Põtifex cui credita ſunt Sanctaſanctorum.

Sacerdotib⁹ pareant Diaconi. Praſtantior eſt dignitas Epiſcopi.

3 CHRYSOST. tom. 5. ad Populum Antiochenum, Homil. 60. Vide ſup. lit. F. authorit. 2.

4 AMBROS. tomo. 3. Epiſtola. 33. Ad Marcellinam ſororem ſuam. Veteri iure à Sacerdotibus donata imperia, nõ vſurpata. Et vulgò dici, quod Imperatores ſacerdotium magis optauerint, quàm imperium Sacerdotes.

Sacerdotiũ imperio dignius.

5 IDEM tom. 1. De Pœnitentia, Lib. 1. Cap. 2. Ius hoc (*ſcilicet ligãdi & ſoluẽdi*) ſolis permiſſum ſacerdotibus eſt: Rectè igitur Eccleſia vẽdicat quæ veros Sacerdotes habet. *Et mox.* Munus Spiritus ſancti eſt officinm Sacerdotis. Ius autem Spiritus ſancti in ſoluendis ligandisq; criminibus eſt.

Sacerdotum poteſtas.

6 DIONYS. Areopagita, Lib. De Eccleſ. Hierarch. Cap. 3. Vide ſup. Lectio. 14. litera. F. authorir. 1.

7 TERTVL. Lib. De Præſcriptionibus aduerſùs hæreticos, Cap. 41. Ordinationes eorum temerariæ, leues, inconſtantes. Nunc Neóphytos conlocant, nunc ſeculo obſtrictos, nunc apoſtatas noſtros: vt gloria eos obligent, quia veritate nõ poſſunt. Nuſquàm facilius proficitur quàm in caſtris rebellium, vbi ipſum eſſe illic, promereri eſt. Itaque alius hodie Epiſcopus, cras alius: hodie Diaconus, qui cras Lector: hodie Presbyter, qui cras laicus. Nam & laicis ſacerdotalia munera iniungunt.

Ordinationes apud hereticos, temeraria ac leues.

H 1 CYPRIA. Lib. 1. Epiſtola. 2. ad Cornelium. Epiſcopatus noſtri honor grandis & gloria eſt, pacem dediſſe martyribus, vt ſacerdotes qui ſacrificia Dei quotidie celebramus, hoſtias Deo & victimas præparemus.

Epiſcoporũ & Sacerdotũ dignitas.

2 ET Lib. 2. Epiſtola. 5. Ad Clerum. Merebatur talis Clericæ Ordinationis vlteriores gradus, & incrementa maiora, non de annis ſuis, ſed de meritis æſtimandus: ſed interim placuit, vt ab officio Lectionis incipiat, quia & nihil magis congruit voci, quæ Dominum glorioſa prædicatione confeſſa eſt, quàm celebrandis diuinis Lectionibus perſonare poſt verba ſublimia, quæ Chriſti martyrium prolocuta ſunt, Euangelium Chriſti legere, vnde matyres fiunt.

Lectoris Ordo.

3 SOCRATES hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, Lib. 1. Cap. 10. Rurſum interroganti Imperatori, (*Conſtantino*) Quare ergò ſe à Communione ſepararet: ea adferebat (*Aceſius Nouatianus*) quæ ſub Decio geſta fuerant, & de perſecutione quædam, & canonis authoritate retinenda, regerebat: quòd ſcilicet communicatione diuinorum myſteriorum digni haberi nõ debeant, qui poſt Baptiſma, peccatum, quod diuinæ Scripturæ peccatum ad mortem vocant, peccaſſent: ſed ad pœnitentiam quidem admoueri, ſpem verò remiſsionis non à Sacerdotibus, ſed ab ipſo Deo expectare, qui & poſsit & poteſtatem habeat remittere peccata.

Negat hæreticus Sacerdotes remittere poſſe peccata.

4 TERTVL. De Præſcriptionibus. Vide ſup: Lit. G. auth. 7.

I 1 CONCILIVM Carthaginẽſe. 4. Can. 6. Acolytus cũ ordinatur, ab Epiſcopo quidẽ doceatur qualiter in officio ſuo agere debeat. Sed ab Archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, vt ſciat ſe ad accendenda Eccleſiæ luminaria mancipari. Accipiat, & Vrceolum vacuum ad ſuggerendum vinum in Euchariſtiam ſanguinis Chriſti.

Acolyti officium.

2 ET Cano. 7. Exorciſta cùm ordinatur, accipiat de manu Epiſcopi libellum in quo ſcripti ſunt exorciſmi, dicẽte ſibi Epiſcopo: Accipe & commenda memorię, & habeto poteſtatem imponendi manus ſuper Energumenum ſiue Baptizatum, ſiue catechumenum.

Exorciſta.

3 ET Can. 8. Lector cùm ordinatur, faciat de illo verbum Epiſcopus ad plebem, indicans eius fidem, ac vitam, atque ingenium. Poſt hæc ſpectante plebe tradat ei codicem de quo lecturus eſt, dicens ad eum: Accipe, & eſto Lector Verbi Dei, habiturus, ſi fideliter & vtiliter impleueris officium, partem cum eis qui Verbum Dei miniſtrauerunt.

Lector.

4 ET Can. 9. Oſtiarius cùm ordinatur,

Oſtiarius.

poſtquàm ab Archidiacono inſtructus fuerit qualiter in domo Dei debeat conuerſari, ad ſuggeſtionẽ Archidiaconi tradat ei Epiſcopus claues Eccleſiæ de altario dicens: Sic age quaſi redditurus Deo rationẽ pro ijs rebus quæ his clauibus recluduntur.

5 CONCIL. Tridentinum, Seſſ. 23. Cap. 2. Cùm autem diuina res ſit tam ſancti ſacerdotij miniſterium, conſentaneum fuit quo dignius & maiori cũ veneratione exerceri poſſet, vt in Eccleſiæ ordinatiſſima diſpoſitione, plures & diuerſi eſſent miniſtrorum ordines, qui ſacerdotio ex officio deſeruirent; ita diſtributi, vt qui iam clericali tonſura inſigniti eſſent, per minores, ad maiores aſcenderent. Nam non ſolùm de ſacerdotibus, ſed & de Diaconis ſacræ literæ apertam mentionem faciunt: & quæ maximè in illorum ordinatione attẽdenda ſunt, grauiſsimis verbis docent. Et ab ipſo Eccleſiæ initio ſequentium Ordinũ nomina, atq; vniuſcuiuſq; eorũ propria miniſteria, Subdiaconi, ſcilicet, Acolyti, Exorciſtę, Lectoris, & Oſtiarij, in vſu fuiſſe cognoſcũtur, quamuis non pari gradu. Nam Subdiaconatus ad maiores Ordines à Patribus & ſacris Concilijs refertur, in quibus, & de alijs inferioribus frequentiſsimè legimus.

Miniſtrorum Eccleſiæ plures ſunt Ordines, alij maiores, alij minores.

6 ET Canone. 2. Si quis dixerit, Præter ſacerdotium non eſſe in Eccleſia Catholica alios Ordines & maiores & minores, per quos velut per gradus quoſdam in ſacerdotium tendatur; anathema ſit.

7 ET Cano. 6. Si quis dixerit, In Eccleſiâ Catholica non eſſe Hierarchiam diuina ordinatione inſtitutam, quæ cõſtat ex Epiſcopis, Presbyteris, & miniſtris; anathema ſit.

8 ET De Reformatione, Cap. 4. Prima tonſura non initientur, qui Sacramentum Confirmationis non ſuſceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere & ſcribere neſciant: & de quibus probabilis coniectura non ſit, eos non ſecularis iudicij fugiendi fraude, ſed vt Deo fidelem cultum præſtent, hoc vitæ genus elegiſſe.

Ad primam tonſurã quomodo quis promouendus.

9 ET Cap. 5. Ad minores Ordines promouendi, bonum à Parocho & à magiſtro ſcholæ, in qua educantur, teſtimonium habeant. Hi verò quĩ ad ſingulos maiores erunt aſſumendi, per menſem ante ordinationem Epiſcopum adeant, qui parocho aut alteri cui magis expedire videbitur, cõmittat vt nominibus ac deſiderio eorum, qui volunt promoueri, publicè in Eccleſia propoſitis, de ipſorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus, & vita, à fide dignis diligenter inquirat, & literas teſtimoniales ipſam inquiſitionem factam continentes, ad ipſum Epiſcopum quàm primùm tranſmittat.

Minores Ordines, quibus & quomodò conferendi.

10 ET Cap. 7. Sancta Synodus antiquorum Canonum veſtigijs inhærendo, decernit, vt quando Epiſcopus ordinationem facere diſpoſuerit, omnes qui ad ſacrũ miniſterium accedere voluerint, feria quarta ante ipſam ordinationem, vel quando Epiſcopo videbitur, ad ciuitatẽ euocentur: Epiſcopus autem ſacerdotibus, & alijs prudentibus viris peritis diuinæ Legis, ac in Eccleſiaſticis ſanctionibus exercitatis, ſibi aſcitis, ordinandorum genus, perſonam, ætatem, inſtitutionem, mores, doctrinam, & fidem diligenter inueſtiget & examinet.

Ordines quomodo & à quo conferendi.

11 ET Cap. 8. Vnuſquiſque à proprio Epiſcopo ordinetur. Quòd ſi quis ab alio promoueri petat, nullatenus id ei, etiã cuiuſuis generalis aut ſpiritualis reſcripti vel priuilegij prætextu, etiam ſtatutis temporibus, permittatur, niſi eius probitas ac mores, ordinarij ſui teſtimonio, commendetur.

12 ET Cap. 12. Nullus in poſterum ad Subdiaconatus Ordinem ante vigeſimum ſecundum: ad Diaconatus ante vigeſimum tertium: ad Presbyteratus, ante vigeſimum quintum ætatis ſuæ annum promoueatur. Sciant tamen Epiſcopi non ſingulos in ea ætate cõſtitutos debere ad hos Ordines aſſumi, ſed dignos duntaxat, & quorum probata vita ſenectus ſit.

Ad maiores Ordines quę ætas requiratur.

13 ET Cap. 13. Subdiaconi & Diaconi Ordinentur habẽtes bonum teſtimonium, & in minoribus Ordinibus iam probati, ac literis & ijs quæ ad Ordinem exercendum pertinent, inſtructi.

Ad Diaconatum & Subdiaconatũ qui promouendi.

14 ET Cap. 14. Qui piè & fideliter in miniſterijs antèactis ſe geſſerint, & ad Preſbyteratus Ordinem aſſumuntur, bonum habeant teſtimonium: & hi ſint, qui non modò in Diaconatu ad minus annum integrum, niſi ob Eccleſiæ vtilitatem aut neceſsitatem aliud Epiſcopo videretur, miniſtrauerint: ſed etiam ad populum docendum ea quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, ac ad miniſtranda Sacramenta, diligenti examine præcedente, idonei comprobentur. Atque ita pietate ac

Ad ſacerdotium quare quiſantur.

caſtis

caſtis moribus conſpicui, vt præclatum bonorum operum exemplum, & vitæ monita ab eis poſsint expectari.

Septem Ordines.

15 CAIVS Papa martyr. Epiſtola ad Felicem Epiſcopum, Cap.6. (*Tomo. 1. Conciliorum.*) De Epiſcoporum verò, & Preſbyterorum, diaconorumq́;, & ſequentium clericorum ordinationibus, ſanctos Apoſtolos & ſucceſſores eorũ, & præcipuè Anacletũ, & prætereà alios ſufficienter ſtatuiſſe cognoſcimus, & idcirco non eſt neceſſe nũc replicari, niſi quod illi non ſtatuerunt. Illud tamen nos ſtatuẽtes, vobis & omnibus ſeruare mandamus, vt ad ordines Eccleſiaſticos ſic aſcendant in Eccleſia qui ordinari merentur, id eſt, ſi quis Epiſcopus eſſe meretur, ſit primo Oſtiarius, deinde Lector, pòſt Exorciſta, deinde ſacretur Acolytus: dehine verò Subdiaconus, Diaconus, & poſteà Presbyter: exinde, ſi meretur, Epiſcopus ordinetur.

Clerici & Acolyti fit mentio.

16 AVGVST. Tomo.2. Epiſt.62. ad Cœleſtinum Diaconum. Quãuis longè abſens fuerim quando per Proiectum clericũ ad me directa Hipponem ſanctitatis tuæ ſcripta venerunt, tamen poſteà quàm veni, eisq́; lectis reſcriptorum debitorem me factum eſſe cognoui, reddendi tempus operiebar: & ecce ſubitò profecturi à nobis chariſsimi fratris noſtri Albini Acolyti gratiſsima occurrit occaſio.

D. Aug. indignum ſe putat Sacris Ordinibus.

17 ET Epiſt.147. Ad Valerium Epiſcopum. Tunc ordinatus ſum, cùm de ipſo actionis tempore ad cognoſcendas diuinas Scripturas cogitaremus, & ſic nos diſponere vellemus, vt nobis ociũ ad hoc negocium poſſet eſſe. Et, quod verum eſt, nondum ſciebã quid mihi deeſſet ad tale opus quale me nunc torquet & conterit. Quòd ſi propterea in te ipſa didici quid ſit homini neceſſarium, qui populo miniſtrat Sacramentum & Verbum Dei, vt iam non mihi liceat aſſequi quod me non habere cognoui. Iubes ergo vt peream pater Valeri? Vbi eſt charitas tua? Certè diligis me, certè diligis ipſam Eccleſiã, cui me ſic miniſtrare voluiſti, & tamen certus ſum quòd & me & ipſam diligis. Sed putas me idoneum, cùm ego melius me nouerim, qui tamen nec ipſe me noſſem niſi experiendo didiciſſem.

Diacon⁹ Tychicus, Oneſimus verò Acolytus fuit.

18 AVTHOR Argumenti in priorẽ Epiſt. ad Theſſalo. Hos collandat Apoſtolus ſcribens eis ab Athenis per Tychicum Diaconum, & Oneſimum Acolytum.

Titus Diaconus.

19 ET in poſter. Scribit hanc Epiſtolã ab Athenis per Titum Diaconum, & Oneſimum Acolytum.

S. Baſilius Presbyter factus.

20 GREGOR. Nazianzenus in Monodia, ſeu Oratione funebri in laudẽ D. Baſilij. Baſilium multiplex Dei clementia, & circa genus noſtrum diſpenſatio, per multa media notum faciens, ſemperq́; clariorem oſtendens, Eccleſiæ illuſtri facem præpoſuit ſplendentem, celebremque illum ad ſacros Presbyterij thronos elegit, & per vnam ciuitatẽ Cæſarienſem, orbi ſuccendit vniuerſo.

Pana ambiẽtis ſummum Sacerdotiũ.

Digniſ conferantur Ordines.

Per minores Ordines aſcendendum ad maiores.

Quæ obſeruãda in cõferendis Ordinibus.

21 ZOSIMVS Papa, Epiſt.1. ad Heſychium Epiſcopum Salonitanum. (*Habetur tom.1. Conciliorum.*) Hoc autem ſpecialiter & ſub prædeceſſoribus noſtris, & nuper à nobis interdictum conſtat, ne quis penitus contra Patrum præcepta, qui Eccleſiaſticis diſciplinis imbutus per ordinem non fuiſſet, & temporis approbatione diuinis ſtipẽdijs eruditus, nequaquàm ad ſummũ Eccleſię ſacerdotiũ adſpirare pręſumeret. Et nõ ſolùm in eo ambitio ineſſicax haberetur, verùm etiam in ordinatores eius, vt carerent eo ordine quẽ ſine ordine contra præcepta Patrũ crediderant præſumendũ. *Et paulò pòſt.* Obſiſtite talib⁹ Ordinationibus, obſiſtite ſuperbiæ & arrogãtiæ venienti. Tecum faciũt præcepta Patrum, tecũ Apoſtolicæ ſedis auhoritas. Si .n. officia ſecularia principem locum, nõ veſtibulũ actionis ingreſsis, ſed per plurimos gradus examinatis, temporibus deferunt: quis ille tam arrogans, tam impudens inuenitur, vt in cœleſti militia quæ propenſius ponderanda eſt, & ſicut aurum repetitis ignibus exploranda, ſtatim dux eſſe deſyderet, cum tyro antè non fuerit? Et prius velit docere, quàm diſcere? Aſſueſcat in Domini caſtris, in Lectorum primitus gradu diuini rudimenta ſeruitij, nec illi vile ſit Exorciſtam, Acolytum, Subdiaconum, Diaconum per ordinem fieri: nec hoc ſaltu, ſed ſtatutis Maiorũ ordinatione tẽporibus. Iam verò ad Presbyterij faſtigiũ talis accedat, vt & nomen ætas impleat, & meritum probitatis ſtipendia antèacta teſtentur. Iure inde ſummi Pontificis locum ſperare debebit. *Et poſt pauca.* Hæc autem in ſingulis gradibus obſeruata ſunt tempora. Si ab infantia Eccleſiaſticis miniſterijs nomen dederit, inter Lectores vſq; ad vigeſimum ætatis annum continuata obſeruatione perduret: ſi maior iam & grandæuus

accesserit,

dispenſant, non ſecundùm iuſtitiam diſpenſant, & diuites ſiunt de rebus pauperũ, ipſi ſunt nummularij pecuniarum menſas habentes, quas Chriſtus euertit. Quoniam autem mẽſis Eccleſiaſticarum pecuniarum Diaconi præſunt, docẽt nos in Actibus ſuis Apoſtoli.

Ioan. 2. *Act. 6.*

3 ET tractatu. 25. Sunt quidam & martyrij ſimulatores: quidam autem Epiſcopatus, vel Presbyteratus, vel Diaconatus, vel Eccleſiaſticæ ſcientiæ, vel doctriæ, tantùm perſonas & oſtentationẽ virtutũ habentes, verè autem ſunt inimici earundem virtutũ quas ſimulant.

Epiſcopus, Presbyter, Diaconus.

4 CHRYSOST. tomo. 5. Sermo. Contra cõcubinarios. (*Loquens de muliercu- lis euntibus ad Eccleſiam.*) In loco hoc ſancto & terribili, omnibus ſuam intemperantiam prædicant: & quod vtiq; moleſtius & maioris ignominiæ, quòd & ſe fucant & ornant, de quo erubeſcere oportebat. Ante fores ipſas excipiunt eunuchorũ locũ, pompam habent, & præambulantes faſtũ ſpirãt vidẽtibus omnibus: & nõ humiliter deſcendunt, ſed cum exultatione aſſultant, id in ſancto & reuerẽdo Sacramẽtorum tempore, & miniſtrãdo multas (vt illis placent) occaſiones his qui eas vident, præbentes. Illæ autem miſeræ & calamitoſæ eos ab hac gratia prohibent, idq́ue miris delitijs & faſtu.

Contra fucum mulierum.

5 CYPRIANVS, Lib. 2. Epiſt. 8. ad Cornelium Papam. Et cum diligẽtia & dilectione feciſti frater chariſsime feſtinatò ad nos mittendo Nicephorum Acolytum. *Et mox.* Nicoſtratum verò, Diacono ſanctæ adminiſtrationis amiſſo, Eccleſiaſticis pecunijs ſacrilega fraude ſubtractis, & viduarum ac pupillorum depoſitis denegatis, non tam in Africam venire voluiſſe, quàm conſcientia rapinarum & criminum nefandorum, illinc ab vrbe fugiſſe.

Acolytus. *Diaconus.*

6 AMBROS. Tomo. 5. in Cap. 4. ad Epheſ. *Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, &c.* Apoſtoli, Epiſcopi ſunt. Prophetæ verò, explanatores ſunt Scripturarũ, quanuis inter ipſa primordia fuerint Prophetæ, ſicut Agabus, & quatuor virgines prophetantes, ſicut continetur in Actis Apoſtolorum, ſed propter rudimenta fidei commendãda: nunc autẽ interpretes, Prophetæ dicuntur. Euãgeliſtæ, Diaconi ſunt, ſicut fuit Philippus: nam quanuis non ſint ſacerdotes, Euangelizare tamẽ poſſunt ſine cathedra, quemadmodùm & Stephanus, & Philippus memoratus. Paſtores ſunt & poſſunt eſſe Lectores, qui lectionibus ſaginent populum audientẽ, quia non in pane tãtùm viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Magiſtri verò, Exorciſtæ ſunt, quia in Eccleſia ipſi compeſcunt & verberant inquietos; ſiue ij qui lectionibus imbuendos infantes ſolebant imbuere, ſicut mos Iudæorum eſt, quorum traditio ad nos tranſitum fecit, quæ per negligentiam obſoleuit. Inter iſtos poſt Epiſcopum plus eſſe intelligitur, qui propter reſeratum occultum Scripturarum ſenſum, prophetare dicitur, præſertim quia futuræ ſpei verba deprômit. Qui ordo nunc eſſe poteſt Preſbyterij. Nam in Epiſcopo omnes ordines ſunt, quia primus Sacerdos eſt, hoc eſt princeps eſt ſacerdotum, & Propheta, & Euangeliſta, & cętera adimplenda officia Eccleſiæ in miniſterio fidelium. Tamẽ poſtquàm omnibus locis Eccleſiæ ſunt conſtitutæ, & officia ordinata, aliter compoſita res eſt, quàm cœperat. Primùm enim omnes docebant, & omnes Baptizabant, quibuſcunque diebus vel temporibus fuiſſet occaſio. Nec enim Philippus tempus quæſiuit aut diem quo eunuchum Baptizaret, neq; ieiunium interpoſuit. Neque Paulus & Silas diſtulerunt, quo Optionem carceris Baptizarent cum omnibus eius. Neque Petrus Diaconos habuit, aut diem quæſiuit quando Cornelium cum omni domo eius Baptizauit: nec ipſe, ſed iuſsit fratribus qui cũ illo ierãt ad Corneliũ ab Ioppe. Adhuc. n. præter ſeptẽ Diaconos nullus fuerat ordinatus. Vt ergò creſceret plebs, & multiplicaretur, omnibus inter initia cõceſſum eſt, & Euangelizare, & Baptizare, & Scripturas in Eccleſia explanare. At vbi autem omnia loca circũplexa eſt Eccleſia, conuenticula cõſtitũta ſunt, & rectores & cætera officia in Eccleſijs ſunt ordinata, vt null⁹ de clero auderet, qui ordinatus non eſſet, præſumere officiũ, quod ſciret non ſibi creditũ vel conceſſum: & cœpit alio ordine & prouidentia gubernari Eccleſia: quia ſi omnes eadem poſſent, irrationabile eſſet, & vulgaris res & viliſsima videretur. Hinc ergò eſt vnde nunc neque Diaconi in populo prædicant, neque clerici vel laici Baptizant, neque quocunque die credentes tinguntur, niſi ægri. Ideò nõ per omnia conueniũt ſcripta Apoſtoli, ordinationi quæ nunc in Eccleſia eſt: quia hæc inter ipſa primordia ſunt ſcripta.

Ephe. 4. *Act. 21.* *Diaconorum munus.* *Act. 6. 7.* *Lectorũ officium.* *Matt. 4.* *Exorciſtæ.* *In Epiſcopo ſunt omnes Ordines.* *Act. 16.* *In initio Eccleſiæ vſus ordinũ confuſus, nunc autem rectè cõſtitutus.*

7 CON-

7 CONCIL. Tridentinum, Seſſ.23. Vide ſup. Litera. I. auth. 5. 6. & 7.

Q R 1 CHRYSOST. tomo. 5. de Sacerdotio, Lib. 3. Vide ſup. lit. A. auth. 4.

2 AMBROS. tom. 5. in Cap. 5. prio. ad Timoth. *Aduerſus presbyterum accuſationem ne receperis.* Quoniam huius ordinis ſublimis honor eſt, huiuſmodi enim Vicarij Chriſti ſunt, idcircò non facilè de hac perſona accuſatio debet admitti. Incredibile enim debet videri iſtũ, qui Dei Antiſtes eſt, criminoſè verſatũ, ſicut credibile eſt ſcenicum eſſe turpiſsimum.

1. Timot. 5.

Epiſcopus Vicarius Chriſti eſt.

3 CYPRIANVS, Lib. 3. Epiſt. 9. ad Rogatianũ. Meminiſſe autem Diaconi debẽt, quoniã Apoſtolos, id eſt, Epiſcopos & Præpoſitos Dominus elegit. Diaconos autem poſt aſcẽſum Dñi in cœlos Apoſtoli ſibi cõſtituerunt. Epiſcopatus ſui & Eccleſiæ miniſtros. Quòd ſi nos aliquid audere cõtra Deum poſſumus qui Epiſcopos facit, poſſunt & ij contra nos audere, à quibus Diaconi fiunt. Et ideò oportet Diaconum, de quo ſcribis, agere audaciæ ſuæ pœnitentiam, vt honorem Sacerdotis agnoſcat, & Epiſcopo Præpoſito ſuo plena humilitate ſatisfacere.

Epiſcopos elegit Chriſtus.

Act. 6.

4 ET Lib. 4. Epiſt. 9. ad Florentium. Chriſtus dicit ad Apoſtolos, ac per hoc ad omnes Præpoſitos qui Apoſtolis vicaria ordinatione ſuccedunt: Qui audit vos, me audit, & qui me audit, audit eũ qui me miſit: qui reijcit vos, me reijcit, & eum qui me miſit. Vnde. n. ſchiſmata & hæreſes obortæ ſunt & oriũtur, niſi dũ Epiſcopus qui vnus eſt & Eccleſiæ præeſt, ſuperba quorũdam preſumptione cõtẽnitur, & homo dignatione Dei honoratus, ab indignis hominibus iudicatur?

Luc. 10.

Epiſcopi ſuccedunt Apoſtolis.

Vnus Eccleſiæ præeſt.

5 HIERONYM tomo. 2. Aduerſùs Luciferianos. Eccleſiæ ſalus in ſummi Sacerdotis dignitate pendet: cui ſi non exors quædam, & ab hominibus eminens detur poteſtas, tot in Eccleſijs efficiẽtur ſchiſmata, quot ſacerdotes. *Et longè pòſt.* A triginta cubitis incipiens, & vſque ad vnũ cubitum paulatim decreſcens, area cõſtituitur. Similiter & Eccleſia multis gradibus conſiſtens, & ad extremũ Diaconis, Presbyteris, Epiſcopiſq; finitur.

Summi Pontificis dignitas.

Diaconus, Presbyter, Epiſcopus.

6 IDEM tomo. 1. Epiſt. 4. ad Ruſticũ. Singuli Eccleſiarũ Epiſcopi, ſinguli Archipresbyteri, ſinguli Archidiaconi, & omnis Ordo Eccleſiaſticus ſuis rectoribus nititur. In naui vnus gubernator: in domo vnus dominus: in quanuis grandi exercitu, vnius ſignum expectatur. *Vide plura in hanc ſententiam ſup. Cap. 1. Lect. 12. ad finem.*

Vnus in ſingulis Eccleſijs rector.

T 1 BASILIVS Ser. 2. De Baptiſmo, Cap. 8. Nam etiamſi audiamus Prophetam dicentem: Vos autẽ omnes ſacerdotes Dei vocabimini: neque tamen omnes mox huiuſce ſacerdotij ac miniſterij poteſtatem vſurpamus, neque alius alij datam gratiam licitè poteſt ad ſe rapere, ſed quiſquis fidelium proprijs doni Dei terminis contentus manet, docẽte nos Apoſtolo dum ad omnes quidem dicit: Obſecro autem vos fratres per miſerationes Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, &c. Et per mutuam illam membrorum corporis rectam diſpoſitionem, quam inter ſe ad decentem venuſtatem pariter & ſecuritatem neceſſariam habent, normã nobis præſcribit, quàm comodè ac decenter inter nos ad beneplacitum Dei in dilectione Chriſti Ieſu, & chariſmatum differentia, diſpoſiti eſſe debeamus.

Iſai 61.

Vnius miniſterium alius nõ vſurpet.

Rom. 12.

Quomodò omnes ſint ſacerdotes.

2 AVGVST. tomo. 5. De Ciuitate Dei, Lib. 20. Cap. 10. Exponens illud Apocalypſis: Sed erũt Sacerdotes Dei & Chriſti, &c. Non vtique de Epiſcopis (inquit) & Presbyteris dictũ eſt, qui propriè iam vocãtur in Eccleſia Sacerdotes: ſed ſicut omnes Chriſtianos dicimus propter myſticum Chriſma: ſic omnes ſacerdotes, quoniam membra ſunt vnius Sacerdotis. De quibus Apoſtolus Petrus: Plebs, inquit, ſancta, regale ſacerdotium.

Apoca. 20.

1. Pet. 2.

V 1 TERTVLL. Lib. de Monogamia, Cap. 13. Sed & Timotheo ſcribens; vult iuuenculas nubere, filios ſuſcipere, matresfamiliæ agere. Ad eas dirigit, quales ſuprà denotat, iuuenculas viduas, quæ in viduitate deprehenſæ, & aliquandiu adſectatæ, poſtquàm in delitijs habuerunt Chriſtum, nubere volunt, habentes iudicium, quòd primam fidem reſciderunt, illam videlicet à qua in viduitate inuentæ, & profeſſæ eam, non perſeuẽrant. Propter quod vult eas nubere, ne primam fidem ſuſceptæ viduitatis, poſteà reſcindant: nõ vt toties nubãt, quoties in viduitate tẽtata, imò & in delitijs habita, noluerint perſeuerare.

1. Tim. 5.

Damnantur quæ poſt votum caſtitatis, nubũt.

2 CHRYSOST. tom. 1. De Patientia Iob, Homil. 2. Paulus Apoſtolus vbi ad Gentes proficiſcitur, ſummũ virtutis pondus illis non impoſuit: ſed vbi in orbe adulterijs fornicationibuſq; repleto, voluit orbis paſtores conſtituere; & quoniã virtutes

rarè

Tit. 1. ratò inueniebãtur, Epiſcopos ordinãs Tito dixit: Cõſtitue Epiſcopos, ſicut ego tibi diſpoſui, ſi quis eſt ſine crimine. Porrò irreprehenſibile tunc locũ nõ habuit, quãdoquidẽ pietatis vigor deficiebat. Magnũ, irreprehẽſibilẽ eſſe: medium autem, ſine crimine eſſe: magnũ malum in hominibus, vel exiguum bonum, & propterea dixit; Et vnius vxoris virum. Nõ ea ratione, quòd id nunc in Eccleſia obſeruetur. Oportet enim omni prorſus caſtitate Sacerdotem ornatum eſſe. Sed quòd id quandoque ad eos qui in fornicatione erant, magnum fuit, ideò dicit: Conſtitue Epiſcopos, ſicut ego diſpoſui tibi, ſi quis eſt ſine crimine, vnius vxoris vir. Non quòd id legis loco poſuerit, ſed quòd errori ignoſcebat. Sciebat enim quoniam florente pietatis verbo, ſua induſtria bonum ſibi natura vendicabat.

Sacerdotem oportet omni caſtitate ornatum eſſe.

3 IDEM tom. 2. in Matt. hom. 7. Omnia mãdata Legis nobis ſunt, monachiſq; communia, abſque ſola profectò pactione connubij. Quanquàm hinc quoque Beatus Paulus admonet, per cuncta monachis æquare nos cupiens: Tempus (inquit) breue eſt, reliquum eſt vt & qui habent vxores, tãquàm non habentes ſint: præterit enim figura huius mundi.

Cælibes debent eſſe Eccleſiaſtici. *1. Cor. 7.*

4 HIERON. tom. 2. Lib. 1. contra Iouinianũ. Non dicit Paulus: Eligatur Epiſcopus qui vnam ducat vxorẽ, & filios faciat: ſed, Qui vnam habuerit vxorẽ, & filios in omni ſubditos diſciplina. Certè confitêris non poſſe eſſe Epiſcopum, qui in Epiſcopatu filios faciat. Alioquin ſi deprehenſus fuerit, quaſi vir tenebitur, ſed quaſi adulter damnabitur. Sed & hoc inferendum, ſi laicus & quicunque fidelis orare non poteſt, niſi careat officio coniugali: Sacerdoti, cui ſemper pro populo offerenda ſunt ſacrificia, ſemper orandũ eſt. Si ſemper orandum eſt, ergo ſemper carendũ matrimonio. *Et vide ſuprà Lect. præced. lit. I. auth. 2.*

1. Tim. 3. *Sacerdoti ſemper carendum eſt matrimonio.*

5 IDEM tom. 2. Epiſtola. 50. Apologia ad Pamachium. Ecce perſpicuè nuptias diximus concedi in Euangelio, ſed tamen eaſdem in ſuo officio permanentes, præmia caſtitatis capere nõ poſſe. Quod ſi indignè accipiunt mariti: non mihi iraſcantur, ſed Scripturis ſanctis: imò Epiſcopis, & Preſbyteris, & Diaconis, & vniuerſo choro Sacerdotali, & Leuitico: qui ſe nouerunt hoſtias offerre non poſſe, ſi operi ſeruiãt coniugali. *Et in fine Epiſtolæ.* Apoſtoli, vel virgines, vel poſt nuptias cõtinẽtes: Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, aut virgines eligũtur, aut vidui, aut certè poſt ſacerdotium in æternum pudici.

Cælibes oportet eſſe omnes Eccleſiæ miniſtros.

6 AMBROSIVS tomo. 1. Lib. 1. Officiorum, Cap. 50. *Loquens de miniſtris altaris.* Inoffenſum autem exhibendum & immaculatum miniſterium, nec vllo coniugali coitu violandum cognoſcitis, qui integro corpore, incorrupto pudore, alieni etiã ab ipſo conſortio coniugali, ſacri miniſterij gratiam recepiſtis. Quod eò non præterij, quia in pleriſq; abditioribus locis, cùm miniſterium gererent, vel etiam ſacerdotium, filios ſuſceperunt, & id tanquàm vſu veteri defendunt, quando per interualla dierum ſacrificium deferebatur, & tamen caſtificabatur etiam populus per biduũ aut per triduum, vt ad ſacrificium purus accederet, vt in veteri Teſtamento legimus: Et lauabant veſtimenta ſua. Si in figura tanta obſeruantia, quanta in veritate? Diſce Sacerdos atque Leuita, quid ſit lauare veſtimenta tua, vt mundum corpus celebrandis exhibeas Sacramentis.

Cælibatum ſeruent altaris miniſtri. *Exod. 19.*

7 IDEM tom. 5. in Cap. 3. Prio. ad Timoth. *Diacones ſint vnius vxoris viri.* Ea quæ minus dixerat de ordinatione Diaconatus, nunc ſubijcit. Oſtendit etiam iſtos vnius vxoris viros eſſe debere, vt hi ad miniſteriũ Dei eligãtur, qui nõ ſunt egreſsi conſtitutũ Dei. Homini eñ vnã vxorẽ decreuit Deus, cũ qua benedicatur. Nemo enim cũ ſecũda benedicitur. Qui ſi filios bene gubernauerint, & domos ſuas, id eſt, vernaculos aut domeſticos, poterunt digni fieri ſacerdotio, & fiduciã habere apud Deũ, vt ſciant ſe poſſe impetrare quod poſtulãt, iã de cætero ſe ab vſu fœminę cohibẽtes. Veteribus eñ idcirco cõceſsũ eſt Leuitis aut ſacerdotibus vxores ad vſum habere, quia multum tempus otio vacabant à miniſterio aut ſacerdotio. Multitudo enim erat Sacerdotũ, & magna copia Leuitarum, & vnuſquiſq; certo tempore ſeruiebat diuinis ceremonijs ſecundum inſtitutum Dauid. Hic enim viginti & quatuor claſſes inſtituit Sacerdotum, vt vicibus deſeruirent. Vnde Abia octauã claſſem habuit, cuius vice Zacharias fungebatur ſacerdotio, ſicut continetur in Paralipomenon: ita vt tempore quo non illos contingebat deſeruire altari, domorum ſuarum agerent curam. At vbi autem tempus imminebat miniſterij, purificati aliquantis diebus accedebãt ad tẽplum offerre Deo, Nunc autem ſeptem Diaconos eſſe

1. Tim. 3. *Cur Sacerdotes veteris Legis mariti fuerint, noſtri autẽ cælibes.* *Luc. 1.* *1. Paral. 6.*

oportet, aliquantos presbyteros, vt bini ſint per Eccleſias, & vnus in ciuitate Epiſcopus: ac per hoc omnes à conuctu fœminæ abſtinere debere, quia neceſſe eſt eos quotidie præſto eſſe in Eccleſia, nec habere dilationem vt poſt conuentum legitimè purificentur, ſicut veteres. Omni enim hebdomada offerendū eſt, etiam ſi nō quotidie peregrinis, incolis tamē, vel bis in hebdomada: & nō deſunt qui propè quotidie Baptizentur ægri. Nā veteribus ideò conceſſum eſt, quia multo tēpore in tēplo non videbantur, ſed erant priuati. Si eñ plebis hominibus, orationis cauſa, ad tēpus abſtinere ſe præcipit, vt vacent orationi, quantò magis Leuitis aut Sacerdotibus, quos die noctuque pro plebe ſibi commiſſa oportet orare? Mundiores ergò eſſe debēt cæteris, quia actores Dei ſunt.

Sacrilegium Diaconi cū fœmina, ſcā dalosum.

8 HISTORIA Tripart. Lib.9. Cap. 35. Porrò Conſtantinopoli Presbyter ſuper pœnitētes fuit vſq; ad illud tēpus, cùm quędā mulier nobiliſsima, cùm peccata ſua fuiſſet confeſſa, & ei à Presbytero fuiſſet præceptū vt ieiunaret, & Deo operibus ſupplicaret: cùm hoc obſeruaret, crebrius in Eccleſia cum Diacono ſe cōcubuiſſe confeſſa eſt. Hoc cùm populus cognouiſſet, ſæuiebat in Sacerdotes; quaſi per eos facta fuiſſet iniuria Eccleſiæ.

Laborioſus videbatur Auguſtino cœlibatus Ambroſij.

9 AVGVST. tomo.1. Lib.6. Confeſsionum, Cap.3. Ipſum Ambroſium felicē quendam hominem ſecundùm ſeculū opinabatur, quem ſic tantæ poteſtates honorarent: cœlibatus tantùm eius mihi laborioſus videbatur.

10 IDEM tomo.6. Lib. 1. De Adulterinis coniugijs, ad Pollentium, Cap. 24. Vt ſuprà, Lectio. præceden. litera. H. authorit. 10.

Clerici perpetuò cœlibes.

11 ET Lib.2. Cap.20. Vnde iſtos qui virilem excellentiam nō putant niſi peccandi licentiam, quando terremus ne adulterinis coniugijs hærendo pereāt in æternum, ſolemus eis proponere etiam continentiam clericorum, qui plerūque ad eandem ſarcinam ſubeundam, capiuntur inuiti, eamque ſuſceptam vſque ad debitū finem Domino adiuuante perducunt.

12 IDEM tom.10. Ad fratres in eremo, Serm. 37. Nam ſi coniugium Sacerdotibus prohibetur, quantò magis crimen fornicationis in nobis æſtimabitur? Ecce. n. fratres laicis coniugatis ad tempus abſtinere præcipitur, vt vacent orationi: & Sacerdotes quos corpus Domini conſecrare omni die oportet, concubinas in domo tenere non erubeſcunt?

31 CONCILIVM Chalcedonenſe. Vide ſup. Lect.19. lit.H. auth.7.

Cur olim nuptiæ celebres fuerint, nunc verò cœlibatus maximè commendetur.

14 EVSEBIVS, De Demōſtratione Euangelica, Lib.1. Cap.9. Meritò aliquis quæſierit, quænā cauſa ſit cur priſci in nuptijs & procreatione liberorū, plurimùm ſtudij poſuerint: nos verò hanc partem negligamus. Aduerſùs hæc talem licet ex ipſis Hebræorum oraculis rationem colligere. Quicunque ante Moyſen de laude pietatis nomen adepti ſunt, hi tūc initiū habentes, tuncq; primùm exiſtente vita, fuiſſe memorantur: quæ verò ad nos pertinent, tendere ad finem. Quare illos magna cū cura ſobolis incrementū quæſiuiſſe, cùm per illud tempus & numerus hominū augeſceret, & multiplicaretur, atque indies robur acciperet genus humanum: nobis verò nō admodùm curæ eſſe hoc, vtpote cùm res iam interire, ac deſinere, atque ad extremum finem tendere credantur, quando planè dicitur, ante vitæ conſummationem, Euangelicam in foribus adeſſe doctrinā, & renouatio ac generatio alterius ſeculi, quod breui inſtet, futurum denunciatur. Vna igitur defenſio hęc: altera autē erit huiuſmodi. Priſcis illis qui remiſsiorem ac liberaliorem vitam agebāt, nihil erat impedimēto, ne domui liberiſq; præeſſent, ac pariter diuinæ quoque rei vacarent, quando vnà cùm vxoribus & liberis & domo, religioni aſsiduam dare operam poterant, & nuſquàm ob vllas res externas à meliore propoſito auellebantur. Res verò noſtræ innumerabilia habent quæ extrinſecus premant, & quæ in alienas curas vndiq; trahant, & ab earum rerum ſtudio, quæ Deo placent, abducant. Hanc igitur cauſam eſſe, cur nubendi ratio contrahatur, Euangelicæ doctrinæ verbum demonſtrat, vbi ait: Hoc itaq; dico fratres, tempus breue eſt, reliquum eſt, &c. vſque, Et quod facultatem præbeat ſine impedimento Dominum obſecrandi. *1. Cor. 7.* Palàm igitur in his cauſam, cur à nuptijs ſit abſtinendum, proponit, vbi temporum, rerumque extrinſecus ingruentium ſtoliditatem reprehendit, quorum nihil priſcis illis accidebat.

Sacerdotes quid deceat

15 PHILO, Lib. De Tumulentia, ſiue ebrietate. Scio non poſſe verum Sacerdotē fieri, qui adhuc humanam & mortalem militet militiam, in qua vanæ opiniones ducunt homines: ſed requiri ad hoc virum paca-

pacatum, à bello tam alienum, vt etiam ſit pacificus, perpetuóq; pacem colat ſyncerè ac ſimpliciter. Tales ſunt qui patrem & eius mandata magni faciunt, materna verò, matremque ipſam negligunt.

16 CYRILLVS Hieroſolymitanus, Catecheſi.16. Perſpice cuiuslibet nationis Epiſcopos, Sacerdotes, Diaconos, Monachos, Virgines, & reliquos laicos: & reſpice magnũ hunc præſulẽ & gratiarũ parochũ, (ideſt, exhibitorem) quomodo in vniuerſo mundo alij quidem caſtitatem, alij virginitatem, alij ſtudium paupertatis, alij vim repellendi aduerſarios ſpiritus, tribuit Spiritus ſanctus. *Et vide ſup. Lect.19. litera.* L. *authoritate.11.&.12.*

Eccleſiaſtici calibes omnes.

17 GREGOR. Nyſſen. Lib. De Virginitate. Vide ſup. Lectio. præced. lit. I. authorit.7.&.9.

18 EPIPHANIVS Hæreſi.59. contra Catharos. Vide ſup. Lect. præced. lit. I. auth. penult.

19 CONCILIVM Carthaginẽſe.2. Cano.2. (*Tomo. 1. Conciliorum.*) Aurelius Epiſcopus dixit: Cùm in præterito Concilio de continentiæ & caſtitatis moderamine tractaretur, gradus iſti cõſcriptione quadam caſtitatis, per conſecrationem annexi ſunt. Epiſcopos inquàm, Presbyteros, & Diaconos, ita placuit vt condecet ſacroſanctos Antiſtites, & Dei Sacerdotes, nec non & Leuitas, vel qui Sacramẽtis diuinis inſeruiunt, continẽtes eſſe in omnibus, quò poſſint ſimpliciter, quod à Deo poſtulant, impetrare, vt quod Apoſtoli docuerũt, & ipſa ſeruauit antiquitas, nos quoq; cuſtodiamus. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Omnibus placet, vt Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi, vel qui Sacramenta contrectant, pudicitiæ cuſtodes, etiam ab vxoribus ſe abſtineant. Ab omnibus dictum eſt: Placet vt in omnibus, & ab omnibus pudicitia cuſtodiatur qui altario deſeruiunt.

Ab omnib⁹ miniſtris altaris pudicitia ſeruãda.

20 CONCILIVM Carthaginẽſe.3. Cano.25. (*Habetur tomo.1. Conciliorum.*) Vt clerici, vel continentes ad viduas vel virgines, niſi iuſſu vel permiſſu Epiſcoporũ aut Presbyterorum, non accedant. Et hoc non ſoli faciant, ſed cum clericis, vel cum his cũ quibus Epiſcopus iuſſerit, vel Presbyter. Nec ipſi Epiſcopi, aut Presbyteri, ſoli habeant acceſſum ad huiuſmodi fœminas, niſi aut clerici præſentes ſint, aut graues aliqui Chriſtiani.

Clerici non adeant domos fœminarum.

LECTIO XXI.
& poſtrema.

DOCTOR.

SED poſſunt'ne ab impio & flagitioſo homine, Catholico tamen, tùm Sacramenta omnia verè adminiſtrari, tùm etiam Verbum Dei legitimè prædicari?

ADOLESCENS.

Poſſunt. Neque enim Sacramentorum vis ac dignitas ex hominum vel pietate, vel nequitia, ſed ex Chriſti inſtituto, pendet. Et [a] ſicut nummus Principis authoritate percuſſus, quanuis ab eius hoſte contrectetur, valor tamen illius ſemper idem eſt: ita flagitioſorum hominum [b] miniſterio, Sacramenta à Chriſto Ieſu inſtituta, vim ſuam ac naturam nequaquàm amittunt.

a *Matth.23. Cypria. de paſsione Chriſti. & de Cœna Dom. Auguſt. contra Creſco lib. 2. & 4. c.20. & contra literas Petil. li. 2.c.47.&.54. & contr. Dona. li.5.c.20. & in Pſal.10. Amb. li. 2. de vocatione Gen.c.5. Chryſoſt. hom.8. in.1. Corint.*

b *Matth.9. Hiero. in Ezech.33. & 34.*

 DO-

DOCTOR.

c Num. 22. Exod. 22. Pſal. 104. 1. Paralipo. 16. Actor. 23. 3. Ioan.

Quid igitur à nobis fieri maximè decet, [c] ſi quos in Eccleſia Sacerdotes ac Epiſcopos nequam, ac moribus deprauatos, intueamur?

ADOLESCENS.

d Iſai. 3. Iob. 22. Hierony. epiſt. 10. ad Furiam.

e Deuter. 23. & 18. Iob. 34. Hierem. 18. Ioan. 10. Matt. 24. Rom. 16. 2. Theſſalonicen. 3. Tit. 3. 1. Tim. 4. 2. Pet. 2. 1. Ioan. 2. & 4. 2. Ioã. Iren. lib. 4. c. 43. et. 44. & li. 3. c. 2. Tertull. de praeſcript.

Orandus inprimis paſtorũ ille Princeps Ieſus, tùm vt his ſaniorem mentem reſtituat, [d] tùm etiam vt magis idoneos ac diligentes aliquando Eccleſiæ ſuæ præficiat. Cæterum illud maximè omnium cauere debemus, ne vel eorum vitam conuicijs inceſſamus: vel aduerſus eos maledictis excandeſcamus: ſed paci ac bono omnium ſtudẽtes, cogitemus vitia ſæpe populorũ [e] nequitia ac improbitate paſtorum, à Deo iuſtè vindicari.

DOCTOR.

Præclarè dictũ, & profectò noſtra ferè ſemper culpa fit, quòd in eo genere bonorum nobis aliquando à Deo irato, non rectè prouideatur. Sed tamen eos omnes, qui neſcio quo Verbi Dei titulo, ac ſpecie neſcio qua docendi, nulla maiorum authoritate aut more Eccleſiæ vocati, paſtorum munus occupant, debemus vehementer vitare, atque adeò execrari. Sed eſt'ne aliquid quod dicas amplius?

ADOLESCENS.

f Cap. 2.
g Cap. 2.
h Cap. 3.
i Cap. 4.

Nihil prætereà. Nam ſatis (vt puto) oſtendi ſummam religionis noſtræ in eo inprimis eſſe, vt Dei intelligentiam conſequamur. [f] Quo loco multa de ſymbolo ac fide diſputaui. Deinde docui quàm accuratè eius volũtati morem [g] gerere debeamus: & tùm ego de Lege & bonis operib⁹ diſſerui. Tertiò de Oratione tractatum eſt, & ea potiſsimùm [h] quam Chriſtus nobis ipſe tanquàm formam orandi, gratiamq́; impetrandi certiſsimam reliquit. Poſtremò de [i] Sacramẽtis ſum locutus, quæ ſunt tãquàm inſtrumenta, ac vaſa quædam eius gratiæ, quæ à Chriſto Ieſu authore, legitimo eorum vſu ac perceptione nobis inſtillatur.

DOCTOR.

k Hebr. 11.

Planè: ac proinde illud accuratè explicatũ eſt, quod ex Apoſtolo initiò adduxiſti: [k] Accedẽtem (inquit) ad Deũ oportet credere, quia eſt, & quia inquirentibus ſe remunerator eſt. Id vnum

ſupereſt

ſupereſt maximè, vt quantùm poteris, ad ea quæ ſunt virtutis & doctrinæ, iſta tua ætate ac indole quàm maximè contendas.

ADOLESCENS.

Faxit Ieſus Chriſtus vt hęc iam ſuſcepta ſtudia, ex voto mihi omnia aliquando tandem eueniant, Amen.

AVHORIT. SCRIPT.

A MATT. Cap.23. Vt ſup. Cap.2. Lect. 7. litera. D.

B MATT. Cap.9. Meſſis quidem multa, operarij autem pauci. Rogare ergò Dominum meſſis vt emittat operarios in meſſem ſuam.

C NVMER. Cap.12. Quare non timuiſtis detrahere ſeruo meo Moyſi? Iratusq; contra eos, abijt: nubes quoque receſsit, quę erat ſuper tabernaculum, & ecce Maria apparuit candens lepra quaſi nix.

EXOD. Cap.22. Dijs non detrahes, & Principi populi tui non maledices.

Pſal. 104. Nolite tãgere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari.

PRI. Paralip. Cap.16. Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari.

ACT. Cap.23. Princeps autem Sacerdotum Ananias, præcepit aſtantibus ſibi, percutere os eius. Tunc Paulus dixit ad eũ: Percutiet te Deus paries dealbate. Et tu ſedens iudicas me ſecundùm Legem, & contra Legem iubes me percuti? Et qui aſtabãt dixerũt: Summum Sacerdotem Dei maledicis? Dixit autem Paulus: Neſciebam fratres, quia Princeps eſt Sacerdotũ: Scriptũ eſt enim; Principem populi tui non maledices.

EPISTOLA. 3. Ioãnis. Scripſiſſem forſitan Eccleſiæ: ſed is qui amat primatũ gerere in eis, Diotrepes, non recipit nos. Propter hoc ſi venero, commoneam eius operã quæ facit, verbis malignis garriens in nos. Et quaſi non ei iſta ſufficiant, neque ipſe ſuſcipit fratres; & eos qui ſuſcipiunt, prohibet, & de Eccleſia eijcit. Chariſsime noli imitari malum, ſed quod bonũ eſt.

D ISAI. Cap.3. Ecce enim Dominator Dominus exercituum auferet à Hieruſalem & à Iuda validum & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ: fortem & virum bellatorem, Iudicem & Prophetam, & Ariolum, & Senem, Principem ſuper quinquaginta, & honorabilẽ vultu, & Conſiliarium, & Sapientem de architectis, & Prudentẽ eloquij myſtici. Et dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eis.

IOB Cap. 12. Adducit conſiliarios in ſtultum finem, & iudices in ſtuporem. Baltheum Regum diſſoluit, & præcingit fune renes eorum. Ducit Sacerdotes ingloriós, & optimates ſupplantat, cõmutans labium veracium, & doctrinam ſenum auferens. Effundit deſpectionem ſuper Principes, & eos qui oppreſsi fuerant, releuans.

E DEVTERO. Cap.13. Si ſurrexerit in medio tui Prophetes, aut qui ſomnium vidiſſe ſe dicat, & prædixerit ſignum atque portentum, & euenerit quod locutus eſt: & dixerit tibi, Eamus, & ſequamur Deos alienos quos ignoras, & ſeruiamus eis: non audies verba Prophetæ illius aut ſomniatoris: quia tentat vos Dominus Deus veſter, vt palàm fiat, vtrum diligatis eum, an non, in toto corde, & in tota anima veſtra.

ET Cap. 18. Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia quæ præcepero illi.

IOB Cap. 34. Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.

HIEREM. Cap. 28. Et factum eſt Verbum Dñi ad Hieremiam poſtquàm cõfregit Hananias Propheta catenã de collo Hieremiæ prophetæ, dicens: Vade & dices Hananiæ, hæc dicit Dñs: Catenas ligneas contriuiſti, & facies pro eis catenas ferreas. Quia hęc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Iugum ferreum poſui ſuper collum cunctarum gentium iſtarum, vt ſeruiãt Nabuchodonotor Regi Babylonis, & ſeruient ei: inſuper & beſtias terræ dedi ei.

IOAN. Cap.10. Ego ſum Paſtor bonus. Bonus Paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis.

MATTH. Cap.24. Surgent enim pſeudo

pſeudoprophetæ, & dabũt ſigna magna, & prodigia, ita vt in errorem inducantur (ſi fieri poteſt) etiam electi; Ecce prædixi vobis.

A

AD ROMAN. Cap. 16. Rogo autem vos fratres vt obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula, præter doctrinã quã vos didiciſtis, faciunt, & declinate ab illis. Huiuſcemodi enim Chriſto Domino noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo ventri: & per dulces ſermones & benedictiones, ſeducunt corda innocentium.

POSTER. Ad Theſſalo. Cap. 3. De cætero fratres orate pro nobis, vt ſermo Dei currat, & clarificetur, ſicut & apud vos: & vt liberemur ab importunis & malis hominibus: non enim omnium eſt fides. Fidelis autem Dominus eſt, qui confirmauit vos & cuſtodiet à malo.

AD TITVM, Cap. 3. Vt ſup. Cap. 2. Lect. 7. lit. D.

PRIO. Ad Timoth. Cap. 4. Spiritus autem manifeſtè dicit, Quia in nouiſsimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam.

POST. Petri, Cap. 2. Fuerunt verò & pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducẽt ſectas perditionis, & eum qui emit eos, Dominum negant: ſuperinducentes ſibi celerẽ perditionem. Et multi ſequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blaſphemabitur. Et in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur, quibus iudicium iam olim non ceſſat, & perditio eorum non dormitat.

PRI. Ioan. Cap. 2. Filioli, nouiſsima hora eſt: & ſicut audiſtis, quia Antichriſtus venit: nũc Antichriſti multifacti ſunt. Vnde ſcimus, quia nouiſsima hora eſt.

ET Cap. 4. Chariſsimi, nolite omni Spiritui credere, ſed probate Spiritus ſi ex Deo ſint. Quoniam multi pſeudoprophetę exierunt in mundum.

EPIST. 2. Ioannis. Quoniam multi ſeductores exierunt in mundum, qui non confitentur Ieſum Chriſtum veniſſe in carnem: hic eſt ſeductor & Antichriſtus. *Et mox.* Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eũ in domũ, nec Aue, ei dixeritis. Qui enim dicit illi, Aue, communicat operibus eius malignis.

K

AD HEBR. Cap. 11. Vt in textu.

AVTHORIT. PAT.

1 CYPRIA. Serm. de Paſsione Domini. Deniq; quicunq; ſint Sacramẽtorum miniſtri, qualeſcunq; ſint manus, quæ vel mergunt accedentes ad Baptiſmũ, vel vngunt qualecunq; pectus, de quo ſacra exeunt verba, operationis authoritas in figura crucis omnibus Sacramẽtis largitur effectum, & cuncta peragit nomen quod omnibus nominibus eminet, à Sacramẽtorum vicarijs inuocatum.

Sacramenta etiã per malos miniſtros ſuum operantur effectum.

2 ET Serm. de Cœna Domini. Vt ſup. Lect. 1. lit. A. authorit. 1.

3 AVGVST. tom. 7. contra Creſconium Grammaticum, Lib. 2. Cap. 20. Hoc eſt verum, hoc eſt ſanum, hoc eſt Catholicum, quòd Chriſtus mundat accipientium conſciẽtias, ſiue per bonos miniſtros Baptiſmi, ſiue per malos. Quoniam de illo ſcriptũ eſt: Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, vt eam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo.

Sacramenta conferunt gratiam ſiue bonus ſit miniſter, ſiue malus. Epheſ. 5.

4 ET Lib. 4. Cap. 20. Non ideò veriora & ſanctiora ſunt Sacramẽta quæ miniſtrãtur, quia per meliorem miniſtrantur. Illa nanque per ſeipſa vera & ſancta ſunt, propter Deum verum & ſanctum cuius ſunt: & ideò fieri poteſt, vt accedens ad ſocietatem populi Dei, alium inueniat à quo facilè Baptizetur, alium eligat quem ſalubriter imitetur. Certus eſt enim ſanctum eſſe Sacramentum Chriſti, etiamſi per minus ſanctũ, vel nõ ſanctum hominem, miniſtratum eſſe: ſe autem eiuſdem ipſius Sacramẽti ſanctitate puniri, ſi indignè acceperit, ſi malè vſus fuerit, ſi ei non conuenienter & congruè vixerit.

Non proptereà ſunt ſanctiora Sacramenta, quia per meliores miniſtrantur.

5 IDEM, cõtra literas Petiliani, Lib. 2. Cap. 47. Memento Sacramentis Dei nihil obeſſe poſſe mores malorum hominum, quò illa vel omnino non ſint, vel minus ſancta ſint.

Sacramẽtis nihil obſunt mali miniſtri.

6 ET Cap. 54. Gratias Deo, quia tãdem confeſſus es poſſe valere inuocatum nomẽ Chriſti ad aliorum ſalutem, etiamſi à peccatoribus inuocetur. Hinc ergò intellige cùm Chriſti nomen inuocatur, non obeſſe aliorum ſaluti aliena peccata.

Nomen Chriſti etiã ſi à malis inuocetur prodeſt ad ſalutem.

7 IDEM De Baptiſmo contra Donatiſtas, Lib. 5. Cap. 20. Vt ſup. Lectio. 6. lit. F. authoritate. 12.

8 IDEM tom. 8. in Pſal. 10. Non. n. cõfidũt in Dño qui tunc eſſe dicũt ſancta Sacramenta, ſi per ſanctos homines dentur.

Nõ ideò ſancta ſunt Sacramenta, quia per ſanctos dãtur.

9 AM-

9 AMBROS. tomo.2.Lib.2.De Vocatione Gentium,Cap.2. Quanuis per miniſtros Verbi & gratię Dei,eadem cunctis veritas prædicetur,eadem cohortatio adhibeatur,Dei tamen agricultura eſt,Dei ædificatio,cuius virtus inuiſibiliter agit, vt incremento proficiat,quod ędificatur,aut colitur. Sicut atteſtatur Paulus Apoſtolus dicens;Quid igitur eſt Apollo? &c.

Dei virtus per miniſtros operatur. *1.Cor.3.*

10 CHRYSOSTOMVS. tom.4. In.1.ad Corinth.Homil.8.Contingit Principes quidem malos eſſe,& ſceleribus coinquinatos,ſubditos autem manſuetos & modeſtos:& laicos religioſè viuere, Sacerdotes verò impiè.Neque debuiſſet aut Baptiſma eſſe,aut corpus Chriſti,aut oblatio, quę per eos adminiſtrarentur,ſi vbique gratia meritum exquireret. Nunc autem per indignos conſueuit Deus operari: & nihil propter Sacerdotis vitam, Baptiſmatis gratia læditur.

Nihil læditur gratia Sacramenti propter vitā Sacerdotis.

B

1 HIERONYM. tom.4.In Cap. 33. Ezechiel.Speculator terræ Iudęæ,vel Rex poteſt intelligi, vel Propheta. Speculator autem Eccleſiæ,vel Epiſcopus,vel Presbyter, qui à populo electus eſt,& Scripturarū lectione cognoſcens & præuidens quæ futura ſunt,annunciet populo, & corrigat delinquentem. Vnde magnoperè formidandum eſt ne adhoc officium accedamus indigni,& aſſumpti à populo,negligentię nos demus,atque deſidiæ:&,quod his peius eſt, delitijs ventriq;, & otio ſeruientes, honorē nos accepiſſe putemus,non miniſterium.

Periculū indigne accedentiū ad functiones Eccleſiaſticas.

2 ET In Cap.34.Ad Paſtores autem Iſraël ſermo dirigitur, quos vel Reges, vel Principes, Scribas & Phariſæos, ac magiſtros Iudaici populi debemus accipere, vel certè in Euāgelico populo Epiſcopos,Preſbyteros,& Diaconos.

D

1 HIERONYMVS tom. 1.Epiſt. 10. Ad Furiam.Detrimentum pecoris, paſtoris ignominia eſt. Sicut è regione, illius monachi vita laudanda eſt,qui venerationi habet Sacerdotes Chriſti, & non detrahit gradui per quem factus eſt Chriſtianus.

Laudandi qui non detrahunt Sacerdotibus.

1 IRENÆVS contra hęreſes, Lib.4. Cap. 43.Ijs qui in Eccleſia ſunt Presbyteris obaudire oportet, & qui ſucceſsionē habent ab Apoſtolis,& qui cum Epiſcopatus ſucceſsione, chariſma veritatis acceperunt: reliquos verò qui abſiſtūt à principali ſucceſsione,quocunq; loco colliguntur, ſuſpectos habere,vel quaſi hęreticos & malę ſententiæ,vel quaſi ſcindentes & elatos.

Obediēdum Prælatis habentibus veram ſucceſsionem.

2 ET Cap. 44.Ab omnibus talibus abſiſtere oportet,adhærere verò ijs qui Apoſtolicam,ſicut prædiximus, doctrinam cuſtodiunt, & cū Presbyterij ordine ſermonem ſanum,& conuerſationem ſine offenſa præſunt,ad confirmationem & correctionē reliquorum.

Parendum ſanā doctrinam docentibus.

3 IDEM Lib.3. Cap.2. Cùm autem ad eam iterum traditionem, quæ eſt ab Apoſtolis,quæ per ſucceſsiones Presbyterorum in Eccleſijs cuſtoditur,prouocamus eos qui aduerſantur traditioni, dicent ſe nō ſolùm Presbyteris,ſed etiā Apoſtolis exiſtētes ſapientiores, ſynceram inueniſſe veritatem.

Contra negātes traditionem & ſucceſsionē Apoſtolorū.

4 TERTVL. Lib.De Prǽſcriptionibus hæreticorum. Vide ſup. Lect. præced. litera.G.authorit.7.

LAVS DEO.

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ

Qui in hoc opere explicantur. In quo. a. priorem. b. poſteriorem columnam ſignificat. Vbi verò nulla litera apponitur, vtraq; columna deſignatur.

Sunt in hoc indice, amice Lector, nonnullæ authoritates, quarum vix vnum aut alterum verbũ explicetur: at ſi ſtudioſius introſpexeris, vel totũ fermè locum explanatum deprehendes, vel non modicam vtilitatem decerpes.

Geneſis.

Cap.

1 *SPIRITVS Domini ferebatur ſuper aquas. pag. 375. b. 385. b.*

Creauit Deus hominem ad Imaginem & ſimilitudinẽ ſuam. pag. 171. a. 333. b.

Maſculum & fœminã fecit eos. pag. 487. a. 578. a. 584. a.

Creſcite & multiplicamini. p. 156. b. 483. b. 495. b.

Producant aquæ reptile animæ viuentis, &c. p. 383. b.

2 *Formauit Deus hominem de limo terræ, &c. p. 363. b.*

Ex omni ligno Paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas. in quocunq; enim die comederis ex eo, morte morièris. pag. 86. a. 135. b. 395. a. 456. a

Immiſit ergo Dominus Deus ſoporem in Adam: cumquè obdormiſſet tulit vnã de coſtis eius, &c. p. 372. a.

Quamobrem relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ: & erunt duo in carne vna. pag. 307. b. 577. b. 578. b. 583. b.

Vocauit Dñs Deus Adam, & dixit ei, Vbi es? p. 434. a

3 *Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi. pag. 365 b.*

Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia & beſtias terræ. p. 449. b.

Conſuerunt folia ficus, &c. p. 435. b.

Inimicitias ponam inter te & mulierem, &c. p. 331. b.

In dolore paries filios, &c. p. 579. b.

Puluis es, & in puluerem reuerteris. pag 54. a.

Maledicta terra in opere tuo, &c. pag 546. b.

4 *Vbi eſt Abel frater tuus? pag. 434. b.*

Peccaſti: quieſce. (ſecũdùm ſeptuaginta.) *p. 450. a.*

Lamech accepit duas vxores. pag. 584. a.

Audite vocem meam vxores Lamech, &c. pag. 427. a. 431. b.

7 *Multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerunt arcam in ſublime à terra. pag. 98. b.*

8 *Columba rediſt ad Noë portans ramum oliuæ. pag. 384. a. 418. a.*

Odoratusque eſt Dominus odorem ſuauitatis. pag 171. a.

9 *Maledictus puer Chanaan, &c. pag. 228. b. 261. a.*

11 *Venite faciamus nobis ciuitatẽ & turrim, &c. pag. 14. a.*

14 *Melchiſedech Rex Salem proferens panem & vinum, &c. p. 494. 499. 505. b. 514. a.*

15 *Credidit Abram Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. pag. 137. a. 392. b. 399. a.*

17 *Infans octo dierum circumcidetur in vobis, &c. pag. 393. a. 394. a. 399. a.*

19 *Clauſerunt oſtium, & eos qui foris erant, percuſſerunt cæcitate, &c. pag. 58. b.*

21 *Eijce ancillam hanc, & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ, &c. pag. 99. a. 388. b. 478. b.*

24 *Pone manum tuam ſubter femur meum, &c. pag. 583. b.*

29 *Iacob accepit plures vxores, &c. pag. 574. a.*

35 *Abijcite Deos alienos qui in medio veſtri ſunt. pag. 158. b.*

39 *Relicto in manu eius pallio, fugit. pag. 235. a.*

48 *Extendens manum dexteram, & commutans manus. pag. 431. a.*

49 *Ligans ad vineam pullum ſuum, &c. p. 114. a.*

Exodus.

Cap.

3 *VAſa argentea & aurea. pag. 111. b.*

7 *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis. pag. 194. b.*

8 *Fecerunt autem & malefici per incantationes ſuas ſimiliter, &c. pag 163. a. 193. b.*

12 *Immolabitq; eum vniuerſa multitudo filiorum Iſraël ad veſperam. pag. 494. b.*

Menſis hic vobis initiũ menſium, &c. p. 405. b.

Renes

Renes veſtros accingetis, & calceamẽta habebitis, &c. pag. 557.b.
Neque enim erat domus in qua non iacéret mortuus. pag. 203.a.
In vna domo comedetur, nec efferetur de carnibus eius foras. pag. 98.b.
14 *Pharao ſubmergitur in mari rubro.* p. 384.a. 435.b
19 *Cumq; lauiſſent veſtimenta ſua, ait ad eos, &c.* pag. 587.a.601.b
20 *Viſitans iniquitatem patrũ in filios, in tertiam & quartam, &c.* p. 281. 262.b.
Honora patrem tuum, & matrem tuam, &c. p. 433.b.
Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. pag. 204.b.
Non habebis Deos alienos coram me, &c. pag. 258. b. 259.a.
Non concupiſces domum proximi tui, &c. p. 263.a.
23 *Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, &c.* pag. 474.a.
25 *Inſpice & fac ſecundùm exemplar, &c* pag. 272.a.
28 *Facies & laminam de auro puriſsimo, &c* p. 43.a.
30 *Sume tibi aromata, prima myrrha, &c.* p. 570.a.
32 *Sedit populus manducare & bibere, &c* p. 282.a.
33 *Miſerebor cui voluero, &c.* p. 337.a.
Eſt locus apud me, & ſtabis ſupra petram, &c. & videbis poſteriora mea, &c. p. 98.b.
40 *Et illata menſa, pones ſuper eam quæ tibi præcepta ſunt, &c.* pag. 504.a.

Leuiticus.

Cap.
4 *IMmolabit eam in loco vbi cædi ſolent, &c.* p. 476.b.
10 *Vinum & omne quod inebriare poteſt, &c.* pag. 470.b.
Offerentes coram Domino ignem alienum p. 87.b.
13 *Veſtimenta eius diſſuta ſint, &c.* p. 426.b.
16 *Menſe autem ſeptimo, decima die menſis, affligetis animas veſtras, &c.* 234.b.
19 *Non periurabis in nomine meo, &c.* p. 189.a.
22 *Mundatus veſcetur de ſanctificatis, quia cibus illius eſt.* p. 495.a. 558.b.
23 *A veſpera vſque ad veſperam celebrabitis Sabbatha veſtra.* p. 205.b.
Panes propoſitionis, &c. 505.b.

Numeri.

Cap.
11 *COngrega mihi ſeptuaginta viros, &c.* pag. 425.
12 *Si pater eius ſpuiſſet in faciẽ illius, &c.* p. 450.a
13 *Pergentesque ad Torrentem Botri, abſciderunt palmitem cum vua ſua, &c.* p. 508.a.
16 *De interitu Dathan & Abiron, &c.* p. 87.b. 89.a.
19 *Habebũt hoc filij Iſrael, & aduenæ qui habitãt inter eos, ſanctum iure perpetuo.* p. 382.b
21 *Fac ſerpentem æneum, &c.* p. 42.b. 42.a. 165.b
22 *Noli ire cum eis, nec maledicas, &c.* p 334.b
23 *Non accubabit donec deuoret prædam.* p. 467.b
24 *Orietur ſtella ex Iacob, &c.* p. 365.b
31 *Omne quod poteſt tranſire per flammas, igne purgabitur.* pag. 54? a

Deuteronomium.

Cap.
4 *DEus noſter ignis cõſumens eſt.* p. 453. b. 545.a
Formam penitus non vidiſtis. p. 174.a
6 *Audi Iſrael, Dominus Deus noſter, Deus vnus eſt.* pag. 70.b.
8 *Poſsideatis Terram pro qua iurauit Dominus Patribus veſtris.* p. 281.b
12 *Caue ne offeras holocauſta tua in omni loco, &c.* pag. 522.a
16 *Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem in ſegetem miſeris.* p. 234.b
17 *Qui autem ſuperbierit nolens obedire Sacerdotis imperio, &c.* p. 109.a
32 *Sanguinem vuæ biberet meraciſsimum,* pag. 486.a
33 *Qui dixit patri ſuo, & matri ſuæ, neſcio vos, &c.* p. 222.b

Ioſue.

Cap.
6 *ARcam circunferte die Sabbathi.* p. 204.b
24 *Auferte Deos alienos de medio veſtri, &c.* pag. 258.b

Iudicum.

Cap.
12 *DIc ergo Schibboleth. &c.* p. 25.a

Lib. 1. Reg.

Cap.
2 *ET ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, &c.* pag. 538.a
14 *Maledictus vir qui comederit panem hodie, &c.* pag. 456.b
15 *Dixitq; Saul ad Samuelem, Peccaui, &c.* pag. 452.b
21 *Collabebatur inter manus eorum.* p. 515.a

Lib. 2. Reg.

Cap.
12 *ET ieiunauit Dauid ieiunio, & ingreſſus ſeorſum, iacuit ſuper terram.* p. 437.a. 455.a
Peccaui Domino, &c. pag. 452.b. 453.b
16 *Dimittite eum vt maledicat: Dñs enim, &c.* pag. 437.a
23 *Noluit ergo bibere.* p. 444.a

Lib. 3. Reg.

Cap.
11 *EXcitauit Dominus Satan, &c.* pagina 358.a
14 *Ecce ego inducam mala ſuper domum Ieroboam, &c.* pag. 87.b

Lib.4.Reg.

Cap.
2 ET leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei, &c. pag.509.b
4 Mors in olla, vir Dei, &c.p.81.b
6 Percute, obſecro, gentem hanc cæcitate, &c.p.58.b
19 Protegam vrbem hanc, & ſaluabo eam propter me, & propter Dauid ſeruum meum p.546.a
24 Venit Nabuchodonoſor Rex Babyloniæ in Hieruſalem, &c.p.358.a

Iob.

Cap.
1 NVdus egreſſus ſum, &c.p.330.b
Conſurgenſq; diluculo, offerebat holocauſta per ſingulos.p.345.b.541.b
Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob, &c p.274.a
Ecce vniuerſa quæ habet, in manu tua ſunt, &c.p.334.a.355.b.358.a
15 Quid eſt homo vt immaculatus ſit, &c.p.393.b
31 Quis det, de carnibus eius, vt ſaturemur? pag.489.a.510.a
Si ſecutus eſt oculus meus cor meum.p.227.a
40 Fortitudo eius in lumbis eius, &c.p.234.b
Nullus mundus à ſorde, &c p.546.a

Pſalm.

1 ET erit tanquàm lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, &c.p.182.b
2 Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, &c.p.100.a
3 Ego dormiui, & ſoporatus ſum, & exurrexi, &c.pag.124.b
4 Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, &c. pag.43.a
Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, &c.p.537.b
6 Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, &c.p.345.a.426.b.445.b.450.a.453.a.455.b.
15 Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, &c.p.135.a
Quoniam non derelinques animam meā in inferno, &c. p.51 53.b
17 Cum Sancto ſanctus eris, &c p.228.b
18 Timor Domini ſanctus permanet, &c.p.302.b
21 Et in puluerem mortis deduxiſti me.p.53.a
Erue à framea Deus animam meā, &c.p.51.a.453.a
Edent pauperes & ſaturabuntur, &c.530.a
Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ, &c.p.530.a
22 Paraſti in conſpectu meo menſam, &c. Et calix meus inebrians quàm præclarus eſt? p.344.b.493.b.523.b.564.a.565.a.567.b
29 Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcēdo, &c.p.53.a
30 Obliuioni datus ſum tanquàm mortuus à corde.p.80.a
31 Delictum meum cognitū tibi feci, &c.p.426.a.476.b
Dixi, confitebor aduerſum me, &c.p.426.
Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac, &c. pag.419.b
33 Guſtate & videte quoniā ſuauis eſt Dominus.p.567.a
34 Humiliabam in ieiunio animam meam.p.463.b
37 Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis, rugiebam, &c.p.428.a.453.a
Quoniam ego in flagella paratus ſum, &c.pag.438.a
38 Locutus ſum in lingua mea, Notum fac mihi Domine finem meum, &c.p.271.b
Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me. pag.426.b
Et tabeſcere feciſti ſicut araneam, &c.p.477.b
39 Expectans expectaui Dominū, & intendit mihi. &c.p.82.a.523.
42 Et introibo ad altare Dei, ad Deum, &c: pag.499.a
43 Quoniam propter te mortificamur tota die; &c. pag.44.b
44 Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, &c. pag.192.b
In fimbrijs aureis circumamicta varietate. pag.463.b.
Eructauit cor meum verbum bonum.p.567.a
45 Vacate & videte quoniam ego ſum Deus, &c. pag.102.a.205.a
47 Magnus Dominus & laudabilis nimis, in ciuitate Dei noſtri, &c.p.577.a
48 Et homo cum in honore eſſet non intellexit, &c. pag.331.a
Veruntamē Deus redimet animā meā, &c.p.53.a
49 Aduocauit cælum deſurſum, & terram, &c. pag.64.b
Et in circuitu eius tempeſtas valida.p.64.a
Nunquid manducabo carnes taurorum, &c. pag.537.b
Sacrificium laudis honorificabit me, &c. pag.532.a.537.b
50 Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, &c. p.379.b.396.b
Aſperges me Domine hyſſopo & mundabor, &c. p.381.a.409.b
Ecce enim veritatem dilexiſti, &c.p.438.b
Cor mundum crea in me Deus, &c.p.136.a
Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, &c.pag.308.a.417.b.456.a
51 Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei, &c.p.234.a.146.
Confitebor tibi in ſeculum, quia feciſti, &c. pag.237.b
54 Veniat mors ſuper illos, & deſcendant in infernum, &c.p.53.b
62 Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas, &c.p.237.b
67 Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem, &c. pag.52.b
Pennæ columbæ deargentatæ, &c.p.245.b
68 Infixus ſum in limo profundi; &c.pag.53.a.586.b
Quæ non rapui, tunc exoluebam.p.42.a
75 Vouete, & reddite Domino Deo veſtro, &c.pag.189 b.190.a.586.a
76 Et dixi, Nunc cœpi: hæc mutatio, &c.p.273.a.334.b
77 Panem Angelorum manducauit homo.p.499.b.502.b.519.a.532.b

Spiritus

Spiritus vadens & non rediens.p.265.a
81 Ego dixi, Dij eſtis, & filij excelſi omnes.p 385.a
85 Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum, &c.pag. 274 b.
Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, &c. pag. 70.b
Eruiſti animam meam ex inferno inferiori.p. 51.a
86 Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei, &c.p.191.a
87 Quia repleta eſt malis anima mea, &c. Inter mortuos liber.p.52.b.53.a
88 Poſui adiutorium in potente, &c.p.53.a
90 Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, &c. p. 338.a
92 Dominus regnauit, decorem indutus eſt: indutus eſt Dominus, &c.p.518.a
98 Adorate ſcabellum pedum eius: quoniam ſanctum eſt. pag.507.b
110 Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine, &c. p.124.b.428.a
101 Quia cinerem tanquam panem mãducabã, &c.p. 453.a
103 Panis cor hominis confirmet.p.345.
104 Nolite tangere Chriſtos meos.p.570.a
105 Aperta eſt terra, & deglutiuit Dathan, &c.p.53.b
Quis loquetur potentias Domini? &c.p.484.a
106 Confitemini Domino, quoniam bonus: &c.p.430.a
109 Tu es Sacerdos in aeternum ſecundum ordinem Melchiſedech.pag.494.a.505.b.515.b.518. a. 532.a. 537.538.168.a
110 Eſcam dedit timentibus ſe.p.532.a
115 Calicem ſalutaris accipiam, &c.p.45.a
Pretioſa in conſpectu Dñi mors Sãctorum eius.p. 294.b 402.b
117 Vox exultationis & ſalutis in tabernaculis iuſtorum. pag.80.a
118 Tu mandaſti mandata tua cuſtodire nimis, &c. p.271.a
Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, &c.p.445.b
Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum: &c. pag. 428.a.447.b
120 Non des in commotionem pedem tuum.p.337.a
Leuaui oculos meos in montes, &c.p.287.b
123 Adiutorium noſtrum in nomine Domini, &c.p.235.a
125 Qui ſeminant in lacrymis, &c.p.451.b
126 Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, &c. pag. 338.a. 419.b
129 Si iniquitates obſeruaueris Domine, &c. Quia apud te propitiatio eſt, &c.p.448.a.450.a
132 Sicut vnguentum in capite quod deſcẽdit, &c.p. 428.
135 Confitemini Domino quoniam bonus.p.445.b
136 Beatus qui tenebit & allidet paruulos ſuos ad petram. pag.446.b
140 Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. p. 494.b
142 Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non, &c. pag.274.
143 Homo vanitati ſimilis factus eſt: &c.p.64.b
145 Pupillum & viduam ſuſcipiet, &c.p.145.b
148 Quia ipſe dixit, & facta ſunt. &c.p.482.b

Prouerb.

Cap.
1 AVdi fili mi diſciplinam patris tui, &c.p.529.a
Fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum pag. 338.b
6 Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, &c. pag.235.a
9 Sapientia aedificauit ſibi domum, &c.pag.486.b. 494.b.564.a
18 Impius cum in profundum venerit peccatorũ, contemnit p.261.b
Iuſtus prior eſt accuſator ſui.p. 275.b.427.b
19 Non decent ſtultum delicia: &c.p.235.b
20 Luxurioſa res vinum, &c.p.235.b
Quis poteſt dicere, Mundum eſt cor meum, &c. pag.261.a
24 Septies enim in die cadet iuſtus, & reſurget, &c. pag.274.b
26 Flagellum equo, & camus aſino, &c. p.226.b
27 Ne glorieris in craſtinum, ignorans quid ſuperuẽtura pariat dies.p.78.b
30 Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, &c. pag.80.b.

Eccleſiaſtes.

Cap.
2 SApientis oculi in capite eius.p.408.b
3 Omnis enim homo qui comedit & bibit, & videt bonum de labore ſuo, hoc donum Dei eſt. pag.531.a
5 Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere, &c. pag.191.b
10 Si mordeat ſerpens in ſilentio, &c. pag. 429.a. 432.b
11 Da partes ſeptem, nec non & octo: &c.p.202.a

Canticorum.

Cap.
1 BOtrus Cypri dilectus meus mihi, &c. pag. 508.a
2 Tempus putationis aduenit p.386.a
3 Egredimini filia Sion, &c.p.514.b
4 Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, &c.p. 213.b
5 Comedite amici mei, & bibite, &c.p.496.a
6 Vna eſt columba mea, perfecta mea, &c.p.232.a

Sapientia.

Cap.
1 SPiritus enim ſanctus diſciplinae effugiet fictũ, &c.p. 182.a
2 Inuidia enim diaboli mors introiuit in orbem terrarum.p.262.b
3 Iuſtorum animae in manu Dei ſunt, &c. p. 294.b
8 Attingit à fine vſque ad finẽ fortiter, &c p. 16.b
Et vt ſciui quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det, &c.p.195.b.355.
9 Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, &c.p.263.b.264.a.273.
16 Neque herba, neque malagma ſanauit eos, &c. p.544.b

Eccleſiaſticus.

Cap.
3 QVi amat periculum, in illo peribit. pag. 354.a

4 *Eſt confuſio adducens peccatum, &c. pag. 432.a*
9 *Cum ſaltatrice ne aſſiduus ſis, &c. p. 217.a*
Cum aliena muliere ne ſedeas omnino, &c. pagina. 219.a
14 *Qui ſibi nequam eſt, cui alij bonus erit? p. 452.b*
Oculus malus ad mala, & non ſatiabitur pane, &c. pag. 227.a
15 *Ante hominem vita, & mors: bonum & malum, &c. p. 333.a. 335.a*
18 *Poſt concupiſcentias tuas non eas, &c. pag. 163.a 387.a*
21 *Fili peccaſti, ne adijcias iterum: &c p. 451.b*
24 *Gyrum cæli circuiui ſola, &c. p 17.a*
25 *Beatus homo cui donatum eſt habere timorem Dei, &c. p. 353.b*
34 *Qui tentatus non eſt, qualia ſcit? p. 358. b*
37 *In multis eſcis erit infirmitas. p. 467.b*

Iſaias.

Cap.
1 *NOn eſt circumligata nec curata medicamine. &c. pag. 544.b*
Quò mihi multitudinem victimarum veſtrarum? &c. p. 537.b
Lauamini, mundi eſtote, &c. p. 384.b
Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. p. 77.b. 338.b
Excoquam ad purum ſcoriam tuam, &c. p. 453.b
3 *Prò eo quòd eleuatæ ſunt filiæ Sion. &c. pagina. 130.b*
Populum meum exactores ſui ſpoliauerunt. p. 451.b
4 *Si abluerit Dominus ſordem filiarum Sion, &c. pag. 544.b.*
6 *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, &c. pag. 565.b*
Et volauit ad me vnus de Seraphim, &c. pag. 505. b. 565.a
7 *Ecce virgo concipiet, & pariet filium, &c. pag. 37. 362.*
11 *Egredietur virga de radice Ieſſe, &c. p. 545.a*
25 *Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, &c. p. 513.b*
38 *Domine vim patior, reſponde pro me, &c. pagina. 398.a*
42 *Quis dedit in direptionem Iacob, &c. p. 358.a*
43 *Narra ſi quid habes, vt iuſtificeris. p. 275. b. 432. b. 445.a. 448. a. 476.b*
45 *In me metipſo iuraui, &c. p. 188.a*
50 *Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, &c. p. 407.b*
53 *Sicut ouis ad occiſionem ducetur, &c. pag. 42. b. 46.a*
56 *Et non dicat eunuchus; Ecce ego lignum aridum. Quia hæc dicit Dominus, &c. p. 194.a*
59 *Telas araneæ texuerunt, &c. opera eorum inutilia, &c. p. 477.b*
61 *Spiritus Domini ſuper me, &c. p. 407.b*
Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini: &c. pag. 600.b
65 *Eritque antequàm clament, ego exaudiam, &c. pag. 436.a*
66 *Super quē requieſcet Spiritus meus, &c. p. 355.a*

Hieremias.

Cap.
3 *SI dimiſerit vir vxorem ſuam, &c. p. 581.a*
7 *Tu autem noli orare pro populo hoc, &c. pag. 303.a*
8 *Non eſt vua in vitibus, &c. p. 134.a*
11 *Mittamus lignum in panem eius, &c. p. 486.b. 491.a. 4[illegible]*
15 *Si ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum, &c. p. 473.a*
31 *Audiens audiui Ephraim tranſmigrantē, &c. p. 446.a*
Et ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum pag. 7. b

Ezechiel.

Cap.
1 *ET totum corpus oculis plenum, &c. p. 565.a*
9 *Signa Thau ſuper frontes virorum gemētiū. &c. pag. 43.a*
18 *Patres comederunt vuam acerbam, & dentes, &c. p. 183.a*
Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, &c. p. 274.b
Conuertimini & agite pœnitentiam, &c. pag. 334.a
33 *Nolo mortem peccatoris, &c. pag. 354.a. 428.b 448.a*
36 *Non propter vos ego faciam, domus Iſrael: ſed propter nomen ſanctum meum, &c. pagina. 80.b*
44 *Porta hæc clauſa erit, &c. p. 35.b*

Daniel.

Cap.
1 *DEntur nobis legumina ad veſcendum, & aqua ad bibendum, &c. p. 471.a*
2 *Lapis qui percuſſerat ſtatuam, factus eſt mons magnus, &c. p. 99.a*
3 *Angelus autem Domini deſcendit in fornacem, & excuſſit flammam ignis de fornace, & fecit, &c. p. 234.b*
Tunc hi tres quaſi ex vno ore laudabant, &c. p. 310.a
4 *Ex hominibus abiectus eſt, & fœnum vt bos comedit, & rore cæli, &c. pagina. 435. b. 455.a*
Peccata tua eleemoſynis redime, &c. pagina. 453.a
5 *Eſt vir in regno tuo qui Spiritum Deorum ſanctorum habet in ſe, &c. pag. 470.b*
9 *Ecce vir Gabriel quem videram in viſione à principio, citò volans, &c. p. 456.b*
14 *Tulit ergo Daniel picem, & adipem, & pilos, & coxit pariter, &c. p. 489.a*

Oſeas.

Cap.
7 *OMnes adulterantes, quaſi clibanus ſuccenſus à coquente, &c. p. 234 b*

Ioel.

Cap. 2 Conuertimini ad me in toto corde veſtro,&c. pag. 354.a.437.b.453.a.455.a

Amos.

Cap. 2 Et propinabatis Nazaræis vinum,&c.p.470.b

Ionas.

Cap. 3 Et vidit Deus opera eorum,quia conuerſi ſunt de via ſua mala:&c. pag. 430. b. 436. 452. a. 453.a.475.b

4 Tu doles ſuper hederam in qua non laboraſti, &c. pag. 309.a

Zacharias.

Cap. 8 Ieiunium quarti,& ieiunium quinti,&c.p. 454.b. 466.a

9 Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos de lacu,&c.p 54.a

Malachias.

Cap. 1 Non eſt mihi voluntas in vobis,&c. In omni loco ſacrificatur & offertur,&c.pag.490.b. 492.a 493.a.505.b.522.a.516.a.537.b.538.b

2 Tranſgreſſus eſt Iuda,& abominatio facta eſt in Iſraël, &c.p.583.b

Lib.2.Machab.

Cap. 7 Contigit autem ſeptem fratres vnà cum matre ſua apprehenſos,cõpelli à Rege edere cõtra fas carnes porcinas,&c.p.471.a

15 Hic eſt fratrum amator & populi Iſrael,&c.p.287.a

Matthæus.

Cap. 2 Et procidentes adorauerunt eum.p.489.a.500.b

3 Pœnitentiam agite: appropinquauit enim Regnũ cælorum.p.73.a.

Baptizabantur,cõfitentes peccata ſua.p.354.b.428.b. 431.b

Facite fructum dignum pœnitentiæ. p.428.b. 452. a. 475.b

Potẽs eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare,&c.p.138.a

Cuius ventilabrum in manu ſua,&c. p.331.a

4 Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. p.168.a. 172.b

Si Filius Dei es,dic vt lapides iſti,&c.p.234.b

5 Beati qui lugent,quoniam,&c. p.437.a

Beati mundo corde,quoniam,&c.p.587.a

Non poteſt ciuitas abſcondi,&c.p.98.b.

Sic luceat lux veſtra corã hominib⁹,&c.p.134.b

Non veni ſoluere legem,&c.p.181.a.373.b

Niſi abundauerit iuſtitia veſtra,&c.p. 159.a

Eſto conſentiens aduerſario tuo,&c.p.80.a

Omnis qui dimiſerit vxorem ſuam, excepta, &c. p.577.b.578.a.581.

Qui viderit mulierẽ ad cõcupiſcendum eam, &c. p.159.a

Sit autem ſermo veſter,Eſt,eſt: Non, non, &c.p. 187.b.188. 189.b

Si quis te percuſſerit in dexteram maxillã, &c. Et ei qui vult tecum in iudicio contendere,& tunicam tuã tollere,&c.p.217.a.218.219.

Diligite inimicos veſtros,&c.pag.24.a.210.a. 303.a

Relinque munus tuũ ante altare,&c.p. 558.b. 561.b

Vt ſitis filij Patris veſtri qui in cælis eſt, &c. p. 181.a.127.b.481.a

6 Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. p. 344.345.

Dimitte nobis debita noſtra,&c.p.261.a.273.b 353.

Sed libera nos à malo.p.187.b.358.b

Tu autem cùm ieiunas,&c p.461.b

Nemo poteſt duobus dñis ſeruire,&c.p.233.b. 543.b

Nolite theſaurizare vobis,&c.p.242.a

7 In qua menſura menſi fueritis,&c.p.100.a

Nolite dare ſanctum canibus, &c. pag. 98.b. 109.b

Omnis enim qui petit,accipit.&c.pag. 301.b. 302.a.312.a

Non poteſt arbor bona,malos fructus facere,&c. p.217.b

Non omnis qui dicit mihi:Domine,Domine, &c. 134.b.136.b.144.b.309.b

Arcta eſt via quæ ducit ad vitam,&c.p.234.a

Omnis qui audit verba mea hæc,& facit ea,&c. p.135.a.237.a

8 Domine non ſum dignus,&c.p.494.a

9 Confide fili, remittũtur tibi peccata tua p.398.b

Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere quãdiu cũ eis eſt ſponſus?&c.pag.461. b.466.b.467. a. 471.b

Miſericordiam volo,& non ſacrificium.p.245.a

Tetigit fimbriam veſtimenti eius: &c.p. 170.a. 173.514.a.562.a

10 Ecce ego mitto vos ſicut oues,&c.p.88.b. 115.a

Qui autem perſeuerauerit vſque in finem,&c. p. 79.b.80.a.566.a

Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum,&c.p. 88.a

Si Patremfam.Beelzebub vocauerũt, &c.p.71.b

Qui me confeſſus fuerit,&c.p.402.a

Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, &c. p.159.b.260.a

11 Tu es qui venturus es,an alium expectamus? pag. 53.b.

A diebus autem Ioannis Baptiſtæ vſque nunc, regnum cælorum vim patitur.p.235.b

Confiteor tibi Pater Domine cæli & terræ,&c.p. 446.a

Nemo

Nemo nouit Filium niſi Pater, &c. pag. 15.b. 88.b
Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos, &c. pag. 102.a.347.b. 382.b. 461.b
12 *Quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, &c.p* 72.b.73.
Omne verbum otioſum quod locuti fuerint homines, &c. p.228.b
Sicut enim Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, &c.p. 51.a.54.55.a
*Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio, &c.p.*63.b
13 *Nequæ forte colligentes zizania, &c.p.*110.a
*Sinite vtraq; creſcere vſq; ad meſſem, &c.p.*97.a
Simile eſt Regnum cœlorum grano ſinapis, &c. pag. 182.b
Simile eſt Regnum cœlorum fermento quod, &c. pag. 503.b
Simile eſt regnum cœlorum homini negotiatori, &c.pag. 346.b
14 *Deſcendens Petrus de nauicula ambulabat ſuper aquã, &c.* p.517.a.518
15 *Cæci ſunt, & duces cæcorum, cæcus autem, &c. pag.* 135.a
Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, &c. pag. 128.b
*O mulier magna eſt fides tua, &c.p.*398.a
16 *Tu es Chriſtus Filius Dei viui.p.*115.
*Caro & ſanguis non reuelauit tibi, &c. p.*336.a
*Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, &c.p.*89.b.124.a
*Tibi dabo claues regni cœlorũ, & quæcunque ligaueris, &c.pag.*120.b. 111.a. 112.b. 113.b. 114.b. 116.b 427.a.428.
*Si quis vult venire poſt me, abneget, &c.p.*44.b.402.a
*Tunc reddet vnicuique ſecundum opera eius.p.*135.b. 136.b
17 *Hic eſt Filius meus dilectus, &c p.*15.b.518.a
*Hoc autem genus non eijcitur niſi per orationem & ieiunium p.*231.b
18 *Si peccauerit in te frater tuus, &c. p.*109.b
Quæcunq; ligaueritis, &c. Vide ſup. Cap. 16.
*Non dico tibi ſepties, &c. p.*182.a.227.b
Vbi enim ſunt duo vel tres congregati, &c. pag. 299.b 302.b
*Niſi efficiamini ſicut paruuli, &c.p.*116.b
*Expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria, &c.p.*559.b
19 *Erunt duo in carne vna. Vide ſup Gene.*2.
Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, &c. Vide ſup. Cap. 5.
*Iudicantes duodecim tribus Iſrael.p.*63.b
*Non omnes capiunt verbum iſtud, &c. p.*192.a. 193. 194.a.230.a.234.a 236.b.584.b
Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet.p. 581.b
*Ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis, &c.p.*577.a
*Si vis perfectus eſſe, &c.p.*64.a.211.b.346.b.347 b 474.b
20 *Voca operarios, & redde illis mercedem, &c.p.*98.b
*Poteſtis bibere calicem quem ego, &c. p.*45.a
22 *Amice quomodo huc intraſti nõ habens veſtem nuptialẽ. pag.*561.
Deus Abraham, &c. Non eſt Deus mortuorum, &c. pag. 301.a
*Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: &c. p.*209.b. 211.a
In his duobus mandatis vniuerſa lex, &c. pag. 154.a.271.a
23 *Omnia ergo quæcunq; dixerint vobis, ſeruate & facite, &c.p.*90.a.112.b.210.b
Quoties volui congregare filios tuos, &c. pag. 331.a
24 *Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes: &c.* 287.b
*Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic: ecce in ſolitudine, &c.p.*103.b.133.a
*Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & Aquilæ p.*113.b
*Cœlum & terra tranſibunt, &c p.*143.a
*Tunc parebit ſignum Filij hominis in cœlo, &c. pag.*43.a
25 *Vigilate itaque quia neſcitis diem neq; horam. p.*124 b
*Eſuriui enim, &c.p.*474.
Diſcedite a me maledicti in ignem æternum, &c. p.138.a.182.a.449.b.474.b
*Amen dico vobis, neſcio vos.p.*245.a.558.a
26 *Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet: &c.p.*463.b
Nam ſemper pauperes habetis vobiſcum, &c. pag. 514.a
*Cum diſcipulis meis facio Paſcha.p.*558.a
Accipite & comedite: Hoc eſt corpus meum, &c. pag. 480.b.483.a.484.a. 485.486.a. 490.a.491.b.508.b. 518.b.537.a. 540.a.560.a
*Accipiens Calicẽ gratias egit, &c. Non bibam amodo de hoc genimine vitis, &c.pag.*493.b. 496.a.501.a.518.a.530.b
Etſi omnes ſcandalizati fuerint in te, &c. In hac nocte antequam gallus cantet, &c. pag. 78.b
*Filius quidem hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo, &c.p.*454.b
*Cœpit contriſtari, & mæſtus eſſe, &c.p.*303.b
*Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat. &c.p.*45.a
*Vigilate & orate, vt non intretis, &c. p.*336.a. 354.b
*Spiritus quidem promptus eſt, caro autẽ, &c. pag.*307.b
*Et egreſſus foras, fleuit amarè.p.*231.b.451.a
27 *Et monumenta aperta ſunt, & multa corpora Sanctorum qui dormierant, ſurrexerunt: &c. pag.* 52.b.53.b.114.b
Emerunt agrum figuli in ſepulturam peregrinorum, &c.p. 346.a
28 *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, &c. pag.* 211.a
*Euntes ergo docete omnes Gentes, Baptizantes eos, &c.p.*379.b.384.b.391.b
Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.p. 126.b.448.a 517.a.529.b.537.b

Marcus.

Cap.
3 V*Ehementer comminabatur eis, &c. pag.* 135.b

7 *Miſit digitos ſuos in auriculas eius, &c. pag. 375.b. 409.a*
10 *Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, &c. pagin. 578.b 581.a*
14 *Cœperunt contriſtari, & dicere ei ſingulatim, Nunquid ego? p.78.*
Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti, &c. p. 480.b. 502.a
15 *Sequebantur eum, & miniſtrabant ei p.347.a*
16 *Qui verò non crediderit, cõdemnabitur. p.397.a.398.b 399.b*

Lucas.

Cap.
1 *ZAcharias de vice Abia. p.602.b*
Aue Maria, &c. p.359.
Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, &c. pag.37.b.504.
Vt reueleutur ex multis cordibus cogitationes. pag. 426.a
6 *Eſtote miſericordes ſicut. &c. p.218.a.145.*
7 *Cui autem minus dimittitur, minus diligit. p.426.b*
8 *Vobis datum noſſe myſterium regni Dei, &c. p.293.a*
9 *Filius autem hominis nõ habet vbi caput ſuum reclinet. p.138.b.347.b*
Filius hominis non venit animas perdere, &c. pag. 394.a
Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos, &c. pagina 212.a
10 *Qui vos audit, me audit: &c. p.600.a*
Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, &c. p.338.a.382.b.404.b
Si aliquid ſupererogaueris, &c. p.347.a
11 *Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? &c. p.24.b.302.b.302.a.308.b*
In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia, pag. 72.b
Ideò ipſi iudices veſtri erunt. p.63.b
12 *Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam. p.346.b*
Baptiſmo autem habeo Baptizari: & quomodò coarctor, &c. p.401.a
13 *Domine dimitte illam & hoc anno vſque dum fodiam circa illam, &c. p.450.b*
Manducauimus coram te, & bibimus, &c. p.501.a
14 *Beatus qui manducabit panem in Regno Dei? pag. 567.b*
Niſi quis renunciauerit omnibus, &c. p.346.b.347.a
15 *Et diuiſit illis ſubſtantiam. p.336.a*
Diſsipauit ſubſtantiam ſuam, &c. p.491.b
Pater peccaui in cœlum & coram te, &c. p.455.b
Gaudium eſt in cœlo, &c. p.454.a
16 *Pater Abraham, miſerere mei, & mitte Lazarum, &c. p.473.a*
Facite vobis amicos de mammona, &c. p.144.b.293.b
17 *Memores eſtote vxoris Loth. p.190.a*
Ite, oſtendite vos ſacerdotibus, &c. p.438.b.447.a
18 *Nemo bonus niſi ſolus Deus p.70.b.*
Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra? pag.98.a
22 *Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum, &c. p.491.b*
Simon, ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret, &c. pag. 354.b.355.b
23 *Hodie mecum eris in paradiſo. p.51.b.401*
Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. p.517.a
Pater ignoſce illis, &c. p.450.a
24 *Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, &c. pag. 73.a. 98.a.99.*
Et aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt eum in fractione panis. p.58.b.552.a
Vos autem manete in ciuitate, &c. p.537.a

Ioannes.

Cap.
1 *IN principio erat Verbum, &c. p.515.a*
Omnia per ipſum facta ſunt, &c. pag. 16.b. 17.b
Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, &c. p.275.a 404.b
Verbum caro factum eſt, &c. pag.38.b.481.a. 507.a.525.a.560.a
Deum nemo vidit vnquam. p.181.a
Hic eſt qui Baptizat in Spiritu ſancto. p. 380.a
Tu vocaberis Cephas, &c. p.123.b
2 *Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ. &c. p.579.b*
Quid mihi & tibi eſt mulier, &c. p.212.a
Vt autem guſtauit Architriclinus aquam vinum factam, &c. p.485.a.
Inuenit in templo vendentes boues & oues, &c. p.599.a
Soluite templum hoc, &c. p.54.a.55.b
3 *Niſi quis renatus fuerit denuò, &c. pag.383.b. 388.a*
Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, &c. 383.b.384.b.385.b.392.b.393. 396.b.399.a.501.a.593.b
Quod natum eſt ex carne, caro eſt, &c p.71.a
Qui credit in Filium, habet vitam æternã. p.395.
Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, &c. 42.b.42.a.398.a
Vt omnis qui credit in ipſum, non pereat, &c. pag. 395.396.a
4 *Quinque enim viros habuiſti, &c. p.584.a*
Spiritus eſt Deus, &c. p.71.a.492.b
Sed venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores, &c. p.300.b.308.b
5 *Sicut enim Pater habet vitam in ſemetipſo, &c. pag.25.b*
Et poteſtatẽ dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis eſt p.124.b.593.a
Venit hora in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem Filij Dei, &c. p.125.a
Si enim crederetis Moyſi, crederetis forſitã & mihi: de me enim ille ſcripſit. p.279.b
De probatica piſcina, &c. p.381.a
6 *Operamini non cibum qui perit, &c. pagina 57.b*
Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum quem miſit ille. p.23.a.234.a
Non Moyſes dedit vobis panem de cœlo, &c. pag.57.b.
Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater qui miſit me, traxerit eum. p.13.336.a.338.a
Niſi manducaueritis carnem Filij hominis. &c. p.344.

pag.344.b.399.b.486.a.487.b.489.b. 503.a
508.b.509.a.515 b.531.b.557.a.593.b
Verba quæ ego locutus ſum vobis, Spiritus & vita ſunt. p 504.a.507.
*Hic eſt panis qui de cælo deſcendit, &c.*p.501.b.504.a
Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. p.483.a.487.a.490.b.518.557.a
In me manet, & ego in illo p.503.b.508.b
Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. pagina 509.b
Hoc vos ſcandalizat? Si ergo videritis Filium hominis aſcendentem vbi erat prius, &c. pag.58.a.510. b 515.b
*Durus eſt hic ſermo, &c.*p.510.b.511.b
Spiritus eſt qui viuificat caro non prodeſt quicquam. p. 484.b.491.a.503.b.507.566.a
Domine ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. pag. 111.a
8 *Ego ſum lux mundi.*p.438.b.545.a
*Si vos manſeritis in ſermone meo, vere diſcipuli mei eritis.*p.126.a
*Si ergo vos Filius liberauerit, verè liberi eritis.*p.126.a 171.b.334.b.337.b
*Vos ex patre diabolo eſtis, &c.*p.138.b
*De muliere adultera.*p.438.a
9 *Scimus autem quia peccatores Deus non audit, &c.*pag. 411.a
11 *Lazare veni foras, &c.*p.418.1.419.a
12 *Et ego ſi exaltatus fuero à terra, &c.*p.53.b
13 *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus.* pagina 15.a
Si non lauero te, non habebis partem meum. pagina 114.b
Et poſt buccellam introiuit in eum Satanas. pagina 560.b
*Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus.*p.372.b
Loculos habebat Iudas p.347.b
14 *Qui videt me, videt & Patrem, &c. Non creditis quia ego in Patre, &c.*p.15.b.16.b.517.a
*Et alium Paraclitum dabo vobis, vt maneat vobiſcum, &c.*p.537.b
*Si diligitis me, mandata mea ſeruate.*p.143.b
Opera quæ ego facio, & ipſe faciet, &c. pag.143.a. 438.b
In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. pag. 134.a. 397.a
Venit enim Princeps huius mundi, & in me, &c. pag. 42.a
*Pacem meam do vobis, &c.*p.500.a
15 *Qui manet in me, & ego in eo: hic fert fructum, &c.* p. 136.a.566.a
*Ego ſum vitis vera, &c.*p.494.a
Si manſeritis in me, &c p.77.b.138.a
16 *Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis, &c.*p. 131.a.419.b
17 *Et nunc, clarifica me tu Pater apud temetipſum, &c.* p.45.a
Et mea omnia, tua ſunt: & tua mea ſunt. pagina 15.b
Ego in eis, & tu in me, vt ſint conſummati in vnum. p. 488.b
19 *Erat autem tunica inconſutilis, &c.*p.113.b
*Ex illa hora accepit eam, &c.*p.111.b
Vnus militum lancea latus eius aperuit, &c. p. 371.a.530.b
Non haberes aduerſum me poteſtatem, &c. pag. 358 b
*Os non comminuetis ex eo, &c.*p.451.a
20 *Noli me tangere: nondum enim aſcendi ad Patrẽ.* p 51.a
Venit Ieſus ianuis clauſis, &c. pag. 516. 517. 518.
Accipite Spiritum ſanctum: Quorum remiſeritis peccata, &c pag. 21.b. 73.b. 111. 423.b. 427.a.419.a
21 *Alius te cinget, & ducet quò tu nõ vis.*p. 116.b
Quæ ſi ſcriberentur per ſingula, &c p.132.a

Act. Apoſt.

Cap. 1 A*ccipietis virtutem ſuperuenientis Spiritus ſancti in vos, & eritis mihi teſtes, &c.* p. 99.
Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum, &c. pag. 519.a
2 *Quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni, iuxta quod, &c.*p.51.b
*Erant autem perſeuerantes, &c.*p.310.b.563. a
*Pœnitentiam agite, & Baptizetur vnuſquiſque veſtrum, &c.*p 181.b
*Saluamini à generatione iſta praua.*p.181.b
Seditque ſupra ſingulos eorum. pagina.416. b. 418.a
5 *Anania, cur tentauit Satanas cor tuum, &c?* p. 191.a
*Ita vt in plateis eijcerent infirmos, & ponerent in lectulis & grabatis, &c.*p.15.b
*Obedire oportet Deo magis quàm hominibus.*pag. 111.a
*Poſt hunc extitit Iudas Galilæus in diebus profeſſionis & auertit populum poſt ſe, &c.*pag. 111.a
6 *Nos orationi inſtantes erimus, &c.*p.309.a
8 *Date & mihi hanc poteſtatem, vt cuicunque impoſuero manus, &c.* pagina. 418.b. 421.b
9 *Surge, & ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere, &c.*pagina.393.a 438.b
Fuit quædam diſcipula nomine Tabitha, &c. pag 141.b
10 *Ieſum à Nazareth: quomodò vnxit eum Deus Spiritu ſancto & virtute, &c.*pagina 408.b. 418.b
Mihi oſtendit Deus neminem communem aut immundum dicere hominem, &c. pagina. 394.a
Iuſsit eos Baptizari in nomine Dñi Ieſu Chriſti. p.370.b
12 *Oratio autem fiebat ab Eccleſia, &c.* pagina. 309.a
13 *Tunc ieiunantes, & orantes, imponenteſque eis manus, &c.*p.567.a.591.b

Reſiſtebat autem illis Elymas magus, &c. pagina 376.b

14 *Barnabas & Paulus conſciſſis tunicis ſuis exilierunt in turbas, &c. p. 162.a*

15 *Fide mundans corda eorum. p. 398.b*

17 *Inueni & aram, in qua ſcriptum erat: Ignoto Deo. p. 411.a*

19 *Multi credentium veniebant confitentes & annunciantes actus ſuos. p. 428.b. 432.b*

21 *Huic erant quatuor filiæ virgines prophetantes. pag. 599.a*

Ad Romanos.

Cap.

1 *IVſtus autem ex fide viuit. p. 135.b*

Maſculi in maſculos, &c. p. 127.b

2 *An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis? Ignoras, &c. pag. 72.b. 73.a 332.b*

Non enim auditores Legis iuſti ſunt apud Deum: ſed factores legis, &c. pag. 134.b. 136.b

3 *Faciamus mala vt veniant bona. p. 135.a*

Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem ſine operibus Legis p. 135.b. 136.b. 137.a

4 *Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi, &c. pag. 137.a. 395.b. 399.a*

Ei autem qui operatur merces non imputatur ſecundùm gratiam &c. p. 135.b. 143.a

Traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram p. 280.a

5 *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis. pag. 87.a. 135.a 271.a*

Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, &c. pag. 261.a. 384.a. 387.a. 396.b. 397.b. 399.b. 400.a

Nam iudicium quidem ex vno, in condemnationem: gratia autem ex multis, &c p. 394.b. 395.a

Vbi autem abundauit delictum: ſuperabundauit, &c. p. 135.

6 *Conſepulti enim ſumus cum illo per Baptiſmum in mortem: vt quomodo, &c. p. 382. 383.b. 384.a. 387.b 389.b. 393.a*

Non ergo regnet peccatũ in veſtro mortali corpore, &c. p. 265.a

Cum enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis, &c. pag. 334.b

Gratia autem Dei, vita æterna, &c. pagina. 135.b. 136.a

7 *Nam quæ ſub viro eſt mulier: viuente viro alligata eſt Legi, &c. p. 578.b*

Non enim quod volo bonum, hoc ago, &c. pag. 274.a 330.a

Scio enim quia non habitat in me (hoc eſt, in carne mea) bonum, &c. p. 164.a. 387.a

Condelector enim Legi Dei ſecundùm interiorem hominem: video autem aliam Legẽ, &c. p. 263.b. 264.b. 387.b

Infelix ego homo quis me liberabit, &c? pag. 234.a 263.b. p. 264.a

8 *Sapientia carnis, inimica eſt Deo, &c. p. 110.b*

Vos autem in carne nõ eſtis, ſed in Spiritu, &c. p. 281.

Qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra, &c. p. 16.a 124.b

Qui proprio Filio non pepercit, &c. p. 560.a

Si enim ſecundùm carnem vixeritis, moriemini: &c. p. 281.

Non enim accepiſtis Spiritum ſeruitutis iterum in timore &c. p. 99.b

Ipſe enim Spiritus teſtimoniũ reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus Filij Dei: &c. p. 81.a

Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram: nam quid oremus ſicut oportet, neſcimus, &c. &c. p. 311.

Scimus autem quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur, &c. p. 274.

Nam quos præſciuit: & prædeſtinauit conformes, &c p. 79.

Certus ſum enim quia neque mors, neq; vita, &c. p. 78.b. 80.b

9 *Non enim omnes qui ex circumciſione ſunt Iſrael, ij ſunt Iſraelitæ: &c. p. 376.b*

Igitur non volentis, neque currentis, &c. pag. 336.a. 337.a

Si fuerit numerus filiorum Iſraël tanquàm arena maris, &c p. 78.a

11 *Sic ergo & in hoc tẽpore, reliquiæ ſecundũ electionem gratiæ Dei, &c. p. 78.a. 135.b. 136.a*

Noli altum ſapere, ſed time. p. 77.b

12 *Obſecro itaque vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra, &c p. 600.b*

Vnicuiq; ſicut Deus diuiſit menſuram fidei, &c. p. 13.a

Neceſſitatibus ſanctorũ cõmunicãtes p. 364.a

Cũ omnibus hominibus pacẽ habentes. p. 219.a

13 *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus, &c pag. 210.b*

Nox præceſſit, dies autem appropinquauit, &c. p. 523.a

Carnis curam ne feceritis in deſiderijs p. 227.b. 235.b

14 *Qui autem infirmus eſt, olus manducet. p. 485.b*

Alius iudicat diem inter diem p. 464.b

Omnia quidem ſunt munda, &c. p. 469.b

Non eſt enim regnum Dei eſca & potus, &c. pag. 471.a

15 *Debemus autem nos firmiores, imbecillitates, &c. p. 428.b*

16 *Deus autem conterei Satanam, &c. p. 234.b*

Pri. Ad Corinth.

Cap.

1 *IDipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata, &c. p. 466.a*

2 *Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus, &c p. 16.a*

Non enim iudicaui me ſcire, &c. p. 490.a

Animalis autem homo non percipit ea, &c. pag. 410.a

Tanquàm paruulis in Chriſto, lac vobis potum dedi, &c. p. 485.b

Itaque neque qui plantat eſt aliquid, &c. pag. 375.b

Si quis

Si quis autem ſuperædificat ſuper fundamentum hoc, aurum, argentum, &c. p. 544.b
Qui adhæret Deo, &c. p. 504.a
Neſcitis quia templum Dei eſtis, &c. p. 162.b. 194.b 194.b
4 Nihil enim mihi conſcius ſum, &c. p. 78.b. 439.b
Quid habes quod non accepiſti? p. 13.a. 345.b
5 Tradere huiuſmodi hominem Satanæ in interitum carnis, &c. p. 109.a. 416.a. 451.a. 455.b
Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. pagina 503.b
6 Audet aliquis veſtrum habens negotium aduerſus alterum, iudicari, &c. p. 117. 118.b. 119.a
Sed abluti eſtis, &c. p. 118.a
Neſcitis quoniam Angelos iudicabimus, &c. pagina 64.a
Nolite errare: neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, &c. p. 136.b
Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt: &c. Eſca ventri, & venter eſcis, &c. p. 410, b. 471.a
Neſcitis quoniã corpora veſtra, mẽbra ſunt Chriſti? &c. p. 194.b. 473.b. 577.b
Empti enim eſtis pretio magno, &c. p. 115.b
Qui adhæret Domino, vnus Spiritus eſt. p. 565.b
7 Bonũ eſt homini mulierem non tangere, &c. p. 135.a
Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, &c. p. 193.b 576 b
Si ſe non continent, nubant. p. 193.b. 137.a
Melius eſt. n. nubere, quam vri. p. 191.b
Nam cæteris ego dico, non Dominus: Si quis frater vxorem habet infidelem, &c. p. 581.b. 583.a
De virginibus autem præceptum Domini non habeo, conſilium autem do tanquam miſericordiam conſequutus à Deo, &c. p. 586.a
Et ſi nupſerit virgo, non peccauit, &c. pag. 194.b. 586. 587.b
Tempus breue eſt: reliquum eſt vt & qui habent vxores, tanquàm, &c. pag. 130.a. 601.a. 602.b
Et mulier innupta & virgo cogitat quæ Dñi ſunt, &c. p. 194.b. 130.a. 576.b
Pretio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum. p. 41.b
Vt vacetis orationi, &c. p. 587.b
Manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari. pagina 581.b
Igitur & qui matrimonio iungit virginem ſuam, &c. p. 577.a
Mulier alligata eſt Legi quanto tempore vir eius viuit, &c. p. 580.b. 581. 583.b
Beatior autem erit ſi ſic permanſerit, &c. pagina. 190.a
8 Scientia inflat, Charitas verò ædificat. p. 507.a
9 Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne forte, &c. p. 78. 80.b. 134. 135.b
10 Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, &c. pag. 381.a. 393.a. 532.b
Quæ immolant gentes, dæmonijs immolant, &c. pagina 531.b
Quoniam vnus panis, & vnum corpus multi ſumus, omnes, &c. p. 501. 551.a. 564.b
Calix benedictionis, &c. p. 488.b. 493.b
Panis quem frangimus, &c. p. 541.a
Nolo autem vos ſocios fieri dæmoniorũ. Quia non poteſtis calicẽ Dñi bibere, &c. p. 468.b. 495.a. 559.a
Tentatio vos non apprehendat, &c. pag. 355.a. 358.b
11 Laudo autem vos fratres, quòd per omnia mei memores eſtis, &c. p. 171.b
Quotieſcunque manducabitis panem hunc, &c. p. 494.b
Conuenientibus ergo vobis in vnum, &c. pag. 501.a
Ego enim accepi à Dño quod & tradidi vobis, &c. p. 480.b. 486.a
Itaque quicunque manducauerit panẽ, &c. pag. 495. 559.
Probet autem ſeipſum homo, &c. p. 563.a
Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, &c. pagina. 501.a. 508.b. 509.a. 515.b. 531.b. 556.b. 560. 561.b. 566.b
Si nos ipſos iudicaremus, &c. p. 505.b
12 Sicut enim corpus vnũ eſt, & mẽbra habet multa, &c. p. 86.b
Et quoſdam quidẽ poſuit Deus in Eccleſia, primũ Apoſtolos, &c. p. 88.a. 101.a
Nunquid omnes gratiam habent curationũ? &c. pag. 300.b
Si linguis hominum loquar, & Angelorum, &c. pag. 308.a
Charitas nunquàm excidit, &c. p. 451.b
Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, &c. p. 174.b. 171.a
Nunc autem manent, Fides, Spes, Charitas, &c. pag. 143.b. 334.a
15 Vt ſit Deus omnia in omnibus. p. 7.
Omnes nos manifeſtari oportet, &c. pagina. 547.a
Quotidie morior per veſtram gloriam fratres, &c. p. 189.a
Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione, &c. Seminatur corpus animale, &c. 164.a 166.b. 379.b
Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, &c. 101.a
Nouiſſimè autem inimica deſtruetur mors, &c. p. 53.a. 173.b
Vnuſquiſque in ſuo ordine, primitiæ Chriſtus, &c. p. 171.b
16 Per vnam Sabbathi vnuſquiſq; veſtrum apud ſe ſeponat, recondens, &c. p. 143.b

2. Ad Corinth.

Cap.
1 Vt ex multarum perſonis facierum, &c. pag. 541.b
Qui ex tantis periculis eripuit nos, &c. p. 309.a
2 Cui autem aliquid donaſtis, & ego. &c. p. 115.a 431.
Vt non circumueniamur à Satana, &c. p. 436.b
Alijs quidẽ odor mortis in mortẽ, &c. p. 559.b 560.b
3 Non in tabulis lapideis, ſed in tabulis, &c. pag. 281.a. 338.a
Litera enim occidit, Spiritus autẽ viuificat. pagina 170.b

5 *Charitas enim Chriſti vrget nos, æſtimãtes hoc, quoniam, &c.p 560.a*
Si qua ergo in Chriſto noua creatura: vetera tranſierunt, &c p 136.a. 481.b
6 *Os noſtrum patet ad vos, ò Corinthij, &c. pagina 77.b*
Nolite iugum ducere cum infidelibus, &c. pag. 560.b. 583.a
Seculi triſtitia mortem operatur.p.437.b
Ecce enim hoc ipſum ſecundùm Deum contriſtari vos, &c.p.447.b
9 *Non ex triſtitia, aut ex neceſſitate, &c.p. 244.b*
Præter illa quæ extrinſecus ſunt: inſtantia mea quotidiana, &c.p.113.a
12 *Et ne magnitudo reuelationum, extollat me: datus eſt mihi, &c.p.77.b.303.a.311.*
Et lugeam multos ex his qui ante peccauerunt, &c. pag. 444. b

Ad Galatas.

Cap.
1 *SI quis vobis euangelizauerit præter id quod accepiſtis, &c.p.98.a.131.b*
Quæ autem ſcribo vobis, ecce coram Deo quia non mentior.p.189.
2 *Viuo autem iam non ego, &c.p.264.b*
3 *Chriſtus nos redemit de maledicto Legis, factus pro nobis maledictum, &c.p.473.a*
At vbi venit fides, iam non ſumus ſub pædagogo. pag. 332.b
Quicunq; enim in Chriſto Baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, &c.p 579.a
4 *Quoniam autem eſtis Filij Dei, miſit Deus Spiritum Filij ſui, &c p.16.a*
Tentationem veſtram in carne mea non ſpreuiſtis. pag. 358 b
Filioli mei quos iterum parturio, &c.p.431.b
5 *Nam in Chriſto Ieſu neque circũciſio aliquid valet, &c. pag.135.b.136.b*
Vos enim in libertatem vocati eſtis fratres, &c. pag. 455.a
Manifeſta ſunt autem opera carnis, &c. p.136.b
6 *Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, &c.p.78.b.431.b*
Deus non irridetur, &c.p.430.a
Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. pag. 44. b. 46.b
Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. pag. 170.b

Ad Epheſios.

Cap.
1 *SIcut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, &c.p.79.b*
2 *Conuiuificauit nos in Chriſto, & conreſuſcitauit, & conſedere fecit. &c.p.280.a*
Gratia enim eſtis ſaluati per fidem, &c p.136.a
4 *Vnum corpus & vnus ſpiritus: ſicut vocati eſtis in vna ſpe, &c.132.b.389 b.412.*
Quòd autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit primum, &c. p.51.a.53.b
Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, &c. pag.101.a.599.a
Omnis ſermo malus ex ore veſtro nõ procedat: &c. pag.118.b
Et nolite cõtriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis, &c.p.16.a
5 *Redimentes tempus, quoniã dies mali ſunt. pag. 345.b*
Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, &c.p.380.a.386.a.495.a. 577. 579.a.606.b
Non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, &c.p.97.99.a.273.b
Nemo vnquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet eam, &c.p.24.b.266.
Membra ſumus corporis eius, de carne eius & de oſſibus eius.p.481.a
6 *Filij obedite parentibus veſtris in Domino, &c. p.112.b*

Ad Philippenſes.

Cap.
1 *VObis donatum eſt pro Chriſto, non ſolùm vt in eum credatis. &c p.11.b*
Super cõmunicatione veſtra in Euangelio Chriſti, &c.p.124.a
2 *Cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualẽ Deo, &c.p.16.b.51 a.530. b.560.a*
Mortem autem Crucis.pag.46.b.
In nomine Ieſu omne genu flectatur, &c.p.308.a 530.a
Cum metu & tremore veſtrã ſalutem operamini. p.143.a.336.b
3 *Vnum autem: (quæ quidem retro ſunt obliniſcens, ad ea verò quæ ſunt priora, &c.)p.273.b*
Quicunq; ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus: & ſi quid aliter ſapitis, &c p.132.b.273.b
Multi enim ambulant, quos ſæpe dicebam vobis, (nunc autem & flens dico), inimicos crucis Chriſti, &c.p.44.
Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt.p.567.b

Ad Coloſſenſes.

Cap.
1 *QVi eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum, &c.p.383.a*
Pacificans per ſanguinem Crucis eius ſiue quæ in terris, &c.p.334.a
2 *In ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: &c.p.15.b*
In quo & circumciſi eſtis circumciſione non manu facta, &c.p.381.a.383.a
Conſepulti ei in Baptiſmo: in quo & reſurrexiſtis per fidem, &c.p.383.a
3 *Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, &c.p.180.a*
Induite vos ergo ſicut electi Dei, ſancti, &c. pag. 142.b
Filij, obedite parentibus, &c. Patres, nolite ad indignationẽ prouocare, &c.p.111. 112.b

1. Ad

2. Ad Theſſalon.

Cap.
2 *Itaque fratres ſtate, & tenete traditiones quas didiciſtis ſiue per ſermonem, &c. p. 170.b. 171.b*
3 *Corripite vt fratrem. p. 110.a*
Non enim omnium eſt fides p. 162.b

1. Ad Timoth.

Cap.
1 *Quos tradidi Satanæ, vt diſcant non blaſphemare. p. 109.a*
2 *Pro Regibus, & omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt, &c. p. 110.*
Similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia & ſobrietate ornantes ſe, &c. p. 130.b
3 *Vnius vxoris virum. p. 601.a*
4 *Abſtinere à cibis quos Deus creauit, &c. pag. 468.b 471.a*
Omnis creatura Dei bona eſt, &c. p. 14. 471.b
5 *Nam quæ in delitijs eſt: viuens mortua eſt, &c. p. 135.b*
Si quis autem ſuorum; & maximè domeſticorum, &c. p. 112.a
Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. p. 190.a. 194.b. 584.b. 586.a. 587.b
Volo autem iuniores nubere: filios procreare, matresfamilias eſſe: &c. p. 190. 576.b. 600.b
Aduerſus Presbyterum accuſationem noli recipere, &c. p. 600.a
Peccantes, coram omnibus argue: &c. p. 109.b
6 *Eſt autem quæſtus magnus, pietas cum ſufficientia, &c. p. 330.b*
Qui ſolus habet immortalitatem, &c. p. 17.a
Quem nullus hominum vidit, &c. p. 181.a

2. Ad Timoth.

Cap.
1 *Admoneo te vt reſuſcites gratiam Dei, &c. pagina 594.b*
2 *Cognouit Dominus qui ſunt eius, &c. p. 79.*
Seruum autem Domini non oportet litigare: & p. 117.a
Ne quando Deus det illis pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, &c. pag. 448.a

Ad Titum.

Cap.
1 *Conſtituas per ciuitates Presbyteros, &c. p. 601.a*
Confitentur ſe noſſe Deum: factis autẽ negant: &c. p. 81.a. 138.b
Omnia munda mundis, &c. p. 464.b
3 *Admone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, &c. p. 110.b*

Ad Hebræos.

Cap.
2 *Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, &c. p. 53.b*
5 *Perfectorum autem eſt ſolidus cibus, &c. p. 485.b*
6 *Non rurſum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, &c. p. 431.b*
7 *Hic enim Melchiſedech, Rex Salem, ſacerdos Dei ſummi, &c. Sine Patre, ſine matre, &c. p. 499.b. 500.a. 531.a.*
Translato enim ſacerdotio, neceſſe eſt vt & Legis translatio fiat. p. 201.a
9 *Poſt velamentum autem ſecundum tabernaculũ, &c. In qua vrna aurea, &c. p. 408.b*
Semetipſum obtulit immaculatũ Deo. p. 453.b
Et vrnam auream habentem Manna. p. 531.b
Hic ſanguis teſtamenti, quod mandauit ad vos Deus, &c. p. 500.a
10 *Qui Filium Dei conculcauerit, &c. p. 558.a*
11 *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. p. 398.b*
13 *Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus, &c. p. 193.b*
Quorum intuentes exitum conuerſationis, &c. pag. 471.a

Epiſtola Iacobi.

Cap.
1 *Vnuſquiſque verò tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus, &c. p. 261.b*
2 *Quicunque autem totam Legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus. pag. 138.a*
Superexaltat autem miſericordia iudicium, pag. 193.b. 474.a
Et dæmones credunt, & contremiſcunt. p. 135.b
Fides ſine operibus mortua eſt. p. 81.a. 134.b 136.b. 137. 144.b. 135.b
4 *Et nunc, qui dicitis, Hodie aut craſtinò ibimus in illam ciuitatem, &c. pro eo vt dicatis, Si Dñs voluerit, &c. p. 190.b*
5 *Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, &c. pag. 570.b. 571.*
Confitemini ergo alterutrum peccata veſtra. pag. 447.a

Epiſt. 1. Petri.

Cap.
2 *Vos autẽ genus electũ, regale ſacerdotiũ, gens ſancta, &c. pag. 408.b. 417.b. 570.b. 600.b*
Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, &c. p. 188.a
3 *Quarum non ſit extrinſecus capillatura, &c. pag. 130.b*
Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, &c. vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, &c. p. 53.b
4 *Tempus eſt vt incipiat iudicium à domo Dei, &c. p. 174.b*
5 *Salutat vos Eccleſia quæ eſt in Babylone collecta. p. 115.a*

Epiſt. 2. Petri.

Cap.
2 *Delitijs affluentes, in conuiuijs ſuis luxuriantes vobiſcum, oculos habentes plenos adulterij, &c. p. 127.a*

Epiſt.

Epiſt. 1. Ioan.

Cap.
1 *SI dixerimus quoniam peccatum non habemus: ipſi nos ſeducimus, &c p.273.b.364.a*
Si confiteamur peccata noſtra. &c.p.439.a
2 *Ex nobis prodierunt: ſed non erant ex nobis, &c. pag. 96.b*
3 *Ab initio diabolus peccat p.261.b*
In hoc apparuit Filius Dei, vt diſſoluat opera diaboli, &c.p.165.b
Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit, &c. p 77.b
Omnis qui odit fratrem ſuũ, homicida eſt, &c. p. 159. a
4 *Chariſſimi, diligamus nos inuicem: quia charitas ex Deo eſt.p.335.b*
Qui non diligit, non nouit Deum p.245.a
5 *Eſt peccatum ad mortem: non pro illo dico vt roget quis. p 73.b.*

Epiſtola Iudæ.

HI ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes, &c.p.87.a

Apocalypſis.

Cap.
2 *VIncenti dabo Manna abſconditum. pag. 532.b*
5 *Et vidi in dextera ſedentis ſupra thronum, librũ ſcriptum intus & foris, ſignatum ſigillis ſeptem.p.102.b*
14 *Et vocem quam audiui ſicut citharœdorum citharizantium in citharis ſuis, &c. pagina 294.a*
Hi ſequuntur Agnum quocunq; ierit.p. 289.b 300.b
17 *Veni & oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ, &c.p.230.b*
19 *Et cecidi ante pedes eius, vt adorarẽ eum, & dicit mihi, Vide ne feceris: cõſeruus enim tuus ſum, &c.p.162.*
20 *Beatus & ſanctus qui habet partem in reſurrectione prima, &c p.545.a*
Erunt Sacerdotes Dei & Chriſti, &c. pagina 600.b
Et mors & infernus dederunt mortuos ſuos qui in ipſis erant, &c p.225.b
22 *Vide ne feceris, &c. Vide ſup. Cap. 19.*

Finis Indicis locorum Sacræ Scripturæ.

INDEX RERVM AC VERBORVM.

Abagarus.

ABAGARO miſſa eſt Chriſti imago.pag.171.a.

Abdicare.

Abdicatio rerum temporaliũ.p.345.b.346.

Abluere.

Abluemur quomodò à veteri opprobrio,vt induamus nouã pulchritudinẽ.p.280.b.
Abluitur aliter corpus,aliter anima.p.382.a

Abraham.

Abrahæ nihil profuiſſet obediẽtia ſine fide,neq; fides ſine obedientia.p.137.b.
Abrahæ filios ex lapidibus ſuſcitare poteſt Deus.p.138.a.
Abraham coniugatus habet meritum ſicut continens.p.193.b.

Abrenũciare. Abrenũciatio.

Abrenunciatur ſatanæ in Baptiſmo.p.102.
Abrenuncians diabolo, nulla re cũ eo participare debet.p.405.b.
Abrenunciatio in Baptiſmo. p. 404. 405. 406.

Abſoluere.

Abſoluendi ſunt pœnitentiam poſtulantes per ſigna,ſi loqui non poſſunt.p. 448. b.

Abſtinentia: Abſtinere.

Abſtinẽt à cibis aliter Catholici, aliter hæretici.p.24.a.
Abſtinẽtia neceſſaria fuit ad felicitatẽ paradiſi.p.235.a.
Abſtinẽtię encomium.p.467.b.468.469.470.
Abſtinentia variarũ gentium & temporũ. p.465.a. 469.b.470.a. 471.
Abſtinendum à carnibus,vino,ſanguine,& nuptijs,quo fine.p.467.468.469.472,a
Abſtinendum ab immolatitio.p.468.b.

Acolytus.

Acolytorum officium.p.595.597.a.598.b.

Adam.

Adam mortem vniuerſis intulit.p.42.a.
Adam expandit manum ad pomotũ dulcedinem, Chriſtus ad Crucis amaritudinem.p.42.a.
Adam ex inferno liberatus fuit.p.51.b.
Adæ plaſmationis cum incarnatione Chriſti,ſimilitudo.p.363.b.
Adæ peccatum tranſijt in filios non imitatione, ſed propagatione.p.262.b.
Poſt Adæ peccatum neceſſe eſt, vt libidini ſeruiat qui pugnare neglexerit.p.264.b.
Adæ pœnitentia.p.435.b.
Adam præceptum ieiunij accepit, & fregit.p.456.b.
Adam in paradiſo an fuerit beatior quolibet iuſto.p.79.a.

Adiurare.

Adiurare dæmones vt ab obſeſſis exeant. p.188.a.

Adorare.

Adorandi ſunt non ſolùm Deus, ſed etiam Chriſtus,& Angeli.p.159.

Adultera. Adulterium.

Adultera non eſt vxor quæ neſciens nubit alteri.p.580.
Adulterium ſpirituale. p.192.b.193.b.
Adulterium eſt fructus concupiſcentiæ. p. 229.a.

Ædificare.

Ædificat ſuper arenam qui non facit quæ iubet fides.p.137.a.

Affectus.

Affectus feruẽtior ſi præcedat, dignior ſequetur effectus.p.308.b.

Affli-

Afflictio.

Afflictio corporis, vitam confert ſpiritus. p.451.a.
Afflictiones libenter tolerandæ.p.44.b.

Agnus.

Agnus Dei immolatur in Miſſa.p.526.a.

Altare.

Altaria ſoli Deo conſtituuntur, quanuis in memorias martyrum.p.161.b.288.b.
Altare eſt ſedes corporis & ſanguinisChriſti.p.532.a.
In altari multa beneficia hominibus cõferuntur.p.532.b.
Ad altare Dominicum quomodò accedẽdum.p.561.b.
Altare incenſatur.p.539.a.

Amare. Amor. Amicus.

Amandus Deus quantùm amabatur mundus.p.143.b.
Amat minus Deum, qui aliud ſimul amat non propter Deum.p.195.b
Amor Dei & proximi, charitas dicitur. p.143.b
Amor huius ſeculi,cupiditas dicitur. ibidẽ.
Amor ſui. Vide Dilectio.
Amicus peccatorum,animæ ſuæ eſt inimicus.p.477.b

Ambroſius.

Ambroſius non audet ſacrificium offerre pro Theodoſio.p.525.a
Ambroſius orat & offert hoſtiam pro defuncto.p.548.b
Ambroſio morituro datur viaticum.p.568.a
Ambroſij cœlibatus, laborioſus videbatur Auguſtino.p.602.a

Ambulare.

Ambulare ſecundum carnem,vel ſpiritum, quid ſit.p.281.a

Amen.

Amen, quid ſignificet. pag.358, b,487.b. 492.b
Amen,cùm reſpondet populus, ſacerdotis voces vt proprias ſibi aſſumit.p.310.a

Anathema.

Anathema quiſquis annunciauerit Eccleſiam præter communionem omniũ gentium.p.98.a

Angeli.

Per Angelos Deus loquitur & operatur. p.23.b
Angeli nolunt ſibi tribui honorem ſoli Deo debitum.p.162.
Angeli, Dei contemplatione beati ſunt. p.162.b
Angeli quomodò honorãdi.p.162. b.294.b 295.b
Angeli,conſerui hominum.p.162.b
Angelis quædam tribuuntur propter operũ ſimilitudinem.p.163.a
Angeli noſtra norunt: & pro nobis, & nobiſcum orant.p.287.b.292.a
Angelorum panẽ manducat homo.p. 502.b 515.a
Angelis denegata eſt poteſtas data ſacerdotibus.p.111.a

Anima.

Animas poſt mortem permanſuras, etiam Stoici docuerunt.p.124.b
Anima quę non ſuſcepit Baptiſmum,in iudicio accipiet corpus ad pœnã.p. 400.b
Animas Chriſto lucrari, quanti meriti ſit. p.473.a

Antichriſtus.

Antichriſti tempore ceſſabit ſacrificium. p.567.b

Apollo.

Apollinis ſimulacrum fulmine comminutum.p.164.a

Apoſtata.

Apoſtatis neganda Euchariſtia ante veram pœnitentiam.p.454.a
Apoſtata à fide,licet fidẽ perdat,non amittit Sacramentum fidei in Baptiſmo acceptum.577.a

Apoſtolus. Apoſtolicus.

Apoſtolica fides vna tantùm eſt. pagina. 15.a

Apoſtoli quomodò iudicaturi duodecim tribus Iſrael.p.63.b
Apoſtoli quid amplius habebunt in iudicio, quàm Regina Auſtri & Niniuitæ.p.63.b
Apoſtoli non ſoli cum Chriſto iudicabunt. pag.64.a
Apoſtolus:quid.p.88.b
Apoſtoli tradiderunt quæ neceſſaria erãt. pag.104.a
Apoſtoli quo tempore docuerunt. pagina. 116.b
Apoſtoli explanarũt multa quæ anteà erãt obſcura.131.a
Apoſtolis multa fuerunt occulta, quæ nũc ſunt propoſita etiam catechumenis.ibidem.
Apoſtolicæ doctrinæ laus.p.131.b
Apoſtolorum ſepulcra & Natalitia, clara ſunt.161.a
Apoſtoli,magni pugiles.p.165.a
Apoſtoli,capitis ſui periculo veritatẽ protexerunt.p.165.a
Apoſtoli plura miracula fecerũt poſt mortem,quàm in vita.p.299.a
Apoſtolis commiſſa ſunt ſecreta myſteriorum diuinorum.p.379.b
Apoſtolis Chriſtus quodammodò Diuinæ naturæ dignitatem ac poteſtatẽ largitus eſt.p.426.a
Apoſtoli dicuntur Coloniæ.p.99.b

Aqua.

Aquæ ſanctificatio ad Baptiſmum.p.380.a. 405.a.406.a.407.b
Aqua, ſobrius eſt potus ſitientibus.p.506.a

Aquila.

Aquila poſt mortem renaſcitur ex ſuis reliquijs.p.373.a

Arca.

Arcæ Noẽ oſtium, deſignat vulnus lateris Chriſti.p.371.a
Arcæ Noẽ comparatur Romana Eccleſia. p.114.a
Arculam quiſque domi habeat ad recõdendas eleemoſynas.p.243.b

Ars.

Ars diuina vbique perfecta.p.44.a.

Aſcenſio.

Aſcenſio Chriſti comprobat corporalẽ eius præſentiam in Euchariſtia.p.515.b

Auaritia.

Auaritia,animi inopia eſt.p.217.a
Auaritia Religioſis, & omnibus deteſtanda.p.347.b
Auaritiæ memorabile exemplum. p.347.b

Audire.

Audit Deus ſolius cordis & mentis clamorem.p.310.b

Auguſtinus.

Auguſtinum quæ teneant in Eccleſia Catholica.p.87.a
Auguſtini dubitatio, quomodò Sancti adſtent in diuerſis locis.p.161.b
Auguſtinus inuocat Sanctos,vt pro ſe orẽt. p.291.b
Auguſtinus Baptizatus à B. Ambroſio. p. 464.a
Auguſtinus indignum ſe reputauit ſacris Ordinibus.p.597.a

Author. Authoritas.

Author malorum non eſt Deus.p.355.b
Authoritas Eccleſiæ miraculis inchoata, ſpe nutrita,charitate aucta,vetuſtate firmata.p.87.a

Auxilium.

Auxilio Dei indigemus ad ſuperandas tentationes.p.355.a
Auxilium Dei maximè implorãdum. pag. 287.a

B

Balneum.

Balnea ne adeant virgines.p.226.a
A Balneis abſtinendum.p.469.a

Balſamum.

Balſamum oleo mixtum,quid ſignificet. p. 416.b.420.a

Baptiſmus. Baptizare.

Baptiſmus datus extra Eccleſiam, valet. p.411.b
In Baptiſmo trina merſio.pag.102.a.131.b. 406.a.416.b.419.a
Baptiſmus tollit quidquid propriè rationē habet peccati.p.262.b
Per Baptiſmum omnia peccata dimittuntur.p.274.b.280.281.283.a 386.387.b. 400.b.426.b
Baptiſmus delet peccata præterita,& confirmat contra futura. pag.280.b.386.b
Baptiſmi perfectio ſupra circunciſionem. p.280.b.383.a.393.a
Baptiſmus è Chriſti latere.p.371.a
Baptiſmi virtus.p.372.379.381.& ſequētib. 408.b
Bptiſmi vis demõſtrata in Probatica Piſcina.p.372.b.381.a
Per Baptiſmum Deo renaſcimur. p.373.a. 376.b 379.b.395.b
Baptiſmus quando ſuſcipienti proſit,quando non proſit.p.376.
Baptiſmi ritus,& effectus. pag.376.b.379. 381. 382.b.383. 384. 385. 386.b. 405.b. 406.a
Baptiſmum dandum eſſe paruulis, conſtat. p.379.b.393. b.394.b.395.396.397. 398. 399. 400.
Baptiſmus quid auferat,& quid relinquat. p.379.b
Baptiſmus lauat animā,ſicut aqua corpus. p.380.b
Baptiſma vnicum.pag.381.a.384.b.388.a. 389.b
Baptizamur carnales, reſurgimus ſpirituales.p.379.b.380.b
Baptiſmus debet dari exprimendo nomina ſingularum perſonarū ſanctiſsimæ Trinitatis.p.380.b
Baptiſmus, mortis & reſurrectionis figura ac typus.p.381.
Baptiſmi encomium.p.381.386.b
Baptiſmi varia nomina.p.381.b.385.a
Per Baptiſmum cum Chriſto ſepelimur, vt cum eo reſurgamus. pag. 380. b.381.a. 389.b.
Baptiſmus cur conſtet aqua & Spiritu, hoc eſt, re viſibili & inuiſibili. pagina.381. 383.b
Baptiſmus quid ſit.p.382.a
In Baptiſmo omnes vires amittit diabolus. pag.382.a
Baptiſmus mundat ſpiritualiter. pagina. 382.b
Per Baptiſmū eruimur à poteſtate dæmonis.p.382.b.393.b.394.a
In Baptiſmo infantes eredunt & abrenunciant diabolo per ora geſtantium. pag. 383.a.396. 397. 398. 399. 406.b
Baptiſmus non cuiuſquam eſt, ſed ſolius Dei.p.380.a.594.a
Baptiſmum non dare plenam remiſsionem peccatorum, hæreſis eſt Pelagianorum. p.383.a
Baptiſmi figuræ.p.372.b.381.a.383.b.384.a. 393.a
Baptiſmi aqua,vitalis eſt.p.384 b
Baptiſmum Chriſtus inſtituit, & præcepit. p.384.b
Baptiſmi neceſsitas & vtilitas. pag. 383. b. 385.b.387.b.392.b
Baptiſmus Ioannis,cur præceſsit Baptiſmū Chriſti.p.386.a
Baptiſmus non iterandus. p. 386.a. 387. b. 388. 389. 411. a. 412.a. 416. b. 431. b. 592.b
Sine Baptiſmo nemo ſaluatur. pagina.393. 395.a
Sine Baptiſmo nihil prodeſt pœnitētia. p. 386.a.387.b.431.
Baptiſmus,Crux eſt.p.387.b
Baptiſmus & Ordines dati à Paulianiſtis & Cataphrygis,iterantur.p.389.b
Ad Baptiſmū qui moratur accedere, habet idôlum infidelitatis.p.385.b
Sine Baptiſmo non aboletur peccatum. p. 396.502.a
Baptiſmus non ſolùm culpā, ſed etiā pœnā aufert.p.400.a.426.
Baptiſmus ſanguinis, & flaminis, ſaluant ſine Baptiſmo aquæ.p. 401. 402.
Baptiſmus in voto,ſæpe ſufficit ad ſalutem. p.401.402.
In Baptiſmo variæ partes corporis inunguntur:& quare. pagina. 407.b.408.a. 409.
Baptiſmus,ſalus dicitur.p.502.a
Baptizati exuunt veterem hominem, vt nouum induant.p.281.b.282.a
Baptizati non ſolùm fidem ſeruare debēt, ſed etiam eripere ſe ab hoc ſeculo nequàm.p.282.
Baptizati ſepeliuntur in illo aquarum elemento, vt renouati per Spiritum,reſurgant.p.380.b
Baptizati ab hæreticis & ſchiſmaticis, an rebaptizandi.p. 388. 389.a. 411. 412.413.

Baptizati, Chriſmate muniūtur, & Euchariſtiam ſumunt. p. 388.a. 407.a.409.b. 410.a.412.b.416.b
Baptizandus ſuſceptorem eligit.p.405.b
Baptizandus interrogatur.p.406.a.407.
Baptizandi exſufflātur.p.405.b.406. 407.
Baptizati induūtur veſte cādida: & quare. p.409.b.410.a.419.a
Baptizatus qui nō certò ſcitur, Baptizetur. p.410.a
Baptizatis datur Sal.p.409.a
Baptizari cur voluerit Chriſtus. pag.371.b. 376.a
Baptizare poteſt laicus vrgēte neceſsitate. p.409.a.410.b
Baptizari in morte Chriſti, quid ſit.p.389.b
Baptizari poſſunt infantes ante octauū diē. p.394.a
Cur Baptizātur filij Chriſtianorum . pag. 398.b
Baptizare ſine Chriſmate non licet, niſi in neceſsitate.p.409.a
Baptizare ex officio competit Epiſcopo & Presbytero.p.410.b
Baptizari poteſt mulier quæ à marito ſuo catechumena dimiſſa, alteri nupſit . pag. 582.a
Baptizatus eſt ſæpius quidam Iudæus doloſè.p.409.b

Baſilides.

Baſilidis martyrium.p.159.b

D. Baſilius Magnus.

Baſilius in cœlo pro nobis offert ſacrificia, & pro populo orat.p.289.a
Baſilius laudat Quadraginta martyres.pag. 299.b.
Baſilij laus.p.170.a.171.a.597.b

Beati. Beatitudo.

Beati dici poſſunt qui ſine peccato viuunt, etiam ſi incerta ſit illorum perſeuerantia.p.79.a
Beati, Creatoris participatione congaudēt, cuius æternitate firmi, cuius veritate certi, cuius munere ſancti ſunt.p.292.a
Beatorum animæ multa in Deo vident quę extra Deum ſunt.p.292.b
Beatitudines octo omnibus hominibus ſunt propoſitæ.p.116.b

Benedictio.

Benedictio aquæ Baptiſmalis, & olei vnctionis.p.102.a.421.a
Benedictionis myſticæ communio.p.518.b

Bethlehem.

Bethlehē primitias martyrum Deo obtulit. pag.203.a

Bigamus.

Bigami cenſentur qui virginitatem vouēt, & non ſeruant.p.585.a
Bigami, ſunt irregulares. p.587.a.598.a

Blaſphemia.

Blaſphemia in Spiritum ſanctum, cur grauior iudicetur quàm in Patrem & Filiū. pag.72.b

Bonus. Bonitas.

Boni malos vtiliter tolerant.p.97.b. 330.b
Boni, ſunt templa ſummi Dei. p.162.b
Bonitas ſine ratione, bonitas non eſt: neque ratio ſine bonitate, ratio eſt.p.333. b
Boni & mali differentia.p.576.b

C

Calix.

Calicis nomine, tolerātia paſsionis deſignatur.pag. 45.a
Calix myſticus percipitur ad tutelam corporis & animæ.p.500.a

Captiuitas.

Captiuitas coniugis non diſſoluit matrimonium . pag. 581. b

Caro.

Carnis inſidiæ formidandæ.p.80.b
Carnium eſus nimius, ſeminariū libidinis. pag.235.a

Caro peccati vna eſt: & alia in ſimilitudinem carnis peccati p.262.b
Caro abluitur vt anima mundetur.p.370.b. 407.a
Caro corpore, & ſanguine Chriſti veſcitur, vt anima ſaginetur.p.370.b
Caro Chriſti, viuificus panis vocatur. pag. 484.b
Carnem & ſanguinem ſicut verè Chriſtus habuit, ita & verè dedit.p.493.b
Caro Chriſti adoranda eſt.p.507.b
Caro Chriſti valde nobis profuit & prodeſt. ibidem.
Caro Chriſti viuifica facta eſt propter ineffabilem vnionem cum verbo. pagina. 503.b
Carnalibus rebus plurimum ſpirituale ſociatur.p.344.a
Carnis & ſpiritus officia.p.380.a
Caro & ſanguis Chriſti dupliciter intelligitur.pag.557.a

Carpus.

S. Carpus ad Dei ſpeculationem aptiſsimus: & non celebrabat niſi prius ei Diuina viſio apparuiſſet.p.556.a

Carthaginenſis.

Carthaginẽſis Synodus petit authoritatem ſedis Apoſtolicæ.p.89.b
Carthaginenſis Cõcilij ſentẽtia de nõ prohibendo Baptiſmo paruulorum.p.394.b

Caſtigare.

Caſtigat quoſdam Eccleſia, quoſdam excitat.p.109.b

Caſtitas.

Caſtitas ſeruanda, quia tẽplum Dei ſumus. pag.225.b
Caſtitas à Deo multis precibus obtinenda. pag.192.a
Caſtitatis conſeruatio non eſt à ſolo Deo. p.193.a
Caſtitatem extinguit gula.p.231.b
Ad caſtitatem ſeruandam prodeſt ieiunium & auſteritas.p.234.
Ad caſtitatem tuendam multũ iuuat oratio & ſacra lectio.p.234.b
Caſtitas donum Dei eſt.p.587.a
Vide, Continentia, Pudicitia.

Catechumenus.

Catechumeni aliquando ante ſuſceptionẽ Baptiſmi iuſtificantur.p.376.b
Catechumenis datur ſal.p.409.a

Cathedra.

Cathedræ Apoſtolorum.p.101.b
Cathedræ Apoſtolicæ non eſt facienda iniuria propter homines in ea ſedentes. p.112.b.
Cathedram Petri qui deſerit, non eſt in Eccleſia.p.132.a
Cathedram Romanã tenuit Petrus.p. 112.b

Catholica.

Catholicæ Eccleſiæ nomen, ſola Romana obtinet.p.87.a
Catholica Eccleſia cur dicatur.p.96. b.98. 99. 100. a.117.b
Catholici ſunt qui Romanam fidẽ ſequuntur.p.89.a

Cato.

Catonis Romani factum damnatur.p.580.a

Cautio.

Cautio inanis non eſt, quæ ad ſalutis viam conſulit.p.192.a

Charitas.

Charitatem non habet vnitatis hoſtis.pag. 87.a
Charitas operibus carere non poteſt. pag. 143.b
Charitas dicitur amor Dei & proximi. ibidem.
Charitas excitanda: & vnde. pag. 143. b. 560.a
Charitas langueſcit fide titubante.ibidem.
Charitas perit, ſi pereat fides.ibidem.
Charitas manſura eſt, decedente fide & ſpe. ibidem.
Charitati promittitur merces.p.144.a
Charitatis demõſtratio, eſt obſeruatio mandatorum.ibidem.
Charitas pleniſsima quæ non poſsit augeri, in nullo viuentium reperitur. pag. 275.b

Charitas in beatis firmat arbitrij libertatē. p.334.a
Charitas qua in re ſit maior fide & ſpe.ibid.
Charitas Dei & proximi,ex Deo eſt. pag. 335.b

Chorea.

Choreæ impudicæ fugiendæ.p.227.a

Chriſma.

Chriſmatis confectio,conſecratio, & vſus. 415.b.416.b.570.
Chriſma vocatur perfectio.p.415.b
Chriſmatis renouatio annua, & veteris com buſtio, ex Chriſti inſtitutione.p.416.a
Chriſma cōficitur in die Cœnę Dñi.p.416. 571.b
Chriſmatis ſacri, effectus.p.416.417.
Chriſma quātùm ab alijs liquoribus diſtet. p.417.a
Chriſmate ſacro non iam Reges ſolùm & Sacerdotes,ſed etiam omnes Chriſtiani vnguntur:& quare.p.417.570.
Chriſma ſoli Epiſcopi poſſunt conficere. p.421.b.571.

Chriſtianus.

Chriſtiana religio excellit omnes. p.7.b
Chriſtianorum multitudini reuerentia exhibenda.p.99.b
Chriſtiani rectè viuant,ne perueniant ad æternas pœnas.p.136.b.137.b
Chriſtiani multi ſunt ſolo nomine.p.138.
Chriſtiani non ei debentur cui naſcuntur, ſed cui renaſcuntur.p.235.a
Chriſtianus bene viuens, Dei Legem confirmat.p.280.a
Chriſtianus actus vitę ſuæ cuſtodire debet. p.433.b
Chriſtiani à quibus auxiliū debent petere. p.299.b

Chriſtus.

Chriſtus pro nobis factus homo, & quare. p.7.b.361.b.473.a
Chriſtus nobis ſimilis.p.7.b
Chriſtus Patri ſimilis.ibidem.
Chriſtus pædagogus noſter.ibidem.
Chriſtus Deus & homo, quid operatus ſit. p.17.b
Chriſtus ſummus Sacerdos in cœlo. p.32.b
Chriſtus verus Sacerdos.p.32.b.482.b
Chriſtus ſolus peccata remittit.p.32.b
Chriſtus inſtituit ſacrificium Deo offerri. p.32.b
Chriſtus ex Virgine natus: & quare p.37.b 38.a.362.363.
Chriſtus à Prophetis prædictus.p.37.b
Chriſti Natiuitatem, Paſsionem, Reſurrectionem, & Aſcenſionē, Prophetæ prædixerunt.p.38.a.362.a
Chriſtus cur mortuus.pag.41.b.42.a.45.a. 138.b
Chriſtus Virginis Filius,& virginum ſpōſus.p.41.b.42.a
Chriſtus matri attulit fœcunditatē, ſed non abſtulit virginitatem.ibidem.
Chriſtū figurauit ſerpēs ęne⁹. p.41.b. 42.a
Chriſtus vitam omnibus reparauit.p.42.a. 565.a
Chriſtū crucifixum colētes,debent ſeipſos crucifigere.p.44.b
Chriſtus apud mortuos commoratus eſt vſque ad diem tertiam.p.51.a
Chriſtus orauit ne in inferno detineretur. ibidem.
Chriſtus deſcendit ad inferos.p.51.52. 53.
Chriſtus ſecundùm animam, in inferno: ſecundùm corpus, in ſepulcro.pag.51.b
Chriſtū iā veniſſe,vnde probetur. p.265.b
Chriſtus mortem guſtauit, quia homo: & deglutiuit,quia Deus.p.52.a
Chriſtus manducat & bibit nobiſcum corpus & ſanguinem ſuum.p.493.b
Chriſtus quomodò in Patre & in nobis, & nos in ipſo.p.487.a
Chriſtus caput Eccleſiæ.p.86.b
Chriſtus Saluator ſui corporis.ibidem.
Chriſtus oſtium Eccleſiæ.p.96.b
Chriſtus largitur alijs ſua nomina & appellationes.p.115.a.164.a
Chriſtus quo tempore docuit.p.116.b
Chriſtus totus caput & corpus eſt.p.133.a
Chriſtus fugit Regiam dignitatem.p. 138. b
Chriſtus pauper ſemper vixit.ibidem.
Chriſti mortem pro nihilo ducit,qui amicitiam habet cum peccato.p.280.a
Chriſtus impeccabilis.p.440.a
Chriſtus à Chriſmate, quod eſt Vnctio. p. 407.a
Chriſtus nobis viarum initium factus eſt. p.454.b
Chriſtus proprio corpore nos alit, & ſibi conglutinat.p.484.a
Chriſtus eſt qui principaliter conſecrat. p.483.b.484.a
Chriſtus cur ſe nobis in cibum dederit. p. 488.b.510.a
Chriſtus ſeipſum obtulit.p.482.b. 494. b. 500.b.523.a

Chriſtus eſt cibus & vita hominū.p. 493.b 495.b.502.a.503.
Chriſtus in altari,ſicut in præſepio.p.500.a
Chriſtum potuiſſe dare corpus ſuū in cibū, multis exēplis oſtēditur.p.502.b.504.b
Chriſti generatio in Vtero virginis, ſingulariter mirabilis,& mirabiliter ſingularis. p.504.a
Chriſti mors quàm vtilis fidelib⁹,& nociua infidelibus.p.505.a
Chriſtus qui ſanguinem dedit nobis, nihil facere recuſabit pro nobis.p.510.a
Chriſti præſentia, nulla re cōcludi poteſt. p.514.a
Chriſtus niſi eſſet humilis, nec comederetur,nec biberetur.p.515.a
In Chriſti carne nihil cruentum aut corruptibile.p.525.b
Chriſtus ferebatur in manibus ſuis quando dixit,Hoc eſt corpus meum.p.515.a
Chriſtus ſimul ad dexteram Patris, & in Euchariſtia.ibidem.
Chriſtus quomodò ſit vbique. p. 516. 517. 519.b
Chriſtus omne ſalutis negotium in vnam ſpiritualem vnionem diſpenſauit. p. 516. 518.a
Chriſtus multa fecit omnem humanam rationem excedentia.p.516.517.b.518.b
Chriſtus ſacerdos & hoſtia.p.453.b.527.b. 528.a.530.b.557.a.568.a
Chriſtus obtulit pro nobis victimam quam à nobis accepit.p.532.a
Chriſtus ſemel ſe ſacrificauit, & adhuc ſacrificat.p.530.b.537.b
Chriſtus & Spiritus ſanctus manent nobiſcum vſque ad conſummationem ſeculi. p.537.b
Chriſtus virga eſt malis, flos iuſtis. pag. 544.b
Per Chriſtum viam, eundum eſt ad Chriſtum vitam.p.556.b
Chriſti nomen licet à malis inuocetur,prodeſt ad ſalutem.p.606.b
Chriſtus nobis eſt regnum, & panis, & quare. pag. 567. b

Chryſoſtomus.

Chryſoſtomus videre cupiebat ſepulcrum D.Pauli.p.565.a.164.a
Chryſoſtomo morienti apparent Apoſtoli Petrus & Ioannes:eiq; viaticū tribuunt. p.556.b

Cibus.

Cibos aliter auerſantur hæretici, aliter vitant Catholici.p.24.a
Cibo & potu quomodò vtendum.p.232.a 235.a
Ciborum quantitas & qualitas prudenter diſcernenda.p.232.b
Cibus modicus & ſobrius, carni & animæ vtilis eſt.p.234.
Ciborum delectus cur fiat.p. 463. a. 465.a. 468.a.471.b

Circunciſio.

Circunciſio carnis vilipendit Baptiſmum. p.168.b
Circunciſionis quæ vtilitas.p.280.a
Circunciſio pertinet ad aliquod ſignum ſalutis.p.370.a

Clauis.

Claues Cœlorum, non cæli datæ ſunt Petro.p.112.b
Claues cœli dedit Chriſtus Eccleſiæ. pag. 116.b

Clemens Papa.

Clementis Papæ laudes.p.115.b.116.a
Clementem Petrus ordinauit Epiſcopum poſt ſe.Ibidem.

Clericus.

Clericorum vita & conuerſatio qualis eſſe debeat.467.b.468.a.603.

Cœlebs. Cœlibatus.

Cœlibes debent eſſe omnes Eccleſiaſtici. p.601.602.603.
Cœlibatus Deo gratus.p.601.a

Cœna.

Cœnæ Iudaicæ & Dominicæ differentia. pag.540.a

Cogere.

Cogi ad peccatum nemo poteſt, ſed tātùm inſtigari.p.333.b

Cogitatio.

Cogitatione peccatū cōmittitur.p.261.a

Cogita-

Cogitationes malę quando peccatum. pag. 261.b

Cogitationes malæ, confitendæ. p.433.b

Cognitio.

Cognitio Dei diligentiſsimè quærēda. pag. 159.a

Colere.

Colendus Deus ſolus, vt Deus. pag. 159. b. 162.a

Colloquium.

Colloquia impudica vitanda. p.226. 227.b 228.b

Collum.

Collo appenſæ geſtantur particulæ Crucis Christi.p.43.b

Columba.

Columba cum ramo oliuæ, ſignum fuit Sacramenti Confirmationis.p.418.a

Comedere.

Comedere peccata quid ſit.p.453.b

Comedia.

Comediarum ridicularū actores expellēdi à Repu.p.227.b.228.a

Concilium.

Concilijs œcumenicis habenda eſt fides.p. 104.

Conciliorum decreta interdum mutantur pro varietate temporum.p.104.

Concilijs præeſt Romanus Pontifex per Legatos.p.114.a

Concilij generalis cōfirmatio petitur à Romano Pontifice.p.114.a

Concordia.

Concordia omnino quærenda: etiam cum iactura propria.218.219.a

Concordia nihil eſt vtilius ciuitati. ibidem.

Concupiſcentia.

Concupiſcentia cur aliquando peccatum appelletur.pag.261.a.263.a.264.b.265.a. 386.b

Concupiſcentia quādo peccatum.p.261.b. 263.a.387.a

Concupiſcentia cur maneat in Baptizatis. p.263.264.265.a.386.b.387.a

Concupiſcentia ſub animi poteſtate eſt.p. 263.b

Concupiſcentia qualis fuerit in paradiſo, & qualis nunc ſit.p.263.b

Concupiſcentiæ non obediēdum.p.264.b. 275.a

Concupiſcentiæ reatus ſoluitur in Baptiſmo, ſed manet infirmitas.p.265.a

Cōfeſſarius. Cōfeßio. Cōfiteri.

Confeſſarius quomodò mederi debeat pœnitenti.p.433.a.449.b

Confeſſarius nō ſit difficilis erga pœnitentem.p.448.a

Confeſſarius approbatus deligendus. pag. 438.a

Confeſſarius quid debeat cōſiderare in pœnitente.p.441.a.449.b

Confeſſarius non ſeruans ſigillum, qua pœna afficiatur.449.b

Confeſsio peccatorum Sacerdoti facienda. pag.426. 427. 428.433.b.438.b. 446. b

Confeſsio peccatorum, abolitio eſt delictorum.p.427.b.& ſequentib.438.b

In confeſsione accuſatio ſui, Dei laudatio eſt.p.428.a.446.b

Confeſsionis neceſsitas & vtilitas. p. 426. 427. 428.b. 429. 430. 432. 434.b.435.a 438.a.439.b. 446.447.a.448.b. 449.b 450.b.476.

Confeſsionis encomium, & ad eam exhortatio.p.430.434.b.435.a

Confeſsio apud iudicem bonum, mater eſt indulgentiæ.p.431.a

Confeſsio facienda eſt ſacerdoti perito. p. 432. 438.a

Confeſsionem homini factam qui dicunt nihil prodeſſe, Deo contradicunt. pag. 432.

Confeſsio peccatorum habet eandem rationem quam oſtenſio morborum corporis.p 432.b

Confeſsionis comes debet eſſe ſatisfactio. p.445. 446.447. 448.449.a. 450.b

Confeſsio ante Paſcha per vniuerſum orbem.p.433.a

Confeſsio quid ſit.p.434.b

Confeſsionis figura in Adam & Cain. pag. 434.b
Confeſsio frequens.p.445.a
Confeſsio duplex: & qualis vtraque. pag. 446.b
Confeſsio vera nullam moram patitur ante Deum.p.448.a
Confeſsio vtilis ante diem vltimum. pag. 448.a
Confeſsio ſemel in anno fiat proprio Sacerdoti.p.449.b
Confeſsio, medicina peccati.p.450.a
Confeſsio non fiat per nũcium, aut ſcriptũ. p. 438, b
Confeſsionem confuſione honorat pœnitens.p.454.b
Confeſsio ante communionem præmittenda.p.448.b.566.b
Confiteri nolle peius eſt quàm Legem cõtemnere.p.430.b.447.a
Confitenti Deus ignoſcit.p.438. b
Confiteri peccata ſua nemo dedignetur. p. 432.b
Confiteri nemo erubeſcat.455.a
Confeſſus qui non fuerit vt decet, tempore mortis ſentiet ingentem timorem. pag. 439.b
Confitendum in Quadrageſima. p. 462. b. 463.a

Confirmatio.

Confirmatio per manus impoſitionem. p. 421.
Confirmationis Sacramentum ab omnibus ſuſcipiendum.p.415.a.417.b
Confirmationis Sacramẽtum ab Apoſtolis tantùm peractũ, & à ſolis Epiſcopis eorum ſucceſſoribus peragendum.p. 415.b 416.b.418.b.419.a.421.b.422.
Confirmationis ſignum & figura. p.419.b. 421.a
Confirmationis Sacramẽtum non iteratur. p.416.b
In Cõfirmatione conferũtur dona Spiritus ſancti.p.417.
Confirmationis Sacramentum quibus verbis perficitur.p.419.b
Confirmationis virtus & effectus.pag.419. 420.
Confirmationis materia quæ ſit.p.420.a
Confirmatio cur fiat in fronte.ibidem.
Confirmationem ex graui cauſa diſpenſauit Papa dari poſſe à Sacerdote. pagina 422.b
Confirmatio eſt Sacramentum à Chriſto inſtitutum.p.418.419.

Coniunx. Coniugium.

Coniunx nihil voueat in pręiudicium coniugis.p.190.b
Coniugum ſeparatio quando facienda. p. 577.b
Coniugis vtriuſque par lex & conditio. p. 577.b.578.a
Coniugem fidelem ab infideli nõ ſeparandum, conſilium eſt, non præceptum. p. 582.b.586.a
Coniugij bona.p.256.b.576.

Conſcientia.

Conſcientiam bonam dat charitas. p.143.b
Conſcientia mala eſt in deſperatione: bona verò, in ſpe.ibidem.

Conſecratio.

Conſecratione certa fit myſticus panis & calix. p.481. 482. 483. 485.a. 486.b

Conſtantinus.

Conſtantinus Magnus Eccleſias exornauit imaginibus.p.169.b
Conſtãtinus ſanxit diebus Dominicis vacandum orationibus.p.201.a

Conſuetudo.

Conſuetudo nullam vim habet cõtra rationem & veritatem.p.104.b.
Conſuetudo Eccleſiæ ſeruanda.p.133.b

Continentia.

Continentiam donat Deus: & quibus. p. 195.b
Continentiæ coniugalis meritum. p. 193.b
Continentiæ ſarcina leuis erit, ſi Chriſti erit.p.193.b
Continentia quaſi frænum cohibet libidinis impetus.p.235.b
Continentia omnibus neceſſaria p.235.b
Continentiam inter fructus Spiritus connumerat Paulus. Ibidem.
Vide, Caſtitas. Pudicitia.

Con-

Contritio.

Contritio peccatorũ.p.427.b.428.b.433.b.436.a.451.a
Contritio quid ſit.p.433.b
Contritionis fructus.p.451.a
Contritio qualis eſſe debeat.p.452.b.453.b

Conuertere.

Conuerſio vera ad Deum.p.430.a
Conuertẽs ſe ad Deum, iam in loco Sancto ſtat.p.451.a.476.b
Conuertẽs ſe ad Deum, nondũ eſt ſecurus. pag.303.a

Conuiuium.

Conuiuium adoleſcentioribus deuitanda. p.229.a
Conuiuijs virorum non interſint fœminæ. p.229.a.230.b

Cor.

Cor noſtrum in ſolo Deo requieſcit.p.7.a

Corpus.

Corpus ſuum cur Chriſtus panẽ appellat. p.486.b
Corpus ſuum cur Chriſtus dedit ſub viſibili panis ſpecie.p.484.b.487.b.505.a.508.b
Corpus & ſanguis Chriſti manducatur & bibitur.p.493.b.530.a
Corporis & carnis Chriſti veritas oſtenditur.p.504.a
Corpus Chriſti verum qui non credit, excidit à gratia.p.483.b

Crapula.

Crapula fugienda.p.472.a

Creatura.

Creatura Dei, omnis bona: ſed alię alijs potiores.p.24.b
Creaturas qui colunt, damnandi. p.158.b.173.a
In creaturis omnibus inuenitur aliqua ſuperior, cui ſit parendum.p.210.b.600.

Credere.

Credere in Chriſtũ, opus eſt Chriſti quod ipſe operatur, ſed non ſine nobis. pag.143.a

Crux.

Crucis ſigno ſanatur morbus, & liberatur virgo.p.43.b.46.b
Crucis ligno Iulianus apoſtata fugat dæmones.p.42.a.44.a
Cruce conſummantur omnia quæ ad ſalutem conducunt.p.42.b
Crucis ſignũ fronti, parietibus, & feneſtris imprimitur.p.42.43.44.45.46.101.b.175.a.307.b
Crucis ſignum dum formatur, quid cogitandum.p.42.b
De Cruce non erubeſcendum.p.42.b
Crucis ſignum apparebit in cœlo.p.43.a
Crucis ſigni virtus & effectus. pag. 42.43.44.a.46.b.334.a
Crucẽ pingat manus ad omnẽ actũ.p.43.a
Crucis lignum olim præfiguratum.ibidem.
Crux olim maledictum, nũc coronis Regijs clarior facta eſt.ibidem.
Crucis ſigno conſignantur Chriſtiani ex traditione Apoſtolica.p.42.43.
Sine Crucis ſigno non rite perficiuntur Sacramenta.p.43.a.44.b
Crucis Chriſti particulas olim optabant Chriſtiani.p.43.b
Crucis Chriſti inimici ſunt multi, qui ſe dicunt Chriſti eſſe.p.44.
Crucis ſignum execrantur hæretici.p.43.b
Crux à locis ſuppliciorum, tranſijt ad frontes Imperatorum.p.43.b.46.
Crucis imago renouat memoriam Paſſionis.p.171.b
Crucis figura adoratur à Chriſtianis, non ipſum lignum.p.171.b.173.a
Crux Chriſti fuit cathedra Magiſtri docentis.p.212.a

Culpa.

Culpa dimiſſa, non ſemper dimittitur pœna.p.450.a
Culpa omnis, voluntatis eſt.p.330.a
Culpa ſua quiſq; malus eſt.p.331.b

Cultus.

Cultus Diuini maior cura habenda quàm vitæ noſtræ.p.302.a

Cupiditas.

Cupiditas dicitur amor huius ſeculi.p.143.b

Cupiditas refrænanda eſt. ibidem.

Cyprianus.

Cyprianus tantò excellentior, quantò humilior.p.133.b
Cyprianus acquieuiſſet ſententię Eccleſię, ſi eam nouiſſet.ibidem.
Cypriani nomen apud omnes celeberrimum.p.164.b

D

Dathan.

Dathan cur punitus.p.87.b.89.a.

Dauid.

Dauidis pœnitentia.p.437.a

Dæmon.

Dæmones dicuntur genij.p.188.a
Dæmones expetunt ſacrificia.p.162.a
Contra Dæmonem pugnare ſine Chriſto Protectore,non expedit.p.265.b
Dæmones retinent arbitrij libertatem ad impugnandos homines.p.334.a
Dæmonis vigilantia ad euertendum hominem.p.429.b
Dæmones fugantur ſigno Crucis.p. 42. & ſequentibus. Et ieiunio atq; oratione.p. 457.b.541.a
Vide, Diabolus.

Debitum.

Debita pecuniaria remittere,nemo cogitur. pag.217.a

Decalogus.

Decalogus continet omnia Dei præcepta. pag.154.a
Decalogus totus comprehenditur ſub duobus præceptis charitatis.p.153.b
Decalogus duabus tabulis lapideis ſcriptus. p.154.
Decalogi tria præcepta pertinētia ad Deū, inſinuant Trinitatem.p.154.b
Decalogi præcepta quomodò partienda. pag.154.
Decalogus concordat cum Euangelio.pag. 154.a

Defuncti.

Defunctorum memoriæ honorandæ. pag. 204.a
Defuncti pij, ſunt membra Eccleſiæ.pag. 547.b
Defunctorū exequiæ cum hymnis, & pſalmis, & lampadibus.p.545.a.546.b
Vide, Mori.

Deſideria.

Deſideriorum noſtrorum finis, Deus eſt. pag.7.b

Deſperare.

Deſperandum non eſt de peccatorū venia. pag.71.a.73.b
Deſperet nunquàm peccator: quia iuſtus fieri poteſt.p.274.b

Deſponſatio.

Deſponſationis dies inter Chriſtum & Eccleſiā,in Paſſione celebrati ſunt.p.508.a

Detractor.

Detractorum linguæ non timēdæ. p.110.a

Deus.

Deus Pater Filium ex ſe genuit,non ex aliqua ſubiacente materia.p.16.b
Deus ſine fine videbitur,ſine faſtidio amabitur,ſine fatigatione laudabitur.p.7.b
Dei Patris deſcriptio.p.15.b
Deus omnia continet.ibidem.
Dei quæ ſunt,enarrare,omnis ſermo infirmus eſt.ibidem.
Deus Pater habet omnia, & dedit omnia Filio:nec putandus eſt non dediſſe, quia habeat:vel non habere,quia dedit. ibidē.
Deo omnia poſsibilia ſunt.p.51&a
Deus vnus eſt.p.17.b
Dei eſſentiam nemo mortalium vidit, niſi ſola.B.Maria. p.181.a
Deus ſolus Magnus, intelligitur de tota Trinitate.p.70.b
Deus non eſt author malorum, pag. 331. b. 332.a.355.b
Deum qui cogitat qualis nō eſt,falſum Deū portat.p.159.a
Deo ſoli quod debetur, nemini tribuendū. pag.158.b.159.a.173.a

Dei

Dei cognitio diligentiſsimè quærenda. ibid.
Deus modis omnibus conatur homines reuocare ad ſalutem.p.181.b
Deus lædi non poteſt.p.188.b
Deus eſt benignus exactor.p.190.a
Deum propitium qui habet, etiam Angelos & Sanctos,amicos habet.p. 287.b
Sine Deo nec inchoare nec perficere bonum poſſumus.p.273.a
Deus acceptat qualiacunq; dona ſiue magna,ſiue parua.p.293.a
Deus vbique eſt.p.300.b
Dei iuſſu non fiunt omnia quæ fiunt . pag. 332.b
Deus eſt natura Sanctus:iuſti antem participatione,exercitio,& precatione . pag. 508.a
Deus multa facit quæ non poſſumus percipere niſi fide.p.517.b
Deus multa reuelauit in Lege Gratiæ. pag. 131.b
Deus ignis eſt peccatoribus,lumen Sanctis. p.544.b
Dei virtus per Chriſti miniſtros operatur, p.607.a

Diabolus.

Diaboli eſt,quidquid Dei non eſt, vel Deo diſplicet.p.405.b
Diabolus contra nos nihil poteſt,niſi Deus permiſerit,p.358.
Diabolo placet,qui Deo non placet.p.265.a
Diaboli filij,qui.p.138.b
Contra Diabolum & Angelos eius decertamus omnes.p.333.b
Vide, Dæmon.

Diaconus.

Diaconi neque Euchariſtiam conficere,neque Ordines conferre poſſunt.p.593. b
Diaconorum munus.p.599.a

Difficile.

Difficile quod erat in veteri Teſtamēto,factum eſt facile in nouo.p.281.a

Diligere. Dilectio.

Diligendi quando ſunt inimici , quando non.p.24.a
Diligēs Deum,præcepta cuſtodit.p.144.a
Diligēdi ſeipſum,nullū eſt datū præceptū, ſed modus tantùm præſcriptus.p. 266.
Diligat quos Deus, & quos odio habeat ,incertum eſt.p.301.b
Dilectio proximi,donum Dei eſt.p.335.b.
Dilectio pretioſior eſt quàm prophetia. pag.131.b

Diues. Diuitiæ.

Diues,eſt ciuitas abſq; muro.p.346.b
Diuites licet manducent Chriſti corpus, non tamen ſaturantur:& quare. p.350.a
Diuitias multi contempſerunt.p.347.b

D*iuinus. Diuinitas.*

Diuinitatem figurare demētia eſt.p..171. a 174.
Diuinitas Verbi facta eſt particeps noſtræ mortalitatis,vt nos participes faceret ſuæ immortalitatis.p.501.a
Diuinarum perſonarū quanta ſit vis.p.70.b

Docere. Doctrina.

Docere proximū,magnū opus eſt,p.473.b
Docuit Deus multa etiam ſine ſcripto.pag. 529.a
Docentibus ſanam doctrinam,parendum eſt.p.607.b
Doctrinæ Apoſtolicæ laus.p.131.b
Doctrina vera quæ.p.88.b

Dogma.

Dogmata Eccleſiæ,vel ex doctrina, vel ex traditione Apoſtolica prodierūt.p.101.b 102.

Dominicus dies.

Dominica dies,dicitur dies Solis.p. 200.b. 201.204.a
Dominicus dies cur celebris, p. 200. b.201. 204.a.205.a
Dominica die cōueniūt Chriſtiani ad orationem,& concionē,& Miſſam. p. 100. 200.b.201.492.b.518.b
Dominicum diem appellant Hebræi, primum.p.201.a
Dominico die non ieiunandum . p. 131.b. 201.b.466.b
Dominicus dies ſucceſsit Sabbatho . pag. 202.a
Dominicus dies quomodò celebrādus.pag. 201.204.a
Dominicus dies cur ſic dictus.p.201. b

Domi-

Dñicus dies præponitur Sabbatho.p.201.b
Dominicæ diei excellentia.p.202.b.
Dominica dies dicitur prima Sabbathi, & vna Sabbathi.p.201.a.530.a

Dubium.

Dubia fidei referenda ſunt ad Petrum & eius ſucceſſores Romanos Pont.p. 89.b. 102.b.112.b.113.a

Duodecim.

Duodecim ſedes quid ſignificent.p.64.a

Duritia.

Duritia cordis per totam vitam, eſt peccatum in Spiritum ſanctum.p.71.b

E

Eccleſia. Eccleſiaſticus.

Eccleſia vera eſt,quæ habet veram Sacramentorum adminiſtrationem.p.86.b
Ad Eccleſiam recurrendum.p.86.a
Eccleſiæ Apoſtolicæ.p.86.b.88.b
Extra Eccleſiam nemo iuſtus,neque Chriſtianus.p.86.b.98.b
Eccleſiæ authoritas,qualis.p.87.a
Eccleſiæ illi parendum, quæ ſucceſſionem ab Apoſtolis habet.p.87.
Eccleſia vera eſt,quę toto orbe diffunditur. p.87.88.a.96.b.99.
Eccleſia vera eſt, quæ habet ſanam fidē,& doctrinam,& ſucceſſionem ab Apoſtolis.88.b.89.b
Eccleſiæ Apoſtolicæ matrices & originales. p.88.b
Eccleſia vna.p.88.b.89.a.96.b.100.a.132.
In Eccleſia permixti ſunt boni & mali. pag.97.
Eccleſiæ pacem magni faciunt boni Chriſtiani.p.97.a
Eccleſiam Scriptura ſic manifeſtat, ſicut Chriſtum.p.98.a
Eccleſia facile videri poteſt.98.a
Eccleſia quando carebit omni macula.pag. 97.b
Eccleſiam ignorare nemini licet.p.98.b
Extra Eccleſiam nihil Deo acceptum. pag. 98.b
Eccleſiam qui noluerit habere matrem, nō habebit Deum Patrem.ibidem.
Eccleſia eſt mater ſpiritualis. p. 99.a.132.b 495.a
Eccleſia non eſt,quæ Sacerdotes non habet.p.593.b
Eccleſia comparatur Apoſtolis.p.428.a
Eccleſia eſt ſponſa Chriſti.p.99.a
Eccleſiam Chriſtus totam pulchram præparauit.p.99.a
Eccleſia ſanctificata per charitatē adoptatur.p.99.b
In Eccleſia ſola,eſt quærenda veritas. pag. 100.b.101.a.103.b
Eccleſia teſtimonium habet à Prophetis & Apoſtolis.p.101.a
Eccleſia vbi eſt,ibi vera fides,& Spiritus,& veritas.ibidem.
Eccleſiæ vniuerſæ quod placet, ſeruandum eſt ac ſi in Scripturis ſacris cōtineretur. p.102.b.104.a
Eccleſiæ iudicium ſequendum in eredendis Scripturis, & damnandis hæreſibus. pag.103.
Extra Eccleſiā nemo viuere poteſt.p.109. a 114.b.134.a
Eccleſia nunquàm à Chriſto recedit.p.112.a
Eccleſia militans diuerſis tētationibus quatitur,ſed nō cadit quia fundata eſt ſuper petram.p.113.b
Eccleſia ædificata ſuper Cathedram Petri. p.113.b.114.a
Eccleſiæ primaria nota.p.117.b
Eccleſiæ laus.p.131.b
Eccleſia ſancta diuinis oraculis demonſtratur.p.132.b.
Eccleſia vbi? p.133.b
In Eccleſia non ſunt, qui Eccleſiæ vnitati non communicant.p.132.b
Extra Eccleſiam nōdatur remiſſio peccatorum.p.111.a. 408. 428.a
Eccleſiæ totius conſenſus in aliquam rem, eſt inſtar præcepti.p.416.a
In Eccleſia qui ſint,& qui non.p.133.a
Eccleſiaſticis functionibus indignè accedere,formidandum.607.a

Effectus.

Effectus dignior ſequitur,quem feruentior pręcedit affectus.p.308.b

Eleemoſyna.

Eleemoſyna quomodò domi congreganda ad largiendum.p.244.a

Eleemoſynā negligentes, ſæpe damnantur. p.245.a
Ad Eleemoſynam dandam propenſi ſunt ſancti omnes.p.242.b
Eleemoſynæ bona. pag.242.243.244.245. 472.b.473.474.
Eleemoſynæ quomodò faciendæ. p.452.b
Eleemoſynarū collectio & diſtributio.pag. 492.b
Ad Eleemoſynam adhortatio.p.242.b

Elementa.

Elemētis ſanctificatis,iā nō propria natura præbet effectū,ſed diuina virtus.p.417.a

Emaus.

In Emaus eūtibus diſcipulis dedit Chriſtus corpus ſuū:& cur ſe oſtendit in fractione panis.p.58.551.a

Encœnia.

Encœnia honorificè celebranda.p.203.b

Epiſcopus. Epiſcopatus.

Epiſcopi debent excurrere ad oppida & pagos.p.132.a
Eṗs ſeipſum ordinare non poteſt. p.89.a
Epiſcopi poſſunt indicere ieiunia.p. 467.a
Epiſcopo ſacrificanti adſint Diaconi, Preſbyteri, &c.p.522.a
Epiſcopus Sacerdote pręſtantior.p.595.a
Epiſcoporum dignitas.ibid.
Epiſcopi tenēt locū Apoſtolorum.p.598.b. 600.a.607.b
In Epiſcopo ſunt omnes Ordines. p. 599. b
Eṗus eſt Princeps Sacerdotum p.599.b
Epiſcopus eſt Chriſti vicarius.p.600.a
Epiſcopos Chriſtus elegit.ibidem.
Epiſcopus eſt ſpeculator Eccleſiæ. 607.a
Epiſcopatus æmulatio, ſchiſmatum mater eſt.p.410.b

Epitheta.

Epitheta ſunt ſigna virtutis.p.37.a

Euangeliſta. Euangelium.

Euangeliſtæ omiſerunt multa facta Chriſti:& neceſſaria ſcripſerunt.p.131.a
Euangelio credimus propter Eccleſiæ authoritatem.p.103.
In Euangelio,imago.p.271.b

Euchariſtia.

In Euchariſtia eſt verè corpus & ſanguis Chriſti.p.480,b.481.482.483.484.486 487.488.489.490.493.b.495.b. 500.b. 503.a.504.540. a
In Euchariſtia ſimpliciter & ſine ambiguitate credēdū eſt corpus Chriſti.p.485. a
Euchariſtia oſtendenda populo. pag.102.a. 491.a.527.a.539.b
Euchariſtia frequenter accipienda.p.345.b 541.b.566.b.567.
Euchariſtia quibus danda. p.377.b.559.b. 561.a
Euchariſtia datur recēs Baptizatis. p.388.a 409.b
Euchariſtia quo tempore ſumēda.p. 449.b 466.b.491.b.550.b
Euchariſtiam adminiſtrant etiam Diaconi. p.480.a.492.b
Euchariſtiam ſumentes fiunt Chriſtophori.p.484.b
Euchariſtia defertur ad abſentes. p. 480.a 492.b
Euchariſtiam ſumpturus quā præparationem faciet.p.448.b.454.485.b.488.b. 494.a.495.a.500.505 b.524.a.557.b.559. b.560.561.562.563.568.b.
Euchariſtiæ multi effectus.p.345.b. 407.a. 480.b.494.b.488.b.489.a. 493. b. 502. 503.505.b.507.a.509.b.510.a.511.a.515.521. b.563.564.565.566.a
Euchariſtiæ Sacramentum cur à Chriſto inſtitutum.p.483.a.565.a
Euchariſtiæ laus. p.484.a. 486.a. 487.a. 491.b.493.a.509.a.510.a.5 5.b
Euchariſtia dū ſumitur,nō eſt habēda ratio ſenſus,ſed fidei. p. 484.a.485.a.488.a
In Euchariſtia verè Chriſtus videtur, & tangitur, & comeditur.p.484.a
Euchariſtia ſumpta, quomodò Chriſtus in nobis maneat, & nos in ipſo. pag.487.a. 503.b.508.b.564.a
Euchariſtiam ſumere recuſantes, periculū incurrunt.p.488.a
Euchariſtiam Chriſtus inſtituit poſt Cœnā. p.490.a.501.a
De Euchariſtia nihil cadat in terrā.p.491. b.493.a
Euchariſtia, opimitas Dominici corporis. p.491.b
Euchariſtia & Vnctio ſanctificant totum hominem.p.492.a
Euchariſtiam conficiendi, ritus, & ceremoniæ.p.492.506.a.508.a.539.a
Euchariſtiæ vis maxima.p.494.a
Euchariſtiæ figuræ.p.494.a.505.b.565.a
Euchariſtiæ tantū Sacramētū aliqui ſumūt, alij rem & Sacramentum.p.501. b

Euchariſtia quare à ieiunis ſumẽda: excepta neceſsitate.p.491.b.501.a.533.b.551.b
Euchariſtiã ſumentibus vel vita contingit, vel mors.p.495.b.505 a.509.a.511.a.559.b
Euchariſtiæ varia nomina. pag.506.a.509.a 555.b.568.
Euchariſtiã ſumentes, idẽ ſumũt quod Apoſtoli in cœna ſumpſerunt.p.509.a
In Euchariſtia latet Diuinitas ſicut latebat in humanitate Chriſti.p.511.a
In Euchariſtia ineſt corpus vitæ.p.532.b
In Euchariſtia Chriſtus ſui corporis conuiuium facit.p.514.a.527.b
Euchariſtiam non porrigat, qui ſacrificare nequit.p.514.b
Euchariſtiæ cura cui incumbat.p.521.a
Euchariſtia mirabilis victima & ſacrificiũ eximium.514.a
Euchariſtia collo appenſa, liberat à naufragio.p.525.a
Euchariſtia quid contineat.p.495.525.b
Euchariſtiæ Sacramentum pro maieſtate rei nemo cognoſcit.p.528.a
In Euchariſtia eſſe carnem Chriſti negant hæretici.p.529.b
Euchariſtia, cibus inconſumptibilis & immortalitatis alimonia.p.540.a
In Euchariſtia accipimus Verbum carnem factum.p.532.a
Euchariſtia ſub vna ſpecie olim data, & domum delata.p.551.a
Euchariſtia ſub vna tantùm ſpecie ſumẽda à non conficientibus.p.551.552.
Euchariſtiam ſumpturi, quid cogitare debeant.p.555.b
Euchariſtia adoranda & ſumenda. p.555.b. 556.a
Euchariſtiæ myſteria intaminata & viuifica.p.556.a
Euchariſtiæ aſſeruatio.p.556.
Euchariſtiæ magnitudo cõſiderãda.p.557.a
Euchariſtiæ Sacramenti forma.p.557.a
Euchariſtiæ ſumptione non egent paruuli. p.557.b
Euchariſtia quibus deneganda. pag. 492. a. 454 a.558.
Euchariſtiã indignè ſumẽs, dat locũ diabolo, & peior eſt dæmoniaco.p.558.a.560.b
Euchariſtiã non potuit accipere puella quæ de idolotythis cõmederat.p.559.a
Euchariſtiam indignè ſumentium pœna. p. 551.a.559.b.560.b.561.b 561.b
Euchariſtia olim in nitido linteolo ſuſcipiebatur.p.562.a
Euchariſtia, Sacramẽtũ pacis eſt. p. 558.b.
Poſt Euchariſtiæ ſumptionem quid faciendum.p.563.a

Eunuchus.

Eunuchi Euangelici.p.194.a
Eunuchi naturales, vxores non ducũt. ibid.

Euphemia.

Euphemia pro virginitate quam vouerat, ſubit martyrium.p.195.a

Euſebius.

Euſebius Cæſarienſis aliquando defendit Arianos.p.132

Examen.

Examen conſcientiæ.p.476.a

Excõmunicare. Excõmunicatio.

Excõmunicãdi poteſtas eſt in Eccleſia. p. 109.
Excommunicatus quomodò Satanę tradatur.p.109 a
Excommunicatio eſt gladius ſpiritualis: & quando ferenda.p.109.110.
Excõmunicati non poſſunt viuere.p.109. a

Exorciſmus. Exorciſta.

Exorciſmus in Baptiſmo. p.404.b. 405.a 406.407.
Exorciſtarum officium.p.595.b.598.b

F

Fabianus.

Fabianus Papa per deſcenſum columbę deſignatus.p.598.a

Fabiola.

Fabiola agit publicam pœnitentiam, quia à viro dimiſſa, alteri nupſit.p.578.a

Facere.

Facienti quod in ſe eſt, Deus aderit. pag. 354.

Feſta.

Feſta Chriſtianorum.p.202.b.203.
Feſti dies cur inſtituti.p.205.a
In Feſtis vitanda peccata, Deoq; & bonis operibus vacandum.p.201.a.203.b.205 a 561.a

Feſti dies nunquàm impediendi,ſed honorandi.p.202.b.203.
In Feſtis quæ licita,quæ illicita.p.204.b

Fides. Fiducia.

Fidei initium & incrementum, Dei donũ eſt.p.12.b.13. 336.a
Fides,pietatis exordium.p.13.a
Fides,eſt oculus illuminãs cõſciẽtiã. p.13.b
Fidei regulam,Apoſtoli duodecim ſententijs comprehenderunt.p.14.15.a
Fides Apoſtolica non eſt niſi vna.p 15. a
Fides de Filio Dei.p.15.b
Fides vera non eſt niſi in Eccleſia. p.101.a
Fidei rectæ iudicium.p.112.a
Fides incorrupta in Romana Eccleſia.pag. 113.b
Fides Catholica nũquàm deſerẽda.p.134.a
Fides declarat eum qui cõuertitur eſſe ciuẽ cœlorum.p.134.b
Fides hominẽ Deo facit familiarem.ibid.
Extra Fidem,nihil bonum.ibid.
Fides ſine operibus mortua eſt. p.134. 135. 137.
Fides excellentior eſt ipſis operibus.p.134.
Fidem ſolam iuſtificare qui docẽt,ſunt duces cæci & fallaces.p.135.a.138.a
Fides per dilectionem operans,fideles à dæmonibus ſegregat.p.135.b.
Fidem qui profitetur,& nõ facit quæ fides docet,ædificat ſuper arenam.p.137.a
Fides de Patre & Filio.p.16.a
Fides vocatur opus.p.134.a
Fides ſine obedientia,nihil prodeſt.p.137.b
Fides eſt fundamentum & radix boni operis.p.137.b
Fides eſt ſalus naturæ humanæ.p.332.b
Fides cum bonis operibus, ſalutem affert. pag.138.a
Fides carẽs dilectione,caret & opere: at accedente ſpe & charitate , operabitur. pag.143.b
Fidei terminus perfectiſsimus, eſt obſeruatio mandatorum.p.144.a
Fides,eſt regula ſalutis.p.519.b
Fidei initiũ eſt ex indebita & gratuita Dei miſericordia.p.273.a
Fides eſt æternum patrimonium.p.405. b
Fides accõmodanda inuiſibilibus magis quã viſibilibus.p.371.a
Fides nõ eſt,quæ Catholica nõ eſt.p. 397.a
Fides aliena alijs prodeſt.p.397.398.399.
Fidei profeſsio in Baptiſmo.p.405.a.408, 407.b
Sine Fide nullus ſaluatur . pag . 407.a
Fidei res non ſunt negandæ propterea quòd non intelligantur.p.516.b
Fides de Spiritu ſancto.p.16.a
Fiduciam apud Deum habere poterit , qui charitatem habet.p.77.b

Filius.

Filius Dei,cur Verbum dicatur.p.16.b
Filius Dei , Progenies Ingeniti : Virtutis Virtus:Perfectus à Perfecto.p.15.b. 16.b
Filius Dei nõ eſt ex nihilo , quia ex Patre genitus.ibidem.
Filius Dei, Virtus & Sapientia Patris,quia Pater per ipſum operatus eſt & diſpoſuit omnia.p.16.b
Filius Dei,dicitur Deus de Deo , non autẽ Pater.p.17.a
Filius Dei,conſubſtantialis Patri, nõ factura,aut creatura.p.132.a
Filiorum procreatio & educatio.pag.256.b. 576.a

Forma.

Forma,mutilata eſſe non debet.p.380.b

Fructus.

Fructus digni pœnitentiæ,qui ſint. p.451.b

Fucus.

Fucus & ornatus nimius fœminis interdicitur.p.230.b.231.233.a.599.a

G

Gabriel.

Gabrielis nudam ſubſtantiam vidit Maria. p.181.a

Genu flexio.

Genuflexio non fit tempore Paſchali. pag. 204.a.307.b.308.a
Genuflexio ſignificat eminentem adorationem.p.308.a

Glaucias.

Glaucias,interpres Petri.p.116.b

Gloria. Gloriari.

Gloriæ æternæ deſcriptio.p.7.a
Gloriã ſi non adipiſcimur,culpa noſtra eſt. p.81.b
Gloria in excelſis Deo , Clemens in Miſſa dici inſtituit.p.539.b

Gloriari non licet de bonis operibus tanquàm propria virtute factis.p.136.a

Græci.

Græcorum ſacrificiū deteſtabile.p.171.a

Gratia.

Per Gratiam Dei & liberū arbitrium poteſt homo ſe conſeruare ſine peccato. p.271.a

Gratiæ munera quæ ſint in hominis iuſtificatione.p.336.

Gratia Dei eſt fons & origo bonorum ac meritorum omnium.p.338.a

Gratia perfectè innouat hominem, & liberat ab omnibus peccatis.p.386.b

Gratia, Diuina res eſt.p.387.b

Gratias agamus Domino Deo noſtro. pag. 501. a

Guſtus.

Guſtus rerum ſuauium, virgini deuitandus. pag.251.b

H

Hæreſis. Hæreticus.

Hæreſis quid ſit.p.109.b.110.b.111.a

Hæreſes vnde exortæ.p.110.b

Hæretici fugiendi ſunt.p.86.a

Hæreticorum ſynagoga multos decipit. p. 86. b

Hæretici non habent Apoſtolicam traditionem, neq; ſucceſsionem.p.87.b.117. b

Hæretici quando cœperint.p.116. b

Hæretici nullā habent notā veræ Eccleſię. p.88.a

Hæreticorum Eccleſiæ non ſunt dicendæ Catholicæ.p.98.b

Hæretici ſeipſos iugulant.p.111.b

Hæretici Sanctos laceſſunt.p.164.a

Hæretici Scripturas citant, & prauè interpretantur.p.86.

Hæretici nō habent verā Eccleſiā.p.86.b

Hæretici Eccleſiam ſcindunt.p.113.b

Hæretici reuertentes recōciliātur per manus impoſitionem.p.434.a

Hæreticorum congregatio, concubina eſt non ſponſa.p.99.a

Hæreticorū pœna & interitus.p.87.b

Hebdomada.

Hebdomadæ ſanctæ abſtinentia, confeſsio, preces, & pœnitētia.p.457.a.463.a.466.b.475.b.562.b

Helias.

Helias pallium relinquens Heliſæo, ſignificat Chriſtum ſuā nobis carnem dediſſe. pag.509.b

Hieronymus.

Hieronymus graſſantibus hæreſibus confugit ad fidem Eccleſiæ Romanæ.p.113. b. 114.a

Hieronymus recuſabat exercere ſacrificia. p.529.b

Homo.

Homo in quantùm homo diligendus eſt: in quantùm iniquus, odio habendus.p.24.a

Homines omnes habēt aliquid quod Deus ignoſcat.p.272.a

Homo rationalis, Deo ſimilis, & ſuæ poteſtatis factus eſt.p.331.a

Homo cùm deficit, eſt à ſeipſo: cùm proficit, eſt à gratia Dei.p.335.b

Hominem veterem deponere, & nouū induere, quid ſit.p.281.b

Honor.

Honor Sanctorum redūdat in Deum. pag. 560.a

Humilitas.

Humilitatis Magiſter, Chriſtus.p.461.b

I

Iacob.

Iacob cur plures vxores habuerit. p.584.b

Ianua.

Ianuis clauſis quomodò Chriſtus intrauit ad Apoſtolos.p.516, 517.

Idololatria.

Idololatria corde cōmitti pōt. p.158.b.159.a

Idololatria eſt, creaturæ tribuere quod ſolius Dei eſt.p.168.a

Idololatrę cōtumelioſi ſunt in Deū.p.168.b

Ieiunium.

Ieiunij vis & vtilitas maxima. p.231.235.b. 456.457.462.463.465.476.a

Ieiunio

Ieiunio vtendum ante Baptiſmum.p.560.b
Ieiunium pręcipit Lex Diuina.p.463.b
Ieiunio opus eſt ad caſtitatem.p.234.235.b
Ieiunium quare Chriſtianis ſeruandum . p. 236.b.456.a.461.b
Ieiuniorum certa tempora damnāt Aëriani.p.456. b
Ieiuoium quartæ & ſextæ feriæ. p. 457 . a 461.b.462.a.463.b.464.b.466.b
Ieiunij varietas oon rumpit fidei vnitatem. p.464.b
Ieiunio & humiliationi omne tempus aptū. p.461.b.465.b
Ieiunij leges ſeruandæ.p.461.b.468.a
Ieiunia ſeruanda iuxta Eccleſiæ morem.p. 464.a.465.a.467.a
Ieiuniorum diuerſa tempora.p.462.b.464. b.465.466.
Ieiunium ſoluit Spiridion ob aduentum peregrini.p.464.b
Ieiuniorum cibi quales.p.467.b
Ieiunij tēpore,à quibus abſtinēdū.p. 471.a
Ieiunium Chriſtianorum ſanctificauit Chriſtus ſuo ieiunio.p.495.b
Ieiunij ornameotum,humilitas.p.457.a
Ieiuoium quatuor temporum.p.468.a

Ignis.

Ignis æternus principaliter diabolo paratus eſt, & non homini.p.449.b

Imago.

Imagines oon prohibētur,niſi fiant ad idololatriam.p.158.b.165.b.171.a.173.a
Imagines qui damnant;anathema. p. 168.b. 170.a
Imagines retinendæ & honorādæ.p.168. b 169.b.170.171.172.
Imaginis hooor ad primum exemplar refertur.p.169.a.170.171.b
Imagines Chriſti venerandæ velut Euāgelia & lignum Crucis.p.169.a.170.b
Imago Iſaac Patriarchę,Gregoriū Nyſſenū commouebat ad lacrymas.p.169.b
Imaginū vtilitas.p.169.b.170.b.171.b.172.a
Imago erecta à muliere curata à profluuio ſanguinis.p.170.a.173.
Imagines rerum incorporearum, cur effingantur.p.174.b
Imagines in tēplis ſuſpēſæ, quid ſigoificēt. pag.293.a
Imagines Sanctis erigendæ.p.295.b
Ad Imaginem Dei factus eſt homo ratione liberi arbitrij.p.333.b

Imitari.

Imirari Chriſtum debēt Chriſtiani. p.138.b
Imitatores virtutum Dei , chari Deo ſunt. p.159.b
Imitandi ſunt Sancti.p.165.b.295.b

Immortalitas.

Immortalitatis cupiditate omnes ducimur. p.188.6

Imperator.

Imperatores ſupplicant Sanctis , vt pro ſe orent.p.161.a.287.b

Impœnitentia.

Impœnitentia eſt Spiritus blaſphemiæ . p. 71.a.72.
Impœnitētia vſq; ad mortē,impedit remiſſionem peccatorum in hoc ſeculo, & in futuro.p.72

Impoßibile.

Impoſsibile non præcepit Deus.p.271.b

Incontinentia.

Incontinentia plus nocet quàm faſcinatio. p.467.b

Infans.

Ianfantes non nouerunt quod in altari ponitur, & ramen eredunt.p.23.b

Infernus.

Inferni dolores quomodò ſoluti eſſe dicantur.p.51.b
Inferni pœoa,eſt iuſta peccati retributio.p. 400.b

Infidelitas.

Infidelitas dicitur etiā fornicatio , propter quam cōiunx poteſt dimitti.p.582.b

Iniuria.

Iniuriarū quomodò obliuiſcendū.p.217
Iniuriam irrogans,vinci debet patientia,nō viribus.p.218.a
Iniuriæ patienter rolerandæ.p.218.b
Iniuriā referre,nemini licet.p.218.b.219.b
Ad Iniurias cōdonandas nos prouocāt oēs petitiones Orationis Dominicæ.p.353.a

Innocens. Innocentia.

Innocētes pueri,primitiæ martyrū.p. 203. a

Innocentum feſtū Sancti Patres celebrari iuſſerunt.ibidem.
Innocentium martyrum laus.p.300.
Innocentes pro nobis orant, & veniam impetrant.ibid.
Innocentiā ſeruare facilius eſt, quàm verā agere pœnitentiam.p.446.a

Intemperantia.

Intemperantia omnino fugienda.p.227.b

Intentio.

Intentio facit bonum opus.p.137.b
Intentionem fides dirigit.ibidem.

Inuidentia.

Inuidentia fraternæ charitatis, eſt peccatū in Spiritum ſanctū, & peccatū ad mortem.p.71.b.73.b

Ioannes.

Ioannes Apoſtolus ſuperato feruenti oleo, relegatus eſt in inſulam.p.101.b
Ioannes Apoſtolus non eſt paſſus, neque nuptias expertus.p.193.b

Ioſeph.

Ioſeph ſponſus B.Mariæ,fuit virgo.p.36.b. 364.b
Ioſepho dubitanti ſuccurrit Angelus. pag. 367.a
Ioſeph Patriarcha quare pallium reliquit. pag.235.a.

Iſaias.

Iſaiæ vaticinium de cōceptu & partu Virginis,quidam malè interpretantur. pag. 362.b

Iterare.

Iteratæ ægritudinis, iteranda eſt medicina.p.429.b

Iudas.

Iudæ Galilæi dogma,ſiue hæreſis.p.211.b
Iudas Iſcariotes verū Chriſti corpus ſumpſit,eique venenum fuit.p.493.a.508.b

Iudicium.

Iudiciū vniuerſale cur futurum. p.64.b
Iudicium habere aduerſus aliū, an ſit peccatum. pag. 219. a

Iulitta.

Iulittæ martyris laudes, & reliquiæ. pag. 160.a

Iurare.

Iuramentum non recipit Euangelica veritas.p.189.a
Iurare falſum,graue peccatum eſt.p. 187. b 188.
Non iurare melius eſt,quàm verum iurare. pag.187.b.
Iurandi conſuetudo peſsima eſt, & tollenda.p.187.b.188.189.b.468.a
Non iurādum,niſi ex neceſsitate.p. 187.b 188.189.
Iurat Deus per ſemetipſum: & quare.pag. 188.a
Iurare per ſalutem Cæſaris.ibidem.
Iurare quando liceat.p.189.a
Iurationem multi in ore habent tanquàm aliquid dulce.p.189.a
Iuratio falſa,exitioſa eſt: vera, periculoſa eſt:nulla,ſecura eſt.ibidem.
Iuramentum quid ſit.p.188.b

Iuſtificare. Iuſtitia. Iuſtus.

Iuſtificatus debet bene operari.p.136.b
Iuſtificati,amici ſunt Legis.p.281.a
Iuſtificatio tribuitur Deo, & voluntati noſtræ.p.271.a
Iuſtificationis initiū eſt ex indebita miſericordia Dei.p.273.
Iuſtitia noſtra ex Deo eſt.p.275.b
Iuſtus cadere poteſt.p.78.79.b.80.a.274.a
Iuſtus definit eſſe,qui accepta fide male viuit.p.136.b
Iuſtus dum viuit,nō caret peccatis.p.272.a. 273.274.275.b
Iuſti nomen non amittit, qui per pœnitentiam ſemper reſurgit.p.274.275.b
Iuſti poſt mortē percipiēt præmia, iniuſti pœnam.p.544.a
Iuſtus nemo extra Eccleſiam.p.86.b

L

Lacryma.

Lacrymarum vis & virtus:& quibus detur. p.231.b

Lacrymarum Baptiſmus.p.450.a

Lamech.

Lamech veniam obtinuit,quia ſponte confeſſus eſt.p.427.432.b

Latria.

Latria quid ſit.p.162.a
Latria vera ſoli Deo competit.p.170.b

Latro.

Latroni in cruce quis paradiſus promiſſus. p.51.b
Latro ſine Baptiſmo ent ſaluus.pag. 399. b. 401. a.402.
Latronis pœnitentia.p.436.a

Laurentius.

Laurentio qnid Euchariſtia præſtitit.pag. 566.a

Lectio. Lector.

Lectio ſacra in Feſtis.p.204.b
Lectio ſacra iuuat ad tuendam caſtitatem. p.234.b
Lectorum Ordo in Eccleſia.p.595.b.598.b

Legalia.

Legalia omnia annunciabant Chriſti gratiam.p.372.b
Legalia quædā abſtulit Chriſtus,quædam commutauit.p.521.b

Legumina.

Legumina,aliquando noxia.p.232.a

Leo.

Leo Papa, vniuerſalis Archiepiſcopus, & Patriarcha magnæ Romæ.p.114.a
Leo Iſaurus Iconomachus. p.171.b

Lex.

Leges Maiorum,ſeruandæ.pag.102.b.103.b 104.b
Lex,pædagogia pnerorum inſolentium.p. 281.a
Lex Chriſti non euertit leges politicas. p. 210.b
Lex carnis non regnat in noſtro mortali corpore,ſi non obeditur deſiderijs eius. pag.263.b
In Lege Gratiæ factum eſt facile, qnod in veteri Lege difficile fuit.p.281.a
Lex vetus Chriſto ſeruiebat.p.373.a
Lex veteris omnia impleta ſunt in Chriſto. pag.373.b

Liber.

Liber vitæ,præſcientia Dei.p.126.a

Libertas. Liberum.

Libertas diſſoluta,mala:& cauſa confuſionis.p.210.b
Liberras hominis. p.331.332.333.334.335.336. 338.
Liberum arbitrium non eſt ſublatū per peccatū,ſed deprauatū.p.265.b. 334. b.338.a
Liberi verè ibi ſumus vbi non delectamur inuiti.p.387.a
Libero arbitrio quid tribuendum, & quid Dei gratiæ.p.271.b.335.b.336.338.a
Liberum arbitrium Angelis & hominibus datum eſt, & ideò iuſtè iudicabuntur. pag.331.
Liberum arbitrium ſi non haberent homines,fruſtra eis darentur præcepta charitatis.p.333.a.335.a
Liberum arbitrium ſi non eſſet, immeritò punirentur mali.p.332.
Liberum arbitrium & Dei gratia, quomodò ſimul concurrant. p.335.b.336.b.337.
Iuxta liberi arbitrij electionem, vnuſquiſque afficietur aut pœna, aut præmio. p. 336.b.337. b
Liberum arbitrinm ſic extollūt Pelagiani, vt non relinquant locum gratiæ.p.338.a
Liberum arbitrium abſque Dei gratia non poteſt peccatis reſiſtere.p.338.a
Libera eſt nobis volūtas,ſed non ſemper eſt bona.p.335.a

Libido.

Libido procul arcenda ab Eccleſia.p. 225.a
Libido polluit membra Chriſti & templū Dei.p.225.a.226.a
Libido,inuentum diaboli.p.225.a
Libidinis damna.p.227.a
Libidinem prouocat nimius vſus ſalis.pag. 232.b

Libidinis ſeminarium quod nam ſit. p.235.
Libidinis impetus per continentiam coërcendus.p.235.b
Libidini ſeruiet qui contra eã pugnare neglexerit.p.264.b
Libido quid ſit.p.330.a

Lingua.

Lingua membrum eſt per quod cum Deo loquimur, & Euchariſtiam ſumimus. p. 526.a
Linguarum diuerſitas vbi fuerit, diuerſo idiomate docendi ſunt homines.p.310.a

Loqui.

Loquendũ non eſt humano aut ſeculi ſenſu, in Dei rebus.p.487.a

Lucas.

Lucas Euãgeliſta pinxit Imagines Chriſti, B.Mariæ,ac Petri & Pauli.p.173.b

M

Magiſtratus.

Magiſtratibus parendum.p.209.b.210.211.

Malus.

Mali qui nunc ſunt, boni fieri poſſunt:& ècontrario.p.79.b
Mali quando & quomodò tolerãdi.p.97.b

Manè.

Manè conuentus Chriſtianorũ ad canendum Deo.pag.200.b

Manichæi.

Manichæi mentiuntur dicentes, ineſſe nobis mali neceſsitatem.p.264.b

Manna.

Manna figura fuit Euchariſtiæ. pag. 57.a. 495.b.499.b

Manus.

Manus Dei contra omnia mala potens eſt. pag.355.b
Manuum impoſitio.p.406.a

Maria.

Mariæ perpetua virginitas probatur.p.36. b.37.364.a
Maria,ſalua virginitate, facta eſt grauida per Dei potentiam.p.37.b
Maria,id eſt, maris ſtella.p.37.b.365.b
Mariæ virginitatem prædixerunt Prophetæ.p.38.a
Mariæ inuocatio,& præconia. p.359.364. 365.366.367.
Maria vniuerſo generi humano cauſa ſalutis facta eſt.p.363.b
Mariæ & Euæ collatio.p.363.b
Maria Euæ aduocata. p.299.363.b
Maria ſola ſine peccato inter omnes Sanctos.p.363.b.364.366.a
Mariæ tota ſe infudit gratiæ plenitudo. p.365.a
Maria,tantò venerabilior cunctis, quantò gratioſior.ibidem.
Maria,ſpeculum virginum.ibidem.
Maria ſacerdote præſtantior.p.365.b
Mariæ vita,omnium eſt diſciplina.ibid.
Mariæ non eſt negatum,quidquid alijs vnquàm fuit collatum.p.365.a.
Maria reparatrix primorum Parentum . p. 365.b
Marię Natiuitas meritò celebratur.p.366.a
Mariæ honor exhibitus,redundat in Chriſtum.p.171.b
Maria clariſsimum gratiæ receptaculum,& vas ſole ſplendidius.p.367.a
Mariæ templum erexit Pulcheria Auguſta: & Cyrus.p.367.

Martinus.

Martinus ſanat mutum ſacro oleo. p. 572.a

Martyr. Martyrium.

Martyres diligendi, & honorandi, & inuocandi.p.158.b.163.165.a.203.a.293.a
Martyres ſunt Eccleſiæ columnæ,turres,& luminaria.p.160.b
Martyrũ reliquię,& ſepulcra,inuiſenda,& honoranda.ibidem.

Martyr*e*

Martyres poſſunt à Deo impetrare, quæ voluerint. ibidem.
Martyrum memorias religioſè celebrant Chriſtiani. p. 162
Martyres cur vſq; ad mortem decertarũt. p. 162. b
Martyres vicerunt Deos Gentilium. ibid.
Martyres ſunt hominum duces, propugnatores, & cuſtodes p. 163. a. 292. b
Martyres grauiſsima paſsi ſunt, ne pietatẽ aut doctrinam vllo modo perderẽt. pag. 165. a
Martyres, refugium & auxilium Chriſtianorum. p. 299. b
Per Martyrium remittuntur peccata. pag. 426. b

Matrimonium.

Matrimoniales tabulæ. p. 99. a
Matrimonium, remedium infirmitatis. p. 276. a
Matrimonij triplex bonum: fides, proles, Sacramentum. p. 576.
Matrimonij vinculũ, indiſſolubile, niſi per mortem. p. 576. & multis ſequentib.
Matrimonium eſt Sacramentum. pag. 576. 577. a
In Matrimonio confertur gratia. p. 579.
Matrimonio priore durante, aliud contrahens, adulterium committit, & Communione priuatur, p. 581. 582. a. 584. a
Matrimoniũ vnius cũ vno, licitum & perpetuum. p. 584. b
Matrimonij definitio, & vis. p. 577. a

Melchiſedech.

Melchiſedech quomodò fuerit Chriſti figura: & eius ſacerdotium viget in Eccleſia. p. 494. 496. b. 499. 525. b. 527. b. 528.

Memoria.

Memoria peccatorum cum gemitu. p. 451. b

Mendacium.

Mendaciorum octo genera. p. 251. a
Mendacium nullo modo dicendũ. p. 251. b

Menſa.

Menſa, ſignificat Chriſti corpus. pagina. 504. a
Menſa vna eſt diuinorum myſteriorum. pag. 557. b

Mereri. Meritum.

Mereri bene de alijs, opus fermè diuinum. p. 474. a
Merendi locus non eſt poſt hanc vitam. p. 547. a
Merita cuiuſq; requirit Deus. p. 80. b
Meritum nullum eſt apud Deum ſine Baptiſmo. p. 385. b
Meritis operum præteritorum non peruenitur ad iuſtificationem. p. 136. b

Michael.

Michaëlem Archangelum inuocantes in ipſius templo, multa beneficia cõſequũtur. pag. 163. b

Miniſtrare.

Miniſterium vnius non vſurpet alius. pag. 600. b
Miniſtrare Deo, magna res eſt, & etiam Angelicis virtutibus formidãda. p. 527. a
Miniſtrorum improbitas non nocet virtuti Sacramentorum. p. 371. b. 372. a. 421. a. 606. 607. a

Miraculum.

Miracula diuerſa in diuerſis locis fiunt per Sanctos. p. 299. 300. b
Miracula faciebat Chriſtus vt Deus, & vt homo. p. 503. b
Miracula diuina dum fiunt, ſæpe res cernitur, & neſcitur: fit, & nõ intelligitur. p. 516. b
Miracula fiunt à Deo orantibus martyribus. p. 163. a
Miracula aliquando fiunt à Sãctis propter orationes noſtras. p. 293. b

Miſeratio. Miſericordia.

Miſeratio ex animo collata, magnum eſt miſero remedium, p. 474. a
Miſeratio ſuperat myriades agnorum pinguium. p. 475. a
Miſericordia & iuſtitia lucent in glorificatione & damnatione hominum. p. 126. a
Miſericordiæ operum cõmẽdatio. p. 472. b 473. 474.

Miſe-

Miſericordiæ opera ſpiritualia maioris ſunt meriti quàm corporalia.p.473.b
Miſericordia in pauperes,purgãda eſt anima.p.474.b
Miſericordia in pauperes, non tam conſilij eſt,quàm præcepti.ibidem.
Miſericordia in proximos,magna laude & præmio digna.p.243.a

Miſſa.

Miſſæ canon ante conſecrationem.p.487.a
Miſſa audienda die Dominico.p.204.b
In Miſſa mors & reſurrectio Chriſti ſignicatur,& remiſsio peccatorum.p.345.b
Miſſa manè celebranda: & quare. p.494.b
Miſſæ ſacrificium, magnorum myſteriorũ exemplar.p.506.b
Miſſa in locis tantùm conſecratis celebranda.p.521.b
Miſſam celebrãt Petrus & Matthęus Apoſtoli.p.522.b
Miſſæ ſacrificium præſtantius omnibus ſacrificijs.p.523.b.538.a.563.b
Miſſa quomodò audienda. p. 526.a. 527.a. 541.a
In Miſſa immolatur Agnus Dei.p.526.a
Miſſæ ſacrificio adſtant Angeli, & Dei Filius.p.526.b.540.a.565.b
Miſſa ſemper die Dñico celebrãda. p. 530.a
Miſſa ægrotum roborat.p.524.b
In Miſſa confeſsionẽ facit Sacerdos,& manus eleuat.p.540.a
Miſſæ ſacrificium vnum eſt,horrendum,& immaculatum, & ineffabile Sacramẽtũ. p.526.b.527.a.565.b
In Miſſa nõ ſine fructu proferũtur nomina defunctorum.p.528.b
In Miſſa vino miſcẽda eſt aqua.p.494.506. b.530.b.533.b
Miſſæ ſacrificium ſucceſsit omnibus ſacrificijs veteris Teſtamenti.p.531.538.a
Miſſa in quadam domo celebrata,dæmonẽ fugauit.p.531.a
Miſſa,ſacroſanctum ſacrificium.p.538.b
Miſſæ varij ritus.p.539.540.
In Miſſa pax datur.p.539.a.540.b.541.a
In Miſſa orat Sacerdos pro diuerſis ſtatib⁹. p.539.b.541.a
In Miſſa frangitur hoſtia.p.541.a
In Miſſa oratur pro ægrotis, & pro fructibus.p 541.b
In Miſſa quæ arcana ſunt,ne enunciet Sacerdos.p.309.b
In Miſſa communicandum.p.539.b

Monachus.

Monachi fugitiui.p.190.a
Monachus qualem ſe in omnibus debeat exhibere.p.191.a
Monachi nuptiæ tantò ſunt peiores adulterio,quãtò melior eſt Angelus homine. p.193.b
Monachum abſtrahens à Religione, ſacrilegus eſt.p.191.

Monica.

Monica moritura orat vt eius commemoratio fiat in Miſſa.p.547.b
Pro Monica offertur ſacrificium.p.529.b

Moralia.

Moralia præcepta non deleta, ſed aucta.p. 373.a

Mori. Mors.

Mori nos oportet peccato, & viuere Deo. 280.a
Moriens in peccato mortali, damnatur. p. 561.b
Mortui quomodò lugendi.p.546.a
Pro mortuis non fruſtra oblationes fiunt. p.526.a. 529.b. 541.a.544. & ſequentib.
Mortui,quot modis poſsint cognoſcere quæ hic geruntur. p.292.a
Morte inſtante,quid à Deo petendum.pag. 51. a
Mortis timor,vtilis peccatoribus.p.80.b
Mortem æternam nullus aufert niſi Chriſtus.p.400.b
Vide. Defuncti.

Mulier.

Mulierum familiaritas,vitanda. pag.226.b. 227.a
Mulierũ aſpectus,tactus,& oſcula fugiẽda. p.226.b.227.a.235.a
Mulierem canentem audire peius eſt,quàm baſiliſcum ſibilantem.p.227.a
Mulieris cõiugatæ qualis debeat eſſe amictus interior & exterior.p.230.b
Mulier non poteſt ſimul Deo & marito Gentili ſeruire.p.543.b
Mulier Chriſtiana non nubat viro infideli. p.582.b. 583.
Mulierum domos clerici ne adeãt.p. 603.b
Mulieres quędam,omnia ſua Deo cõſecrãt. p.586.b

Multiloquium.

Multiloquium deuitādum.p.228.b.229.a

Mutare.

Mutatione vitæ, compenſantur commiſſa peccata.p.450.b

Mutatio in melius,efficax eſt ad Deū placandum.p.451.a

Mutare creaturas poteſt Chriſti ſermo. p. 481.b

Myſterium.

Myſteria Chriſtianorum,ſunt anteriora, & diuiniora,quàm Iudæorum.p.499.b

N

Narciſſus.

Narciſſus,Alexandri ſocius,in Epiſcopatu vixit.116.annis.p.160.a

Naſci. Natiuitas.

Naſcitur nemo abſque peccato originali.p. 396.b

Natalitia Sanctorū celebrāda.204.b. 288.a

Natiuitas Chriſti,feſtū feſtorū omniū venerandum & adorandum.p.203.b

Natiuitas Chriſti,eſt origo & fundamentū reliquarum Chriſti ſolennitatū. p.203.b

Natiuitas Chriſti quomodò celebranda. p. 560.b.561.a

Natura.

Natura humana mutabilis eſt.p.78.

Natura noſtra creata eſt bona,ſed vitio nō facta eſt mala.p.330.a

Naturæ non indulgendū pluſquàm neceſſe eſt.p.344.a

Natura humana reparata eſt ijſdem gradibus quibus perierat.p.41.b.42.a

Neceſsitas.

Neceſsitas felix quæ ad meliora compellit. p.190.b

Neceſsitas mali non ineſt nobis.p.263 b

Negare.

Negant multi factis Deū, licet verbo confiteantur.p.81.a.138.b

Nero.

Nero Simonem magū magnificecit,& per eū cœpit aduerſari Apoſtolis.p.115.b

Nero primus cruentauit fidē Romæ exorientem.p.116.a

Nihil.

Nihil ſine Dei volūtate, & prouidētia.25.a

Nihil ſcire,omnia ſcire eſt.p.510.b

Nihil in mūdo poſsidens, Chriſtum poſsidet.p.346.a

Niniuita.

Niniuitarū pœnitentia. p.436.437.a

Noctu.

Noctu etiā cōueniebāt Chriſtiani ad orandum & pſallendum.p.307.b

Nomen.

Nomē Dei quo pacto ſanctificandū. p.325.

Nomē Baptizati & ſuſceptoris deſcribitur. p.406.a

Nouatus.

Nouatus hæreticus vexatus quia neglexit Confirmationis Sacramentum.p. 417. b

Nouati hæreſis eſt,negare pœnitentiā peccantibus poſt Baptiſmum.p.439.

Nouati, & aliorum hæreticorum dogmata fugienda.p.439.b

Nouus.

Noui hominis eſſentia poſita eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis.p.389.b

Nugæ.

Nugæ ineptæ,fugiendæ.p.229.a

Nuptiæ.

Nuptijs non interſint virgines.p.225.b

Nuptiæ cur inſtitutæ.p.257.b

Nuptiarum Sacramentum.p.577.a

Nuptiarum fœdera, legitima.p.193.a.578.b

Nuptijs cur Chriſtus interfuit.p.579.b

In Nuptijs Eccleſiæ plus valet ſanctitas Sacramenti,quàm fœcunditas vteri.p.580.a

Nuptias qui damnant refelluntur.p.582.a

Nuptiarum præmium eſt, è duobus vnam carnem fieri.p.584.a

Nuptiæ cur olim frequentes fuerint, nunc verò cœlibatus plus cōmēdetur.p. 601.b

O

Obedientia.

Obedientia ſine fide nil prodeſt.p.137.b

Obedientia quibus præſtanda. p.210. b.211. 595.a.607.b

Offerre.

Offertur quotidie victima pro peccatis.p. 496.b.528.a

Offerantur tot holocauſta, quot ſufficiant populo.p.521.a

Oleum. Oliua.

Oleum Vnctionis in Baptiſmo. pag.404.b & ſequentib.416.
Olei exorcizati virtus & ſignificatio. pag. 407.b.415.b.416.
Oliua ſignum pacis.386.a

Olus.

Olera aliquando noxia.p.232.a

Oneſimus.

Oneſimus fuit Acolytus.p.597.

Operari. Opus.

Opera bona negantes,damnantur. p.137.a
Operari bene abſq; fide, eſt currere extra viam.147.a
Operatur Chriſtus in nobis,& nos operamur.p.143.a
Operatur homo male vel bene, per amorẽ malum vel bonum.pag.143.b
Opera ſunt neceſſaria.p.81.a.134. 136. 137. 171.b
Opera ſine fide mortua ſunt.p.134.b
Operum bonorum via Chriſtianis ambuland .p.137.b
Ad Opera bona debet accedere miſericordia Dei.ibidem.
Operum bonorum meritum.p.385.b
Operibus bonis redditur vita æterna. pag. 135.b.136.a
Opus bonum eſt ædificium ſuper fidem:& fidei fructus.p.137.b
Opera bona Deus inchoat,auget, & perficit.p.137.b.191.b
Opera Chriſti non facientes,non ſunt veri filij Chriſti.p.138.b
Opera fidei ſolummodò faciunt qui charitatem habent.p.144.b
Opus optimũ eſt Summi illius primarijq; boni placatio.p.191.b
Operationum diuerſitas.p.376.b

Orare. Oratio.

Orandum omnibus momentis.p.344.b
Orandum pro Regibus.p.210.
Oramus cur nudo capite & expanſis manibus.pag.310.a
Orandum pro inimicis.ibidem.
Cùm Oramus,gratiæ Dei innitimur. pag. 301.a
Orantes cur aliquando non impetrant petita.p.302.b.303.a
Orantium geſtus,& ritus,quales. pag.307. 308.a
Orare aliter quàm Chriſtus docuit, culpa eſt.308.b.310.b.311.b
Orare cur Deus iubeat, cùm ſciat omnia. p.308.b.310.b
Oramus voce vt nos ipſos excitemus. pag. 308.b
Orari quo pacto Deus vellet,ipſe ſolus docuit.p.311.a
Orans cum fide, ſpe, & charitate, exauditur p.308.b.316.b
Orandum pro omnibus Eccleſię membris. p.548.b
Oratione præcauendæ ſunt tentationes. p.354.b
Oratio publica, debet eſſe communis pro omnibus.p.310.a
Oratio pro mortuis.pag.161.b. 288. b. 545. 546.547.548.
Orationi fit locus deſignatus.p.200.b.201.a
Orationis locus aptiſſimus, Eccleſia. pag. 308.b.309.a
Orationes iuſtorum & poſt mortem & in vita plurimùm operantur.p.160.a. 300.a
Oratio indiget ſpe,& perſeuerãtia.p. 301. b
Oratio eſt lumen animæ, & opus Angelorum.p.301.b
In Oratione cum Deo colloqui,magna dignitas eſt.p.301.b.302.a
Orationis laus.p.302.a
Oratio vitam piam conciliat & auget. pag. 302.a
Ad Orationem quo pacto accedendum.p. 301.b
In Oratione vincat ſpiritus carnem.307.b
Oratio præcedere debet concionem, & quemuis ſermonem.p.309.a
Oratio maiorem vim habet quando fit ſimul à multis.p.309.a.310.b
Oratio,caput eſt & radix bonorum omniũ. p.309.b
Oratio quocunq; idiomate fieri poteſt. p. 309.b
In Oratione nil aliud cogitari debet, niſi Deus.p.310.b
Orationem ſolius mentis,Deus exaudit. p. 310.b
In oratione petenda ſunt quæ Spiritus ſanctus ſuggeſſerit.p.311.a
Orationis Dominicæ, vltimæ petitiones quid

quid compleƈtantur. pagina.358.
Orationis Dominicæ primis verbis, Pater noſter, excitatur charitas & fiducia in Deum.p.301.a.316.b
Orandum eſt ſpiritualiter, non carnaliter. p.311.b
Orationis Dñicæ laus.p.308. b.311.b. 316.b
Oratione Dominica dum vtimur, facilius exaudimur.p.308.b
In Oratione Dominica pro omnibus oramus, non pro vno.p.310.b
Oratio Dominica cõprehendit omnia quæ recte peti poſſunt.ibidem.
In Oratione Dominica cur dicimus, Sãƈtificetur nomen tuum.p.323.
In Oratione Dominica quid ſignificet, Fiat voluntas tua, &c.p.330.a
In Oratione Dñica quid petatur per panẽ. p.344. 345.
Oratio Dominica in Miſſa.p.501.b

Ordinare. Ordo.

Ordo, eſt Sacramentum.p.593.a.594.b
Ordinationes apud hæreticos temerariæ ac leues.p.595.a
Ordinem non ſeruantes, amittunt prẽmiũ. p.230.a
Ordo Epiſcoporum. p.86.b.87.b
Ordo omnis Eccleſiaſticus, ſuis Reƈtoribus nititur.p.600.a
Ordinis Sacramentum non iteratur.p.416. b.592.b
Ordinis Sacramẽtum ſolus Epiſcopus confert.p.421.b
Ordines ſacri quibus temporibus dentur. p.592.b
Ordinis Sacramẽti Materia, Forma, & Miniſter.p.594.a
Ordines miniſtrorũ Eccleſiæ, alij maiores, alij minores.p.596.a
Ordinum minorum nomina & miniſteria. p.595.596.
Ordines maiores & minores quomodò, & quibus conferẽdi.p.592.596.599. b.598.a
Ordines à proprio Epiſcopo ſunt ſuſcipiẽdi.p.596.b
Ordines maiores quã ætatẽ requirant.ibid.
Ordines quot ſint.p.597.a
In Ordinum collatione quæ obſeruãda.p. 597.b
Ordinũ vſus olim confuſus, nunc rectè diſpoſitus.p.599.b.

Origenes.

Origenis error arguitur.p.25.b

Ornatus.

Ornatus impudicus, indicium eſt libidinis. p.225.b
Ornatus nimius damnatur. p.225.b.229.b. 230.231.233.a

Oſtiarius.

Oſtiarij officium quod ſit.p.596.a

P

Panis.

Panis ſpecies cur remaneãt in Euchariſtia. p.484.b.508.b
Panis nomine quid intelligatur.p.344.345.
Panẽ Angelorum vt manducaret homo, Dñs Angelorũ factus eſt homo.p. 502. b.515.a

Paradiſus.

Paradiſi Beatitudo non dedicatur abſq; ieiunio.p.235.b

Parentes.

Parentes quomodò honorandi.p.211.
Parentibus non parendũ, ſi mala imperent. p.211.b.212.
Parentes ſæpe filios alijs tradunt alendos, at Chriſtus nos ſua carne alit.p.510.a

Paſcha.

Paſcha qñ & quomodò celebrandũ.p.201.a
A Paſcha vſque ad Pentecoſten cur continuata feſtiuitas.p.204.a
Paſchali tempore non ieiunatur.p.204.a

Paßio.

Paſsionis Dñi Sacramentũ pro maieſtate rei nemo poteſt cognoſcere.p.528.a

Pater.

Patrum Sanƈtorũ quãta authoritas. p.131.a
Patres ſpirituales valde honorandi. p.433.b
Vide, Parentes.

Patientia.

Patientiæ probatæ quãta merces.p.311.b

Patriarcha.

Patriarchæ & Prophetæ penè omnes in aliquo figuram Chriſti geſſerũt. p.527.b

Pauci.

Paucis contenti eſſe debemus.p.242.a
Paucos deleri ſatius eſt, quàm plurimos interire.p.323.b

Paulus.

Paulus ciuitatis Romanæ na iuitatẽ conſequitur, cùm in ea patitur. p. 116. b
Paulus non iurauit in ſermone, ſed in ſcriptis. p. 187. b
Paulus & Iacobus nequaquam contrarij. p. 136. b. 137. a
Pauli catenas & ſepulcrum videre cupit Chryſoſtomus. p. 160. 161. 164. a
Paulus nunquàm ſenſit ſolam fidem ſufficere ad ſalutem. p. 135.
Pauli corpus Vrbem munit. p. 135. 161. b.
Pauli doctrina male intellecta, parit hæreſes. p. 155. a
Vide, Petrus.

Pauper. Paupertas.

Pauperi quidquid datur, Chriſto datur. p. 473. b. 475. a
Pauperes magna reuerentia ſuſcipiendi ſunt, quia in eis Chriſtus ſuſcipitur. pag. 473. b. 474. 475.
Pauperum curam gerendam docent omnes ſancti Patres. p. 474. b
Paupertas, eſt ſecurum præſidium. p. 346. b
Paupertatis conſilium ſectantibus, quid faciendum. p. 347. a
Paupertatis commendatio. p. 346. b. 347.
Paupertatem voluntariam multi ſectantur. p. 346. a
Pauperes, domos nobis ædificant in cœlis. p. 245. b

Pax.

Pacis communicatio. p. 88. b

Peccare.

Peccare nemo audeat propterea quòd Deꝰ facilè ignoſcit. p. 429. a
Peccans plus, plus debet. p. 453. b
Peccatori quid agendum vt veniam impetret. p. 452. a
Peccator viuens, poteſt melior eſſe iuſto mortuo. p. 80. a
Peccatorum venia nunquàm deſperanda. p. 71. a. 73. b
Peccata quædam curari poſſunt, quædã nõ poſſunt. p. 544. b
Peccato nihil eſt deterius, quia Diuina dona euertit. p. 78. a
Peccatũ nullum eſt niſi voluntariũ. p. 261. b 262. a. 263. 264. b. 265. a
Peccatum committitur cogitatione, verbo, & opere. p. 261. a
Peccatum quid ſit. ibidem.
Peccata nullo modo ſunt occultanda. pag. 426. b
Peccatum omnino debet eſſe nobis inimicum p. 280. a
Peccata præterita quomodò deſerẽda. pag. 447. b
Peccatum originale quomodò in nobis ſit. p. 262. b. 394. 395. 396.

Pectus.

Pectoris tunſio quid denotet. p. 446. a

Pecunia.

Pecuniã non amabit, qui Deum dignè amauerit. p. 348.
Pecunia quomodò vtendum. ibidem.
Pecunia perdenda vt quies ematur. p. 345. b 346. a

Pentecoſtes.

Pentecoſtes feſtum. p. 204. a

Peregrinatio.

Peregrinationes ad Sanctorum ſepulcra. p. 161. a. 290. a

Perfectio. Perfectus.

Perfectio tota in Dei dilectione poſita eſt. p. 211. a
Perfectio quædam inuenitur ſecundùm huius vitæ modum. p. 273. b
Perfectio boni ſine Deo eſſe non poteſt, ſicut neque inchoatio. p. 273. a
Perfectus adhuc quærit perfectiora. p. 271. b 273. b
Perfectorũ hîc infirmitas, eſt in cœlo plena perfectio. p. 271. b
Perfectus ſimul in omnibus nullus eſt, niſi ſolus Chriſtus. p. 272. b
Perfectus nullus dici poteſt quandiu viuit. p. 271. 272. 273. 275. b
Perfectum aliquid dicitur multis modis. p. 272. b
Perfectionis eſt, ſua pauperibus erogare. p. 347. b

Perſeuerantia.

Perſeuerantia omnibus neceſſaria. p. 79. b
Perſeueraturum ſe, nemo nouit. p. 79. a

Petrus.

Petri excellentia ſuper alios Apoſtolos. p. 112. b. 113. b
Petrus Eccleſiã repræſentabat propter Apoſtolatus ſui primatum. p. 113
Petrus primus Apoſtolus, & à petra dictus. 113. 114. a. 115. b. 117.

Petro datę ſunt claues ad vtilitatem Eccleſiæ.p.113.b
Petrus quid ſignificet.p.113.b
Petri hæreditatem non habent, qui Petri fidem non habent.p.114.b
Petrus aliter petra, & aliter Chriſt*.p.115.a
Petrus ex vrbe Roma ſcripſit epiſtolā.ibid.
Petrus Romam tropicè vocat Babyloniam. ibidem.
Petri colloquiū ad plebem Romanā.p.115.
Petrus fundamentum Eccleſiæ.ibid.
Petrus ſic cognominatus eſt à Chriſto.ibid.
Petrus tunc cingitur ab alio, cùm crucifigitur.p.116.b
Petrus Apoſtolorum Princeps.p.116.b.117.
Petrus dux & magiſter militiæ Dei.p.116.b
Petrus.25.annis Romæ cathedram tenuit. p.117.a
Petrus Cruci affixus capite in terrā verſo. p.118.a
Petri catenas horrent dæmones, venerantur Angeli.p.160.b.161.a
Petri pœnitentia perfecta.p.452.a
Petrus & Paulus ſalutiferi Doctores Chriſtianorum.p.116.b
Petrus & Paulus Romæ fuerunt, & paſſi ſunt.p.101.b.115.b.116.117.118.a
Petrus & Paulus eminent ſuper cæteros Apoſtolos.p.117.a
Petri & Pauli imagines.p.173.b
Super Petri & Pauli oſſa ſummus Pontif. offert ſacrificium.p.527.b
Petri & Pauli trophæis Romana Eccleſia communitur.p.116.a

Placere.

Placere Deo qui ſtudet, beatus eſt. p.194.b

Plato.

Plato ſenſit, poſſe Sanctos noſtra curare.p. 299.a
Platonici putarūt, etiam poſt mortē emendationi locum eſſe per pœnas.p.547.b

Pœna.

Pœna æterna cur dura videatur humano ſenſui.p.125.b
Pœnæ à Deo immiſſæ hortātur nos ad pœnitentiam.p.181.b.182.a.188.b
Pœnam quis poſsit imponere vel remittere.p.543.b.544.b.545.a.

Pœnitens. Pœnitentia.

Pœnitēs nō reijcied*.p.439.b.450.a.454.a
Pœnitens comparatur Lazaro.p.428.a
Pœnitentem verum quæ deceāt.p.447.b. 455.b
Pœnitentiū verorum exempla.pag.455.a
Pœnitentia peracta fit peccator fortior ad prælium.p.354.b
Pœnitentia vera quid requirat.pag.427.b. 428.445.446.
Pœnitentia eſt ad veniam altera ianua poſt Baptiſmum.p.429.b.431.435.a.
Pœnitentia eſt ſecunda tabula poſt naufragium.p.431.453.b
Pœnitentiā contēnens, damnatur.p.432.a
Ad Pœnitentiam agendā quàm procliues eſſe debeamus.ibidem.
Pœnitētiam agere nemo erubeſcat.p.438.a
Pœnitentia, omnibus neceſſaria.p.435.b. 444.a.452.454.
Pœnitentiæ partes. p.434.b.436.444.b. 445.446.447.450.451.452.453.
Pœnitentia exterior, maceratio carnis.pag. 434.b.435.436.446.
Pœnitentiæ fructus & vtilitas. pag.437.b. 445.b.475.476.
Pœnitentia vera eſt, peccata confiteri, & ab eis deſiſtere.p.444.445.b.446.a
Pœnitentia duplex.p.437.a
Pœnitentiæ publicæ vſus.p.447.a.450.a
Pœnitentia non differēda vſq; ad mortem. p.448.b.454.a
Pœnitentia inutilis, quæ.p. 451.b
Pœnitentia falſa.p.495.a
Pœnitentia perfecta, quæ.p. 452.a.455.a. 477.b
Ad Pœnitentiam exhortatio.p.455.b
Pœnitentia pro peccatis, quanta.p.477.b

Poma.

Poma, quæ vitanda.p.232.b

Poſſeſſor.

Poſſeſſor bonæfidei tādiu quis dicitur, quādiu ſe alienum poſsidere ignorat.p.580.a

Potamiœna.

Potamiœnæ martyrium.p.159.b

Potentia.

Potentiæ & virtutis Diuinæ aliquot exēpla.p.481.b.482.a

Præceptum.

Præcepta Dei ſeruantibus proponitur corona.p.126.a

Præcepta Dei neceſſariò obſeruāda.p.138.a
Præceptorum Dei tranſgreſſor,facilè labitur in idololatriam.p.158.a
Præceptorum Dei magna vtilitas.p.272.a 275.b
Præceptorum obſeruatio,ducit ad gloriā. p.154.a
Præcepta Euangelica multi Chriſtiani obſeruant.p.346.a
Vide. Decalogus.

Prædeſtinatio.

Prædeſtinatio & præſciētia Diuina.p.79.b 80.a
Prædeſtinarionis effectus eſt,largitio gratiæ.p.338.b
Prædeſtinatio quid ſit.ibidem.
Prædeſtinatum ſe eſſe nemo præſumat.p. 77.b

Prædicatio.

Prædicatio veritatis ſicut lumen vbique lucet,& illuminat eos qui volunt ad agnitionem veritatis venire.p.88.a

Prælatus.

Prælatos Eccleſiæ cur hæretici oppugnēt. p.112.a
Prælatum oportet medici vicem gerere,nō feræ.p.116.a

Præſumere.

Præſumat nemo de ſe, etiamſi multa bona opera habeat.p.77.b.79.a.80.b.302.a
Præſumptio,impedimentū timoris. p.302.a
Præſumptio cauenda.p.302.

Princeps.

Principes honorandi.p.210.a

Promiſsio.

Promiſsiones Dei amittimus per peccatū. p.78.a.81.b

Prophetia.

Prophetia & ſcientia omnis, militat fidei, ſpei, & charitati.p.143.b

Prouidentia.

Prouidentia Dei.p.24.b.25.26.
Prouidentiā Dei negare grauis eſt iniquitas,& inſania,& error.p.25.

Pſalmi.

Pſalmi olim dicebantur ad altare ante & poſt oblationem.p.529.b.539.a

Pudicitia.

Pudiciriam colentibus, humilitas neceſſaria eſt.p.355.
Pudicitiæ encomia.p.229 b
Pudiciriæ comes,grauitas.ibidem.
Pudicitia in quibus conſiſtat.p.230.a
Vide, Caſtitas, Continentia.

Pudor.

Pudor qui confeſsionem impedit,repellendus.p.432.a.434.b.435.a.438.
Pudor in confitendis peccatis habet partem remiſsionis.p.438.446.b
Pudor peccati,neceſſari⁹ eſt peccāti.p.450

Puer.

Pueri cur effici debeāt qui volunt regnum cœlorum.p.126.b
Puerorum Baptizatorum,& non Baptizatorum diſcrimen.p.385.a

Pulchritudo.

Pulchritudinem virgines conentur extinguere,& de ea ne glorientur.p.232.b

Punire.

Punitur aliquis pro peccato alterius: & quō pacto.p.181.182.183.

Purgatorium.

Purgatorij ignis.p.544.545.546.547.
In purgatorio dantur tormēta, poſteà datur corona.p.544.b
Purgatorij pœnæ quādiu durēt ſolus Deus nouit.p.545.a

Q

Quadrageſima.

Quadrageſimæ ieiuniū, & quomodò peragendū.p.461.b. 462. 463. 464.b.465. b.466.b.467.b.468.470.
Quadrageſimę tompore virtutes omnes exercendæ. p.462.
Quadrageſimam in pane & aqua multi trāſigunt.p.467.b

R

Rapina.

Rapinam exercet,qui pauperibus non largitur.p.472.b

Ratio.

Ratio ſine bonitate,ratio non eſt.p.333.b
Ratio multorum diuinorum operum nulla alia reddi poteſt,niſi Dei volũtas, & potentia.p.517.b

Rector.

Rector vnus in ſingulis Eccleſijs.p.600. a

Redimere.

Redimere tempus,quid ſit.p.346.a

Regeneratio.

Regenerationes duæ ſunt, vna ſecundùm fidem,altera ſecũdùm carnẽ.p.125.a

Reges. Regnum.

Regibus parendũ dum iuſta præcipiunt.p. 270.b
Reges laudantur quando euertunt ea quæ contra Deum ſunt ſtatuta.Ibidem.
Regnum cœlorum quibus detur.p.126.b

Relapſus.

Relapſus in peccata, indicat ſe radicem nõ abſtuliſſe.p.477.a

Religioſus.

Religioſus nihil priuatim poſsideat, ſed omnẽ auaritiã deteſtetur. p.346.b.347.

Reliquiæ.

Reliquiæ Sanctorũ non adorantur, ſed honorantur.p.160.a.164.a
Reliquiæ Sanctorum dæmones torquẽt.p. 45.a.160.b.161.a
Reliquiæ martyrum religioſè collectæ & aſſeruatæ.p.163.b
Reliquiæ S.Babylæ,honoratæ.p.164.a
Reliquiæ D.Cypriani.p.164.b
Reliquię Sanctorum,ſunt fontes ſalutares. p.295.a
Per Reliquias Sanctorũ multa Deus miracula operatur.p.164.b.165.a.295.a
Reliquiæ diuerſorum Sanctorum diuerſis in locis aſſeruantur, & ibi varia præſtant munera.p.295.299.b

Remedium.

Remedia magna nobis Deus contulit ad ſalutem.p.353.b

Remiſsio. Remittere.

Remiſsio peccatorum datur pœnitentiam agentibus.p.275.a.416.427.435.b
Remiſsionem peccatorum vt impetremus, ſitum eſt in noſtra poteſtate.p.353.b
Remiſsio peccatorum eſt à Spiritu ſancto. 386.a
Ad Remiſsionem peccatorum requiruntur omnia quæ de pœnitentia à prophetis & Apoſtolis dicta ſunt.p.428.
Remiſsio peccatorũ obtineri poteſt in Eccleſia.p.111.a
Remittens fratri ſuo, remiſsionem conſequetur.p.353.

Renaſci.

Renaſcitur nemo in Chriſti corpore, niſi pri⁹ naſcatur in peccati corpore.p.576.b
Renaſcatur quomodò vnuſquiſq;.p.376.b

Reprehendere.

Reprehẽdẽs ſeipſum, Dñm laudat.p.446.a

Repudium.

Repudium eſt præter naturam, & contra Legem. p.577.b

Res.

Res cernitur,& neſcitur:fit, & non intelligitur.p.516.b

Reſurgere. Reſurrectio.

Reſurgens Chriſtus,Patrum animas ſecum eduxit.p.52.b.53.b.54.a
Reſurrexit Chriſtus cur citius.p.52.b
Reſurrecturum Chriſtum die tertia, vnde ſciuerunt Iudæi.p.55.a
Reſurgent corpora mortua.p.124.a
Reſurgente Chriſto cur lapis reuolutus. p. 516 a
Reſurectio Chriſti probatur.p.54.
Reſurrectio perfecta quæ ſit.p.124.b
Reſurrectio prima & ſecũda,quę ſit:& qui ad quãlibet pertineant.p.124.b.125.a
Reſurrectio bonorum & malorum omniũ, futura.p.125.b.126.a
Reſurrectio cur facta in corpore Chriſti.p. 202.

Reuelare.

Reuelauit Deus multa & docuit per ſuos poſt nouum Teſtamentũ ſcriptũ. p.131.b

Riſus.

Riſus quando bonus, & qñ malus. p.228.a

Romanus.

Romana Eccleſia habet veram ſucceſsionẽ Apoſtolorum.p.84.87.111.b.117.b

Romanæ Eccleſiæ authoritas.p.101.b.113.
Romanæ Eccleſiæ primatus,& in fide conſtantia.p.112.b.113.466.a
Romanam fidẽ ſequentes,ſunt veri Catholici.p.89.a
Romani Pontifices recenſentur vſq; ad D. Auguſtinũ,& Irenęum,& vſq; ad D.Optatum.p.89.b.111.b.117.b
Romani Pontificis authoritas.p.113.114.
Romani Pontifici non communicantes, ad Antichriſtum pertinent.p.114.a
Romano Pontifici qui nõ paret, non habet ſortẽ inter Catholicos.p.89.a.114.b
Romanus populus celebrat Deum Petri & Pauli.p.118.a

S

Sabbathum.

Sabbathi obſeruatio quomodò pertineat ad Chriſtianos.p.202.a
Sabbathum datũ eſt ad ſignificandũ Chriſtum.p.203.a

Sacerdos. Sacerdotium.

Sacerdos eſſe non poteſt quem lex nõ conſecrarit.p.89.a
Sacerdotum poteſtas & dignitas. pag.111.a. 427.a. 428.b. 429. 444. 447.b. 506.b 537.a.550.a.571.a.593.594.595.
Sacerdotes remittunt peccata abſque vlla Dei irreuerentia.p.111.
Sacerdotis officiũ, munus eſt Spiritus ſancti.p.111.b
Sacerdotes per Sacramentum pœnitentiæ remittunt peccata. p.434.b.439.444.b 446.a.447.b
Sacerdotes Chriſti longè pręſtãtiores Moſaycis.p.427.a
Sacerdotes qui ſpernunt, ſceleratiores ſunt Dathan & Abiron.p.427.a.595.a
Sacerdos pœnitentiarius in qualibet Eccleſia.p.449.a
Sacerdos Chriſti fit,qui dat eleemoſynam. p.472.b.473.b
Sacerdotes Apoſtolico gradui ſuccedunt.p. 482.b
Sacerdotes corpus Chriſti conficiunt. pag. 482.b.483.b.522.a.524.a
Sacerdotibus non detrahendum .p.482.b. 522.b.595.607.b
Sacerdotum officia & miniſteria , quæ.p. 482.b.522.a.594.b
Sacerdos,Deus eſt,aliosq; Deos facit.pag. 506.b
Sacerdotes quales requirit Chriſt⁹.p.539.b
Sacerdotis nomen & habitũ nõ ſumat, niſi qui ſe Deo probauerit.p.506.b
Sacerdotes honorãdi ſũt.p.522.a. 594.595.a
Sacerdoti celebranti adſint teſtes. p.522.a
Sacerdotes negotijs ſecularibus nõ alligentur,imo ab altari & ſacrificijs non recedant.p.524.a
Sacerdotis manus conciliatrix eſt Diuinæ gratiæ.p.525.b
Sacerdos offert pro laico.p.527.b
Sacerdos nullam habet hæreditatem niſi Deum.p.528.a
Sacerdotes propter quod peccatum prohibeantur offerre.p..533.a
Sacerdotis in alienis Eccleſijs,nec Miſſam celebrent, nec Euchariſtiã miniſtrẽt.p. 533.b
Sacerdotes nos generant in vitã æternam. p.544.a
Sacerdotum puritas quanta eſſe debeat . p. 558.a.601.602.603.
Sacerdos celebrans qualis debeat eſſe . pag. 565.b
Sacerdotibus nuptiæ interdictæ . p.586.b. 587.a.601.602.603.
Sacerdotes plus laicis ſcire tenẽtur.p.592.a
Sacerdos,Angelus Domini eſt.p.594.a
Sacerdotes remittere poſſe peccata , negãt hæretici.p.595.b
Sacerdotes locum diſcipulorum Chriſti tenent.p.598.b
Sacerdotes quomodò ſimus oẽs.p.600.b
Sacerdotes veteris Legis cur cõiugati fuerint,nunc autem cœlibes.p.601.b
Sacerdos ſpeculator eſt Eccleſiæ. p.607.a
Sacerdotij author eſt Spiritus ſanctus.pag. 593.a.595.a
Sacerdotium vetus ceſſauit, & nouum ſucceſsit.p.538.594.b
Sacerdotiũ & ſacrificium coniuncta ſunt. p.594.b
Sacerdotium viſibile & externũ eſt in Eccleſia.p.594.b
Sacerdotium maius eſt Imperio.p.595.a
Sacerdotiũ Aarõ & Melchiſedech.p.538.b
Sacerdotium eſt ſupremus Ordo.p.598.a

Sacramentum.

Sacramentorum author Chriſtus.p.23.371.a 375.b
Sacramenta omnia, Crucis virtute perficiuntur.p.42.b
Sacramẽtum corporis & ſanguinis Chriſti, prece myſtica conſecratur.p.482.b

Sacra-

Sacramẽta ſine virtute eſſe non poſſunt. p. 370.a

Sacramẽta nouæ Legis, factu facilima, numero paucißima, ſignificatione preſtãtiſſima, intellectu auguſtißima, obſeruatione caſtißima. p. 265.b. 370.a 373.

Sacramentorũ nouę Legis effectus. p. 370.b 371. 373.

Sacramentorũ viſibilia ſigna nõ ſunt contemnenda. p. 370.b

Sacramenta quãdã habẽt ſimilitudinẽ earũ rerum quarũ ſunt Sacramẽta. p. 370.b

Sacramentum quid ſit. p. 370.

Sacramenta de latere Chriſti profluxerũt. p. 371.a. 454.b

Sacramẽtorũ viſibiliũ cõſortio colligãtur homines in vnũ Religionis nomẽ. p. 371.b

Sacramentorũ contẽptores, ſacrilegi. ibid.

Sacramentum cõſtat ex verbo & elemẽto. ibidem.

Sacramentorum effectus nõ ſemper omnes percipiunt. p. 372.b

Sacramenta Legis veteris & nouæ in quo differant. p. 373. 499.

In Sacramentis verba trãſeunt, virtus ſemper manet. p. 393.a

Sacramenta vitam æternam conferunt. p. 372. 375.b

Sacramenta nõ proſunt ſine charitate vnitatis Chriſti. p. 376.a

Sacramenta Legis veteris gratiã & Chriſtũ prænunciabant. p. 370.b. 373.

Sacramenta ſancta conficere. p. 492.a

Sacramenti pœnitentiæ materia & forma. 433.b

Sacramentum pœnitentiæ. p. 447.b

Sacramentũ corporis & ſanguinis Chriſti. p. 501.a. 508.a

Sacramentum aliud eſt, & aliud virtus Sacramenti. p. 502.a

Sacramẽtorũ vis inenarrabilis. p. 371.b.

Sacramenta in animis operantur. ibid.

Sacramẽta inducũt fideliũ vnitatẽ. p. 579 a

Sacramentorum cauſa principalis eſt Chriſtus. p. 594.a

In Sacramentis Deus mundat & iuſtificat. p. 375.b

Sacramentum ſpiritualiter intellectum, viuificat. p. 507.b

Sacrificium.

Sacrificia Soli Deo offeruntur, non Sãctis. p. 162.a. 288.b. 530.b. 531.b

Sacrificia cur in memorijs martyrum offerantur. p. 162.b

Sacrificio in omni, quæ conſideranda. pag. 482.b

Sacrificiũ incruẽtũ, nullus Sanctorũ dixit eſſe imaginem corporis Chriſti. p. 486.a

Sacrificium incruentum purum offert Eccleſia Deo in omni loco. pag. 489.b. 490. 527.b. 528.a

Sacrificiũ corporis & ſanguinis Chriſti toto orbe diffuſum. p. 514.b. 531.a

Sacrificium incruẽtum a Chriſto inſtitutũ. p. 506.b. 508. a. 521.b. 525.a. 526.a. 527.b. 538.b

In Sacrificio nihil offerẽdũ præter panẽ & vinum & aquam. p. 522.a. 530.b. 533.b

Ad Sacrificium & preces debemus mundi accedere. p. 523.a

In Sacrificio offertur incruenta & rationalis victima. p. 523.b. 533.b

Sacrificium non offeratur pro eo qui clericũ tutorẽ reliquerit in teſtamẽto p. 524.a

Sacrificiũ ſpirituale pro peccatis. p. 527.a

Sacrificiũ idẽ quod Chriſtus obtulit, quotidie offerimus. p. 526.b. 530.b. 537.b

Sacrificiũ offerẽ in ara ſanctificata. p. 492.a

Sacrificij ritũ Chriſtus inſtituit. p. 527.a

Sacrificia antiqua, ſigna fuerunt veri ſacrificij. p. 531. 538.a

Sacrificij oblatio quando iteranda. p. 533.a

Sacrificium vetus abolitum eſt, & nouum celebratur. p. 537.b. 538.

Sacrificium Legis gratiæ continet hoſtiam mundam. p. 538.b

Sacrificium veri Dominici corporis. p. 537.a

Sacrilegium.

Sacrilegium Diaconi cum fœmina nimis ſcandaloſum. p. 602.a

Saluare.

Saluat Deus dignos tantùm. p. 78.a

Sanctus.

Sancti diligendi ſunt & veneratione digni. 159.b

Sanctitas quid includat. p. 541.b

Sancti Deo ſunt chari. p. 159.b

Sancti cur ſic vocentur. p. 508.a

Sancti Deo viuunt. p. 160.b. 301.a

Sãcti ſunt protectores Imperatorũ. p. 161.a

Sancti in cœlo feruẽtius nos diligunt. ibid.

Sancti quomodò adſtãt in diuerſis locis. p. 161.b

Sancti quomodò colendi & honorandi. p. 160.b. 162. 294.b. 295.

Sancti nolunt ſibi exhiberi, quod ſoli Deo debetur. p. 162.a

Sanctorũ inuocatio.p.164.b.165.288.b.289.a.290.291.292.b.293.299.b

Sanctis honor & feſta conſtituta.p.165.a

Sancti meruerunt conſortes fieri Angelorum.ibidem.

Sancti pro nobis orãt.p.160.169.b.287.288.289.290.b.299.b.300.a

Sancti viuorum rebus interſunt, non tamẽ omnes mortui intereſſe poſſunt.pag.161.288.292.a

Sancti poſſunt impetrare quę voluerint.p.160.b

Sancti noſtra norunt.p.287.b.290.a.291.a.292.b.293.b

Sanctorum meritis iuuantur Chriſtiani.p.287.a.288.a

Sancti contra dæmones nobis patrocinantur.p.288.a

Sancti nõ minus quàm dęmones nobis adeſſe poſſunt.p.289.b

Sancti nõ appellantur mortui, ſed dormiẽtes.p.289.b.295.a

Sancti preces noſtras audiunt, & ad Deum deferunt.p.287.b.290.a.291.a

Per Sanctos medelã conſequuntur, qui per ſe indigni ſunt exaudiri.p.290.a

Sanctorum in cœlis cognitio eſt ſine vllo errore, ſicut & gaudiũ abſq; mœrore.p.291.b

Sancti non amittunt viſcera miſericordiæ.p.292.b

Sanctorũ virtus, gloriã Dei illuſtrat.p.293.a

Sancti de ſe ſunt ſecuri, & de nobis ſoliciti.p.293.a.300.a

Sancti in cœlo ſunt velut luminaria ſole ſplendidiora.p.393.a

Sancti in Dei viſione pleniſsimè habent omnia bona.293.a

Sancti recipiunt nos in ſua tabernacula.p.293.b

Sanctis ſe commendantes, merentur exaudiri.ibidem.

Sancti nominantur in Miſſę ſacrificio.pag.294.a

Sancti appetunt Deum in ſeipſis, & per ſeipſos glorificari.ibidem.

Sancti in cœlo non ſatiantur Deum laudare.ibidem.

Sanctos magno afficit beneficio qui in eis Deum laudat.ibidem.

Sancti ſunt templa Dei & tabernacula.p.294.b

Sancti ſunt cuſtodes hominũ, ſuffragatores, & legati apud Deũ.p.163.a.292.b.295.a 300.a

Sanctorum animę, ſapientes dicũtur participatione incommutabilis ſapientiæ.p.300.b

Sancti in Deo omnia vident & ſciunt.pag.292.b

Sanctos qui laudat, virtutem laudat, & Deũ virtutis authorem.p.301.a

Sancti diligunt nos.p.292.a

Sanctus, in Miſſa.p.540.a

Sanguis.

Sanguis Domini duplex.p.506.b

Sanguinis Chriſti vis & efficacia.p.372.a.510.a.564.a.565.a

Sanguis qui eſt in calice, eſt idem qui de latere Chriſti fluxit.p.488.b

Sanguinem Chriſti bibere, quid eſt niſi viuere?p.511.a

Sanguis Chriſti pro omnibus effuſus eſt.p.533.a

Satisfactio.

Satisfactio quid ſit.p.433.b.446.b

Satisfactio neceſſaria pro peccatis: & per quæ opera fiat.p.445.446.450.451.452.453.454.

Satisfactio debet eſſe pro modo culpæ.p.446.a

Schiſma.

Schiſma quid ſit: & quibus comparetur.p.109.b.111.a

Schiſmaticorũ pœna & interitus.p.87.b

Schiſma vnde oriatur.p.112.a.409.a.410.b

Scire.

Scire nemo poteſt, qualis erit.p.79.a

Scriptura.

Scripturarũ verus ſenſus eſt penes Eccleſiã, p.86.a.97.a.100.b

Scriptura ſacra obſcura eſt.p.100.b

Scripturarũ veritas retinetur cũ id fit quod vniuerſæ placet Eccleſiæ, licet ſcriptum non ſit.102.b

Scripturis illis credẽdũ eſt quas Catholica commendat authoritas.p.103.a

Scripturarum Sanctarum laus.p.131.b

Scriptura Dei liberat à periculo.p.137.a

Scripturæ ſacræ nihil falſum continent.p.251.a

Scripturarum lectio in Miſſa.p.539.a

Securitas. Securus.

Securitas occaſionẽ præbet ad lapſũ.p.81.b

Securus nemo dum viuit.p.274.b.303.

Sedere.

Sedebunt perfecti ſuper ſedes duodecim. p.64.a
Sedendum non eſt cùm oramus.p.307.a

Senſus.

Senſibus quatuor carere poſſumus, ſed non guſtu.p.235.b
Senſus carnis pauidus aliud refugit, & aliud mentis ratio conuincit.p.330.b

Sententia.

Sententiã mortis mutare per pœnitentiam poſſumus.p.78.a
Sententia mutanda eſt, quando alia melior apparet.p.104.b

Sepulcrum. Sepultura.

Sepulcra Sanctorum horrent dæmones. p. 160.b
Sepulcra ſeruorum Chriſti ſunt clariora aulis Regijs.p.161.a
Sepultura eligenda in Eccleſijs Sãctorum. p.547.a
Sepultura Eccleſiaſtica quid confert defunctis.p.547.b

Serapion.

Serapionis differtur mors donec Euchariſtiam ſumat.p.550.b

Sermo.

Sermo ſit cautus, & pudicus.p. 226.b.227.b
Sermo, fructus eſt cogitationis.p.227.b
Sermo Chriſti quã ſit operatorius.p.481.

Seruire. Seruus.

Seruire perfectè Deo poſſumus.p.272.b
Seruus bonus, voluntati Dei in omnibus ſe ſubijcit.p.330.b

Signa.

Signorum ſignificatio attendenda eſt. pag. 370.a

Simon. Simonium.

Simõ Magus per Neronẽ aduerſatur Apoſtolis.p.117.b
Simon Magus audiuit Petrum concionantem.p.116.b
Simon Magus Neroni addictus, & Nero Simoni.p.117.b
Simon Magus volans, Petri oratione deijcitur.p.118.a
Simonium vocatur locus in quo Simõ Magus mortuus eſt.p.118.a

Somnus.

Somnus quid ſignificet.p.124.b

Species.

Specie ſub qualibet continetur corpus & ſanguis Chriſti: & ſub qualibet particula.p.550.b.557.a

Spectacula.

Spectacula fugienda.p.227.b

Spes.

Spes noſtra in Dei miſericordia niti debet. p.355.b
Spe futuræ gloriæ, Chriſtiani voluptates contemnunt.p.123.b
Spe futurorum bonorum omnia toleranda. p.124.a
Spes in Chriſtum paſcitur bonis operibus. p.134.b
Spei ſuccedit beatitudo.p.143.b

Spiridion.

Spiridionis humanitas in peregrinos. pag. 464.b

Spiritus.

Spiritus Dei prõptior eſt ad miſericordiam, quàm ad ſeueritatem.p.111.b
Spiritus immundus in ſeipſum diuiſus eſt, p.73.a

Spiritus ſanctus.

Spiritus ſanctus an ſit, non eſt tractandum. p.16.a
Spiritus ſanctus confeſsioni Patris & Filij connexus eſt.ibidem.
Spiritus ſanct⁹ Patri & Filio coæqualis eſt, & ad Trinitatis pertinens vnitatem. p. 17.a.70.b
De Spiritu ſancto quid credendũ.70.a
Spiritus ſanctus Deus eſt.p.71.a
Spiritu ſancto populus Dei in vnũ congregatur.p.73.a
Spiritus ſanctus quid in nobis operetur. p. 81.a 19.b.421.b
Spiritus ſanctus operatur in Sacramẽtis.p. 371.b.375.b
Spiritus ſanctus aquas ſanctificat, & ideò vim habent ſanctificandi.p. 380.a

Spiritus ſanctus eſt author generationis ſpiritualis.p.376.a
Spiritus ſanctus myſteriũ peragit per manus & linguam ſacerdotum.p.537.b
Spiritus ſanctus nõ viuificat niſi viua membra Eccleſiæ.p.87.a

Statutum.

Statuta vniuerſalis Eccleſiæ ſunt præferẽda priuatis.p.104.b

Stella.

Stellarũ curſum & motũ,qui putãt eſſe cauſam humanorũ actũũ, prſus errãt.p.333.b

Stephanus.

Stephanus Chriſti imitator, & primus martyr.p.160.a

Subſtantia.

Subſtantia eadem quæ per peccatũ fuerat labefactata,reparatur.p.265.a

Summus.

Summum Pontificatum ambientsũ, pœna. p.597.b
Sũmi Põtificis dignitas & poteſtas.p.600.a
Summo Pontifici parent Catholici.p.89.a

Superfluum.

Superflua reſpuenda.p.242.a

Surſum.

Surſum corda in Miſſa.p.310.b.526.a.541.a

Symbolum.

Symbolum Fidei condiderunt Apoſtoli : & quomodò: & quam ob cauſam.p.13.b.14.55.a
Symbolum cur ſic dictum.p.14.a
Symbolum non ſcripto ab Apoſtolis traditum.p.54.a.15.a.104.b
Symbolum,vnanimitatis & fidei Apoſtolicæ indicium.p.14.a
Symbolum Fidei,verbis breue, ſed magnũ Sacramentis.p.14.b.106.a
Symbolũ Fidei quod in Baptiſmo profeſsi ſumus per ora geſtantium,ediſcendũ eſt. p.14.b
Symbolum Apoſtolicũ Romana Eccleſia intemeratum ſeruat.Ibidem.
Symbolum poſt confeſsionẽ Trinitatis, & vnitatẽ Eccleſię,& omne Chriſtiani dogmatis Sacramẽtum, carnis reſurrectione concluditur.p.15.a
Symboli articuli,duodecim Apoſtolis reſpondent.p.15.a
Symboli perfectio. pag. 15.

Synapis.

Synapis parabola quid ſignificet.p.181.b

T

Templum.

Templa Sanctorum,ſigna exhibent futuri iudicij.p.162.a
Templa quomodò martyribus erigãtur. p. 162.b.163.a.292.b.294.a
Templa Sanctorũ pio affectu adeunda. p. 164.a
Tẽplũ Dei ſpõte factus eſt homo.p.194.b
In Templis cur fiant cõuentus fidelium. p. 200.b.201.a
In Tẽplis orandũ,cõmunicãdum,& lectiones ſacræ audiẽdæ.p.200.b . 201.a.204.b
Templa martyrũ quã ſint illuſtria, & quomodò à fidelibus frequententur. p. 292.b
In Templis dicatis alicui ſancto,nõ hominis ſed Dei cultus frequentatur. p.491.a

Tentare. Tentatio.

Tentat diabolus permittente Deo.p.354.b. 358.
Tentat Deus neminem.p.355.b
Tentari,& induci in tentationem, diuerſa ſunt.p.358.b
Tentari quomodò permittat nos Deus. p. 358.b
Tentat Deus voluntatem noſtram, nõ virtutem.ibidem.
Tentare homines eſt opus diaboli.p.33.a
Tentationes,Deĩ auxilio ſuperãdæ.p.355.a
Tẽtationẽ nõ habẽs,timere debet . p.354.a
Tentationi reſiſtere ſatagentes, iuuantur à Deo.ibidem.
Tentationi ſe vltro obijciens,non iuuatur à Deo,ſed deſeritur. ibidem.

Teſtamentum.

Teſtamẽtũ vetus fuit figura Noui.p.373.b

Theodoſius.

Theodoſius Imperator ieiunijs & orationibus ad bellum ſe præparabat.p.165.b
Theodoſij ieiunium & pœnitẽtia.p. 465.a

Thomas.

Thomas Apoſtolus abſens, quomodò accepit Spiritum ſanctum.p.425.b

Timor.

Timor.

Timor, virtutum cuſtos eſt.p.81.b
Cum Timore & tremore viuendum.p.80.b 81.b
Timor fundamentum ſalutis eſt.p.302.a
Timor Dñi caſtus & qui permanet in ſeculum ſeculi:quis.p.302.b
Timor Domini caſtus non perturbat, ſed confirmat.ibidem.
Timor hominis, Dei honor eſt.p.429.a
Timor vanus non eſt, qui ad ſalutis viã conducit.p.192.a
Timendũ ſemper eſt, nunquàm præſumendum.p.302.a.303.b

Titus.

Titus, Diaconus fuit.p.597.b

Tonſura.

Tonſura prima quomodò & quibus danda. p.596.a

Traditio.

Traditiones Apoſtolicæ nõ ſcriptæ.p.14.b 170.b.171.b.372.b.379.b
Traditiones Apoſtolicę, magnę ſunt authoritatis.p.101.a.102.103.104.465.a.607.b
Traditiones Maiorum, obſeruãdæ.p.102.b 103.104.112.b.170.b
Ex Traditione credimus multa nõ ſcripta. p.102.b.103.
Traditiones non ſcriptæ, ſed toto orbe ſeruatæ, vnde prodierint.p.102.b
Traditiones Eccleſiaſticæ nequaquàm deſerendæ.p.103.457.a
Traditionis veterum teſtimonium, eſt valde firmum.p.103.b
Traditiones habent vim Legis.p.131.b
Traditio Apoſtolica & Eccleſiaſtica de vſu ſanctarũ imaginũ.p.169.170.171.b
Traditionis antiquæ exempla ſeruanda.p. 112.b

Tranſubſtantiatio.

Tranſubſtãtiatio panis & vini in corpus & ſanguinẽ Chriſti.p.481.cũ multis ſeqq. 491.505.a.508.516.a.532.b.557.a.568.b

Tres.

Tres perſonæ Diuinæ ſunt eiuſdẽ ſubſtantiæ.p.70.b
Tribus diebus & tribus noctibus quomodò fuit Chriſtus in corde terræ.p.54.55.

Tribulatio.

Tribulationes temporales vtiles ſunt ad curandam ſuperbiam. pag. 311. b.

Tributum.

Tributa danda ſunt Principibus.p.209.b

Trinitas.

Trinitatis Catholica confeſsio. p.17.70.b. 178.a
De Trinitate quid credendum. p. 18.a.71.a
Trinitas tota vnus Deus, qui ſolus habet immortalitatem.p.17.a
Trinitas tota vnus Deus, nec mutabilis, nec viſibilis.p.17.b
Trinitatis confeſsio præſtat felicitatẽ pijs repoſitam.Ibidem.
Trinitas in vnitate noſcitur, & vnitas in Trinitate intelligitur.p.17.b

Triſtitia.

Triſtitia bona & mala.p.437.b
Triſtari quid ſit.p.303.b

V

Vas.

Vaſa ſacra non tangenda niſi à ſactis hominibus:nec alijs vſibus ſeruiant.p.522.b 540.a

Velle.

Velle, munus eſt animæ.p.332.b

Verbum.

Verbum illud per quod cõdita ſunt omnia, generare non potuit niſi ille qui per ipſum condidit omnia.p.16.b.
Verbum Patris ideò dictum eſt, quia per ipſum innoteſcit Pater.p.16.b.
Verbum Dei & corpus Chriſti, pariter venerandum.p.493.a
Verba ridicula, ridiculos mores indicant. p.227.b
Verba mala neque dicenda, neque audienda.p.227.b.228.a
Verba Chriſti quàm craſsè intellecta à quibuſdam.p.58.a
Verbum accedit ad elementum, & fit Sacramentum.p.371.b

Veritas.

Veritas illa ſola credenda eſt, quæ non diſcordat ab Eccleſiaſtica traditione. p. 89. a
Veritas in cœleſtibus. pagina. 271. b

Viaticum.

Viaticum vltimum quomodò cuiq; dandũ. p. 514. b. 556. b. 558. a

Vidua.

Vidua prohibetur nubere illi cũ quo adulteriũ commiſit viuente viro. p. 577.
Viduæ voueant continentiam. p. 585. b

Vinum.

Vini intemperantia fugiẽda. p. 228. a. 229. b 235. a
In vino perſpiciunt improbi mores. p. 228. a
Vide, Abſtinentia.

Virginitas. Virgo.

Virginitatis ſeruandæ præſidium eſt, deformitas corporis. p. 233. a
Virginitatis laudes, & encomium. p. 191. b. 194. b. 468. b
Virginitatis præmium magnum. p. 192. a
Virginitatem profeſſæ, ſi nubant, non tam adulteræ, quàm inceſtę. p. 193. 194. b
Virginitatis & cõtinentiæ coniugalis, meritum. p. 593. b
Virginitatis bonum ſemel amiſſum, nõ redit. p. 194. b
Virginitas ſponte promiſſa, conſeruanda eſt. p. 192. a. 194. b
Virginitatem ſectâres, ad aliquod tutiſsimũ præſidium confugiant. p. 194. b
Virginitas non præcipitur, ſed ſuadetur. p. 234. a
Virginitas melior eſt matrimonio. p. 577. a. 586. b
Virginitatem vouentes, & non ſeruantes, magna pœna plectendi. p. 585.
Virginitatem ſeruare donũ Dei eſt. p. 586. 587.
Virgines poſt votum nubentes, comparantur vxori Loth. p. 190. a
Virgines non ſe ornent, neque placere ſtudeant niſi Deo. p. 192. a
Virginum velatio & conſecratio quàm ſolennis olim. p. 192. b
Virgo ſemper cogitet cui ſe dicauit. p. 192. b
Virgo potius eligat ſanguinem profundere, quàm caſtitatem perdere. p. 192. b
Virginum ſacrum velamen. p. 192. b
Virgo lapſa etiam occultè, fit ancilla mortis, & bis adultera. p. 192. b
Virgines quales eſſe debeant. pag. 230. b. 234. a
Virginibus quæ potiſsimum declinanda. p. 230. b. 234. a
Virginibus maius præmium reſpondet in cœlo. 284. a
Virginis lapſæ qualis debeat eſſe pœnitentia. p. 453.
Virgines Deo dicatæ, in corpore ſine corpore viuunt. p. 586. a
Virgines Angelicā vitæ rationem in terra ſectantur. ibidem.

Virtus.

Virtutis præmium erit ipſe qui virtutem dedit. p. 7.
Virtus vera magis cõſtat opere, quàm verbo. p. 144.
Virtutum omnium pater, Deus eſt. p. 159. a.
Virtutem multi ſimulant, ſed non habent. p. 599. a

Vis.

Vis Diuina, effectrix eſt eorum quæ vim naturæ ſuperant. p. 516. a

Vita.

Vita æterna quare dicatur gratia. p. 135. b. 136. a
Vita æterna, quomodò ſimul gratia & merces. ibidem.
Vita noſtra bona, nihil aliud eſt quàm Dei gratia. p. 136. a
Vita noua inchoari non poteſt ſine pœnitentia vitæ veteris. p. 397. a

Vitium.

Vitium aliquãdò ſumit perſonam virtutis. pag. 123. b

Viuere.

Viuere qui vult de Spiritu Chriſti, neceſſe eſt ſit in corpore Chriſti. p. 564. b
Viuere bene, donum Dei eſt. p. 271. a

Umbra.

Vmbra in Lege. pag. 271. b

Vn-

Vnctio. Vngere.

Vnctio ſacri olei alios corroborat, alios ſanar.p.570.b.571.
Vnctio ſacri olei, quid ſignificet.p.571.a
Vnctionis extremæ Sacramenti, miniſter eſt ſacerdos.p.571.
Vnctio ſacra eſt Sacramentum omnibus Chriſtianis dandum.p.571.572.
Vnctionis extremæ Sacramenti materia, forma, & effectus.p.571.   2.b
Vnctionis extremæ Sacramentum, quibus & quomodò dandum.p.571.
Vngebatur olim ſacerdotis caput, auricula, & manus.p.408.a.

Vnguentum.

Vnguentis & odoribus minimè vtendum. p.231.a

Vnio. Vnitas.

Vnionis noſtræ nexus ad Deum Patrem, Chriſtus eſt.p.488.b
Vnio hypoſtatica vtriuſq; Chriſti naturæ, quomodò facta.p.519.a
Vnitas ſemper eſt ſeruanda.p.132.

Vnum.

Vnũ corpus omnes ſumus, licet ſint membra alia alijs illuſtriora.p.541.b

Voluntas. Voluptas.

Sine voluntate Dei nihil fit.p.25.a
Voluntas hominis debet ad iuſtitiã iuuari per Dei gratiam.p.330.a
Voluptas exigua, diuturno dolore punitur. p.226.b

Votum. Vouere.

Vota, quędam communia, quędam propria ſingulorum.p.189.b
Votum caſtitatis coniugalis & vidualis. p. 189.b
Votum virginitatis.ibidem.
Votũ paupertatis & religionis.ibidem.
Votum omnino Deo reddendum. p. 190. 191.b.194.a.195.b.586.a
Votum non adimplentes, primã fidẽ irritã faciunt.p.190.
Votum reddere, eſt ex adiutorio Dei.pag. 190.a
Votum facit vt ſit illicitũ quod anteà erat licitum.p.190.b
Poſt votũ tãtò quis miſerior eſt ſi fidẽ Deo fregerit, quãto beatior ſi ſeruauerit. ibid.
Votũ præproperũ nõ implendum. ibid.
Votũ fieri debet de his, quæ in noſtra poteſtate ſunt. ibidem.
Votũ caſtitatis non ſeruans, peior eſt adultero.p.191.a
Votum, eſt petitio alicuius boni à Deo. p. 191.b
Voti compos, coronam ſine mora offerat Deo, non ſibi.ibid.
Voto caſtitatis iungitur homo ſocietati Angelorum.p.193.b
Ad Votum caſtitatis ſeruandum, exhortatio.p.194.a
Votũ ſolenne omnino ſeruãdũ, & frænandũ quod libet, quia iam nõ licet.p.585.a
Votum, vim legis habet.p.456.b
Ad Vouendum adhortatio.p.190.a
Vouere cõiugi quãdo liceat. p.190.b.586.a
Vouens ſe Deo, & ſe ſubtrahens, magnum peccatum committit.p.191.
Vouendum eſt non propter timorem, aut laudes hominum, ſed propter ſpem regni cœleſtis.p.192.a
Vouens aliquid Deo, & non reddens, laqueum ſibi parat.p.159.b.233.b.600.b
Vouenti caſtitatem, neque licitum eſt matrimonium, neque voluntas matrimonij. p.584.b.586.b.587.b
Vouenti caſtitatem, non licet vxorẽ ducere, etiamſi illa velit fieri Chriſtiana.pag. 586.a. 587.b.

Vxor.

Vxorem ſterilem nõ licet dimittere, vt fœcunda ducatur.p.577.a.579.b
Vxori aliquando licet ſeparari à viro, ſed nõ alteri nubere.p.571.573.a.575.b.577. b.582.a
Vxores plures, aut viros, ſimul habere nunquàm licuit.p.583.b.584.a
Vxor viuente viro poteſt vouere continentiam poſt viri mortem ſeruandam. pag. 585.b
Vxor quomodò marito debeat obedire.p. 543.a.

F I N I S.

ERRATA SIC CORRIGE.

Prior numerus paginam, poſterior lineam deſignat: litera. a. priorem columnam. b. verò poſteriorem indicat.

PAgina.5. b linea.30 .At lege Cor. p. 10.b.8.le cit & qui & .21.le acquiſitient & .34 le. Pſal. 23. p. 11.a. 16.le. 31 & 34. appone A & .39. appone H. p. 14.a.21.le ſubreptio. p. 16. b. 19. le quibus noſtra. & marg. 4. le Sap. 8. p. 15. a. 16 le injoncit. p. 33.a. 47. le bis. & b. 43 le. Gratias & appone. P. p. 34.a.40. le. noſtrae & b. 25. le. inſiſſiontis. & in titulo. le. De. III. p. 37. b. 26. appone H. p. 38. a. 1. le. partitura. p. 42. b. 35. appone C. p. 44. b. 38. appone K. 1. p. 46. b. 12. le. vt digeret. & .32. le. glorians. p. 53. b. 52. appone. D. & marg. 31. b. le. Pſal. 105. p. 55. li. 33. 34. le. admirabili ratione. p. 58. a. 1. le. Cap. 4. & .7. le. ſequebatur. & .9. le. perturbabatur. p. 63. a. 45. le illuſit. p. 72. a marg. 5. le. Luc. 11. p. 77. a pen. le Ezil. 7. p. 87. b. marg. 20. le. Num. 16. p. 91. in titulo. le De. IX. p. 105. marg 4. le. Ephe. 1. p. 113. b. 12. le. abundantiore gratia. & .19. le vbi fons ſignatus. p. 117. b. 4. le. princi. p. 118. b. 8. le. indignum. p. 119. marg. 10. le. Iacob 2. & .5. p. 124 b pen. ad marg. le. Ioan. 5. p. 135. a. marg. 19. le Pſal. 123. & b. marg. antep le. Rom 4. & pen. le. Rom. 11. p. 136. b. marg 14. dele. p. 147. b. 42. le cadet. p. 158. a. 20. le volum. p. 161. a. 10. le. affectus. p. 163. b. 27. le. aſtuanti. & pen. le. is eiuſdem. p. 168 b. 17. le. hominum. p. 172. b pen. le. quia. p. 173. b. 22. le. à Seruatore. & .44. le. hiſtoriam. p. 174. a marg. 1. le. dementia. & b. 10. le. Lib. 4. & .22 le. anno. 20. & .28. le. ſi iam. p. 182. a. 50. le. auferet. p. 185. a. 18 le. antiquis. p. 187. a. 1. le. eris. p. 193. a. 40 le nobis. p. 195. a. 27. le. annum. p. 207. a. 36. le. ſui. p. 210. a. marg. 3. le Matth. 5. p. 217. b. marg. 1. le. Matth. 5. p. 222. a. 1. le retinere veſtes. p. 222. a. 17. le. corruptibili, ſed incorruptibili, per. p. 223. a. 46. le. viros. p. 224. b. 31. le. ſe continens. p. 230. a 48. le. de habi. & b. 47. le natiui. p. 231. b. 39 le quantitatem. p. 235. a. 25. le. Ericthonium. & .26. le libidinis. p. 240. a. 14 le. AEgypti. p. 244. a. 47. le. cubare. & vlt mar. 8. le. peribus. p. 245. a. 34. le. ſra. & .35. le. libidinem. p. 255. b. vlt. le. ne deſpicias. p. 256 b. 13. le. ſibi. p. 257. a. 16 le conſerendum. p. 258 marg. 3. le Eccle. 13. p. 260 b. 41. le Deo & hominibus. p. 264 a. 9. le. vbi. p. 265. a. 17. le Pſal. 77. p. 272 b. 17 Apostolus p. 274 b marg. 1. le. Pſal. 142. p. 279 b. 32. le. quis. p. 289. b. 5. le. fuce. & .7. le puerſonam; mentem. p. 290. a. 7. le. ἐπισκοπεύω. p. 271. a. 14 le. Altar. & .25. le. ſtratus. p. 291. b. 38. le. auertunt. p. 295. a. 24. le. dat onerum. p. 297. a 26. le. Mediatorem. p. 301. a. 19. le. Hunc. p. 302. b. 22. le. vtrum. p. 303. a. 32. le. ſecuritatem. p. 309. b. 43. le Grecam. p. 311. b. 32. le timorem. & vlt marg. le. 2. Cor. pag. 320. a. 10. le. tuum. p. 322. a. ad li. 11 pone H. p. 324 a. 9. le. impetus ita. p. 335. b 33. le. arbitrium. p. 337. b. 20. le ſcientibus. p 338. a. le. Magnne. p. 345. b. 5 marg. le. 1. Cor. & 50. le. Redimamus tempus. p. 346. b. marg vlt. le. Luc. 12. p. 347. a. 18. marg. le. Ioan. 13. p. 348. a. 30. le. & Speran. p. 352. a. antep. li. 2. le. Petr. ad Cor. Cap 10. vt ſup. lit. H. p. 355. b. antep. le. valet p. 357. a. 2. le. peccauerunt. p. 349. a. 27. le. vetuſtie. p. 364. a. marg vlt le. Apocal. 14. & b. 2. le. concinit. p. 366. a. 51. le. glorioſorum. p 367. a. 2. le. debent iuges & b. 25. le. indi. p. 370. b 32. le. to. 2. epiſt. p. 371. a. mar. 6. le. Ioã. 19. p. 375. a. 36. le. Cap. 5. p. 380. b. 7. le. corporaliter. p. 390 mar. 6 le. Baſil. p. 392. b. 26. le. pertinent. p. 395. a. 13. le autem. p. 400. b. vlt. dele. eſt. p 412. a. 32. le. haretiris. p. 414 marg. 10. le. episco. Hiſpa. p 421. a. marg. 4. le. Gen. 48. p. 434. b. 1. le. naſo. p. 436. b. 26 le pœnitentia. p. 440. b. marg. 4 le Matth. 3. p. 442. a. antep. le. ſibi, morte morietur. p. 447 a. 5 le & ſub Gratia. p. 455. a. 39. le maria. p 457. b. 28. le. fornax. pag. 462. b. 47. le. dincriticula. p. 465. b. 18. le. omnes digni. p. 468. b. 42. le. Cap. 68. p. 469. a. 35 le. non. p. 474 b. 48. le. probra ea, qua. p. 475 b. 17. le. molle. p 481. a. 28. le. Epheſ. 5. p. 483. a. marg. 6 le. Ioan. 6. p. 486. b pen. marg. le. Matth. 16. p 491. b. 50. le Dominici. p. 492. b. vlt. marg. le ſtabuſio. p. 497. marg pen le. li. 4. p. 500. b. 23 le. ſeris. p. 501. b. 23. afferuntur. p. 505. a. 8. le. nati. p. 509. b. 4. fine illo. & .6. marg. le. 4. Reg. 2. p. 512. a pen le. editus interea. pag. 520. li. 23. le. communicamus. p. 514. a. 19. le. ſuperuacaneum. & .17 le vtrũq; p. 530. b. vlt. le. ſigna erant. p. 531. a. 42. le. tribunicius Heſperine. p. 537. b. 17. le. Paraclitue. p. 540. b. 22. le. habendam p. 544. b. 32. le. pœnam. & .45. le. poa. p. 547. a. 30. le. pro valde. p. 552. a. 26. le. Euangeliſtarum lib. 3. Cap. p. 553. li. 29. le ſpecies e. p 557. a. marg. 3. dele non. & b. 2. le. nulla. & .31. le. inueniamur. p. 558. b. 51. le dum. & marg. 4. le. Matth. 5. p. 560. b. marg 19. le. 1. Cor 6. p. 561. b. 32. le inquinatur, p 562. b. 39. le. es. & habens aut. p 568. b. 19. le terrea & .22. le. efficit. p. 587. b. 2. marg. le. 1. Cor. 11. p. 590. a. 55. le qualia ſunt orationes. p. 591. a. 44. le. antept. p. 598. a. 35. le. Ad. p. 600. a 44. le efficerentur. p. 662. a. 34. le nobatã & b 52. le. Temulentia.

Juan Vazquez
del Marmol.

✶ . A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z.
Aa. Bb. Cc. Dd. Ee. Ff. Gg. Hh. Ii. KK. Ll. Mm. Nn. Oo. Pp. Qq. Rr. Sſ.
Tt. Vv. Xx. Yy. Zz. Aaa. Bbb. Ccc. Ddd. Eee. Fff. Ggg. Hhh. Iii.

Omnes ſunt terni, præter primum hac nota ✶ ſignatum qui eſt duernus, & Iii. qui eſt quaternus.

MADRITI
Excudebat Petrus Madrigal Typographus.
Anno Domini M. D. XCII.

Digitized by Google

-7-1-1-